SCRUTINIUM SCRIPTURARUM. PER REUERENDISSIMUM D.D. PAULUM DE SANCTA MARIA...

Pablo : de Santa Maria, Cristobal Santotis

Digitized by Google

18 HD 21

C. D. a—

Digitized by Google

SCRVTINIVM SCRIPTVRARVM.

Per Reuerendiſſimum D. D. Paulum de Sancta Maria, quondam Epiſcopum Burgenſem, atque Regni Archicancellarium.

Recognitum ac reſtitutum per Magiſtrum F. Chriſtophorum Sanctotiſium, Auguſtinianum Burgenſem.

Cui addita eſt ipſius D. D. Pauli vita præclara, hactenus typis non data.

Inſuper præludium operis, ſeu opuſculum, de vera hæreticorum origine agnoſcenda: omnia ab eodem Magiſtro F. Chriſtophoro Sanctotiſio lucubrata.

Ad D.D. Chriſtophorum Vella & Acuña, Archiepiſcopum Burgenſem, terdigniſſimum.



CARMELITANI SCALZI
DI S. MARIA DELLA SCALA

CVM PRIVILEGIO.

BVRGIS.
Apud Philippum Iuntam.
1591.

8.1.6.21

Errata ſic corrigito.

Pag.	Col.	Linea.	Vbi habetur.	Dicito.
1	1	7	retun	retu
4	1	1	obſi	obſe
16	2	22	predic	prædi
16	2	36	conuin	coniun
17	1	7	tercen	trecenre
18	1	21	Maria	Marina
18	1	39	exal	exul
20	2	18	ipſe erit	ipſi erunt
24	2	23	deſuſ	deſiſ
2[illegible]	2	7	bores	bore
25	1	21	dios	dius
27	2	5	gencij	geniel
27	1	16	vied	vide
27	2	2	rece	reci
27	2	27	ſſent	ſſet
42	2	38	audei	audie
52	1	16	bile	bilem
52	2	42	geſsimum	geſſimū nonū
59	2	3	feſta	feſti
75	2	7	viſcera	viſce
75	2	22	culum	colum
77	2	23	roborem	robur
92	0	27	eri	eti
95	0	15	euin	eui
95	0	32	Traia	Troia
98	0	23	diuiniſsi	digniſsi
107	2	24	mi	mihi
114	2	25	habere	habe
121	1	17	ear	ear
121	1	margi.	Chriſti	Chriſtum
123	2	margi.	Iſa.5.	Iſa 65
130	2	35	ſionem	ſione
139	1	23	ſuma	ſume
147	1	41	&	vt
148	2	21	egi	egip
152	2	42	reli	dereli
154	2	margi.	ipſus	ipſior
208	2	37	ſcrutatē	ſcrutanti
212	1	19	munda	munda
224	2	margi.	quam	quia
227	1	30	vtſed	ſed vt
234	1	margi.	Eccleſia ſine	Eccleſia
250	2	42	inte	ante
255	1	26	diſtictio	diſtincto
271	1	14	non	nos
302	1	margi.	ori	erra
309	2	38	ven	ben
318	2	5	ſuſi	ſuſe
325	2	26	qoo	quod
332	2	margi.	principio	principium
336	1	29	ſit	non ſit
349	1	14	altare	altare
349	2	margi.	vacan	vocan
379	2	40	nos	non
380	2	margi.	Iudæi	recipiūt Iudæi
401	1	13	depo	diſpo
404	1	margi.	Chriſtus	Charitas
408	1	23	nec quod	quod nec
408	1	29	nec quod	quod nec
408	1	32	poris	porer
408	2	10	ac ſi	ar ſi
410	2	margi.	miraculi	miracula
415	2	15	menti.	mento.
460	2	18	dici	duci
468	2	31	mmen	men
475	1	4	eo	ea
476	2	25	atem	aurem
477	2	14	gere	geret
489	2	5	eram	erant
495	1	margi.	quia	qui
495	1	margi.	maior	maiori
503	1	33	audiui	audi
524	1	margi.	vera no	vexatio
538	2	29	Damaſij	Damaſi
516	1	10	hoc	hæc

Pintiæ. Prid. Non. Septemb. Anni M. D. XCI. Doctor Alphonſus Vaca de Sanctiago.

E L R E Y.

POR quanto por parte de vos el maeſtro fray Chriſtoual de Santotis, de la Orden de ſeñor ſant Auguſtin, nos fue fecha relacion, que con mucho trabajo auiades notado y añadido muchas coſas conuenientes a la religion Chriſtiana, en vn libro intitulado Eſcrutinio de las eſcripturas ſagradas, que auia eſcripto Pablo de Santa Maria, Maeſtro en ſanta Theologia, Obiſpo que auia ſido de Burgos: enel qual auiades añadido vn quaderno. Y porque era muy neceſſario, que el dicho libro y todo lo demas por vos fecho y añadido ſe imprimieſſe, por ſer muy prouechoſo para la Chriſtiandad, nos ſuplicaſtes, os dieſſemos licencia y priuilegio por tiempo de veynte años para lo poder imprimir, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo. Por quanto enel dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos vltimamente fecha diſpone ſobre ello. Fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo y eſpacio de ſeys años cumplidos, primeros ſiguiẽtes, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelãte, vos o la perſona que para ello vueſtro poder huuiere, y no otra perſona alguna, podays imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mẽcion. Y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nr̃os Reynos, que vos nõbraredes, para q̃ por eſta vez le pueda imprimir, con que deſpues de impreſſo, antes que ſe venda lo trayga al nueſtro Conſejo, juntamente con el original que enel fue viſto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Lucas de Camargo, nr̃o eſcriuano de Camara, y vno de los q̃ enel nr̃o Cõſejo reſidẽ, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſſiõ eſta cõforme a el, o traygays fee en publica forma en como por corrector por nos nõbrado, ſe vio y corrigio la dicha impreſſiõ por el original, y ſe corrigio cõforme a el: y q̃ quedã anſi meſmo impreſſas las erratas por el apũtadas, para cada vn libro de los q̃ anſi fuerẽ impreſſos, y ſe os taſſe el precio q̃ por cada volumẽ huuieredes de auer. Y mãdamos q̃ durante el dicho tiẽpo perſona alguna, ſin vueſtra licencia, no lo pueda imprimir y vender, ſopena que el que lo imprimiere, o vendiere, aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere: y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercia parte para el juez que lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para nueſtra Camara, y la otra para el denunciador. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y Corte y chancilleria, y a todos los Corregidores, Aſſiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier, de todas las ciudades, villas y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guardẽ y cũplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos: y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella contenido, no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſopena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en ſan Lorenço, a veynte y ſiete dias del mes de Septiembre, de mil y quinientos y ochenta y nueue años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Iuan Vazquez.

Aprouacion.

EX Iuſſu ſupremi ſenatus vidi librum, inſcriptũ Scrutinium Scripturarum, per Reuerendiſſimum D. D. Paulum de Sancta Maria, quondam Epiſcopũ Burgenſem, atque Regni Archichancellarium: recognitum, ac reſtitutum, per Magiſtrum F. Chriſtophorum Sanctotiſiũ Auguſtinianum Burgenſem: opus præclarum, et magna diligentia illuſtratum, & ſcrutantibus ſcripturam per vtile. Cui adiungitur epiſtola cuiuſdam Iudæi Rabbi Samuelis, eidem argumento deſeruiens, ab eodem ſimiliter repurgata & marginibus locupletata. Legi inſuper vitam D. D. Pauli Burgenſis, hactenus non ta copioſè in lucem æditam, cum epiſtola nuncupatoria, et prologo ſeu opere de vera hæreticorum origine agnoſcenda, ab eodem Magiſtro F. Chriſtophoro Sanctotiſio compoſitis: in quibus nihil non eruditè dictum inueni: quæ omnia cum nihil habeant noſtræ Catholicæ fidei, aut optimis moribus, quo quomodo diſſentaneũ, ſed potius vtilitatis plurimum, digna cenſui, quæ in lucem prodeãt. Matr ti in Collegio Societatis Ieſu. Anno Domini 1589. 17. menſis Sieptembris.

Aegydius Martinez.

REVERENDISSIMO PATRI MAGITRO GREGORIO

Elparenſi, totius Ordinis diui Auguſtini Generali digniſſimo.

F. Chriſtophorus Sanctotiſius. S.

CVM Sacræ religionis noſtræ ſtatuta caueāt, ne quis in lucem aliquid emittere audeat, quim prius à Patribus pietate atque doctrina præſtantibus examinatū, approbatumq́; ſit. Ego qui lucubrationes nōnullas in vſum eorum, qui Eccleſiæ Catholicæ inſeruire ſtudent, longo tempore paraui, ad Reuerendiſ. P. V. omnia illa qualia qualia ſunt adfero: eiq́; me ipſum omneſq́; literarios meos labores offero, ſupplex orans, vt ſua autoritate (quę ſumma in vniuerſum Auguſtinianum ordinem eſt) viros pietate atq; eruditione inſignes, quibus ex tuæ Toletanæ commitiæ referta ſunt, aſſignare non grauetur, qui ſua æqua cenſura lucubrationes ſequentes corrigant: quas ſi dignas inuēnerint, ſua approbatione exornent.

In primis Scripturæ ſacrę ſcrutinium à D. D. Paulo Antiſtiti Burgenſi, iam pridem æditum, & vetuſtate quodāmodo deperditum, per me vero à mendis, quibus ſcatebat repurgatum, & in priſtinū nitorem reſtitutum. Cui poſt vitam autoris, opuſculum de vera hęreticorum origine agnoſcenda præfiximus: in quo manifeſtè oſtendimus hæreticos ferme omnes, vel Iudaizantes eſſe, vel à Iudæorum ſtirpe originem traxiſſe.

Item in D. Matthęum, expoſitionem, quam multo labore fecimus, in lucem emittere ſi Reuerendiſſimæ P. V. placeat decreuimus.

Theatrum tandem ſanctorum Patrum in vniuerſa Dominicarū Euangelia in lucem dare paramus. Quę omnia ſi à Patribus per Reuerendiſſimam P. V. aſſignandis approbata fuerint, ſub tua tutella protectione ac facultate, in obſequium Eccleſię, ac in ſtudioſorum ſubſidium in lucem dare, Diuino numine afflante, parati ſumus. Deus Opt. Max. Reuerēdiſſimam P. V. diu ſeruet et vniuerſo ordini incolumen. Vale. Toleti prima Decembris Anni 1588.

Licentia patris Generalis.

NOS Frater Gregorius Elparenſis, Prior generalis totius Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, viſa ſupraſcripta ſupplicatione, & cōtentis in ea matura conſideratione perpenſis, non tantum dicti ſupplicantis voto aſſenſum præſtamus, verū etiam harum vi literarum, & noſtri officij autoritate eidē in meritū ſalutaris obediētiæ præcipimus, vt lucubrationes iſtas, poſtquam à venerabili patre Magiſtro fratre Alphonſo de Mendoça, noſtri ſacri ordinis profeſſo, & ſacerdote, ſacræq; Theologiæ profeſſore, & in Academia Salmanticenſi Scoti Cathedram publicè moderante (cuius correctioni eas ſubiicimus, fuerint approbatæ) typis mandet: obtenta prius tamē ab illis, quorum intereſt, facultate. Quibus peractis mandamus omnibus noſtris inferioribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub rebellionis noſtræ, & excōmunicationis latæ ſententiæ pœna, vt dicto ſupplicanti nullo pacto impedimento aliquo eſſe audeant. In quorum fidem, &c. Datum in conuentu noſtro Toletano, die prima Decembris 1588.

F. Gregorius Generalis indignus.

Noſtri officij ſub ſigillo.

Regiſtrata lib. 2. Viatorij.

APPROVACION.

VT Autem iuxta præſcriptum Reuerendiſſimi Patris Generalis mandatum, meum ego hac in parte liberè iudicium feram. Cēſeo prædictos libros, qui meæ fidei examinandi concrediti ſunt, videlicet annotationes marginales, & ſcholia, ſeu gloſſulas Scrutinio Pauli Burgenſis, appoſitas: & de vera hæreticorum noſtri temporis ex Iudæis origine commentariū: & de vita eiuſdem Burgenſis hiſtoriam, rem eſſe, quæ & eius autori plurimū honoris, & omnibus ſtudioſis, quamplurimū vtilitatis allatura ſit. Nec eſt in prędictis libris, quidquā quod fidei, aut moribus, quoquo pacto diſſentaneū ſit, ſed totū eis conſonum eſſe reperietur. Vnde præterquam, quod in Cōcilio Tridentino horum operum autor iam ſuæ pietatis & doctrinæ atq; iudicij ſpecimen dedit longè clariſsimū, ſanè in iis libris, quos nunc euulgare parat, tam clara ſuæ eruditionis & prudentię, ac virtutis teſtimonia ſplendent, vt nullus ſit tam acer & ſeuerus rerum iudex, qui de eo nō ita ſentiat, ſicut de homine religioſiſsimo, eruditiſsimo & prudentiſsimo ſentire par eſt. Dat. Toleti in hoc noſtro Auguſtiniano cœnobio, die 12. menſis Decēbr. Anno 1588.

F. Alphonſus Mendoça.

D. D. CHRISTOPHORO VELA ET ACVÑA, ARCHIEPISCOPO Burgenſi, terdigniſsimo. Frater Chriſtophorus Sanctotiſius, Auguſtinianus, ſacræ Theologiæ profeſſor, Salutem.

CVM ipſe (licet omnium indigniſsimus) ad œcumenicam Tridentinam ſynodum, Archipræſul ampliſsimè, vocatus fuiſſem, vbi tanquam in loco prælio deſtinato, grauiſsimi inter Eccleſiæ hoſtes & eius milites, parabantur conflictus: ego licet aliàs in Belgio, vnde veneram, hoſtium grauiſsimos ictus, Dei gratia, retuderam, vehementer tamen contra fidei hoſtes, ante grauiſsimum illum tantorum patrum conſeſſum, in aciem prodire exhorrebam, ni prius ſecuriſsima arma, quibus me ipſum, aduerſus tot hoſtium cuneos munirem, parata haberem. Sicut enim ad optatam victoriam de hoſte reportandam, non parum conducere ſolet, ipſius aduerſarij arma præuiſſa & explorata habere: ita quoque ſummè neceſſum eſt militi propugnanti, arma fortiora parare, quibus hoſtem victũ, proſtratum, & extinctum cum gloria dedat. Noueram iam pridem hos omnes ſectarios, aduerſus quos munitos nos eſſe oportebat, in caſtra Iudæorum deſcendiſſe, ac ab ipſis ſuarum opinionum arma mutuatos, quibus Eccleſiam Dei ſe ſe expugnaturos confidebant. At verò Eccleſia vniuerſalis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, *Cant. 6.* cùm terribilis ſit, & velut caſtrorum acies ordinata, ſic ſuos omnes milites per ordinem compoſuerat, & armis Eccleſiæ munierat, vt vnuſquiſque ſuo ordine in aciem cõtra hoſtes armatus prodire poſſit. Deus bone, quam pulchrũ erat videre Eccle-

ſię cuneos diſpoſitos: ab vna parte videres Eccleſię prin cipes, Cardinales ampliſsimos, ſedis Apoſtolicæ legatos digniſsimos: ab alia Imperatoris Cæſaris inuictiſſimi, Regumq; Catholicorum, Principum, ac poteſtatū omniū Oratores clariſsimos. Tūc Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos, mira ſanctitate, vnà cū grauiſsima doctrina coniuncta prędítos. Et tandē ſequebantur Theologiæ Doctores, viri doctrina, pietateq; inſignes, omnes ij aduerſus hęreticorum phalanges muniti, & ad huiuſmodi bella exercēda paratiſsimi. Videres hinc inde hos omnes milites, verbi Dei gladios micantiſsimos vibrantes, vnuſquiſq; eorū arma, ſibi commodiora para bat. Ego verò (licet minimus omnium fuerim) aliquoties egrediebar in aciem, & contra euāgelicos Iudaizan tes, arma ſelectiſsima, ex Scrutinio ſcripturæ ſacræ D. Pauli de ſancta Maria munitus, intrepidus accedebam. Mirabantur certè grauiſsimi, ac doctiſsimi viri, cùm me audirent contra ſectarios manifeſtè probare, eos maiori ex parte, ad tenebroſa Iudæorum antra deſcendiſſe, atque vnà cum Iudæis in Eccleſiæ perniciem coniuraſſe: indeq; eos ad lucē veritatis extrahere, & grauiſsimis argumentis, primaria noſtræ Sacroſanctæ fidei myſteria Eccleſiæq; ſanctiſsima dogmata, manifeſtè ipſis oſtēdere. Rogabant à me multi præclariſsimi viri, inter quos vnus erat Ampliſsimus Cardinalis Seripādus, digniſsimus ſacri Cōcilij Legatus, Auguſtinianæ familiæ, decus & ſplēdor, & quondā Generalis Illuſtris, ęterna memoria dignus: à quo eiuſmodi argumēta, quæ validiſsima videbātur peterem. Ego verò, ne quid pręter ſtudiū & diligentiā mihi arrogarem, candide fatebar, Dominū Paulum Burgenſem, cuius ſtudium, cum cæteris grauiſsimis patribus coniungebam, in hæreticos Iudaizantes, & in ſtabiliēda fidei dogmata, potiora & digniora mihi argumēta, abūde ſubminiſtraſſe: Qui pro ſua autoritate, quę

ſumma

ſumma in omnes erat, à me petiit, vt librum hunc tantopere à multis doctiſsimis viris commendatum, à ſe verò nunquam lectum, ad ipſum deferrem: id quod lubens feci, quem cùm ipſe perluſtraſſet, & doctrinam, ac eruditionem mirabilem vidiſſet, ad me tandem remiſsit, grauiſsimè præcipiendo, ne vnquam paterer, eiuſmodi ſapientiæ theſauros, abſconditos mihi ſoli ſeruare, ſed in Eccleſię vniuerſalis vtilitatem recudi curarē. Quod me facturū dum per tēpus liceret, bona fide pollicitus ſum: idipſum quoque à me multi ardenti animo poſtularūt, quibus libenter conceſsi. Nam voluntati eorum non ſatiſfacere, mihi vehementer inhumanum videbatur, iuſſis non parere nephas. Verum enimuero, & ſi ſtatim à ſacri Concilij abſolutione, operi manum adhibere, quam maximè voluiſſem, id mihi non licuit ob grauiſsima negotia, quæ me in Belgio ex mandato maiorum, necnon ſanctiſsimi D.D. Pij V. felicis recordationis, dece integris annis occuparunt. In Hiſpanis iam omnibus expeditis reuerſus, animum priuatis ſtudiis applicare cœpi, & mecum ſæpe hæſitaui, an poſt tam longam moram conſultum foret, promiſsis ſtare. At viri grauiſsimi, qui hāc meam pollicitationem intellexerant inſtetere, ne vlla ocaſione prætermitterem, quim opus hoc vtiliſsimum, in omnium beneficium prodiret. Sic tandem omni pigritia, ac negligentia excuſa, librum accepi, & qua potui diligentia, a quam plurimis mēdis & erroribus, librarij in curia ſparſis, fideliter vindicaui, & in priſtinū veritatis nitorem reſtitui.

Cui autem opus hoc conſecrarem, aut ſub cuius tutela, aut patrocinio comitterem, nunquam dubitaui, ſcrēs ad te iure hæreditario Archiepiſcopatus ratione vnicè pertinere: necnon ob raram tuam, eruditionē, qua Apoſtolicam imitaris pietatem, zelumq́; maiorū, iure deberi. Nam cùm tu Dei gratia, qua ab ineunte ætate, omniū

virtutum ac diuinarum ſcientiarum, præclarum ſpecimen cunctis exhibuiſſes, magno cum omnium aplauſu, primùm Canarienſe Epiſcopatu fœliciter functo: dein de quo magis inſignis illa tua pietas, cum generoſa nobilitate cõiuncta, omnibus innoteſceret: ad hanc inclitam Burgenſium eccleſiam, quæ tot grauiſsimis viris, ſingularis eruditionis, pietateq; inſignes floret, quo Archiepiſcopatus munere, digniſsime fungereris, aſcitus fuiſſes, decreui tanquã ſingulare mei erga te amoris Symbolum, hoc inſigne Scripturę ſacrę ſcrutiniũ à D. D. Paulo de Sãcta Maria, quondã huius tuę eccleſię Epiſcopo meritiſsimo, ędítũ, & ob temporis iniuriã, ſeu potius diabolica arte obſcuratũ, & iam penè mundo ignotum, in lucem reuocare, & tibi integrũ, & priſtino nitori reſtitutum tradere. Ad te quidẽ legitimo hæreditatis iure ſpectat, bona quæ à tuis prædeceſſoribus in vtilitatem non modo huius tuæ, ſed vniuerſalis etiam Eccleſiæ, relicta ſunt, fideliter aſſeruare: & tanquã pretioſiſſimum theſaurum, ſub tua fideli cuſtodia ad cuſtodiendũ traditũ reſeruare. Talibus enim armorum theſauris ditatur Eccleſia, quæ nõ tam auro, aut gemis, quàm perfectæ fidei ac charitatis, vnà cum præclaris patrum doctrinis, fulgere ſolita eſt. Hinc eſt, Archipreſul ampliſsime, quód cùm Eccleſiæ propriſsimum ſuum ornatũ Spiritus ſan-
Cãt. 4. b. 4 ctus exprimere volet, dicebat: Turris Dauid cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Quid obſecro ſanctiſsimi illi patres, Ireneus, Tertullianus, Baſilius, Cyrillus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius, Bernardus, cæteri tandem Eccleſiæ patres, non modo ſuperioris & antiquæ claſis, verum etiam iuniores, tãquam ex clariſsima illa proſapia deſcendentibus, ſuis vberrimæ doctrinæ ſcriptis efficere voluerunt, quàm turrim illam ſanctiſſimæ Eccleſię, vnicum ac ſingulare ad eam confugentiũ
aſſyllum

aſſyllum,ſuis validiſſimis fortiſsimiſq; doctrinis tanquã armis munire? Vniuſcuiuſque ſcripta,qua Eccleſię fides tutatur,ac defenditur:quid aliud obſecro eſt,quam clypeus fortiſſimus,quo hoſtium validiſsimos ictus intrepidè retũdere poſsimus? Et dogmata ſanctiſsima Eccleſiæ,varia ſanctorum patrũ autoritate firmata, ac roborata,quid aliud eſſe cenſes, quàm omnis armatura fortium in Eccleſiæ arce appenſa? ad quæ capienda nõ tam ſuperbè,quàm humiliter accedere licet:& armis ab hac Eccleſię arce mutuatis muniti,aduerſus Eccleſię hoſtes validiſſimè decertare. Inter hæc Eccleſiæ inuictiſſima arma.D.D.Paulus de Sancta Maria,ſua fortiſſima, magnoq; cum ſtudio parata , aduerſus Iudæorum impetũ atque furorem,qui maximus tunc tẽporis in Hiſpaniis erat,appenderat arma. Quæ cum validiſſima fuiſſent, diaboli ſingulari ſtudio,ac arte, iam pene rubigine obducta erant. Ego verò tanquam minimus huius arcis clientulus,totus in hoc fui, vt dæmonis arte explorata, vires omnes meas,quantumuis exilles expenderim, in expurgandis, puliendis, ac in nitorem priſtinum reſtituendis illis armis,non modo aduerſus Iudæos validiſsimis,verum etiam aduerſus huius noſtri ſeculi hoſtes potentiſſimis,quatenus ſi à me dignè a rubigine vindicata iudicaueris,denuo in Eccleſiæ Arce,tua autoritate reponantur.

Et quod id in Eccleſiæ vtilitatem eſſes effecturus, me maximè perſuaſit, tuus ille feruentiſſimus zelus , quo tam indefeſſo labore in Eccleſiæ Dei promouenda pietate inuigilas.Mirantur certe multi vnà mecum,ardentiſſimum hunc , quem in aggrediendis & promouendis Eccleſiæ rebus,zelum oſtendis. Ego verò mirari iam deſino , cum ex maiorum tuorum fideliſſimis hiſtoriis intelligam, hunc fidei, & Eccleſiæ augendæ zelum à maioribus tuis, veluti hereditario iure deriuatum,

vt pro pietate tuẽda, aut Eccleſia amplianda, nullos vnquam recuſaueris, quantumlibet duros, & immẽſos ſubire labores. A generoſo D. D. Blaſco Nuño Vela parenti tuo, perpetua memoria digniſſimo, hunc, cum ſanguine præclaro zelum imbibiſti. Nã cùm inuictiſſimi Imperatoris, Charoli V. ſtudium indefeſſum eſſet, omnes Eccleſiæ hoſtes debellare, quod teſtantur expeditiones variȩ, quas propria perſona, pro defenſionẽ Chriſtianæ fidei expediuit: nam Turcam ferociſsimũ Chriſtiani nominis hoſtem, apud Vienam Auſtriæ glorioſè fugauit, & è manibus Barbaroſæ potentiſſimi tyranni, potenti virtute liberauit, aliaſq; multas de Turcis & Saracenis terra ac mari inſignes obtinuit victorias. Quãta autem aduerſus hæreticos pugnãdo, vt eos ad reſipiſciẽtiam alliceret, aut cogeret, perpeſus fuerit, teſtetur ipſa Germania vniuerſa, quæ tot ab ipſo Clades perpeſſa eſt. Cũ his ergo grauiſſimis expeditionibus pro Dei gloria, & Eccleſiæ defenſione, fuiſſet Cæſar omnino detentus: vidiſſetq; in nouo illo orbe tyrannos in eum coniuraſſe, ac Regni Piru Prouincias, magno cùm ſuæ autoritatis, tum conuerſionis Indorum detrimento: id quod per ſe ipſum facere non licuit, ad talem tantamq; expeditionẽ, tantæ autoritatis, fidei, ac fortitudinis, virum mittere decreuit, à quo ſperaret certò ſe experiri poſſe animum virilem, robuſtum, conſtantem ac fidelem, qui tyrannos omnes debellare poſſet, & ditiones ſuas omnes ſuo ſubmittere imperio, Indorumque conuerſionem fœliciter promouere. Hinc factum eſt vt rebus bene perſpectis, inter omnes præclaros viros, quorũ Hiſpania feraciſſima eſt, inſignem D. D. Blaſcum Nuñum Vela, tuum progenitorem, præ cunctis eligeret, ac Proregis glorioſo titulo decorauit, qui grauiſsimum hoc munus obiret. Is Cæſaris mandato accepto, tempore quo tyrannicus furor in Cæſarem magis ac magis, ac in ipſius

miniſtros

miniſtros crudeli furore ſeuiebat, tempore quo imperatoriæ leges, à tyrannis vilipendio habebantur; tẽpore quo cuncta inuerſo ordine regebantur, adeò vt Cæſare abnegato, vnuſquiſque ſuam Regni partẽ occupare, per ſummum ſcelus, auderet, generoſus tuus parẽs, Cæſaris mandato, conſtanti animo parens, quo amiſſum fermè Regnum, è hoſtium manibus eriperet, Cæſariq; recuperato reſtitueret, per mare, per terras, per tot diſcrimina rerum, immenſos ſubire labores non recuſauit. At cùm iam Regnũ magna cum autoritate occupare cœpiſſet, impetu tyrannorũ in eũ facto, copiis vndiq; fortiſsimis in eũ collectis, quibus tandẽ efficerent, ne Cæſaris ædicta exequutioni mãdaret, imo potius cum ipſis contra Cæſarem coniuraret, quod ſummũ periculum erat, generoſus ac zeloſiſsimus Prorex optione data, vt vel illud faceret, vel certiſsimam mortem ab eis ſperaret, maluit glorioſa morte vitam finire, quàm fidem Cæſari datam, vel in minimo infringere. Sic tandem tyrannorum impetu facto, quem ſuperare tunc impoſsibile erat, generoſo ac conſtantiſsimo animo, ceruicem gladio intrepidus obtulit, vnà cum ſibi chariſsimo fratre, malens vitam cum morte glorioſa commutare, quàm fidem ſemel Cæſari datam, cum ignominia violare. Prætulit vitam à cunctis ſumme dilectam perdere, quàm vt Cæſari, vel minimum patriæ, ſua culpa periret. O vtinam clariſsimorum geſtorum ipſius, parem ſcriptorem haberet, qui digna factis illius referre valeret, & illius gloriã poſteris decantaret. Tu Archipreſul generoſe, incliti ſanguinis impio tyrannoq; gladio fuſſi, generoſa progenies, quam licet natura è longa progenie deducta, tibi tribuerat, è cælo iam illuſtrior, paterno ſanguine parta, generoſiorque nobilitas, magnis cum acceſſionibus tibi cõceſſa eſt, qua præ cæteris gloriari merito potes, quam etiam tuis virtutibus confirmare nõ ceſas.

Tuis quoque indefeſsis laboribus zelum immitaris paternum, qui mille mortes potius ſubire males, quàm vt Eccleſiæ, cui militas, aliquid à ſua integritate perire patiaris. Huc omnino tendunt frequentiſſimæ illæ tuæ ad populum, magno cum animarum fœnore cõciones, inſtituto & more vitæ, in nullo certè abſimiles, quibus zelum verè Apoſtolicũ vitamq; immitaris. Hic me tuus indefeſſus zelus adexit, vt hunc pretioſum Eccleſiæ theſaurum, omni doctrina ac pietate Chriſtiana refertum, tuæ fidei commendarem. Habes in hoc illuſtri ſcriptore, ſelectiſsima Eccleſiæ dogmata è Sacrę ſcripturę floribus, tanquã ex ameniſſimo prato ſelecta, quæ quaſi ſemina quædam præcioſorum aromatũ, per vniuerſam Eccleſiam flagrantiã ſpirant. Legas obſecro pede in offenſo: nõ hîc verborum corticem ſpectes, ſed medulã: non carnem, ſed ſpiritum: non verborum duriciem ac in cõcinnitatẽ, ſed materię ac rei maieſtatẽ. Nam vt in nummo non ſpectatur elegãtia ſculpturæ, ſed pondus ac materia, ita non refert, quam elegans ſit oratio, ſed quã grauis & vtilis. Indulgendum eſt ætati illi, quæ non nimis elegantes habuit ſcriptores, imo gratiæ ei habendę, quę fecit quod potuit. Indulgendum etiam Eccleſię ſtylo, qui, vt in Epiſtola ad Leandrum Epiſcopum. D. Gregorius aït, reſtringi nõ vult ſub regulis Donati. Tuum erit, Archipręſul ampliſsime, huius tui clientis intueri volũtatem, candidam atque ſinceram: qua vnà cum hoc opere lucubratiunculas, quibus euincimus hęreticos ferme omnes, in Iudęorum caſtra deſcendiſſe, pręfactionis loco tibi offero, vnà cum autoris clariſsima vita, eaq; omnia, meq; ipſum, ea animi alacritate cõplectere, qua ſemper pios omnes de Eccleſia benemeritos fouere ſoles. Vale ex noſtro Auguſtiniano muſeo 15. Ianua. Anni 1591.

REVERENDISSIMI D. D. PAVLI DE SANCTA MARIA, Epiſcopi Burgenſis, mirabilis ad fidem conuerſio, & ſanctæ vitæ ipſius geſta fœliciter incipiunt.

Paulus de Sācta Maria ad exēplar D. Pauli conuerſus.

NOVAM & pietate plenā (piarū rerū amator, candide lector) texere aggredior hiſtoriam Clariſſimi illius viri D. D. Pauli de Sancta Mariæ, inclitæ ciuitatis Burgenſis quondam Antiſtitis. In cuius mirabili conuerſione, ſanctaq́; vitæ progreſſu, alterum diuum Paulū ex infidelitate ad Chriſti fidem mirabiliter conuerſum reperies. In doctrina verò, qua tempore ſuo claruit, zelum Dei feruentiſſimum, & Euangelij promotionem tanto cū pietatis ſtudio exercuit, vt etiam diuum Paulū electionis vas, in ipſo rediuiuum diceres. Nemo hactenus ſcriptorum eius præclaram vitam à principio ad finem vſque deduxit, licet varij hiſtoriographi Hiſpani, in ipſius vitæ encomium, & laudem, ordine confuſo ſuis ſcriptis inſeruerint. Ego verò, diuino numine afflante, tanti viri vitam, ſua, ſuorumq́; natorum præclara geſta, tam ex munimentis ipſius pij viri Pauli, quàm ex veriſſimis hiſtoriis, necnon ex fideli ac grauiſſima maiorum traditione, texere fideliter adnitar. Tu verò ſi omnia æqua pietatis trutina appenderis, inter clariſſimorum hiſtorias, interq́; mirabiles illas conuerſiones, quas in maximam Eccleſiæ ſuæ vtilitatem Deus miſericorditer operari ſolet, hanc meritiſſimè collocabis. Lege obſecro animo candido, & capiendi fructus pietatis auido, hinc enim multa, quæ te ad pietatem magis, magiſq́ue accendere poſſint, elicere potes.

Paulus de Sancta Maria ex tribu Leui originem duxit.

DOMINVS D. Paulus de Sācta Maria, ex antiquiſſima Hebrçorum natione, atque ex nobiliſſima eorum Leui tribu originem traxit: id quod ipſemet candidè fatetur in epiſtola ad poſtillā ſacræ Bibliæ Alfonſo de Sancta Maria eius filio, Compoſtellæ tūc Decano prçfixa, dicens: Vnum eſt, quod ſilentio committere non poſſum, nobis ex Leuitico ſanguine deſcēdentibus, aliquantulū demōſtratum fuiſſe, quod ante tot ſecula ſcriptum eſt, tribui Leui non fuiſſe datam poſſeſſionem, quia Dñs eſt poſſeſſio eius. Deus (inquit) eſt poſſeſſio noſtra, Chriſtus hæreditas noſtra, qui purgaturus venit filios Leui, vt ſacrificia Domino in iuſtitia offerrent. Voce Prophetica antiquitus prædicatos, his iam diebus manibus noſtris ſe ſacrificium verum tractari permittit, vtique ſic acceptans, ſicut & tollerans. Hçc de ſe ipſo dicens, ab omni ſe iactantia purgat. Nam duplici (nec immeritò) his verbis gloriatur nomine. Primo ex maxima dignitate, quam ex Leuitica gente originem trahens ſibi vſurpare poterat. Tāti enim Deus gentem illam Leuitici generis fecit, vt nollet eam cæteris tribubus in ratione præmiorum exequare, ſed lōgo diuitiarum cummulo eas omnes ſuperare. Cæterarum ſiquidem tribuum

Epiſtola ad Alfonſum filium.

Deut. 10.

Malac. 3.

Duplici ratione de ſua gloriatur origine.

Prima gloriandi ratio

poſſeſſio terrenorum, breuiq; periturorum bonorū erat, quæ mille litibus, milleq; ærumnis, totidemq; cladibus perpetuò ſubiecta manent. At verò generoſa Leuitica tribus, cū Deo proximior ex Dei gratuita electione ſit facta, & diuina quadam animi nobilitate, tanquam futurorum bonorum præſagiū ac præludium decorata, maiori præ cçteris tribubus eſt hæreditate donata. Nam nullam aliā prçter ipſum Deum Opt. Max. hæreditatem in terris ſortita eſt, ideoq; ad ipſius Dei poſſeſſionem habendam peculiariter electi, Deiq; poſſeſſores effecti, ampliorem, dignitatem & gloriam hoc maxime nomine ſortiti ſunt. Altera gloriandi iuſtiſſima ratio inde ſumenda eſt, quod illa excellentiſſima Dei poſſeſſio, quam tandiu con ferre diſtulerat ipſemet Deus, iam Leuitica tribus prç cçteris, à tempore quo Chriſtus venit, in legitimam poſſeſſionem cū Iudaica, vindicata eſt. Duplici & hoc quidem titulo. Primo, quia Chriſtus eſt (inquit) hæreditas noſtra, legitimo ſiquidem hçreditatis iure, Leuitica tribus Deum ipſum incarnatum poſſidet, eo quod ex Leuitica tribu carnem deſumere, quo eam nobiliorem reddere, dedignatus non eſt Deus. Secundo, quia ex Leuitica gente Sacerdotium tunc inſtituere volebat, qui purgare venerat

Secunda gloriandi ratio

rat filios Leui,& auro puriores, nobiliores, præſtantioreſque cæteris facere, quatenus in lege gratię purgati, vnuſquiſque eorum purum ac mundum ſacrificium Deo offerens, ipſummet Deum, excellentiori quadam ratione, incomprehenſibiles illas diuitias poſſideret, ac manibus contrectaret: cæteriſq́; tanquam hęreditatem propriam filiis legantes, impartirētur. Hinc fit, vt ſumma generis dignitas, atque clara nobilitas, quæ apud Iſraëlitas erat, Leuitica tribus haberet. Ideoque Chriſtus ex tribu Leui, originē trahere decreuit: nam duplicē illam nobilitatem, quam propheticæ literæ in Chriſto deſiderabant, nempè vt Rex ſimul & Sacerdos naſceretur habuit. Iam verò vt hac vtraque nobilitate Chriſtus inſigniretur, illam habere matrē debuit, quæ & germana Habrahæ filia, & ex tribu Iuda ſtirpeq́; Dauidis Regia prognata eſſe cōſtaret, & quæ præterea cum tribu Leui cognationem haberet. Quę duę tribus Iuda, & Leui, apud Iudæos præcipue florebant, adeò vt aliæ præ illis obſcuræ viderentur. At Leuitica quidem tribus, quæ ſacerdotalis eſt, Dei (cui ſeruire vere regnare eſt) non Regnorum erat ſeruitio mancipata, vt D. Auguſtinus docet. Et hæc terriadecima numerabatur: quæ multo magis, quàm tribus alię ad Regnum Hieroſolymitanum pertinebat. Hæc eò dicta ſunt, vt intelligamus noſtrum Paulum de Sancta Maria, meritò ſe poſſe gloriari de Iudæorum illuſtriori proſapia genitum, nempe de Leuitica, quæ ad Sacerdotes pręcipuè pertinebat: eaque ſupramodum maior dignitas eſt, quam Regia, ad quam tribus Iuda à Deo dicata erat. Nec enim ſummam originis dignitatem, matri dediſſet filius, niſi ex vtraque tribu eam ſanguinem duxiſſe, Euangelico teſtimonio teſtaretur. Satis manifeſtum erat noſtro Paulo, quam præclarum nobilitatis titulum ſibi vendicaſſet, ſuā progeniem à Leuitica tribu deducendo. Et vt ſe ab omni iactantiæ genere purgaret, hæc (ſuæ pietatis inſignia) verba contexuit. Nec volo iſta me putes ſuperuacuè iactanterúe inſeruiſſe, vitamq́ue meam fruſtra annunciaſſe tibi, cùm non ſuper uacuum, quinimo neceſſarium reor Omnipotentis beneficia cognoſcere: & arrogantiæ tribuendum non eſt, infirmitatis propriæ, aperta & infiũta confeſſio: præſertim cum tibi loquar, à cuius memoria hęc excidere nullo vnquam tempore vellem. Nec enim puto me ſatis gratum tantorum beneficiorum receptorem agere, ſi cum vita mea illorū cognitio quieſcat. Hæc ille. Quibus ſanè verbis duplicia ſibi à Deo collata fuiſſe

Duplicē nobilitatem, Prophetæ in Chriſto futuram, prædicebant.

Tribus Leui, & Iuda, apud Hebræos præ cæteris florebant.

Lib. 7. de Ciuit. Dei c. 21

Deipara Virgo ex Leui & Iudæa tribu originem traxit.

Matth. 1. Luc. 1. & 2.

In epiſtola ad Alfonſum filium.

fuiſſe beneficia gloriatur. Alterũ à natura, quòd nobili fuerit proſapia ortus. Alterum verò à gratia, quod à Iudæorum errore fuiſſet in lucem vindicatus. De primo nunc agimus. De ſecundo latius poſtea dicturi, tanquam de primario gratiæ dono.

Noſter itaq; Paulus, ex nobiliori Hebręorum genere originem traxit, vt omnium hiſtoriæ communi cõſenſu vnà cum ipſo fatentur. Quo vero nomine, ſeu cognomine, antè baptiſmi ſacramentum compellaretur, hactenus nõ vidi, neque aliquis eorum, qui præclara ipſius geſta memoriæ mandarũt, ſcripſit. At in hoc noſtro Scrutinio, Saulum nomine dubitantem proponit. Verùm hoc non ſatis euincere poteſt, vt id ei nomen, ante ipſius ad fidem cõuerſionem inditum fuiſſet. Voluit tamẽ, ſi bene perpẽdimus, ſub huius nominis ethimologia nobis declarare, quis ipſe in Iudaiſmo agens fuerit, nempe alter Saulus, Eccleſiæ deuaſtator inſignis, Chriſtianorum truculentus hoſtis, ſpirans minarũ & cædis in diſcipulos Domini: nemo ſuo tempore tam magnos progreſſus in Iudaiſmo fecerat, ac ipſe. Proficiebat in Iudaiſmo, ſuper omnes ipſius coetaneos, abundantius æmulator exiſtens, paternarum ſuarum traditionum. Mente recolebat ſe quondam perſequutũ fuiſſe Eccleſiam Dei, quo magis ac magis Iudæorum ſynagogas ſtatueret, & in ſummum honoris gradũ promoueret: ideo ſe Saulum, potius re, quàm nomine vocandum iudicauit. Paulus tamen appellatus fuit, quo gratiam diuinã, quam intra mẽtis ſuæ penetralia agnouerat, quaq; ſupra quam verbis explicari poterat, illuſtratus fuerat, nomine Pauli ſibi impoſito declararet. Et qui Sauli in obſtinata animi cęcitate atque duritia, imitator inſignis fuerat: iã Pauli veſtigia ſequutus, multo magis conualeſceret, & vires acquireret, Euangelicam veritatem prædicando, & vniuerſos Iudæos ſuis argumẽtis validiſſimis euincendo. Hinc eſt illud, quod multi de ipſo teſtantur, nempè, quod dum ad ſacrũ baptiſmi fontem perueniſſet, de more rogatus, quo nouo, vete ri iam eum homine poſthabito, ac relicto, nomine, compellari vellet, hæc eũ verba dixiſſe teſtantur: Paulus me ad fidem conuertit, Pauli mihi indelebile nomen, vnà cum caractere aſſignari depoſco: ideo Pauli nomẽ accipiens, diui Pauli fuit imitator eximius, indefeſſuſq; vitæ ſectator.

De cognomine verò ipſius, videlicet, de Sãcta Maria, communis ac vniuerſalis omnium ſententia eſt, quam ab ipſo noſtro Paulo maiores noſtri acceperunt, eum Sanctę Mariæ cognomen,

Quare Paulus vocatus.

Quis fuerit Paulus ante baptiſmum.

Act. 9.

Col. 3.

Paulus Paulum conuertit.

Paulus Pauli immitator.

Sanctæ Maria cognomẽ accepit, eo quod ex eius ſtirpe originẽ traxerit.

gnomẽ, ſibi vẽdicaſſe: eo quod non ſolum ex eadem Virginis Deiparę tribu, ſed ex eius etiã pręclara ſtirpe originẽ traxiſſet: id quod certè ſępiſſiſsimè vſu venit, in nobilioribus Hiſpanię familiis, nempè, vt ij qui ex antiqua Romanorũ & Gothorum nobilitate originem duxerunt, honoris ac dignitatis nomina, ac ſtemmata, quę ab ipſis mutuati ſunt, perpetuis futuris temporibus ſuis conſecrent familiis: vt Guzmani, Velaſcij, Mendocij, Henricij, Manricij, aliiq; quamplurimi, vt Damianus à Goes Luſitanus pręclare notauit: qui cum Gothico ſanguine cognomina quoque perpetuo, magna cum gloria ſeruarunt. Pari quoque ratione noſter Paulus, ex progenitorum Deiparę Virginis ſtirpe originem ducens, cognationemq; trahens, ſanctę Marię cognomen, ſtemma certè glorioſum, ſibi à ſua conuerſione vindicauit: nec immerito tali gloriatur cognomine, acceptum ferens magna ex parte ipſi Virgini, ſuę pręclarę conuerſionis donum.

Hiſpanis mos eſt familiæ nomen à generatione in generatione ſeruare.

Lib. de præcipuis rebus Hiſpaniæ.

Deipara Virgo Paulo de Sãcta Maria miraculoſe apparuit.

A multis enim mihi relatũ fuiſſe teſtor, ſe ex antiqua maiorũ traditione ab ipſomet noſtro Paulo andiuiſſe ſeniores, ſingularem quãdam ac miraculoſam gratiam, quam ab ipſa Deipara Virgine, dum inter ſuę conuerſionis crepuſcula, menti ipſius Deus illuſtraſſet, nempè ipſam ſacroſanctam Virginẽ, tanquã ſuo contribuli, patrocinium ſingulare gerens, ei clariſſima luce apparuiſſe, ac verbis ſignificaſſe, Dei erga ſe ſingularẽ pietatem, ac incomparabilem miſericordiam, ſi modo eam puro cordis affectu accipere non detrectaret. Qua mirifica viſione intimè tactus, ac diuino feruore accẽſus, velut alter Paulus, qui Chriſti vocem ſibi dicentẽ audiebat: Saule, Saule quid me perſequeris? Durum eſt tibi cõtra ſtimulum calcitrare. Et continuo clamantis voci obtemperans, ait: Domine quid me vis facere. Ita quoque noſter Paulus, poſt reuelationem illam mirificam, à Deipara Virgine ſibi factam, tremens ac ſtupens dixit: Sancta Maria, quid mę vis facere, quo poſſim tanto frui beneficio? Ab hac miraculoſa viſione, ſibi à Diua Virgine oſtẽſa, noſter Paulus ſuę conuerſionis initia accepit, ac fœliciſſimos progreſſus, beatiſſimę Virginis interuẽtu ſingulari, fortitus eſt. Hinc fit, vt nonnulli, quibus hęc Virginis miraculoſa viſio innotuit, firmiter conteſtentur, noſtrum Paulum Sanctę Marię nomen ſibi vindicaſſe, ob hanc ſibi factam viſionem. Verum omniũ ſententia fert, hoc Sanctę Marię cognomen, ratione ſtirpis ipſius Virginis, à qua rectalinea deſcẽdebat, ſibi adſcripſiſſe, atq; floris lilij (ſtẽma ſingulare) ſibi vindicaſſe. Nec ſibi ſoli nomen tergglorioſum

Actor. 9.

D. Paul. ab ſtirpe Deiparæ Virginis, originẽ traxit.

Sanctę

Sāctæ Marię deſumpſit, ſed omnes quoque ipſius fratres, paris pietatis, ac gloriæ non innanis ſtudio, ſimul atque ſorores, Sanctæ Mariæ cognomen ſortiti ſunt. Sic Aluarus Garſia inſignis pietatis vir, ac Petrus Suarez, ipſius D.D. Pauli germani fratres, vnà cum quatuor ſororibus, Sanctæ Mariæ cognomē, omnes ſibi vindicaſſe certiſſimum eſt. Teſtimonio fideliſſimo, omnes cum Domino Paulo teſtantes, ſe ex ſtirpe illa generoſa Sanctæ Marię originem, recta linea traxiſſe, atque ad illam vſque ętatem conſeruaſſe.

Pauli pater ignotus.

Quis verò noſtri Pauli, ac fratrum, & ſororum ipſius, pater extiterit, ab omnibus, qui ſinceram hiſtoriam vitæ ipſius texuere ignoratur. Dicunt tamen nonnulli patrem Domini Pauli ex Regno Aragonię, vnde originem traxit, vel ex Nauarræ Regno, vt aliqui ferunt, ad Burgenſem Caſtellæ ciuitatem, vnà cum vxore ac filiis veniſſe, qui haut dubiè ibi, habitationis ſedem collocauit, ciuiſque effectus vitam finiuit. Quare verò nominis, ſeu cognominis ipſius, memoria nulla iā habeatur, inde id factum ſanè putarem, quod cum Deus æquè iuſtus ac miſericors ſit retributor, voluit gratiæ ſuæ diuitias magnis cū acceſſionibus in filio, nempè D.D. Paulo ab æterno ſibi dilecto oſtendere. Et iuſtitiæ tremendæ ipſius, ſpectaculum in patre declarare. Eſt quidem in poteſtate figuli teſte Paulo, ex eadē maſſa aliud vas in honorem, aliud in contumeliam facere. Quod ſi Deus, volens oſtendere iram, & notā facere potentiam ſuam, ſubſtinuit in multa patientia, patrem ipſius D.D. Pauli tanquam vas irę, in interitum aptū, & eo in illa perditionis Iudaicæ impietatis maſſa derelicto, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in filio D.D. Paulo, ac ſi miſericordiæ diuinæ vas præparatum in gloriam Dei fuiſſet, miſericordiſſimè electus. Quis nō miretur, & Dei miſericordiam, vnà cum ipſius iuſtitia ſuſcipiat, & timeat? Non itaq; mirum videri debet, ſi patre in Iudaica cæcitate, vita functo, nomen ac memoria ipſius perpetuò obliuioni tradatur, & filij nempè D.D. Pauli memoria, ęterna memoria nullo ſeculo interitura maneat.

Pauli pater ex Aragonia Regno, an Nauarra ad Burgenſem ciuitatem venit.

Pauli pater non fuit ad fidem conuerſus.

Rom. 9.

Pauli mater ex qua ſtirpe fuerit.

Verum enimuero, cū inſcrutabilis diuinæ prædeſtinationis abyſſus, in ipſis mirabilibus Dei operibus declaretur, & exprimatur, in hoc ſanè mirabili electionis opere, in matre noſtri Pauli facto, maximè videre licet. Ex vno namq; eodēq; cōiugali lecto, vnus ad Dei omnipotentis gloriam aſſumitur, alter ad ipſius diuinæ iuſtitiæ declarationē, miſerè deſeritur. Marito itaq; à Deo derelicto, & vita iā miſerè functo, ipſius vxor, noſtri Pauli chariſsima mater,

à Dei

Pauli mater Maria fuit vocata. à Dei miſericordia præuiſſa, atq; ſingulariter electa, ad Chriſtianam religionē vocata fuit, eiq; Mariæ nomen impoſitū. Vnde hæc, & à quibus parentibus orta fuerit, hiſtoriarū ſcriptores, non recenſent: credimus tamē illam ex Leuitica, ſeu Iudaica tribu deſcendiſſe. Quæ quondam à parentibus, probis inſtituta moribus, honeſtiſſimeque educata, viro ſuo matrimonio honorificè iuncta fuit. *D. D. Maria ſeptem proles habuit.* Hæc ſeptem prolium mater extitit, tres filij, quatuor quoque filiæ ei fuerunt.

Quo verò ante Baptiſmi Sacramentum vocati fuerint nomine, penitus ignoramus, ſed poſt ſuſceptum baptiſmū. Primus Paulus cuius geſta narramus. Secundus Aluarus Garſia, qui religionis zelo feruens, vt ſancti Ioannis cœnobium, inſtituti ſancti Benedicti, ad Regularem obſeruantiam reducere t, maiorem ſuorum bonorū partem ipſis donatione, ac teſtamento reliquit. Iſmet Aluarus Garſia dum Regius Chroniſta eſſet nobilitatis priuilegium pro ſe ſe in Regno Ca- 1410. ſtellæ obtinuerat Anno 1410. quod ſanè priuilegium adhuc hodie ſeruatur in prædicto ſancti Ioannis, religioſiſſimo cœnobio: vbi honorificè ſepultus in primaria capella cum vxore ſua iacet. Tertius Petrus Suarez: omnes de Sancta Maria cognomento ſunt compellati.

Filiarum uerò nomina, planè ignoramus, præter vnius maioris earum natu, quæ Maria nuncupata eſt, eaque nobiliſſimo viro matrimonio iuncta, quæ infra maternum ſepulchrū ad latus ipſius, ſub marmoreo lapide (optime ſculpto) iacet. Cæterarum trium nomina ſuppreſſa ſunt, quæ perpetuam virginitatem ſeruantes, vitam tandem fœliciter in Domino finierunt, & in celebri ſancti Pauli cœnobio, inſtituti ſancti Dominici, honorificè ſepultæ manent, in capitulo, à noſtro Paulo egregie *Tres Pauli ſorores virgines fuerunt.* ſtructo, ibiq; ſub lapideis ſepulchris, ad ſiniſtrum matris latus, diem ſtremum expectantes iacent.

Primus igitur filiorum D. D. Mariæ, Dominus Paulus de Sancta Maria fuit, qui anno Domini, milleſimo trecenteſimo 1350. quinquageſimo natus eſt, & ab ineunte ætate in ea in qua natus fuit profeſſione, optime à ſuis fuit educatus parentibus, in tenera quidem ætate, tam auidè primaria rudiméta addiſcebat, vt cæteros omnes ſuæ ætatis pueros, ad inuidiam prouocaret. Inter iuuenes illum ſenem iudicares, tanta enim cum maturitate ac prudentia inter omnes verſabatur, vt omnes mirarentur. Summa diligentia legis Rabbinos, intimo addiſcendi affectu audiebat, quemadmodum ad Alfonſum

In Epiſtola ad Alfonſum filium.

ſum de Sācta Maria eius ſilium teſtatur, ſic dicens: Cùm ab ineunte ætate veritatem non recepiſſem, ſed ſub Iudaicæ cæcitatis perfidia natus, ſacras literas, non à ſacris Doctoribus dediciſſem, ab erroneis magiſtris, erroneos ſenſus trahebam: literam rectam, non rectis cauillationibus (vt cæteri illius perfidiæ duces) temerariè inuoluere ſatagens. Hęc ille. Vnde manifeſtè conſtat, ſe ſe toto affectu, Sacras literas addiſciſſe, & peſſimo lacte nutritus, Iudæorum errores imbibiſſe, ob magiſtrorum deprauatum intellectum, pariter & affectum.

Paulus in lege apprimè inſtitutus.

Adeo apprimè fuit inſtitutus in ſua iuuentute, vt nemo in lege verſatior, nemoq́; in Philoſophicis ſtudiis fœlicius inſtitutus fuerit, ita vt omnes mirarentur ipſius ingenij acumen, ſuadendiq́; admirabilem vim atq; efficaciam, qua omnes non modo coætaneos, ſed & ſeniores etiam, ac grauiores in lege peritos, & in Philoſophicis verſatiſsimos, lōgo interuallo ſuperaret.

Vaticinium de Paulo à ſuis factum.

Indeq́ue præſagium futurorum, de eo quamplurimi faciebant, vaticinantes eum, vel murum fortiſtiſſimum Synagogæ futurum (tanta enim ſciētia, ac dicendi facundia erat ornatus) vel in magnam ſuæ profeſſionis perniciem, in hanc lucē prodiſſe: id quod rerum euentus, euidentiſſime declarauit. Erat moribus omnino compoſitus, ſumma modeſtia ornatus, amicus, comes, verecundus, omnibus affabilis, modeſtia, ac grauitate ſeruata: adeoq́ue omnibus erat amabilis, vt omnium animos ad ſe ſe alliceret, ac ſecum in maximum amorem cōciliaret.

Paulus moribus fuit omnino compoſitus.

Virtutes omnes ita excoluit, vt qui eum contemplabantur in ſtuporem rapti, in omnium virtutum exemplar, cūctis eius ſeculi ipſum natum teſtarentur. Conſtantiam, longanimitatem, māſuetudinem, prudentiam, temperantiam, atque in aduerſis, ęquè ac in proſperis, ęquanimitatem oſtendebat. His ornatus virtutibus, ſingulariq́ue Scripturæ ſacræ ſcientia præditus, ac nimio etiam legis, quam profitebatur zelo munitus: eo tandem peruenit, vt inter legis Rabbinos Paulus ſectæ Phariſaicæ ſuo tēpore primas haberetur.

Paulus legis Rabbinus inſignis.

Hinc factum fuit, vt ab omnibus primariis, in matrimonium filiarū auidiſsimè ſpectaretur: his accedebat poſt eius animi dotes, & ſingularem, quam diuinæ legis imbiberat ſcientiam, clara illa generis nobilitas, cum maximo legis, quam tunc profitebatur, zelo coniuncta. Habet enim meritam ſuam laudem nobilitas, & duplex ornamentum adfert, quæ generis claritate ſimul & virtutis ſplendore conſtat: id, quod in D. D. Paulo cumulatiſsimè reperire licet. Obidq́ue Deo ſic diſponente, factum

Quæ vera nobilitas. Duplex ſplendor in Paulo, ſcilicet, nobilitatis, et virtutis.

factum eſt, vt inter multas nubiles puellas, nobileſq; virgines, ſibi conubio oblatas, dum adhuc in viriliiam eſſet ætate, nempe circa vigeſimum ſextum annũ, à
1376. quo natus eſt, currẽte anno Domini milleſimo trecenſimo ſeptuageſimo ſexto, Dominam D. Ioannam vnicam vitę ſociam, ſibi in coniugem elegiſſet, cuius cognomen inuenire non potuimus, aut qui eius fuerint parentes, ignoramus. Hoc vnum certiſſima ratione euincere poſſumus, & teſtimoniis comprobare, videlicet eam ex nobiliſſima Leui, ſeu ex Iudæ tribu originẽ duxiſſe. Nam cum noſter Paulus de Sancta Maria vir eius, legis obſeruãtiſſimus fuiſſet, nullo pacto legem grauiter prohibentẽ, ne quis alterius tribus vxorẽ duceret, prætermiſiſſet. Sic enim lege cautum fuiſſe ſcimus, vt cõiugium Iſraëlitarum, omniſque affinitas, intra vnius tribus homines, limiteſq; contineretur. Ideoq; fit, vt iuſtiſſima ratione credamus D. D. Ioannam, Dñi Pauli legitimam vxorem, ex eadem Leui inclita tribu originem traxiſſe. Potuiſſet tamen fieri, vt non ex ſuamet tribu vxorẽ, noſter Paulus duxiſſet, ſed ex præclara Iudæ tribu. Nam his duabus tribus, nempè Iudæ & Leui, teſte Epiphanio, peculiare eſt, vt vtrinque coniugia ſępè permiſceantur. Sic enim ait. Hæ duæ tribus ſolę inter ſeſe cõiungebantur, Regia Sacerdotali, & Sacerdotalis Regiæ. Beda

Paulus matrimonio iũctus eſt cum D. Ioanna, & quo tempore.

Num.36.

Ephiphanius, contra Antidicomarien.

Hiere.78. Beda.

quoque quæſtionem de Beata Virgine mouẽs, inquit. Quomodo beatæ Mariæ cognatam Lucas dicat Eliſabeth, cum hęc de domo Dauid, illa de filiabus Aaron originẽ duxerit? animaduertat proauos earum, liberis inuicem nuptum traditis, vtrãq; tribum potuiſſe cõiungere. Hoc itaq; modo, nos intra legis limites continentes, recte teſtari poſſumus, noſtrum Paulum in vxorem duxiſſe Dominã Ioannam, eo quod ex eius tribu nempè Leui, ſeu Iuda fuerit. Verũ enimuero, id quod de duabus tribubus Regia, & Sacerdotali, ſeu Leuitica concedit Epiphanius, etiam ad alias referunt eruditi, ac probabiliter docent, ex Iſraëlitis cuiuſcunque tribus, cõiugia cum hac Leuitica cõtrahi potuiſſe, modo hæreditates impermixtæ manerent, & ſua cuiq; tribui iura, & bona, integra conſeruarẽtur. Sit itaq; Domina D. Ioanna, ex tribu, quã voles, matrimonio tandẽ cum D. D. Paulo de Sãcta Maria iuncta fuit, ex quo. Quinque proles, fœliciſſimis quidem auſpiciis, eis natæ fuerunt. Primus filiorũ fuit Dñs D. Gundiſaluus de Sãcta Maria, qui ad Dei gloriam animarumq; ſalutem, anno 1379. fuit ortus: & multis, & clariſſimis virtutibus, vnà cum vtriuſque iuris inſigni eruditione ornatus, Placẽtinę, deinde Eccleſiæ Segũtinę Epiſcopus creatus fuit. Qui ipſas diu, ſummo cum vitæ exẽplo gubernãs Eccleſias, anno tandem

Luc.2.

Beata Virgo Maria ex vtraque tribu, nempe Iuda, & Leui originem traxit.

Leuitici tribus viri ex quacunque alia tribu, vxores ducere poterant.

Quinque proles Paulus habuit.

Gundiſalus primus. 1379.

1448. 1448. vitã cũ morte fœliciſſimè cõmutauit, ætatis ſuæ annũ 69. agens, indeq; allatus Burgis: in primario Sacello cœnobij Sãcti Pauli, ab alio latere paterni ſepulchri ſepultus iacet. Secũdus filiorum Dominus Alphõſus de Carthagena deſignatur, qui an-

Alphõſus filiorum ſecũdus.

1384. no 1384. natus, Burgenſium tandẽ Epiſcopus fuit factus, de quo multa ęterna laude digna nobis aliquãdo dicendũ erit. Tertius filiorum Petrus de Carthagena, qui in hanc lucem prodiit anno

Petrus filiorum tertius.

1387. 1387. de quo iã quoq; ſilendũ eſt, quia nõ pauca nobis ſuo tẽpore dicẽda parauit. Quartus filiorũ Aluarus ſanctius fuit, qui quo tẽpore ortus fuerit, hiſtorię nobis nõ referũt. Sicut nec de quinta prole, quę Maria appellata fuit, natalis diẽ ſcire poſſumus: credimus tamen eam poſt Gundiſaluum natam, quę nobiliſſimo viro matrimonio iuncta fuit: & tandem poſt conubium laudabile, cum viro in religioſiſſimo monialiũ cœnobio ſancti Ildephonſi Burgis, in earũ choro honorificè ſepulta quieſcit. Aluarus Sãctius minimus omnium erat, qui ante conuerſionem patris ſex, qui anno natus fuit. Hic ille eſt, quem pater in ſuo teſtamento non modo non nominat, ſed potius illum ab hęreditate omnino arcet, ob crimẽ neſcio quale, ratione cuius à Regis gratia, ac à Regno exalabat, licet poſtea in gratiã redierit ipſius Regis, de quo nulla hactenus in hiſtoriis fuit facta mentio.

Aluarus Sãctius quartus filius.

Dña Maria quinta proles.

Omnes hi à tempore, quo D. D. Paulus de Sancta Maria Carthaginenſis Epiſcopus fuit creatus, Carthagenæ cognomẽ ſibi vendicarunt, Sanctæ Mariæ cognomine, neſcio qua occaſione, prætermiſſo, ob nominis forſam reuerentiam, aut quod viderent homines gregarios, quibus, nec ratione origines, neque deuotionis ergò, ſed potius emulatione quadã honoris permoti, Sanctæ Mariæ cognomẽ paſſim vſurpare: à Carthagena itaq;, vniuerſa Pauli noſtri originis propago, nuncupata eſt, non modo, vt gloriam patris, ob Carthaginenſium Epiſcopatum meritiſsimè conceſſum, perpetua memoria, apud poſteros relinquant: verum etiam, vt potius cum nomine Carthaginenſium gloriam ſuis pręclaris, ac fortiſſimis actionibus referãt, & cuncta eorũ inclita facta totis viribus in ſe exprimãt. Id quod quã plurima, ac penè innumerabilia animoſa facta, & immortalia geſta, in Regũ & Regni Hiſpaniarũ obſequiũ facta, clariſsimis teſtimoniis cõprobarunt. Adeò, vt Carthaginenſiũ gloriã iam pridẽ ſepultã, & obliuioni, quodãmodo traditã, in hac nobiliſſima, ac inclita D.D. Pauli progenie in vitam reuocatã, & in gloriã priſtinam reſtitutã diceres, ita tandem, vt non iam Carthaginenſes, Hiſpanos, ſed Carthaginenſes Africanos, ſuis ſtrenuis, ac nobiliſſimis geſtis eos iudicare poſſis. De quibus nõnulla ſuo loco licet nõ

Quare Carthaginenſes compellati fuerint.

pro-

pro dignitate eorũ dicere adnitar. Ad rem igitur reuertamur.

Mirabilis noſtri Pauli ad fidem conuerſio. Poſt matrimonium honorificè contractum, poſt fœlicẽ prolium ſuſceptionem, dum in earum educationem poſt aliquot annos ſummo ſtudio vacaret, Deus omnipotẽs, qui diues eſt *Ephe. 2. a.* in miſericordia, propter nimiã charitatem ſuam, qua Paulum hunc noſtrum complexatus eſt, dum in integra iam fuiſſet ętate, nempè quadrageſſimum annũ agens, Deus illum conuertit, vt in ſuo teſtamento conteſtatum reliquit: teſtamenti autem, verba cùm ſpiritum planè diuinum ſpirẽt, hîc apponere viſum fuit, quo animum ipſius à Deo mira- *Paul⁹ in ſuo teſtamento.* biliter excitatũ videas. Sic enim ait. Cogitans dies antiquos, & *Pſal. 76.* annos præteritos in mente habens, tot & tanta inuenio erga me bẽneficia diuina, quòd temerarium reputo eorum memoriã explicare. Quis enim loquẽdo, aut ſcribendo valeret exprimere, quod non ſufficit cogitare? Singularibus enim omiſſis, quæ ſub narratione non cadunt, etiã generalia multiplicata ſunt ſu- *Pſal. 39.* per numerum. Vnum tamen inter cætera, potiſſimum propter laudem diuini nominis non tace *Pſal 40.* bo, videlicèt, quòd Diuina clemẽtia tam magnificata eſt erga me, vt poſtquam in Hebraica cęcitate natus, & ſub eadem nutritus, & in literis ſacris, non ſacro modo, ſed ſacrilego imbutus, vſque ad quadrageſimum circiter annũ ætatis meæ, ſupra coætaneos meos blaſphemus fui. Et quantum in me erat Phari- *Gal. 1. c. 14.* ſaicæ doctrinæ veſtigia ſequẽs, ſaluberrima ſacratiſſimæ fidei catholicæ documenta, à meo, & proximorum corde, ſupramodum excludere ſatagebam. In hoc igitur lacu miſeriæ, & lu- *Pſal. 39.* to fecis, vltra modum ſubmerſus, miſſit Deus de ſummo & accepit me, & eſtatuit ſupra petram apoſtolicæ fidei pedes *Ibidem.* meos, quod incomprehenſibile beneficium omnino extitit. Hęc ille. Quibus ſanè verbis, alterũ ſe ſe Saulum oſtẽdit, Eccleſiam Dei atrociſſimè expugnantem, & diuina atque immenſa gratia, ex Saulo Paulum ſe ſe effectum teſtatur. O præclara noſtri Pauli conuerſio. Ipſe enim Deus de *1. Pet. 2.* tenebris illum vocauit in admirabile lumen ſuum. Miſericordiæ enim oculis ipſum aſpicere dignatus eſt, & ſæpè diuina illa, ac potentiſſima gratia, qua ab æterno ſibi electos excitare ſolet, ipſum miſericorditer præueniebat. Quis elegantius diuinos *Paulus diuina gratia excitatus & præuentus.* illos impulſos, quibus mens illa noſtri Pauli, tanquam calcaribus acutiſſimis ſtimulabatur à Deo, quam iſmet Paulus, qui intimo corde ſentiebat, effari poterit? Sic enim de ſe ipſo, grauiſſimis quidem verbis teſtatur dicens: Cùm verò placuit illi cu- *In Epiſtola ad Alphonſum filium.* ius miſericordia menſuram non habet, me à tenebris ad lucem, à caliginoſo turbine, ad ſerenũ aẽrem euocare, ceciderũt quo- *Act. 9.* dammodo ſquamæ, de oculis

Quãdo ſtudioſius ſcripturas ſacras Paulus relegebat.

mentis meę,& cœpi Scripturam ſacram aliquãto ſtudioſius relegere,& iam non perfide, ſed humiliter veritatem inquirere. Et ingenij mei viribus nõ confidẽs, toto corde à Domino poſtulare, vt quod ſalubrius animę meę eſſet, cordi meo infigere dignaretur, nocte dieq́ue eius auxiliũ pręſtolabar. Sicq́ue factũ eſt, vt Catholicę fidei deſideriũ, in mẽte mea, de die in diẽ fortius incãdeſceret: quoad ipſam fidem, quã corde gerebã, publicè profiterer. En habes quàm doctè, quã ſanctè, quamq́ue elegãter, in ſe ipſo noſter Paulus depingat modum, quo à gratia diuina fuerit pręuẽtus, qualiterq́ue ab ipſa ad nouam vitam comparandã, veteremq́; expellendã fuerit adductus.

D. Paulus à gratia Diuina præuentus.

Cũ placuit (inquit) illi cuius miſericordia mẽſuram nõ habet. Nõ Philoſophicis ſciẽtiis, aut Scripturæ ſacræ, quibus eximiè erat imbutus, non prudẽtię ſuæ, qua cũctas eius actiones dirigebat, nõ virtutibus moralibus, quibus ſupra quam dici poteſt abundabat, mirabilis ipſius cõuerſionis beneficium ttribuebat: ſed hoc totũ gratiæ Diuinæ cor ipſius præuenienti, acceptũ merito ferebat. Nõ enim eſt volentis (vt primarius ille vas electionis Paulus ait) nec currẽtis, ſed Dei miſerentis. Quis dicere queat inſpirationes & impulſus, quibus à Deo vehementiſſimè fuit ſtimulatus? Alta mẽte retinebat, vt erat doctiſſimus, promiſſiones illas, quibus Deus populo Iſraël pollicitus fuerat, nẽpe ſe daturũ aliam legẽ in cordibus illorũ. Per Hieremiã dicẽs: Ecce dies veniunt, dicit Dñs, & cõfirmabo ſuper domũ Iſraël teſtamẽtum nouum, non ſecũdum teſtamẽtum, quod feci Patribus eorũ in die qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Aegypti, quia ipſi non perſeuerauerũt in teſtamẽto meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus, quia hoc eſt teſtamentum, quod ordinabo domui Iſraël. Poſt illos dies, dicit Dñs: Dabo legem meam in cor illorum, & in mente eorũ ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſe erit mihi in populum, &c.

Rom 9. d. 16

Monebatur Paulus, ex cognitione Diuinarum promiſſionũ

Hierem. 31. f. 31.

Hęc diuerſarũ legum collatio, & nouę legis ſupra veterẽ excellentiam, cõſiderans noſter Paulus, dicebat: Quid hoc? Vetus lex, ſub qua omnes nos miſerè militamus, nõ eſt lex mandatorũ, qua foris docemur, quid à nobis requirat ipſe Deus? Nonne hæc in tabulis lapideis ſcripta, per Moyſen populo Iſraëlitico data eſt, quę quid faciẽdũ, quidúe cauendum ſit docet, ſed vim atque virtutẽ faciẽdi, vel omittendi, ea quę præcepit, quando vnquam nobis ipſa lex ſubminiſtrauit? Lex quidẽ ipſa ſtrictiſſimè præcipit nobis, Deũ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mẽte, ex totaque virtute diligere, adeò, vt ſub maledictionis Diuinę pœna mulctandus veniat, qui nõ permanſerit in omnibus, quę ſunt ſcripta in lege. At quis huic manda-

Collatio veteris & nouæ legis, quæ Paulum ad fidem ſtimulabat.

Exo 24. a

Deut. 6. a.

Deut. 27. d. 26.

Veteris & nouæ legis collatio.

mãdato, fecit vnquã ſatis? Quis iã nõ fateatur ſe ſub legis maledicto concludi, & à Dei benedictione longe arceri? Quis nõ dicet legẽ iuſtè miniſtrationẽ mor-

2.Cor.3.

tis, & dãnationis appellari? Vnde obſecro hęc nobis mala contingunt, niſi ob proteruiã, ac cęcitatem noſtrã, quibus hanc le-

Leges Moſaicæ conditiones.

gẽ, literę & non ſpiritus; factorũ & nõ virtutis, timoris & nõ amoris, carnis & non animę, cęco cõ-

In affectum nouæ legis accenditur Dñs Paulus.

plectimur amore? O vtinam legem illã nouam, legem illam ſpiritus, legem charitatis & gratię, qua anima viuit, ac vires ad operandũ acquirit, Deus per Spiritũ

Exo.8.c.19

ſanctũ, qui Dei digitus appellatur, in corde meo (dicebat hic noſter Paulus) inſcriberet, ac mẽtem & voluntatẽ illuminaret, immutaret, ac viuificaret. Tũc veteri legi iam vltimũ vale libẽtiſſimè dixiſſem, & nouam amplexatus, nouũ induerẽ hominem illum in me, qui ſecundum Deũ

Col.3.b.9.

creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate veritatis. Hęc & alia quam pluriſma circa legis veteris, ac nouæ differentiam, mẽte noſter Paulus voluebat. Et cum ſancti Tho-

S. Thomæ queſtio de legum differentia, multum cõtulit Paulo ad fidei conuerſionem.

mę quęſtiones, de hac legũ differentia ſtudioſè perlegeret, mirum in modum (vt ipſe teſtatus eſt) animo fuit permotus, quo; lege Iudaica, quam inſtãtiſſimè profitebatur, demiſſa, ad Euãgelicam, vitam in ſe continentem, mentis, & affectus alas peruola-

Paulus ſanctum Thomã ſummo in honore habuit.

ret. Hinc factum eſt, vt angelicũ hũc doctorem Thomã, ſummo in honore haberet, maximaque

deuotione perpetuò coleret, atque etiã ſanctiſſimę doctrinæ ipſius, accerrim⁹ defenſor factus; verbo & ſcriptis eam profitebatur, & tutabatur ſemper. Tanta erga ſanctum Thomã fuit deuotione accẽſus, vt in primaria Ec-

In Eccleſia primaria Burgenſi in honore ſancti Thomæ ſacellum inſtituit ad ſuam ſepulturam.

cleſia ciuitatis Burgenſis, cuius Epiſcopatum gerebat, ſacellum pręclarum, vbi ſepelliri decreuerat, ſub inuocatione ſancti Thomę Aquinatis, magnis expenſis ornarat, atq; ampliſſimis redditibus dotarat, multaq́ue ibi perpetua ſacra dicenda, magna pia- te inſtituerat: licet poſtea circa

Ordini ſancti Dominici affectum ſingularem Paulus ſemper habuit.

ſepulturam animũ mutarit. Hoc etiam nomine ergà ſacrã ſancti Dominici religionem, intimum amorem, corde perpetuo geſtabat, quẽ multis ſanè beneficiis, tali viro dignis (vti latiùs inferius dicturi ſumus) conteſtatus eſt.

Excitatus itaq́ue fuit ab ipſomet Deo, vt euigilaret à ſomno, quo in lege Iudaica dormiebat. Et vocatione ſancta ſua ex per-

2. Timot.1. c.9.

gefactus, ſubſequẽte miſericordiſſimi Dei gratia, de tenebris, ad lucẽ (vt ipſe fatetur ingenuè) de caliginoſo turbine, ad ſerenũ aërem fuit euocatus, & ſingulari Dei Opt. Max. concurſu potẽtiſſime adiuctus, & clara Deiparę Virginis viſione permotus, de qua iam diximus, Diuinæ vocationi acquieſcens, ſtatim (in-

Acto.9.

quit) quaſi ſquãmę ex oculis mẽtis meæ cęcidere, & cœpi Scri-

Paulus interius potentiſſime à Deo illuminatus.

pturam ſacrã, aliquanto ſtudioſius relegere. Iam ipſe Deus potentiſſimo ſuę claritatis lumine,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

interiora mentis ipſius vehemē tius penetrare cœpit, quo nouū Scripturę ſacrę Scrutinium faceret, & mente legem auidè, diſcē deveritatis ſtudio peruolueret, ibiq; meridiana luce clarius maniſeſtè videret Meſſiā, promiſſum Christum, ipſumq; vnicum Dei filium, mediatorem Dei & hominum, iam pridē in propria veniſſe, & ſui eum recipere detractaſſe: id quod innumerabilibus veteris legis teſtimoniis euidentiſſimè cōteſtatum reperiebat. Et ne poſteris, tātę luminis gratia, qua ipſe noſter Paulus in ſua mirabili cōuerſione illuſtrabatur, lateret, voluit (vt piè credendum eſt) Scrutinium hoc Scripturæ ſacræ, quod in ſua conuerſione, à Deo mirabiliter didicerat, in ſalutem eorum, qui in Iudaicæ cæcitatis tenebris inuoluti erant, ſub vitæ finem tanquam in teſtamento, merito cūctis diuitiis prefere̅do, relinquere, quo ipſiſmet diuitiis, quibus à Deo ipſius mens ditata fuerat, cuncti eius gentis, legis Moſaycæ ſectatores, ſi volent ditarentur. Ipſis itaq; ſacræ Scripturæ irrefragabilibus teſtimoniis, tanquam farmaca doctiſſimo viro, ad ſuę mentis ęgritudines ſanandas à Deo parata, cœpit Diuinis reuelationibus, ſibi per Scripturam ſacram conteſtatis, liberam fidem adhibere, firmiter credēs illam vitæ doctrinam à Deo nobis reuelatam eſſe, cui ſoli ſumma adhibenda fides eſt, qua mediatorem ipſum Chriſtū intimo mentis affectu accipiens credebat, & firmiſſima teſtabatur fide. Nullum eſſe aliud nomen ſub cęlo, in quo ſibi vitam comparare poſſet, quàm Chriſti Ieſu, per cuius gratiam, ac per copioſam ipſius redemptionem, iuſtificationē cōſequi efficaciſſimè ſperabat, in cuiuſque vitæ promiſſione, ineffabiliq; miſericordia tota eius fiducia pendebat, atq; vnica ipſius conſolatio, & tota eius ſpei ratio, in ipſo Deo, tanquam in vltimo ſui deſiderij fine collocabat. Id quod verba ipſius, in teſtamento, quod legauerat oſtendunt, vbi ſic loquitur dicens: Sola & vnica ſpes mea, in Chriſti paſſione conſiſtit: qui non ſolùm Chananeam & Publicanum ad vitam vocauit, ſed & ipſum latronem, qui etiam cùm Cruci affigeretur nequam erat, ibidem tamen modica temporis morula ſuccedente, Diuina miſericordia oppitulante, cum breui & vera confeſſione, ac deuota oratione, indulgentiam in tantum conſequutus eſt, quod non ſolum à culpa, ſed etiam à pœna fuit penitus liberatus. In hac igitur immenſa pietate cōfido, qui mundū de immundo, conceptū ſemine non de dignatur efficere, & defectus humanæ fragilitatis merito ſuę benedictę paſſionis ſuplet. Ex hac quidē fide, quā in corde firmiſſimam habebat, cū ſpe, quam tanquā anchorā in Deo fixàm ponebat, Dei ille dulciſſimus amoris feruor ſurgebat: ſic enim à natura cōparatum

1. Timot. 2. b. 5.

Ioan. 1.

Scripturæ ſacræ ſcrutinium in ſua conuerſione à Deo didiſcerat.

Act. 4. b. 12

D. Paulus in ſuo teſtamento.

Matth. 15. Luc. 18. c. 13 Luc. 23. c. 39

Iob. 14. a. 4.

Heb. 6. d. 19

tum eſt, vt ſpes dilectionẽ generet, & eos impenſiſſimè diligamus, quos in nos benignos fore confidimus. Pari quoq; ratione fœlix hic noſter Paulus, eo quod talem ac tãtam de ſumma ipſius Dei miſericordia, ſpem cõceperat, illũ tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligebat, ac in eius amorẽ, magis magiſq; creſcebat, intimeq; dolebat, quod tam ſero ad tanti boni claram notitiã, ad brauiumq; ſupernæ vocationis deueniſſet. Lachrymis tãdem perfuſſus gemẽs deplorabat, quod tandiu in tam cõfuſſis tenebris, miſerè verſatus, tandiu in captiuitate pluſquã Babylonica detẽtus, tãdiu laqueis Sathanæ cõſtrictus, tandiu pondere peccatorũ grauiſſimo, in limo profundi infixus fuiſſet. Dolebat ſe tandiu Euangelicã veritatẽ oppugnaſſe, & ſe hactenus errorũ magiſtrũ fuiſſe, adeò vt circuierit mare & aridã, vt faceret vnum proſelytũ longè, ſi fieri potuiſſet: in Euãgelij deteſtationem, nequiorem ſe. Et quid tandẽ effecerat, quã gehennæ filium procreare? animo peruoluebat, & ad memoriã reuocabat, centena, ne dixerim multa virorum millia, quos ſuis erroribus dementarat: pro quibus condignam ſatiſfactionem facere non poterat aliam, quàm vt is, qui antea magiſter errorũ fuerat, diſcipulus veritatis iam factus, eam quam didicerat veritatem, per vniuerſum mũdum prædicaret. Dolebat tandem totius Iudaicæ nationis vices, quòd eam in qua iactabantur, & inuoluti erant miſeriam, non agnoſcerent. Et præcæteris in ſuæ ſtirpis ramos oculos deflectẽs, tenerrimè compatiebatur, videns numeroſam ſobolẽ, matris, vxoris, fratrũ, ſororũque: necnon filiorum ac filiarũ & ſanguine coniunctorum, omniumque eorum longam poſteritatem, ab ipſo pẽdere, ita vt per ipſum, aut ad vitam fœlicem, Diuina fauente gratia reuocandos, & in bonã Chriſti oliuam inſerendos, aut velut in fructifera vitis in ignẽ, & in perpetuę damnationis, & mortis baratrum miſeros coniiciendos. Quæ omnia prudentiſſimè meditatus, & intentiſſimis precibus noctu diuq; cum Deo agẽs, ad tantam rem, quam agredi tẽtabat fauorem Diuinum præſtolando. Eo tandem diuino numine afflante ventũ eſt, vt Catholicæ fidei deſiderium, quod illi in mentem Deus ſuggeſſerat, & inſtillarat, & de die in diẽ altiores radices egerat, ad maturitatis fructum tandem perueniret. Factum ergo eſt, vt fidem, quã corde gerebat, publicè magno cum gaudio totius orbis Chriſtiani, totiuſque orbis cæleſtis profiteretur.

Nec tamen, id quod iam ſummis exoptauerat votis, ad effectum perducere valebat, ob varias, quas Sathanæ arte aſtutias, vafraque ſtratagemata, quæ pręoculis offerebat. Videbat nãq; grauiſſimam ipſius matrem, in ea cæcitate Iudaica, in qua apa-

Spes amorẽ generat. — *Vera Pauli contritio.* — Phil. 3. c. 14. — 2. Timot. 2. d. 16. — Pſal. 68. a. 3 — Matth. 23. — Roma. 11. c. 24. — Ezec. 15. a. 2 — *Sathan multis varíiſq; artibus Paulum à ſancto propoſito deterrebat.*

rentibus educata fuerat, perſiſtentem,& quam ab eis acceperat fidem, firmiter tenentem, ac Pharaiſaicæ ſectæ Doctrinam, quàm eius filius tanto cum Synagogæ applauſu profeſſus fuerat, ſuggebat, locoque lactis proprij, quo quondam filium lactauerat, lacte perfidæ doctrinæ lactabatur ab ipſo. Verebatur quoq; grauiſſimos, quos ab vniuerſa gente Iudaica paſſurus erat impulſus. Verum hæc omnia flocipēdere paratus erat, & omnes Sathanæ laqueos Dei gratia diſrumpere, atque ſic tandē, matre, vxore, fratribuſque ac vniuerſis cognatis, ſanguineque coniunctis conculcatis, per medias eorum acies ad ſalutis fontem ſitibundus properare, conſtanti animo ſtatuerat. Imò potius æſtuante mente, illā videre horam magnopere deſiderabat, qua in ſynagogam eorum irruptionem facere poſſet, & offirmato animo Ieſum ipſis prædicare, ac efficaciſſimis ſuæ legis argumentis comprobare, quoniam Ieſus eſt filius Dei.

Paulus omnibus ſuperatis ad Baptiſmū properat.

Act.9.d.20

At hoc vnum ſuper omnia mentem ipſius anxiam, nimiſq; dolentem tenebat, nempè vxoris ipſius duriſſimum obſtinatiſſimumque animum, quem contra Euangelicam legem induerat, quam perſæpè multis grauiſſimiſque argumentis flectere, & ad fidei veritatem inclinare totis nitebatur viribus. Verùm enimucro omnibus perquaſitis mediis, quibus eius animū emolliri poſſet adhibitis, inſtar incudis ferri effecta, inuicta permanſit. Sic tandē noſter Paulus, velut alter mitiſſimus Iob, qui cunctis iam Sathanæ tentationibus potenter ſuperatis & victis, vxoris tentationes ipſius Sathanæ grauiores vix ſuperare valebat: pari quoque modo noſtri Pauli vxor, miris eum tentare pergebat modis, quatenus piā, atque Euangelicam, quam instituerat vitam profiteri, deſiſteret, & veluti canis ad vomitum rediret. Hinc factum eſt, vt grauiſſimorum conſiliis noſter Paulus acquieſcens, matrimonium, quod antea ſibi chariſſimū fuerat, diſſoluere maluerit, quàm Chriſtum, quem ſolū corde geſtabat, amittere, & cum ipſius creatoris contumelia vxorem ſibi retinere, quo expeditius poſſet verbi Dei prædicatione Catholicæ Eccleſiæ prodeſſe. Sic tandem vxore renitente ad Baptiſmi Sacramentum properauit. Anno itaque à partu Virgineo, milleſimo trecenteſimo nonageſimo, die verò vigeſima prima menſis Iulij, ipſo die Diuę Praxedi virgini ſacrato, quo tempore Henricus III. cognomento valetudinarius, Caſtellæ & Legionis Regna poſſidere cœpit. In Auguſta & cathedrali Eccleſia, inclitæ ciuitatis Burgenſis, in ſacello ad honorem ipſiuſmet ſanctæ Praxedis virginis ſtructo, vbi baptiſmalis Eccleſiæ fons collocatus manet. Cùm iam noſter Paulus ætatis ſuæ

Pauli vxor duriſſima fuit.

Iob.2.c.9.

2.Pet.2.d.22

Pauli baptiſmus. 1390.

ſuæ quadrageſimum ageret, annum, magno cum totius Eccleſiæ, totiuſque ciuitatis, necnon totius Hiſpaniæ gaudio, ingentiſq; Regis lætitiæ applauſu, baptiſmi Sacramentum, ineffabili deuotionis feruores (vniuerſo populo ad miraculoſum ſpectaculum concurrente) ſuſcepit.

Omnium fidelium lætitia ex Pauli cõuerſione. Gratulabantur iam omnes Chriſti fideles ſe à truculento ſuę religionis hoſte non modo liberatos, verùm in maximum eorum commodum ad veram fidei vitã ipſum reparatum. Pręcedebant totius ciuitatis Burgenſis nobiles, & exteri, qui non pauci ad ſolenne ſpectaculũ vocati aderãt, pompa ſolẽni noſtrum Paulum comitantes: qui inter patrinos medios incedebat, licet ſuſceptoribus, & qui pro eo fidem proteſtarentur opus non haberet. Ad ſolennitatem verò tanti trophei, magni momenti viros elegit, qui vnà cum ipſo triumphum contra Sathanæ imperiũ, contra Principes & rectores Iudaicarum tenebrarum ſolenni pompa celebrarent. In hac celeberrima ſolennitate, baptiſmi Sacramenti miniſter fuit quidam

Quis Paulũ baptizauit. nobilis ſacerdos D.D. Garſi Alfonſus à Couarrubias nuncupatus. Sanctæ Eccleſiæ Burgenſis Theſaurarius, ac eiuſdẽ oppidi de Couarrubias Eccleſię Collegiatæ meritiſſimus Abbas: qui doctrina clarus & pietate inſignis fuit, cuius honorificam memoriam in codicillo facit. Is ex ſtirpe Reuerẽdiſſimi D.D. Ferdinandi de Couarrubias, almæ Eccleſiæ Burgẽſis Epiſcopi deſcenderat, qui Regem Sanctium cognomẽto el Brauo Regia corona ſacrauit, anno 1284. Et vt tanti beneficij animi gratitudinem pius noſter Paulus erga nobiliſſimum Abbatem exiberet, ipſiuſmet D. D. Garſi Alfonſi de Couarrubias ſtemmata ſibi, ſuiſq; poſteris perpetuò ſeruanda accepit. Quæ lilij flos argenteus in viridi planitię pòſitus, ad hunc vſque diem habere cõſtat. Atque hęc quidẽ ſtemmata à ducentis, & eo plures annos ante D. Pauli conuerſionem nobiles de Couarrubias, quę antiquiſſima & nobilis familia eſt, vt ex antiquiſſimis eiuſdẽ familiæ ſepulchris cõſtat habuerunt. Hic etiã D.D. Garſi Alfonſus de Couarrubias Theſaurarius D.D. Pauli de Sãcta Maria poſtea fuit, dum Antiſtes Burgenſis eſſet, vt ex codicillo ipſius Antiſtitis cõſtat. Hæc de D. Pauli Baptiſmo inuenire potuimus.

D. Ferdinãdus à Couarrubias Epiſcopus Burgẽſis Regẽ Sãctium coronauit. 1284.

Paulus ſtemmata miniſtri baptizãtis ſuſcepit.

Patrẽ ſequebantur & filij, ſuis comitati patrinis, quos vocant, è fonte ſuſceptores: vt quos mũdo genuerat, & ſub Sathanę poteſtate eo vſq; tempore collocarat, in libertatẽ vnà ſecũ vindicaret, & tanquã ſtrenuus Dux præcedẽs pater, filios tanquam milites in Eccleſiæ militantis obſẽquiũ adſcriberet. At licet ex hiſtoriis, quo tẽpore filij, baptiſmi Sacramentum acceperint cõſtare nõ poſſit, ex epiſtola tamẽ, quã ad Alfonſum filiũ dedit colligere licet.

Filij Patrẽ ſequebantur ad baptiſmum.

Epiſtola ad poſtillam ſacra Bibliæ.

licet. Ea ferè ætate (inquit) qua
tu nunc es (Alfonſo filio loqui-
tur) Baptiſmi ſacramentum in hu
ius Eccleſię ſacro fonte ſuſcepi,
Pauli nomen aſſumens, te tunc
infantiæ innocentia gaudente.
Qui poſt me in ætate illa tenera,
ſacro lauacro ab originali culpa
mūdatus es, antequā actuali in-
quinari valuiſſes, nomen Alfon-
ſi ſuſcipiens, priuſquam literas
nominare nouiſſes. Hæc ille.
Qui ſi ad Gūdiſaluum maiorem
filium, ſeu ad Petrum de Cartha
gena, ſiue ad Aluarum ſcripſiſ-
ſet, ad illorum quemlibet, haud
dubie illa verba dixiſſet, nēpè,
poſt me in ætate illa tenera, ſa-
cro lauacro ab originali culpa
mundatus es: verba itaqúe illa
de quolibet filiorum intelligen-
da veniunt. Patrem igitur ad
fontem ſequebatur Gundiſal-
uus filiorum primus, qui ad vn-
decimum iam attigerat annum.
Natus enim fuerat anno ſalutis
1379. noſtræ 1379. Secundus verò filio
rum, qui patrem ad baptiſmum
comitabatur, Alfonſus erat, ſex
tum iam agēs annum, nam is na-
tus fuerat, anno à partu Virginis
1384. 1384. Tertius autē filius, qui vnà
cum patre, baptiſmate ſuſcepto
ab originali fuit ablutus, Petrus
fuit, qui tertium agebat annum.
1387. Hic in hāc lucē venit anno 1387.
Aluarus quartus fuit, qui anno
ſequēti fuit natus. Filia verò Ma-
ria inter tempus, quod à natiui-
tate Gundiſalui & Alfonſi inter-
ceſit, fuit orta, quo verò anno
præciſſe ignoramus. Hi omnes
noſtri Pauli filij, Dei gratia à Sa
thanæ faucibus erepti, in Eccle-
ſiæ gremium per baptiſmi Sacramentum ſunt, coaptati.

D. Maria Pauli mater quando fuit Baptiſmate abluta.

Quo autē tempore D.D. Maria, noſtri Pauli honeſtiſſima mater, baptiſmi gratiam acceperit, hactenus non inueni, pie tamen credere licet, eā poſt breue tempus, à filio optimè cathechizata, beneq; ad tā pręclarū opus exequondum diſpoſita, ad baptiſmi fontē perueniſſe. A tēpore itaq; ſuę mirabilis cōuerſionis, totus in eo pius noſter Paulus erat, vt Deo per Euangelium, filios procrearet, ita vt cunctis ſuæ ſanctæ doctrinæ participes, merito cū D. Paulo, pius Paulus dicere poſſet. Per Euangeliū ego vos genui: adeò vt matri ſerio dicere iā potuiſſet, ſi corpore mater es, tuus tamen pater Dei gratia iam ſum effectus: ſi me huic mundo genuiſti, ego Euāgelicę veritatis doctrina, te Deo iā genuiſſe, merito gloriari poſſum.

Paulus poſt ſuam cōuerſionem alios ad fidē pertrahere nitebatur.

1.Corin. 4. c,15.

Fratres quoque ſuos omnes atque ſorores, ſanctiſſima ipſius doctrina inſtructi, Iudaicos abnegantes errores, fidei veritatē tota ſunt mēte amplexati. Omneſq; tandem illos, per ipſum in Eccleſiæ gremiū ſunt coadunati: ita vt cū diuo Paulo, cuius exacte ſequebatur veſtigia, gloriari iam poſſit, dicens: Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed gratia ei⁹ ſemper in me manet. Quis exprimere valeat exuberantē illā animi lętitiam, quam pius hic noſter

Fratres ad fidem Paulus cōuertit.

1.Corint.15. b.10.

ſter Paulus mente conceperat,
ob maximum hoc beneficium
ſibi,& filiis,matri,fratribuſq;,ac
ſororibus,vniuerſæque tandem
progeniej, ſtatim per ipſum in
primo cōgreſſu ſuæ prædicatio-
nis conceſſum? Quis enarrare
poterit, quot quantiſq; pietatis
ſtudiis,gratitudinem illam, quā
mente conceperat,operibus te
ſtabatur? Iam vberem meſſem
ex propria domo, propriaq; fa-
milia,ac ex vniuerſa, & propria
ſtirpe,in ſanctæ Eccleſię horreis
Quis poſt conuerſionē Paulus fuerit. reponēdam collegerat. Ecquis
non videat in ipſius admiranda
conuerſione,mutationem dex-
Pſal.76. terę Excelſi,in eo clarè lucere?
Mox ſanè nouus homo factus,
Col.3. veteri iam cum priſtinis actibus
exuto,nouam,Chriſtianam,atq;
perfectam, imò potius angelicā
cœpit inſtituere vitam, omneſ-
que ad eam ſuæ ſanctiſſimæ vitæ
exēplo,ſuaq; ardentiſſima exor
tatione,Spiritus ſancti igne fer-
uēti, prouocabat. Verùm enim-
uero cum in hac mortali vita,ni-
hil ex omni parte beatum repe-
riri poſſit, nullùmque ſit gaudiū,
ſic omnibus ſuis numeris abſo-
lutum,atque cōplectum, quin
aliquo merore ſit mixtum atque
reſperſum. Sic re vera pio no-
ſtro Paulo euenit: vt inter hæc
gaudia, grauiſſimi doloris cau-
ſæ,quę ſpiritum anxium nimis te
Pauli vxoris duritia ante conuerſionem ad fidem. nebant,non defuere. Nēpe vxo
ris illa obſtinatiſſima, efferaque
cordis duricia,qua pias ſanctaſ-
que mariti exortationes, qui-
bus vt ad Eccleſię gremium, tā-
quam ad vnicum vitę aſſylum ſe
ſe receperit hortabatur: idq; fre
quenter, & non ſine lachrymis
poſtulabat, nullum tamē ex ada-
mantino illo pectore, verbū ve-
ræ confeſſionis, & priſtinæ vitæ
doloris ellicere tandem potuit.
Accedebat interdum grauiſſi-
ma illa Maria mariti mater: accē
debant & cognati, quos chariſ-
ſimos habere ſolebat: accede-
bant,& tenerrimi filij, chara pi-
gnora matris, quorū maternus
amor vnicè flectere poterat, om
nes inſtantiſſimè ōrātes, ſumiſq;
precibus efflagitantes, vt ad ſa-
nam iam rediret mentem,& ve
nenum,quod cum ipſo ſuggerat
lacte, tandē euomeret. Ad quo-
rum omnium præces, ſicut aſpi- *Pſal.57.a.5*
des ſurdę obturātes aures ſuas,
vt voces incātantis nōn audiāt,
ita quoque ipſa omnium voces
ac præces, ſurda præteribat au-
re. Omnibus tādem perquiſitis
mediis, quo ipſius duriſſimū ani
mum flectere potuiſſent ablega
tis, & maximo cum faſtidio ex-
ploſis, pius Paulus triſtiſſimo fe
rens animo, vberrimis lachry-
mis, inſtantiſſimiſque præcibus,
Deum pulſare nō ceſſabat, qua-
tenus, aut vxoris mentem, ſua
pietate emolliret, aut ea om-
nia quæ in ſanctiſſimæ Eccleſiæ
obſequiis, magis eum expe-
dire decreuerit, ſua gratia inſpi
rare velet. Deus autem, qui
ſalutis omnium amātiſſimus eſt,
cùm eius animi non ſit, vt libe-
rū compellat arbitrium, tandiu
expectare decreuit, quoad ipſa,
diuinis

diuinis clamoribus ianuā,volun
tatis ſuę,libere apperire decer-
Paulum ad maiora præparabat ipſe Deus. neret. Et piis fœliciſſimi Pauli
votis aſpirans ipſe Deus decre-
uit,vt matrimonij voto reciſſo,
ad maioris perfectionis vota,nē
pe ad Sacerdotale munus, quo
in ſtatu vberrimos fructus,Eccle
ſię Dei ferendos ipſi parauerat,
toto affectu abſque mora prope
Matrimonium inter Paulum & vxorem diſſolutum eſt. raret.Sic factum eſt, vt omnia iu
ridico ordine cum vxore tranſ-
acta,ad ſacros ordines ſuſcipien
dos,animum affectuoſiſſimè ap-
plicaret,&ſuſciperet,ſic tādem
Sacerdotali ordine cōſecratus,
matrimonium omnino diſſolu-
tum eſt.

Iugo tandē matrimoniali ſo-
lutus, & ſacris initiatus ordini-
bus, in eo ſe ſe totū deſtinauit,
vt omni ſtudio, omniq. diligen-
tia,Eccleſię Dei vtilitati inſerui
ret. Idq; vt commodius maiori
cum fructu præſtaret, licet ante
conuerſionē, ipſe inter doctos,
doctiſſimus habebatur,&ſua ad-
mirabili ſcientia,dicendiquę fa-
cundia,nō mediocriter prodeſ-
ſe potuiſſet,voluit tamē, quę an
Gal.1.d.18. te deſtruxerat,excellētius con-
ſtruere,&ad Eccleſię gloriā,ma
ximis cū incremētis reſtaurare.
Qua propter denuo noua men-
te,nouoq; efflāte ſpiritu,Sacras
literas(vt ipſe teſtatur) euolue-
In epiſtola ad Alfonſum eius filium. re decreuit.Sic enim ait.Proce-
dente verò tēpore,Sacrarū lite
rarum ſtudio inſiſtēs, vtriuſquè
teſtamenti lectioni operā dedi,
& interdū à magiſtris viuētibus
audiendo,ſępe ſanctorū Docto-
rum,aliorumq; inſignium viro-
rum, qui ab hac vita tranſierunt
opera relegendo,Diuina donā-
te clementia,qui prius fuerā ma
giſter erroris,factus ſum diſcipu
lus veritatis.Vides piū animum,
ac ſanctiſſimum ſtudiū humilita-
te plenū,quo Eccleſiæ Dei pro-
deſſe parabat? Vides etiam ar-
ma, quibus aduerſus Eccleſiæ
hoſtes munitus,in aciem prodi-
re volebat?vt autē doctrinę ſuę,
maiorē autoritatem cōciliaret,
& à Catholicis omni ſuſpicione
careret,& ab aduerſariis fidei,
magis timeretur ſpropriis reli-
ctis filiis,in edibus matris ipſius
D.Pauli, ac fideli ipſius inſtitu-
tioni cōmiſſis,vniuerſaq; relicta
familia,quo ſacris ſtudiis expe-
ditiorē nauaret operā, peregri-
natione,quo Deus ipſum voca-
uerat ſuſcepta, ad celeberrimā
illam Pariſienſium vniuerſitatē, *Paulus ad Vniuerſitatem Pariſienſem ſe confert.*
omnium ſcientiarū feraciſſimā,
ſe cōtulit.Vbi ſua ſtudia,ſeu po-
tius Euāgelium, velut alter Pau
lus,cum fratribus Eccleſiæ con- Gal.1.a.2.
ferret. Dici non poteſt,quanta
cū animi lętitia,ab ipſis fuerit ex
ceptus.Mirabantur omnes vbe
rem illam dicendi facundiam,
claritatemque ingenij, qua ſa-
cras interpretabatur literas, &
difficillimas ſacræ Theologiæ
quęſtiones,mira facilitate diſſol
uebat,omnes ad vnum Theolo
gię candidati, ſcientiæ palmam
illi libentiſſimè cōcedebant, fa-
tebāturque, nō more humano,
ſacrarū ſcripturarum cognitio-
nem imbibiſſe,ſed Spiritus ſan-

ĉti afflatu cunĉta diſſerere. Hinc factum eſt, vt ſummi illi Theologiæ facultatis moderatores, cõmunibus votis exoptarẽt, eum, ad totius Vniuerſitatis decorẽ & ornamentũ ſingulare, in magiſtrorum gremiũ conſcribere. At verò pius noſter Paulus, nõ turgidos magiſterij honores ambiens, maluit interim veritatis diſcipulus fieri, quàm per ſaltũ ad magiſterij gradũ conſcendere. Qua propter aliquandiu moraſ Pariſiis trahens, omnibus ſuſceptis de more gradibus, Magiſterij tandẽ inſignia, eo quod videret, id ſibi ad Eccleſiæ Dei vtilitatẽ expedire, magno cum totius vniuerſitatis applauſu ingẽtiq; lętitia ſuſcepit: vt qui antea erroris magiſter fuerat, veritatis Magiſteriũ exercens, multos ab erroribus reducens, in puriſſimę veritatis cognitionem vendicaret. Cùm igitur in animarũ ſalutem, ſuam omnem curam noſter pius Paulus cõſecraſſet, nõ minori cura, ac vigilãtia angius erat, pro ſalutę vnicæ ſuæ quondam vxoris, quam in Iudaica cæcitate, dũ propriam domũ, propriamque patriam, matrem, ac filios amantiſſimos reliquiſſet, obſtinatiſſimã reliquerat: dies quidem non prętcribat, abſque intima recordatione ipſius, cum lachrymis apud Diuinam clemẽtiam inſtantiſſimè orans, quoad ſanam mentem ipſam reducere dignaretur. Interceſſores aduocatoſque Diuam Virginem, à qua vehemẽtiſſimum auxilium in ſua mirabili cõuerſione ad fidem ſenſerat: Sanĉtorumq; cętũ vnà cũ ipſa inuocabat: omneſq; religioſos, pioſque viros, quos Deo acceptos credebat, ſecum in precibus coniungebat. Nec interim exortationes inſtantiſſimę efficaciſſimęque deerãt per literas frequentes, quas ad illam ſpiritu flagrantes mittebat. Inſtabat quoque, & nõ perfunĉtoriè, Domina D. Maria ſocrus ipſius, filij quoque, quos materno proſequebatur amorè, pręcibus tandem omnes cum illa agẽbãt, lõgè verò magis apud Deũ omnes ſolicitierãt, quo illis matrẽ, patri pietate parem, cõcedere dignaretur. Tot tandẽ pręcibus inclinatus iam Deus, ſua clementia ineffabili, ſuaque prouidẽtia, qua cunĉta ſuauiter diſponit & ordinat, decreuit. D. Ioannę animũ ſic emolire, vt iam vero corde ſuũ tãdem agnoſceret errorẽ, & à Iudaica infidelitate fugiens, ad Baptiſmi ſacramentũ prõptiſſimè cõuolaret. Priſtinis illis pij D. Pauli exortationibus inſtruĉta, ac frequentiſſimis eius literis, quibus errores ipſius cõuincebat, cathetizata, fide iã illius bene perſpeĉta, ad ſacrũ Baptiſmi fontẽ, vbi maritus, ſoci⁹, filij, maritiq; fratres, aqua baptiſmali fuerãt abluti, ipſa Diuina gratia peruenit: ibiq;, nõ vulgari catholicorum lętitia ſolenni cum põpa baptizata tandem eſt. Quod cum breui tẽporis ſpatio, Pius noſter Paulus per literas accepiſſet, tãto perfuſus eſt gaudio,

Omnes gradus Pariſiis Paulus accepit.

D. Ioanna vxoris Dñi Pauli ad fidem conuerſio.

D. Ioanna Dñi Pauli vxor ab ipſo cathetizata.

Baptizatur D. Ioanna Pauli vxor.

dio,intimaq; lætitia: ac magnus
Geneſ.36. d.19.
ille Patriarcha Iacob,cũ audiret
filium ſuũ,quem iam pridẽ mor-
tuũ & à fera peſſima deuoratum
credebat,fœlici in Aegypto vi-
ta fungi,dominiũq; per vniuer-
ſam Aegypti terram exercere,
certior fuit factus,& ingẽti læti-
tia affectus.Pari,immo potius ra
Lætitia D. Pauli, in vxoris conuerſione.
tione lõge maiori,noſter Paulus
gauiſus fuit, cũ audiſſet vxorẽ,
quam tanquã omnino mortuã,
& in tenebroſo cęcitatis Iudaicę
ſepulchro, ſub duriſſimi cordis
lapide concluſam iã pridem reli
querat,ad gratiæ diuinæ tãdem
vitam,diuina clementia reuoca
tam. Qua propter ingenti gau-
dio,ſupra quã dici poteſt,perfu
ſus,gratulatorias illi ſtatim lite-
Epiſtolas D Paulus ad vxorem mittebat gratulatione plenas.
ras deſtinauit.Quibus gaudium
inexplicabile, mẽte conceptũ,
ob ſingulare gratiæ diuinę donũ
ipſi conceſum, quoad poterat
exprimebat.Indicabat in literis
Luc.15.c.10
ſe ſe iam inter ęthereos illos an-
gelorum choros,lętitię hymnos
cæleſti melodia,prægaudio con
uerſionis ipſius concinentẽ. Du
plicem iam chorum, alterum an
gelicum, alterũ verò humanũ,
feſtiuũ eius diem,concordi con
centu modulantem,ſe iã audire
putabat: inter quos gratulato-
ria carmina,Deo tanti beneficij
autori concinebat: gratulaba-
tur quoq;,& ipſimet Deo,quòd
ouis erratica,quæ tandiu perie-
rat,& tartari faucibus expoſita
fuerat,miſericordia Domini nõ
Tren.3.c.22
fuerit cõſumpta,ſed potius ſum
mo amore quęſita,& ſuper gra-
tiæ diuinæ humeros, ad caulas
vitę cũ gaudio reportata.Quod
Luc.15.c.10.
è limo profundiſſimo errorum,
in quo cõfixa iacebat, Deus eã,
manum ſuam potentem de alto
Pſal.18 a 4.
mittens, extraxerit,& in vitam
vindicauerit. Hæc & multa alia
notatu digniſſima, per varias
ſcripſit epiſtolas, quas omnes
recenſere operoſum eſſet.Hor
Exortatio D Pauli ad vxorẽ poſt cõuerſionẽ.
tabatur quoque ipſam dilectam
D.D.Ioannam, vt indiſſolubile
cũ ipſo amantiſſimo ſponſo Deo
conubio ſe iungeret, nulla enim
terrena æterno nodo ligari po-
terant,cum Deo vero coniũcta,
æternitatem peremnem ſerua-
re valebant.Ideoq; æternum &
inuiolabile conubium cum ipſo
Deo contrahere iam corpore &
animo poterat & debebat,cuius
matrimoniũ puriſsimũ erat, cu-
iuſq; mũdiſſimis amplexibus vni
cè delectari poterat, ipſius dul-
ciſſima oſcula ardenter amare,
eiuſq; thalamũ abſq; rubore in-
troire,& amore inebriari.Debe
batq; frequẽter mẽte recolere,
qualis antea fuiſſet,quãtis inuo
luta errorum tenebris, quãtiſq;
peccatorum ſordibus inſperſa,
in quam profundam malorũ ler
nam, ſub Sathanæ tyrannide,
iamdiu occluſa iacuerat. Hor-
tabaturq́ue illam, vt pro Paulo
humano,Paulum diuinum acci-
peret, eiuſq́ue inſtituta perpe-
tuo corde geſtaret, operibuſ-
q́ue proteſtaretur: ipſumq́ue
intimo affectu audiret, & tan-
quã tuba ad aures eius inſonaret
vox illa,qua dixit: Eratis enim

aliquando

Ephe.5.b.6 aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) Probantes, quid ſit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiũt, ab ipſis, turpe eſt dicere: omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtãtur: omne enim, quod manifeſtatur lumẽ eſt: propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Quæ omnia conſilia veluti vnicè ſibi conuenientia intimo corde ſeruabat, tãquam vtriuſque Pauli conſilia, ab Spiritu Sancto, ſibi data: & Paulum, quem antea in maritum acceperat, iam tanquam verum patrem venerabatur & colebat, & Deũ ſibi in mariti locum præferendũ putabat. Filios etiam, quos mundo, diaboloque genuerat, ſecũ Deo nutriendos, ipſiſq; fidelia matris officia præſtando, ac Deo fideliter tradendos, à ſocro cui ante commiſſi erant amãtiſſimè recepit. Totius itaq; eius vitæ decurſum, ab eo tempore ita mira pietate ac ſanctitate trãſegit, vt cunctis eius vita, miraculum planè videretur, & eſſet.

Paulus Auinionẽ, vbi ſedem fixerat ſummus Pontifex venit, ibiq; aduerſus Iudæos prædicauit.

Ad Paulum noſtrum reuertamur, qui quocũque eum ſanctus ducebat ſpiritus, ipſum libentiſſimè ſequebatur. Gradu itaque Magiſtrali Pariſiis inſignitus, quo doctrinæ ſuæ maiorẽ ad huc autoritatem conciliaret, inde in Auignionem, vbi Sedes Põtificia reſidebat, inſpiratione Diuina ſeipſum contulit. Vbi verbi Dei miniſterium, tanta cum autoritate, tantaq; cum ſpiritus vehementia exercuit, vt vniuerſa Curia Pontificia, vniuerſaq; ciuitas, ac circumiacẽtia oppida, ad ipſius conciones cateruatim confluerent. Dici vix poteſt, quãtis fuerit à Deo donis in animarum ſalutem cummulatus: in naturalibus omnino exornatus: nimis enim facundus erat, & dulci quadam blandiloquentia audientiũ animos penetrabat: grauitatem concionatore dignã, in ſuis omnibus proclamationibus magno cum decore ſeruabat. In quibus omnem fucum & inanẽ verborũ profluentiam fugiebat: qui cum haberet magnam Scripturæ ſacræ notitiã, & nocturnã, pariterq; diurna manu, doctores omnes ſanctos euoluẽret, vitæ integerrimæ exemplo doctrinã, quam ex ſacris fontibus hauriebat, in ſeipſo tanquam in micãti ſpeculo oſtẽdebat. Accedebat ad hæc venuſtiſſima ratio dicẽdi, geſtuſque decori, quos natiuos habuiſſe, omnes qui eũ agnouerant, teſtati ſucceſſoribus ſunt. Spiritus verò dona tanta affluẽtia in eo oſtẽdebantur, vt ex ipſius pectore Spiritus ſancti igne inflammato, verba ignea, corda omnium conflagrantia prodire teſtabantur. Mirabile dictu, breui temporis ſpatio tantos in doctrina ſalutis fructus fecit, vt gẽtem propè innumeram, à pecca-

Paulus maximis donis à Deo fuit ornatus.

Quos in cõcionibus D. Paulus ſeruabat mores.

Notent hæc concionatores verbi Dei.

Paulus ſua prædicatione multos peccatores ad Deũ conuertit.

tis eximēs, Deo lucratus fuerit.

Multa millia Iudæorū ad Chriſti fidem Paulus conuertit.

Hie.23.f.29
Iſa.53. d.11.

Ex Iudæorum, quoque cæcitate multa millia, quæ tunc temporis, tam in Galia, quàm in Italia ſcatebant, ad Chriſti fidem, mirabili eius doctrina conuertit. Verba enim ipſius, quæ quaſi ignis, & quaſi maleus conterens petras, emittebat, vacua non ibant vnquam, ſed tanto cū fructu proſperabantur, vt omnē frigiditatē expellerent, omnēq; Iudaicam duritiam, intra cordiū penetralia latentia comminuerint. En iam vides diuinæ vocationis præclarum exitū, vberrimumque fructum ab ipſo reportatū: à quo longè maiora, indies præclara facinora, in Eccleſiæ vtilitatem, quæ vniuerſum orbē in extremam admirationem rapiebant, vndiq; declarabantur.

Paulus in magno pretio à Pontifice fuit habitus.

Hinc factum eſt, vt cùm eius prædicationis fama, vndiq; volaret Summus Pontifex inde commotus, illum ſuſpicere, & in magno prętio habere cœpit: ita vt non contemnēda beneficia, quibus vitæ neceſſaria commodè proui deri poſſit, ſtatim conceſſit.

Paulus ſua fermè omnia expēderat, in ſtudiis & prædicatione.

Nō enim erat illi, adeò tunc ampla ſupellex, nam à tempore ſuę cōuerſionis, ad illud vſq;, ſuis propiis ſtipēdiis, Deo ſemper militarat.

Paulus Archidiaconus Triuinienſis factus.

Ideo neceſſitate vrgente, Archidiaconatū Triuinienſem, à Pontifice Maximo primū accepit: quæ quidem dignitas, inter dignitates ſanctæ Eccleſiæ Burgenſis, ſedem honorificam habet.

Paulus Canonicus Hiſpalenſis.

Succedente verò tempore inclitæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, Canonicus ab ipſo Pontifice, fuit ſecūdò creatus: in qua Eccleſia per triennium fermè agens, magna cum omniū laude, prædicationis etiam munus exercuit: & omnis virtutis, ac probitatis exēplar exiſtens, concionibùs ſuis, quibus indefeſſo labore inſiſtebat, infatuatum planè populum, & variis implicatum peccatis, ad ſanam mentem, ad perfectamq; virtutis normā redire cogebat. Ideo tam à ciuibus, quàm ab vniuerſa Eccleſia, merito amabatur. Et memor pius noſter Paulus beneficiorū, quæ ab ipſa acceperat Eccleſia, in eius recordationis teſtimonium, in teſtamento, quod ſub vitę finem con fecit, ſic ait.

Ex teſtamēto D.Pauli.

Rogo venerabiles fratres, Decanum, & Capitulū, Eccleſię Hiſpalenſis, in qua quōdam fui per triēnium ferè canonicus, vt poſt obitum meum faciant celebrari in altari Sanctæ Mariæ maioris dictæ ciuitatis, vnam Miſſam de Requiem ſolennem, pro anima mea, & aliorum defunctorum: & dētur prædicto Capitulo, quinque millia marabitini, diſtribuendi intereſſentibus beneficiatis ipſius Eccleſię, iuxta morem in aliis diſtributionibus, in eadem Eccleſia obſeruatum.

Vt ergo ad inſtitutum reuertamur, tanta noſtri Pij Pauli ſanctitatis, atque doctrinæ claritas per orbem micauit, vt cuncti (ni fides aliud doceret) Apoſtolū Paulum rediuiuum iudicarent: quamobrem in ſummo honore, ac

ac reuerẽtia meritò habebatur
ab omnibus, maximè ab inclito

Paulus ab Hẽrico III. magni habitus.

Henrico Rege, huius nominis
tertio, qui ad ſummos honores
ac dignitates viros doctrina ac
pietate præſtantes, vti pium Re

Rex Henricus III. viros inſignes ad dignitates promouebat.

gem decet, promouere ſolitus
erat. In dignoſcendis & eligẽdis
viris, qui ſcientia, prudentia, at-
que conſilio, præſtantiores erãt
vnicus inter vniuerſos Reges

Rex Henricus III. in dignoſcẽdis viris preſtãtiſſimis inſignis fuit.

habitus fuit. Cognita itaq; ab eo
pij noſtri Pauli vitæ ſanctitas, cũ
eximia eruditione, ac nobilitate
coniuncta, ipſumq; graui conſi-
lio polere, Carthaginẽſium, ſe-
de Epiſcopali vacante, neminẽ
illi Eccleſiæ magis expedire, re-
bus bene perſpectis, iudicauit,
quàm noſtrum Paulum de San-

Paulus Carthaginenſiũ Epiſcopus effectus.

cta Maria, cuius fama per vniuer
ſam Galliam, Italiam, atque Hiſ-
paniam, iam pridem peruolarat,
& in dies ob vberrimum fructũ,
quem integritate ipſius vitæ, pa
riter & doctrinæ Deo reporta-
bat, magis ac magis creſcebat.
1402. Anno igitur à partu Virginis mil
leſimo quadringẽteſimo ſecun-
do, ętatis verò ſuę anno quinqua
geſimo ſecũdo, inſignis Cartha
ginẽſis Eccleſiæ Epiſcopus, ma-
gno cum omnium applauſu crea

Graue fuerat Paulo onus Epiſcopalis dignitatis.

tus fuit. Qui non ſine grauiſſimo
cordis mœrore, põderoſum ani
marum onus accipiens, totum
ſe ſe Deo committebat, à quo
vires, tanto oneri ferendo ne-
ceſſarias, humillimis precibus, la
chrymarumq; profluentia, quo-
tidie efflagitabat: intelligebat
ſanè quãtam rerum mollem, ſuis
imponeret humeris. Epiſcopi

Veri & perfecti Paſtoris, vera officij ratio.

enim muneris eſſe cernebat, ani
mas ſic regere, atque dirigere, vt
integerrimæ vitæ exemplo, nec
non & doctrinę puriſſimæ paſtu,
vt eas omnes per beatas, quan-
tum in ſe fuerit efficere tenea-
tur. Idque Deo præſtante pro
viribus exhibere paratiſſimus
erat, vt tandem paſtorem illum 1.Pet.5.b.4.
paſtorum principem veſtigia ſe-
quens, ouium ſibi commiſſa-
rum exactam rationem redde-
ret: ideo nihil ſibi potius habe-
bat, quàm vt ad æternę fœlicita-
tis paſtum oues illas, ſibi cõmiſ-
ſas induceret. Mẽte quoque re-
collebat, ob id ſolum tanta ſibi
eſſe munera à Deo donata, nem

Epiſcopis quanta ſint à Deo dona cõmiſſa ad populi gubernationẽ.

pè diuinorum oraculorum (quæ
fœlicitatis viam cõmõſtrant) in-
terpretationẽ ſingularẽ datam:
Sacramentorũ cęleſtiumq; om-
nium numerum, quæ ęgrotis mẽ
tibus medicinam facere, ac Dei
nobis amorem (in quo eſt fœlici
tatis ſumma) conciliare poſſent,
procurationẽ creditã. Ad coer-
cẽda denique vitia, pietatiſque
ſemina ſpargenda, poteſtatem
cęlitus ſibi datam eſſe. Quare tã
to muneri imparem ſeipſum iu-
dicabat. Diuino tamen fauore,
non tam in externis rebus augẽ-
dis & ampliãdis, quàm in animis
charitatis luminibus exornãdis,
Diuiniſque virtutibus informan
dis, operam ſuam omnem naua-
re ſtudebat. Cùm ergo integer-
rimus hic noſter Pontifex vide
ret, dignitatem illam ſuam, non
tam humano Regioque cõſilio,

C quàm

quàm Diuina prouidentia collatam ſibi fuiſſe, omnes ingenij vires in eo collocauit, vt verã Apoſtolici Antiſtitis rationem teneret. Huc omnes animi ſui cogitationes contulit, in hanc curã diutiſſimè incubuit, vt diſciplinam colapſam reſtitueret, Eccleſię nitorem repararet, homines in officio contineret, vitioſorum hominum licentiam comprimeret. Quæ omnia in Antiſtitis integritate, innocentia, vigilãtia, cura, atque moderatione poſita eſſe viderat. Tanto cũ ſtudio omnia Prælati munia executus eſt, vt breui temporis ſpatio, alium rerum ordinem, aliamq; Eccleſiæ faciem agnoſceres. Sicq; factum eſt, vt omnes paterni amoris igne accenſo, ardoreque pietatis ipſius inflammati, ad ipſum tanquam ad vnicũ aſſyllum, in ſuis neceſſitatibus accurrerent. Nemo quidem ad ipſum in ſuis calamitatibus confugiebat, qui non maximum leuamẽ ſentiret. Omnibus ſe amabilem præbebat, nõ auſteritate, turgidaque potẽtia imperabat, aut in clerum dominium exercebat, ſed gregis forma factus, cuncta facillimo negocio in ordinem redigebat: in cibo ac potu frugalis erat, menſæ tamẽ decore in hoſpitum gratiã ſeruato, in eleemoſynis verò impartiẽdis, admodũ liberalis fuit ſemper.

D. Paulus in Epiſcopali functione Apoſtolicus fuit.

Epiſcopalis officij vera ratio.

1. Petr. 5. a. 3.

Rebus tandem in propria Carthaginenſiũ ciuitate optimè iam diſpoſitis, per vniuerſa ſuę ditionis oppida, viſitationẽ inſtituere decreuit, in qua omnẽ ſuam gloriã & amplitudinẽ non in magno virorũ comitatu, nõ in corradendis pecuniis & coaceruãdis opibus, non in equorũ inſignium copia, nõ in famulorum ſplẽdore, apparatuq; Regio oſtentando, ſed in omniũ humanarum rerũ deſpicientia, & maximarũ virtutũ coaceruatione collocabat, atque in illis quibus pręerat, ſummam curã atq; diligentiam in ſalute eorũ procuranda ponebat: per vniuerſa oppida pauperes inquirebat, quos omnes ſua liberalitate recreabat, viduarũ optimus ac benignus cõſolator, orphanorumq; tutor erat. Eccleſias, ne populus plus ęquo grauaretur, ſuis reparabat expẽſis, calices, veſteſque ſacras, vbi neceſſitas expoſtulabat, hilariter tribuebat. Omnes itaq; ſubditos in ſuis penitus infixos habebat viſceribus, eorumq; ſalutẽ propriis ſuis cõmodis anteferebat. Sic tandẽ vniuerſam illã Carthaginenſiũ prouinciam, tanto charitatis feruore viſitauit, vt omnium corda in Dei & ipſius amorem conflagraret.

Paulus qualem viſitationem in Epiſcopatu fecerit.

Optima ratio viſitandi Eccleſias.

Cũ ergo ad propriam Carthaginenſiũ ſedem è viſitatione reuerſus fuiſſet, & in ſumma pace, ac tranquilitate Epiſcopatũ, per quatuor annos adminiſtraſſet. Inclitus Rex Hẽricus pię memorię, magno tenebatur deſiderio, ex facie, & priuato colloquio agnoſcẽdi virũ, de quo tanta tamq; pręclara, ſancto viro digna ferebãtur, cuius fama iam orbem repleuerat.

Rex Henricus III Paulum ex facie agnoſcere cupiebat.

pleuerat. Inter præclaras animi dotes, quibus hic inuictiſſimus Rex fuerat exornatus, vt omnes referunt hiſtoriæ, quæ de ipſo laudabilem memoriã faciunt, hæc vna erat, nempè ſumma prudẽtia, qua in eligẽdis viris, quos ad regni optimam gubernationem neceſſarios iudicabat, vtebatur: quę ſanè virtus in Rege, ſicut neceſſaria, ita prima eſſe debet. Hinc factũ eſt, vt Regnũ ſuo tempore, pręſtantiſſimos haberet viros in omni ſcientia doctiſſimos, in omni pietatis genere ſanctiſſimos, in rebus bellicis fortiſſimos, ex quibus inſigniores ſecũ ad cõſilia vocabat, ad honores promouebat, totius Regni robur atque præſtantiam in ipſos collocabat. Inter quos Paulũ Carthaginenſium Antiſtitem, non in infimo gradu, ex aliorum relatu, ponendũ iudicabat. Anno itaq; currẽte, milleſimó quadringenteſimo ſexto, totius Regni comitia generalia, in inſigni illa ciuitate Toletana, ad expeditionẽ, quam in Regni Granatenſis expugnationẽ facere decreuerat, coëgit. Sic factũ eſt, vt inter nobilitate inſignes, pietate graues, cõſilio præcellẽtes viros, quos ad comitia vocarat, Paulũ, nobilem, pium, ac ſanctũ, conſilioque pręſtantem cõpellaret. Cum quo ſæpe ſæpius grauiſſima tum Regni, tum etiã animæ ſuæ contulit negotia: quem vnicè ſapientem, prudentem, ac grauem, omniq; honore digniſſimum expertus eſt: ita ut eius

Regis Henrici prudencia in agnoſcẽdis ſubditis.

Tẽpore Henrici III. pręſtantiſſimi viri fuere in Regno.

Hẽricus cõmitia Regni Toleti celebrat.

1406.

Paulus ad cõmitia vocatus à Rege, Regni & animæ ſuæ negotia cum ipſo cõsulit.

fama lõgè minor eſſet, quàm hominis pręſtantia, quę in omnibus rebus agnoſcebatur poſtulabat. Eo autem tempore cõtigit, vt Henricus Rex, qui iam pridẽ valetudine aduerſa laborarat, morbo ingraueſcente, cogitarit omnia media neceſſaria, quæ tã ad Regni ſtatum in trãquilitate, & pace relinquendũ expedire videbantur, quã vt filiũ D.D. Ioannẽ, quẽ vnicũ hæredẽ habẽbat, tenerrimę tunc ętatis nẽpę viginti duorũ mẽſium, ſub optimó pedagogo, ac magiſtró collocaret, quem loco patris haberet, cui' inſtitutione omnia, quæ ad optimũ Regem, Regnũque fœliciter regendum, expedire viderẽtur addiſceret, & cum lacte ſuggeret. Neminem ad tantam rerum mollem aptiorem iudicauit, quàm præfatũ D.D. Paulum Carthaginenſium digniſſimum Antiſtitem, cuius conſilio ad rectam animæ ſuæ diſpoſitionem, atque teſtamenti, & vltimę ipſius voluntatis ordinationem, ſingulariter vſus eſt. Tantã iam de noſtro Pontifice Paulo fidelitatem, ac integritatem conceperat, vt teſtamenti exequutionem, filij quoq; ſui inſtitutionẽ, illi vni inter omnes Hiſpaniæ Pręſules committeret. Hinc factum fuit, vt ſtatim, quo maiori cũ autoritate principẽ inſtitueret, inter Regni Cancellarios primarium vt locum teneret cõceſſit. Factus itaque eſt primarius Principis D.D. Ioãnis Cancellarius, & officio fungi cœpit, à morte

Pauli conſilio teſtamentũ inſtituit Rex.

Paulo commiſſa fuit Regis Ioannis inſtitutio.

Paulus Regni Cancellarius primarius factus.

Petri Lopez de Ayala, qui è viuis exceſſit eodemmet anno: quæ quidem dignitas tantæ autoritatis & nignitatis eſt, vt ea merito iam glorietur Illuſtriſſimus Archipręſul Toletanus Hiſpaniarum primas, cui dignitati Regni Cācellaria coniūcta nunc eſt. Fuerat quoque antea, nam
1245. anno 1245. Dominus Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus, titulum primarij Cancellariatus Regni acquiſiuit. At verò tempore incliti Regis Ioannis, Petrus Lupus de Ayala, Regni Cancellariatū poſſidebat. Iam denuo Toletanæ Eccleſiæ Archipaſtores, in priſtinā Cancellariatus dignitatem ſunt reſtituti.

Regni igitur Cācellarius ſupremus factus, ab inclito Rege Henrico, vt omnia, quæ ad rectā Regni gubernationem poſt obitum eius pertinebant, optimè exequerētur, ſicut erant per teſtamentum iam diſpoſita, quo vim & robur ſuum ſortirētur, in eadem Toletana ciuitate, die viceſimo quarto Decēbris, eiuſdem anni 1406. Ante Ioannem Martinez Secreti ſigilli eiuſdem Regis Cancellarium, confirmauit.

Henrici Regis teſtamenti confirmatio.

1406. D.D. Paulo Carthaginenſium Antiſtite, & principis primario Cancellario teſte, vnà cum cæteris egregiis viris, ad id nuncupatis. Quæ omnia iam facta, poſtquam Eccleſiæ Sacramenta, ſumma cum deuotione Rex ſuſcepiſſet, intimo deuotionis feruore, præces ad Deum fundebat, quibus Regni ſtatum, vxorem dilectiſſimam, ac Principem Regni ſucceſſorem, filiaſq; chariſsimas, cū vniuerſo ſanguine Regio Deo Opt. Max. commendabat. Qui cum in mortis agone eſſet, & vitam vnà cū Regno fœliciorem ſpectaret, vigeſimo quinto menſis Decembris, ipſo Natiuitatis Chriſti die, inter primam & tertiam diei horā, anno 1407. iam incepto, pius ac prudentiſſimus Rex Henricus, 1407.

Henrici Regis mors cōmendatione digniſſima.

ſpiritum illum ſuum, quem Deo toto pectoris ardore, ac feruentiſſima deuotione obtulerat, ipſi omnipotēti Deo fœliciter tradidit, vitamque cum morte commutauit, magno cum totius Regni mœrore ac triſtitia. Quibus omnibus D.D. Paulus Epiſcopus, ac Regni Cācellarius, à Rege vnicè electus interfuit, qui ſumma cum deuotione, præces ad ipſum Deum inſtātiſſimè fundebat, vt fœlicem vitæ exitū Regi cōcederet, ſimulq; ipſum Regem, ab hac mortali vita, ad immortalem & fœlicem, cum iam tranſiret, æquo animo mortem ſuſciperet, ad idque eū grauiſſimis ſentētiis, indefeſſoq; labore hortabatur, donec ſpiritum Deo emitteret.

Paulus Henrici Regis morti interfuit.

Inclici Regis Henrici mors, vniuerſis Principibus, Prælatis, procuratoribuſq; totius Regni, necnō nobilibus ad cōmitia illa generalia conuenientibus, manifeſtata fuit. Tūc Regis mortem cum dolore accipientes omnes, Princeps D.D. Ioannes, eiuſdē

Regis

Ioannes II. Regnare cæpit. Anno 1407. ætatis ſuæ viginti duorum mẽſium.

Regis Hẽrici legitimus vnicuſque filius, qui in cunabulis tunc erat, ętatis viginti duorum menſiũ, Regni ſucceſſor in cõmitiis illis Toletanis à cũctis eſt declaratus. Ferdinandus Caſtellæ Infans, Regis Hẽrici germanus frater, qui vnà cũ inclita D. D. Catharina Regina iã vidua, Hẽrici Regis vità functi vxore, & Regis Ioannis ſecundi mater, tutor eius inſtitutus fuerat à Rege, decreuit, vt Regiũ teſtamentũ, quod in duabus mẽbranæ foliis, vnà cũ altera mẽbranę parte, quę glutinio vnitę, inſcriptũ fuerat, & Regis Secreto ſigillo cõmunitũ, ſericiſq. cordis appẽſum, ad Reginã Ioannis Regis matrẽ fideliter defferretur: quatenus in eius pręſentia, necnõ teſtamentariorũ, ad quos executio pertinere videbatur, manifeſtè legeretur: id quod, quo fidelius pręſtaretur, pręđictus inclitus Ferdinãdus Regis tutor, præcepit, arculã ferreã, quatuor ferreis clauſuris cõmunitam, ſtatim aduci, & tribus legatariis, necnõ etiam Regni primariis, qui ad comitia illa generalia conuenerant præſentibus, Regis teſtamẽtum incluſit in arca, & prædictis quatuor ſeris cõmuniuit, clauiũ verò diſtributionẽ, quo fidelius ad Reginę manus deueniret, in hũc modũ feciſſe cõſtat. Primam clauem D.D. Ioanni Siguntinenſiũ Epiſcopo, qui Toletanam regebat Eccleſiã per obitũ D.D. Petri Thenorij, nomine Archipręſulis Toletanæ Eccleſiæ, nomineque, ac vice omnium pręlatorum Regni, ſeruãdam tradidit.

D. Catharina Regis mater, & D. Ferdinandus Henrici frater Regis tutores fuere.

Teſtamentum Regis Henrici, Reginæ defertur.

In arca ferrea quatuor clauſuris munitã teſtamẽtũ defertur.

In hiſtoria Regis Ioannis II. ſcripta per Aluarum Garſiam de Sãcta Maria. c. 16.

Nomine Prelatorũ, prima clauis, Epiſcopo Segũtino data fuit.

Secundã vero clauem, D. Petro Suarez de Sancta Maria, ciuitatis Burgẽſis vni ex rectoribus, qui ad illa comitia procurator ſupremus, nomine totius ciuitatis aduenerat, qui & frater germanus D.D. Pauli Epiſcopi Carthaginẽſis erat, cõceſſit: quã ſuo, ac nomine & vice, omniũ procuratorum Regni, ſeruare pręcepit. Tertiã quoque clauẽ D.D. Paulo Carthaginenſiũ Antiſtiti, ſuo omniumq. legatariorũ nomine, ſeruandã traddidit. Quartã autem inclitus Regni infans D.D. Ferdinãdus, ſibi ſeruabit dicẽs, hanc clauẽ, ego meo ac Reginæ inclitæ viduæ nomine accipio, quã ambo ſeruare fideliter tenemur, tanquã rectores, gubernatoreſq. Regnorũ D.D. Ioannis ſecũdi inſtituti à Rege defuncto. Verũ cùm oporteret D.D. Ferdinãdum Infantẽ, Toleti ob comitia incepta manere, Ioanni Gundiſaluo, Reginę æconomo, clauẽ quã ſibi acceperat, traddidit: qua ſuo tempore ipſo etiam abſente omnes ſimul regalis teſtamẽti arcam aperire poſſent. Arcã itaque ſic obſeratã, ac fideliter munitam, pręđicto ſigilli Secreti Cancellario Ioanni Martinez traddidit, in ciuitatẽ Segouienſem, vbi Regina vnà cũ Rege manebat, deferendam, vt ibi Reginæ traddita arca, & aperta Regiũ teſtamentum publicè legeretur: & executioni mãdaretur. Et ne quid pręter decorẽ fieret.

Nomine procuratorum Regni, ſecunda Petro Suarez de Sancta Maria fuit conceſſa.

Nomine Legatariorũ. Tertia D. D. Paulo fuit tradita.

Quartum Ferdinãdus infans, ſibi ſeruauit ſuo & Reginæ nomine.

ret, decreuit tandē Inclitus infans D.Ferdinādus(licet ſecus antea diſpoſuerat) vnà cū multis nobilibus Regni primariis, qui profectioni parati erant, & ipſe quoq; vnà proficiſci, ac teſtamētum cōmitari, Segouiāq; venire, gratia ſalutādi Reginā, Regēq; videndi, & vt ea tandē, quę in teſtamēto legata erāt, executioni fideli mādarentur: qđ & libētiſſimè fecit: ſicut à multis primariis fuit rogatus vt faceret, vt & ſuā clauē retineret, ſecūq; referret. Prima deniq; die mēſis Ianu. an-

1407. ni 1407. è Toleto Segouiā profectus eſt. Cū ergo Ferdinandus 7. Ianuarij propè illā ciuitatem

Catharina Regis mater, verita filio priuari, fores Segouienſis ciuitatis occludi fecit.

peruenisset, Regina vidua, verita, ne filij educationē ab ea vi ſubtrahere tētaſſent, Ionanes à Velaſco, primarius Regis camerarius, & Didacus Lopez de Stuñiga, iuſtitię prępfectus: quos iā intellexerat à Rege defuncto, vnà cū D.D.Paulo Carthaginenſiū Antiſtite ad filij educationē teſtamēto deputatos, fores ciuitatis occludi pręcepit, vigilantiq; cuſtodia caſtrū vbi ipſa cū Rege manebat, cuſtodiri. Volebatque Regina, vt ſibi, ac Ferdinādo Regni gubernatoribus à Rege deſignatis, vnà cū D.D.Paulo educationis Regiſque cura, cæteris duobus Dñis prętermiſſis, in totū relinqueretur. Inſtabāt verò Ioannes de Velaſco, & Didacus Lopez de Stuñiga, ne Regis vōluntatē teſtamento cōfirmatam, quoquo pacto violare tētarent, oſtendētes, ad ipſos omnino pertinere, quod Regina ſibi vſurpare tētabat. Teſtamenti verba fideliter trāſlata hęc ſunt. Statuo, atq; pręcipio, vt Didacus Lopez de Stuñiga iuſtitiæ præfectus, & Ioānes de Velaſco, primarius noſter camerarius, Principem meū filiū habeāt, ac volo & pręcipio, vt illi, vnà cū Epiſcopo Carthaginenſi, quē inſtituo ad dicti principis ęducationē & inſtitutionem, curā regendi, ac gubernandi ipſius Principis mei filij perſonam habeāt, donec 14. ętatis annū expleat. Necnō etiā regendi eius domū, ipſis curā cōmitto, dūmodo, ad ea quæ ad tutelam ipſius pertinent, ſe ſe inromittere nō audeāt. In hac clauſula teſtamēti, redditus annuos, quos pro cura habenda Regis, ipſis cōmiſſa ambo vnà cū Epiſcopo Carthaginenſi recipere deberēt, legauit. Obidq; Ioānes de Velaſco, & Didacus Lopez de Stuñiga inſtabāt, Regis curā, ac ęducationem ad ipſos pertinere. At verò Ferdinādus, ita rem inter Reginā & Ioannem de Velaſco, & Didacū Lopez de Stuñiga compoſuit, vt Regina ipſis duodecim millia aureorū florenorū ſtatim ſolueret, ea tamen lege, vt omni ſemota quęſtione ac litè, Regis ęducatio ad ipſam vnà cū Ferdinādo, ac Epiſcopo Paulo in totū pertineret, ſic itaq; factū eſt, vt Regina apud ſe regem filiūſeruās, ipſa ęducationi ipſius intenderet: Epiſcopus verò Carthaginēſis D.D.Paulus, vnà cū Regina & Ferdinādo infante ęducarent

Regis Ioannis educatio ad Reginam matrem, ad Ferdinandum infantem, & ad D D.Paulū pertinere certant.

Teſtamenti Regis Henrici clauſula.

Ioannes de Velaſco, & Didacus Lopez de Stuñiga à cura Regis Ioānis habēda preuo ſemouentur.

rent

rent, Regéq; inſtituerēt, atq; eũ cũ ſua domo regerent. Duobus illis Dominis à teſtamēti cura circa regis æducationem ſemotis, Paulus Antiſtes magna cũ gratia Reginę ac Ferdinandi in prędicta ſua dignitate permāſit. Vides cādide lector, quāti fecerint, Inclitus infans Ferdinādus, vnà cũ ipſa Regina, noſtrũ D. Paulum, quem ſecũ, dimiſſis Ioāne à Velaſco, & Didaco Lopez de Stuñiga, in inſignē Regis educationem & gubernationē ſeruarũt? Rebus tandē ſic cōpoſitis, ciuitatē ingreſſi ſunt omnes, & Reginę, Regiq́; ac Ferdinando, obedientię iuramentũ, poſtquam teſtamentũ Regis, ex arca eduxiſſent, & legiſſent, vnanimes præſtiterũt, Legatarij, ſeu teſtamenti executores, ab ipſo Rege Hērico deſignati fuerũt D. Ruylopus Daualos, Caſtellę comeſtabilis D. Paulus Carthaginenſis Epiſcopus, primarius Regni Cācellarius. Frater Ioānes Henriquez, ordinis ſancti Frāciſci Prouincialis miniſter, & frater Ferdinādus de Illieſcas, qui à ſecretis cōfeſſionibus Regi erāt. Qui omnes ſummo cōſenſu, teſtamētum Regis fœlicis memorię exequuti ſunt. Præceperat quoque Rex in ſuo teſtamento, vt ſi quę dubia circa eius legata ſuborirētur, ad Epiſcopũ Carthaginenſem, vnà cũ prædictis duobus patribus declaratio eorũ pertineret: quę quāprimum facta fuiſſet inuiolabiliter ſeruari, & cuſtodiri, pręcipiebat, dũ modo, ea quæ

Regina, ac Infans Ferdinandus Paulum ſolum in Regis educationē admiſerunt.

Teſtamenti Regis Henrici, qui fuerint exequutores.

Teſtamenti Regis dubiorum interpres fuit D. Paulus.

ad filij tutelam, ab ipſo decreta erāt, nihil exequutores innouarēt, id quod omnes fideliter præſtiterũt: circa dubia verò exorta, eorũ omniũ vota, in D. D. Paulũ cuncta, magna cũ pietate dirigētem, reponebāt, & ad ipſius nutum cuncta regebantur; comitia itaq; illa, quę Hērico viuēte Toleti incepta fuerũt, circa Regni Granatēſis expugnationē, à Regina inclita, & Ferdinando Infante, quibus Regni gubernatio incũbebat, in ciuitate Segouienſi proſequuta ſunt: quibus D. D. Paulus Carthaginēſis Epiſcop9, ſemper adfuit, eiuſque grauiſſimis votis, ſuaq́; magna autoritate, comitia decorabat. Qua in re, atq; etiā in teſtamenti Regis exequutione, integrũ annũ, Ferdinādo Infante, ipſius Regis tutore abſente, perſeuerauit, donec prædicto Infante reuerſo, ſub finem anni 1407. Regis exequiæ finales de more, pōpaque regali, Toleti celebratæ fuerũt. Anno vero 1408. ne quid officio ſuo Paſtorali deeſſe videretur, noſter D. Paulus, Carthaginem reuerſus eſt, vbi pietate, ac ſanctitate ſolita, ſuum munus proſequutus eſt, Eccleſiæ primariæ Carthaginenſiũ, multa variaque tā ſerica, quā aurea magni valoris, ac elegātiſſime acu laborata, ornamēta cōceſſit, quibus Eccleſia non parũ decorata eſt; ipſiq́; tandē poſt varia collata munera, in ſymbolũ ſingularis amoris, atq; intimę amicitię, quā erga omnes capitulares habebat, pedũ,

Paulus ad ſuam Carthaginēſem Eccleſiā reuertitur, eiq́; varia dona conceſſit.

1408.

Paulus diœceſim viſitat muneraque confert.

ſeu paſtorale baculum argenteum magni valoris cōceſſit, vt ex teſtamento ipſius D.D.Pauli cōſtat. Inſtituta tādē per vniuerſam diœceſim viſitatione, tā fuit erga omnes Eccleſias liberalis, vt omnes mirarētur: nihil pręter victū neceſſariū, ſibi ſuæq; familiæ ex ſuis omnibus redditibus ſeruabat, ſic factū eſt, vt nō in diuitiis coaceruādis, ſed in virtutibus augēdis ditiſſimus fuerit.

Paulus non in aggregandis diuitiis, ſed virtutibus ſtudioſus.

In viſitatione pergēs, ſpargēdo varia dona, ad ciuitatem Murciæ, à qua Regnū nomen accepit, perueniens, videnſq; Sanctæ Mariæ Maioris Eccleſiā collegialē, minus decentē pro Eccleſię dignitate, ſummi Altaris retabulū habere, ſuis magnis expenſis nouū & prçclarū fieri fecit, Eccleſiæq; donauit, munus certè liberaliſſimū, tantoq; pōtifice digniſſimū.

Paulus Sanctæ Mariæ Eccleſiā collegialem ciuitatis Murciæ, ditiſſimo retabulo exornauit.

Interim ſilentio nō inuoluā quā plurima, quæ in animarū ſalutē, magna cū pietate geſſit, ram in Mauros, ac Iudęos, ad fidem eos conuertendo, quā in vitiis, quibus diœceſis ſcatebat ſtirpādis, quę ſi per ſingula narrare vellē, tempus me ſanè deficeret.

Paulus multos Iudeos ac Mauros ad fidem cōuertit.

Miraculo tribuendū putabāt omnes, quotquot ſtatū diœceſis nouerant, eā ſic reformatam, & ad tātam vitę ſanctitatē redactā. Hæc cū ſummus Pōtifex Benedictus XIII. ſedem pontificiā in Gallia occupās audiret, & à longo iam tēpore grauiſſimā noſtri D.Pauli prudētiam, cū magna dexteritate in rebus agendis coniunctā, perſpectā haberet. Cū grauiſſima negotia in Hiſpaniarū regnis ſuo nomine & autorirate peragēda eſſent, neminem ad rantā rerū mollē idioniorē inuenire potuit, quā Reuerendiſſimū noſtrū D.D.Paulū Carthaginenſiū Antiſtitem: quē per vniuerſam Hiſpaniā Legatum à latere cū plena poteſtate inſtituit, quā dignitatē quatuor fermè annos habuit, vt ex ipſius teſtamēto D.D.Pauli cōſtat, in quibus magna cū autoritate & prudentia munus, & officiū exercuit.

Paulus, legatus à latere per vniuerſam Hiſpaniam à Pontifice declaratur.

Vt autem cū maiori totius Regni commoditate, munus ſibi iniunctū exerceret, Valliſoletū vbi Regis curia, aderat, venire coactus fuit. Id quod libētiſſimè fecit, ob munus ſibi à Rege Henrico etiam iniunctū, videlicet æducationem filij Ioannis II. ad quem Regnū deuolutū erat: qui iam quartū ferme annum attigerat.

Paulus legatus Pontificis Valliſoletum venit.

Cū ergo videret in ſumā Regni vtilitatē cędere, principē optimis inſtitutis ęducare, ac pietatē cū lacte ſuggere, decreuit Epiſcopatū, ſub piorum miniſtrorū tutela relinquere, ne Reginę eius aduētum efflagitāti deeſſe videretur. Valliſoletū, vbi Rex vnà cū Regina aderat ueniens, lætiſſimo ab ipſis vultu, ac verbis amantiſſimis receptus fuit: vbi Regē, quem ſummo ſtudio apud ſe Regina ſeruabat, ne à Regni primariis (ipſa inuita) ſubriperetur, ſolicitè inſtituere cœpit: in ipſis in primis Chriſtianę religionis rudimētis, in eaque tenerrima ætate ita Chriſtianā pietatem imbibebat, vt ſan-

Regem Ioānem Paulus optime inſtituit.

Optimam Principis inſtitutionem docet Paulus.

vt ſanctum potius Regem, quã belicoſum ipſum futurum vaticinarentur omnes: in precibus ad Deũ fundendis frequentiſſimus erat puer: quibus Regni ſibi cõmiſſi, rectam iuſtamq́. gubernationem, & ſcientiam atque prudẽtiam à Deo humiliter, vnà cũ ſuo inſtitutore D. D. Paulo indies poſtulabat, timore, amoreq́ue diuino Regiũ cor magis magiſq́. indies inflammare totis viribus nitebatur: oſtendens nullam rectam gubernationem cõſtare poſſe, Diuino amore, timoreq́. ſublato: & quo vehemẽtius in hac firmiſſima veritate niteretur, quam primũ alphabetarius deſtitit eſſe Rex, variarum hiſtoriarum libros, quibus & lectionẽ addiſceret, & maiorum præclara geſta ab ipſo immitanda depicta videret, peruoluebat. In amorẽ eorũ, qui in virtute & præſtãtia rerum geſtarũ eminẽtiores euaſerant, Regis animum inflammabat. In odium verò eorũ, qui facinoroſis geſtis, & prǽter decorem & dignitatem Regiam, ſuũ ſtatum deturpabant, mirũ inmodum excitabat. Quo ſic tandem & virtutẽ amare, & præmijs afficere, vitiaq́ue ſummo perſequi odio, & pœna delictis cõdigna, punire ſciret. Adeo dexterrimè pium Regem, & annalium hiſtorias, peruoluere, & ab eis fructũ carpere docuit, vt alter Aſſuerus videretur, qui hiſtorias & annales priorum temporum ſtudioſè rimabatur, ex quibus Mardochæo ſupremum honorem,

Nulla recta gubernatio, ſublato timore, atque amore Diuino.

In hiſtoriis anticorũ debent Reges eſſe verſati.

Eſther. 6.

Aman verò patibulum tribuendum iudicauit. Literis quoque Latinis diligenti cura Regem inſtituebat, quibus in ſtudiis breui tẽporis ſpatio tantum profecerat; vt in priuatis colloquiis, Latino ſermone eleganter (habita temporis ratione) vti potuiſſet, literas quoque dictare, orationeſq́. ac diuerſa alia prolibitu facilè componere valeret: & quod adhuc maioris momenti in hac facultate eſt, præſtare facilè poterat: nempè carmina ſuis numeris, ac menſuris conſtantia, quę ſępiſſimè cõponebat: in quibus condendis, tam Hiſpanica, quàm Latina lingua, ita verſatus erat, vt ſi quid vitij in carminibus alienis offenderat, ſtatim notabat, & corrigebat, tam erat in hac facultate peritus, vt nemo niſi elaborata, ac perpolita, ante Regis oculos adferre auſus fuiſſet. In muſica arte, qua maximè delectabatur, apprimè inſtitutus fuit, adeo vt in tenera illa ætate, firmiſſimè ſuam ſequeretur, quã ſemel acceperat vocẽ, illamq́; ſeruando, errantes dirigebat, & in concentum reducebat. In ludendis quoque variis, ac diuerſis muſicis inſtrumentis, peritiſſimus fuit, adeo vt inſignes in illa ſcientia ſupra modum mirarentur, Regem in ea ętate tantũ potuiſſe præſtare. Verũ ingenij ipſius ſubtilitas longè maiora præſtare poterat, ex cuius fęcunditate oriebatur, vt ſcomata dictaq́. ingenioſè ſcripta, ſeu verbo prolata, ſicut libenter au-

Rex Ioãnes II in Latino ſermone verſatus: & in condẽdis carminibus alegans.

Rex Ioãnes in arte muſices peritiſſimus, tam in voce, quàm inſtrumẽtis.

diebat, ita quoq. & ipſe lepide
referebat, dicebatq́;. Cũ igitur
D.D. Paulus Carthaginenſium
Epiſcopus, prouectioris ætatis
Regẽ videret, aſſiduis cõſiliis ip
ſum ad optimã Regni guberna-
tionẽ hortabatur, idq́. nõ modo
ſuauiſſimis verbis, ſed variis etiã
exẽplis clariſſimorũ principũ, o-
ſtẽſis, normã & modũ rectè pieq́.
gubernãdi regnũ cõmoſtrabat.
Dũ ergo in hac ſancta Regis in
ſtitutione Reuerẽdiſſim⁹ D.D.
Paulus magno cũ applauſu Incli
tę Reginę Catharinę matris ip-
ſius, necnõ Excellẽtiſſimi Infan-
tis D.D. Ferdinãdi abunculi quo
que ipſius, ſuma cũ gratulatione
vniuerſi Regni perſiſteret. Cõ-
tigit, vt præclarus infans D. D.
Ferdinandus, Aragoniæ legiti-
mus Regni ſucceſſor, per obitũ

Infans D. D. Ferdinãdus Aragoniæ Rex declaratur.

1412.

Regis Martini, anno 1412. mag-
no omniũ electorũ conſenſu de
claratus fuerit. Cũ ergo Infans
Aragonię Regnum ad ſe de iure
deuolutũ intellexiſſet, ne quid
circa Regni Caſtellę, & Legio-
nis, gubernationẽ, quã ex teſta-
mento Hẽrici Regis pię memo-
rię fratris ipſius, indefeſſo labo-
re exercebat, per illius iuſtã ab-
ſentiã deeſſe videretur: maturo
adhibito cõſilio, ne Inclito Regi

Ferdinãdus Aragoniæ Rex quatuor gubernatores Regnorũ Caſtellæ & Legionis ſuo loco ſubſtituit.

Ioãni, ſub tutoribus adhuc agen
te, aliquid ex integritate eius Re
gni deperiret, Regni guberna-
tores quatuor ſuo loco ſubſti-
tuere decreuit: nẽpè Reueren-
diſſimũ D.D. Ioãnnem Antiſtitẽ
Seguntinũ, Reuerendiſſimũq́.
D.D. Paulũ Carthagiñ. præſulẽ,
ac D.D. Henricũ Manuelem, Co
mitẽ Montis Ięti, necnon etiã D.
D. Perafanũ à Ribera, præfectũ
ſeu Beticæ prouinciæ executorẽ
primariũ. Quibus omnib⁹ Regni
curã gubernationẽq́. ipſius, vnà
cum Inclita Regina demãdauit.

D. D. Paulus gubernator Regnorum.

Rebus itaq. bene diſpoſitis Fer
dinãdus Aragonię Rex in ſuum
profectus eſt Regnũ, Regis tu-
tella relicta, nõ ſine magno Re-
gis, ac Regni detrimento, vt re-
rũ euentus tandẽ demonſtrauit.
Octauũ iam Inclitus Rex attige
rat annũ, cum D.D. Paulus Car-
thoginenſiũ Antiſtes, Regni gu
bernator, vnà cũ cęteris ornatiſ-
ſimis dominis declaratus eſt, in
qua gubernatione fœliciſſimè ſe
ſe geſſit, Regis ac Regni cõmo-
da ſuis pręferens, nec vel in mi-
nimo intermittebat Regis opti
mã ęducationem inceptam, imò
potius in Regni gubernatione,
ſic ſe gerebat D.D. Paulus, vt in
ipſo, tanquã in lucidiſſimo ſpecu
lo, optimã Regnorum guberna-
nationem cõſpicere Rex facilè
poterat. Supplices libellos, ac
ſupplicãtes Rege pręſente fre-
quenter audeibat, quo facilius
Rex inter oratores diſcernere
ſciret, & hominũ ingenia agnoſ-
cere. Hinc factũ eſt, vt facilè Rex
homines prudentes, iudicio, ac
ratione valentes, dignoſceret,
& in illis diiudicandis expertiſſi-
mus eſſet, quos ipſe Rex digno
fauore proſequebatur. Dum in
tanta rerũ molle D. Paulus ver-
ſaretur, & curis variis tum circa
Epiſcopatus gubernationẽ, quę

D. D. Paulus in Regnorum gubernatione fœliciter ſe ſe geſſit.

Rex optimã gubernationẽ ex D. D. Paulo addiſcebat.

eo magis

eo magis vrgebãt, quo lõgius diſtabat, tum etiã, circa Regis educationem, quę integrũ, & omnibus numeris abſolutum requirebat virũ, necnon etiã circa Regnorũ gubernationem; quæ ſuis maxima ex parte humeris incũbebat, eo quod Regi, ac Reginę familiarior erat, quorũ conſiliis ſemper aderat, diſcruciaretur. Maxima illi cura erat, animę ſuæ ſtatum, diſponere & ordinare, quocirca, animo propoſuerat nõ palatia ędeſque magnificas ſibi, ſuiſq; filiis, cõſtruere, ſed ſepulchrũ, vbi corpus perpetuam in terris habitationẽ haberet, tãta pietate conſtructũ, vt animæ ſuę perpetuas cęli ſedes promereri poſſet. Ideoq; ob ſingularẽ, quẽ erga inſignẽ pietate, religione, atq; doctrina ordinem ſancti Dominici amorẽ geſtabat, maximè erga ſanctũ Thomam, cuius doctrinã ſingularem profitebatur, & cũ ſanctum Paulũ etiã ſuę conuerſionis patronum haberet, ſtatuit in ſancti Pauli cœnobio, extra muros ciuitatis Burgenſis, inſtituti ſancti Dominici ſacellũ cõſtruere: & licet Carthaginenſiũ eſſet Antiſtes, vbi cor defixũ habebat, oſſa tamen in ciuitate Burgenſi, vbi ſe ſe religioni Chriſtianæ ſacrauerat, cõmittere in animo erat. Quare ex Valliſoleto viros inſignes, ad cœnobiũ ſancti Pauli, nempè D. Aluarũ Garſiã de Sãcta Maria, Regiũ Chronographũ, ac D. Petrũ Suarez de Sãcta Maria Burgenſis ciuitatis rectorem, ambo ipſius Reuerẽdiſſimi D. Pauli Epiſcopi Carthaginenſiũ germani fratres, nec nõ doctorẽ D. Guadiſaluũ Garſiã de Sancta Maria, Archidiaconũ oppidi de Virbieſca, in Eccleſia Burgẽſi, ac Sacri palatij Apoſtolici auditorem, ipſius D. Pauli maiorẽ filiũ, mittere decreuit, qui cũ venerando priore, patribuſq; dicti cœnobij circa ſacellũ de nouo erigendũ ibi tractarẽt. Conſenſu cõmuni ſtatuerũt omnes, vt Reuerendiſſimus D. Paulus capellã in ambitu propè ſacrariũ, quod nũc eſt, ſibi, matri, vxori, filiiſq. atq; omnibus ſuis poſteris ſepelliẽdis ædificaret, certis quibuſdã conditionibus, in ſcriptura inter ipſos tranſacta, anno 1413. cõtentis. Sacellum tandem pręclara ſtructura, ſecto quadroque lapide, erectum fuit, quale nũc videri poteſt, quod nũc cœnobij capitulũ à patribus nũcupatur. Opus certè tãto viro dignũ. Qui autẽ in ipſo ſepulti fuerint, quaſue memorias reliquerint, inferius ſuo loco Deo dãte dicem'. Interim Reuerendiſſimus D. Paulus in Regis inſtitutione Regniq; moderatione omnem nauabat operã, magnaq; tũ Regis, ac Reginæ, tum etiam vniuerſi Regni gratia, officia ſibi iniũcta exercebat. Anno verò ſequenti nempè 1414. Epiſcopalis ſedes Burgeñ. per obitũ Reuerendiſſimi D. D. Alphõſi cognomẽto de Illieſcas vacauit. Ad quã Rex ſua liberali indole, Reginaq; & omnes Regni gubernatores, cõmuni omnium conſenſu, Reuerendiſſimum

D. Paulus de morte pótius, quã de dignitatibus cogitat.

Paulus capellam ad ſepulturam parari iubet Burgis in ambitu monaſterij ſancti Pauli.

1413.

Vacat Epiſcopatus Burgenſis. 1414.

rẽdiſſimum D.D. Paulum Epiſcopum Carthaginenſem ad Eccleſiam Burgenſem promouere decreuerunt, ob pręclara ipſius merita, tot tantiſq; argumentis iam pridem perſpecta, nunc demum in ſtudioſa regis inſtitutione, & iuſta Regni gubernatione cunctis manifeſta: & vt etiam Eccleſiam ſibi viciniorem haberet, quam, licet in functionibus, ſibi cõmiſſis apud Regem, Reginamque impediretur, facilius (ſi per tempus liceret) poſſet viſitare. At verò cum ab omni & ambitione & auaritia, ſemper fuiſſet alienus, eminẽtiorem ſedem contemnens, amplioreſq; redditus nihilifaciẽs, temporis inducias ad deliberandum ſibi concedi poſtulauit, quo liberius à Deo, quem omnium ſuarũ rerum ſingularem directorem habebat, humillimis pręcibus efflagitaret, an ſuæ animę ſaluti expediret, hanc promotionem acceptare, vel non: id quod illi conceſſum fuit. Interim Regina, cæterique gubernatores, ſeorſum exortationibus inſtabant, vt Eccleſiæ Burgenſi vbi fidei ſuę profeſſionẽ fecerat, vbique matrẽ ſuperſtitem habebat, & vxorem quondã dilectam, proleſq. ſuſceperat, vbi etiam iam ſibi ſuiſque honorãdum ſepulchrũ, ſacellũque ſumptuoſum parauerat, ſuã ſanctam operam nõ denegaret. Ille verò ſenio ſe iam cõfectum agnoſcens, ſexageſimum enim quartum expleuerat annũ. Pręoculis habebat, ſponſam ſuã Eccleſiã Carthaginenſium, cui ſuã fidelem operã duodecim annis impenderat, ex qua numeroſiſſimã prolem Deo tradiderat, quãq; vnicè dilectã habebat, ea relicta, alterã ſibi iam laboribus exhauſtus in ſponſam accipere, piaculum iudicabat. Euariſti decretũ ſanctiſſimũ cap. Sicut vir. 7.q.1. pręoculis habens. Oculos quoque ſuos in Regem defixos habebat, quẽm tanquã verus nutritius, intimo cordis amore, puriſſimæ ſuæ doctrinæ inſtitutis educauerat, ab ipſoq. dimoueri, grauius, quã ſi eius cor diſcinderetur in partes, intimè ſentiebat: his multiſque aliis iuſtis rationibus permotus, Epiſcopatũ aſſumere detrectabat. At Regina grauiter, apud Ferdinandũ Aragonię Regẽ, quem vnicè D. Paulus ob inſignẽ pietatem, ſingularemq. prudentiã, cũ magna animi conſtantia coniunctã ſuſpiciebat, inſtare non ceſſabat, quatenus ad ipſum Carthaginenſem Epiſcopũ literas deſtinaret, quibus ad onus Epiſcopatus Burgẽſium obeũdum ipſum inclinaret: maximè cũ animaduertiſſet Epiſcopi ſingularẽ vitę candorẽ, miramq. pietatẽ, cũ cæteris animi dotibus, quibus cumulatus erat, cui hactenus à morte Regis Hẽrici mariti ipſius, pię memorię, nihil, ob graues, quos ſubierat labores, tã in Regis inſtitutione, quàm in teſtamenti paterni exequutione, necnõ in Regni gubernatione, fuiſſet ipſi collatũ, nec ille poſtulauerat vnquam. Rex itaque

D. D.Paulo Eccleſia Burgenſis offertur.

D. D.Paulus tempus ad deliberandum circa Eccleſiæ mutationem poſtulabat.

Paulus Eccleſiam Burgenſem accipere recuſat

7.q.1.cap.Si cut vir.

itaque Aragoniæ Ferdinandus, literis hortatoriis grauiſſimis ad Antiſtitẽ Carthaginenſium miſſis, tantum potuit apud eum effi cere, vt Regis atque Reginæ, eiuſque mandatis cum cæteris Regni gubernatoribus pareret, & Burgenſium Põtificatum tandem acciperet. Vacauerat iam ſedes illa per annum: & toto illo tempore D. D. Paulus dignitatem illam accipere recuſabat, ob cauſas, quas iam ſuperius explicuimus.

Paulus Burgẽſem ſedẽ, importunis precibus motus accepit.

1415. Anno itaq; 1415. Reuerẽdiſſimus D. D. Paulus de Sancta Maria Carthaginenſium Antiſtes, primarius Regni Cancellarius Caſtellę & Legionis, vnà cũ Rege, Reginaque, & cęteris tribus nobilibus Regni moderatoribus, è Carthaginenſi, ad nobiliſſimam Burgenſium ciuitatem, & ſedem magna cum totius Regni lætitia trãſlatus fuit, ætatis ſuæ anno ſexageſimo quinto. Quis verbis explicare poterit, extremam animi lętitiam, quam D. D. Maria iam ſenio confecta, reuerendiſſimi Antiſtitis piiſſima mater, vnà cum D. D. Ioanna, eius quõdam chariſſima vxor, atque filiorum clara propago, intimo corde acceperunt, videntes D. Paulum ad talem dignitatẽ euectum? qui licet longè maiori dignus eſſet honore, iudicabãt tamẽ omnes, dignitatem illam ipſis lõgè magis expedire, ob eius pręſentiam, qua familiarius frui iam poterant: loco etiam ſingularis beneficij vniuerſa ciuitas acceptum ferebat, quod D. D. Paulum, quem tanquam conciuem habuerunt, iam eis in Pręſulẽ habere ſit cõceſſum, eo quod natiuum patrię, quem ſemel imbiberat amorem, cum ętate creuiſſe, certo certius ſibi perſuaſum haberent. Gratulabatur ſupramodum ſibi omnis ſtatus Eccleſiaſticus, quòd nacti fuiſſent Antiſtitem eum, quem intra Eccleſię ipſorum fores Deo primũ ipſi genuerant, à quo longè maiora expectare poterant beneficia, quam vnquam Carthaginẽſes acceperant. Et merito tenebatur Põtifex ſanctam illam Eccleſiam pręcęteris amare, nam vnde initium acceperat ſpiritualis vitę, ibi perfectionem & conſumationem ſortiri, non vulgaris fauoris & gratię Diuinę argumentum erat: & vbi filius Eccleſię factus fuerat, ad paternã, atque ſupremam eius Eccleſię dignitatem iam conſcẽdiſſe, merito cum tota Eccleſia gaudere poterat.

Epiſcopatũ Burgenſem accepit, anno ætatis ſuæ ſexageſimo quinto.

Gaudiũ vniuerſale ex E. Pauli promotione ad Eccleſiam Burgenſem.

Gaudiũ matris & vxoris.

Gaudium ciuitatis.

Gaudiũ Eccleſiaſtici ordinis.

Aula tandem Regiã, vbi tandiu cum inclito Rege Vallisoleti, in eius ſancta inſtitutione moram traxit, relicta, valeque iam Regi Reginęque dicto, nobiliſſimis comitatus viris, Burgenſem ciuitatem peruenit: vbi incredibili lętitia, pompaq; ſolenniſſima, tam à ciuitatis nobiliſſimis gubernatoribus, quã ab vniuerſo Eccleſiaſtici ordinis ſpectabili cętu, cũctis obuiam euntibus, fuit receptus, & ad ſuã Eccleſiã primũ deductus: quę cantibus

Pauli ingreſſus ad ciuitatem.

bus muſicis, inſtrumētiſq; dulci melodia perſonantibus, Antiſtitis exoptatum aduentum cuncti gratulabantur. Inde oratione iā facta, & cætera, quæ de more fieri ſolent expedita, fuit ad Epiſcopales ędes deductus, vbi grauiſſima mater, iam ſenio confecta, vxorq; quōdam, nobiliſsima D. D. Ioanna, eius expectatum aduentū prętolabātur, quęipſum, profuſis ex intima lætitia lachrymis, verbis ſanctiſſimis Diuinū ſpirātibus amorē, ſunt amplexati. Viciſſimque ſanctus Antiſtes Paulus, pias ipſas matronas grauiſſimis, ſanctiſſimiſq; verbis reſalutabat: hortabaturq; eas grauiſſimè, vt iam vnà ſecū omnes poſtquam baratri foueas Dei miſericordia euaſiſſent, ad æternæ fœlicitatis patriam viam ſternere ſtudioſè curarent. Nō diu pia mater ipſius in viuis extitit, cuius laudes nemo facilè dicet: Egregiā pię ſe ferebat indolē ac grauitatem: erat enim moribus grauiſſimis, & virtutibus ſic ornata, vt cūctis fœminis ſingulare eſſet exemplū. Vniuerſa Burgēſiū ciuitas eam tanquam omniū ſingularem matrē colebat, nam ipſa vndiq; pauperes pio colligebat affectu, quos liberaliſſimis donis & ampliſſimis, onuſtos demittebat. Infirmos quoque tanto cum pietatis feruore viſitabat, vt etiā manu propria vlcera læſorum tractare nō perhorreſceret. Pauperes itē puellas & non paucas, matrimonio proprijs ſumptibus collocabat.

Salutatio matris & vxoris D. D. Pauli.

Reſalutatio Pauli ad ipſas.

Matris D. D. Pauli mors, et commēdatio ipſius.

Hinc factum eſt, vt vniuerſa ciuitas fœlicem ſe exiſtimaret, eo quod Antiſtitis matrē in veram omnium ciuium matrē, ſicut & filiū etiam in partem haberent. Verùm enimuero, cùm vniuerſa huius vitæ bona diuturna eſſe nō poſſint, tanta ciuiū fœlicitas inuida parca ſcidit, & è medio populi (proh dolor) ſubſtulit: nā pia Antiſtitis mater, ſequēti anno ab inauguratione filij in Eccleſiam Burgenſem, ſcilicet anno 1416. vitam cum morte magna cum omniū triſtitia cōmutauit: ſi tamen mori dici poteſt, quæ tātis tamq; pręclaris virtutibus, æternam ſibi vitam comparauit. Videres vniuerſam ciuitatem funus ingenti lachrymarū profluuio cōmitantem, ac ſi vnuſquiſque ciuiū propriæ ac chariſſimæ matris obitum, triſti lamento lugeret. Pompa funebri magna cū ſolennitate à patre clariſſimo, à clero vniuerſo, ab vniuerſa denique ciuitate abſoluta: in inſigni illa capella ſancti Pauli, quam iam pridem filius in propriam ſibi ſepulturam delegerat, recondita fuit, ad ſiniſtrum altaris latus: dextrum namq; tūc temporis filius ſibi adſeruare decreuerat. Et in lapide ibi erecto hæc verba Hiſpano licet ſermone ſcripta videbis. Hic Domina D. Maria, mater Dñi Pauli Epiſcopi Burgenſis, & Aluari Garſiæ, Regis Chroniſtę iacet: obiit anno Domini, milleſimo quadringenteſimo, decimo ſexto: quo autem die ſepulta fuerit epitaphium

1416.

Epitaphiū ſepultura D. Mariæ.

1416.

taphiũ nõ indicat. Iam ad noſtrũ Antiſtitem Paulũ reuertamur. Antiſtitis munus, ita fœliciter exercebat, vt tanquã in lucidiſſimo ſpeculo vniuerſi Pontifices in eo contemplantes, ſuarum omnium actionum normam componere, & imperfectiſſimã Epiſcopalis dignitatis functionem, reformare facilè poſſent. Erat enim innocẽtia, ac ſanctitate vitæ inſignis. Cùm enim ſe ſe in altiorem eminẽtioremq́; gradum conſpiceret, non tantum in proprium animę commodum, ſed in omnium ſubditorum ſalutem, vitam moreſq́; ſuos ita cõpoſitos habebat, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſq́; rebus omnibus, nihil niſi graue, moderatũ, ac religione & ſanctitate plenũ in eo conſpiceres, adeò vt cum Apoſtoli Pauli veriſſimam effigiem eſſe diceres.

D. Paulus Epiſcoporũ ſpeculum.

Prudentia, quæ omnium virtutum auriga eſt, in ipſo mirabilis fuit, ob eius ſanè excellentiã, quam in illo omnes prędicabãt, regios atq; Põtificios animos, ſibi deuinctiſſimos habebat, adeò vt Hiſtoriæ omnes, quæ de illo mentionem faciunt, hanc virtutis excellentiam, in eo prę ceteris multis, quibus abundabat, cõmendare non ceſſent. Iungebatque prudentię ſuæ, admirabilem ſolicitudinem, ac diligentiã indefeſſam, ſine qua prudentia ipſa manca eſſet & mutila, nam opus eſt celeriter exequi, quidquid matura prudentiæ deliberatione ſancitum eſt. Alioqui quid præſtantiſſima prudentiæ virtus valere poterit, ſi diligentiã non adhibeas ad ea exequenda, quæ prudentia ſuis decretis ſanciuit? Ideo prudentiſſimus D. Paulus, ſumma ſolicitudine ordinationes grauiſſimas, quas pro animarum ſalute, in ſua diœceſi ſtatuerat, ſeruari ſtatim faciebat. Longè maiorem vigilantiam erga gregem ſibi à Deo commiſſum habebat, quàm olim ille paſtor ouium vigilãtiſſimus Iacob, qui ſocero ſuo laborem, ac vigilantiam proponebat dicens: Die noctuque, æſtu vrebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis: ſi quid furto perierat, à me exigebas, ego damnũ omne reddebam: conſiderabat, quidem animam propriam, pro cuiuſuis ouis anima ſpopõdiſſe, ab eoq́; exactam rationem earũ omnium expetẽdam à Deo. Habebat quoque inuictiſſimus D. Paulus, aduerſus omnes Eccleſię hoſtes, maximè aduerſus Iudæos, ipſi infenſiſſimos, fortitudinem mirabilẽ, adeò vt id quod Ezechieli dictum fuerat, de ipſo quoq; dictum affirmare poſſes. Ecce dedi (ait Dñs) frontẽ tuam valentiorem frontibus eorũ, vt adamantem & ſilicem dedi faciẽ tuam. Vide mecum quęſo, quãta fuerat armatus fortitudine, qui omniũ Iudæorum potentiſſima argumenta, tã facilè ſuis ſcriptis retũdebat, & veritatis armis proſtrabat, atq; in nihilũ redigebat. Erant ſanè Iudęi, eo tẽpore, quo ipſe claruit, & à tẽporibus antea in ſua

D.D. Pauli prudentia.

D.D. Pauli ſolicitudo.

Diligentia prudentia iungẽda eſt.

D. Pauli vigilantia erga oues ſibi commiſſas.

Gen. 31. f. 40.

Prouerb. 6 a. 1.

D. Paulus à fortitudine commendatur.

D.D. Pauli fortitudo atque conſtantia qualis.

Ezec. 3. b. 8

Fortiſſimus fuit D. D. Paulus in Iudæos.

in ſua adhuc perfidia, obſtinatiſſimo animo perſeuerãtes, & potentia diuitiarum potius quàm virtutibus, aut animorum præſtãtia, totam ferme Hiſpaniã dominantes, adeò vt primaria ciuitatum officia exercerent, id quod tã iniquo D. Paulus ferebat animo, vt nõ modo ſcriptis, ſed vi etiam, atque autoritate ſua, quę in Regno maxima erat, eos omnes à ſuis ſedibus & potẽtia, animosè propulſauerit. Hinc eſt, quod in hoc ſuo libro Scripturæ ſacræ Scrutinio, hæc quæ ſequũtur verba in teſtimonium feruẽtiſſimi animi, quem in eos habebat, ſcripta reliquerit.

Diſt.6.c.10

Iudæorũ potẽtia in Hiſpania.

Scire debes, quod in Hiſpania, ſpecialiter in Regnis & dominiis Sereniſsimi Domini Regis Caſtellæ & Legionis, à magnis tẽporibus, ſuadente antiquo hoſte, Iudæi magnos habebant ſtatus, in tantum quòd fidelibus in multis præerant, & officia magna & publica exercebant inter Chriſtianos, & fidelibus in multis præficiebantur. Obtinebant enim in domibus Regum & etiã magnatum, officia magna: per quę omnes ſubditi, etiã fideles, eos in magna habebant reuerentia & timore, quod non in modicum ſcandalum, ſeu periculũ animarum cedebat fidelium ſimplicium. De facilè enim tales cõſueuerũt, ad errores eorum, qui eis pręſunt moueri. In fideles Iudęi, etiam ex hoc occaſionẽ perſiſtendi in ſuis erroribus ſumebant, dicentes, & in ſuis codicibus nonnulli eorum ſcribentes, quod prophetia Iacob Patriarchę, in qua dicitur: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux, &c. verificabatur in hoc, quod Iudęi in Hiſpania ſceptrũ dominij, ſeu regiminis obtinebant, modo ſupra dicto. Vides quàm ſanctę, quamque prudenter Iudęorum potentiam, quã in Hiſpania exercebãt, abominatione digniſſimã indicabat, dum antiquiſſimo hoſtis ſtudio id factum fuiſſe teſtetur? tum etiam id in maximũ detrimentũ, & ipſorum Iudęorum, & Catholicorum cedere euincit, Iudęi enim inſolentiores magis ac magis efficiebãtur, adeò vt ſceptrum & Regnum à Deo Meſſię promiſſum, ipſi collatum minimè fuiſſe teſtentur, ſed adhuc ipſos in poſſeſſione ſceptri manere, ex Scriptura ſacra teſtari, & cõprobare non verebãtur: Catholicis quoque maximum ſcandalũ pepererat, dum ad eorum obedientiam cogebantur, qui in Iudaicam cæcitatem perſiſtebãt, vnde in eorum errorem facilè prolabi poterant. At verò Diuina gratia in Eccleſię vtilitatem ſic ordinarat, vt Reges cautiores facti, non ſolùm gladij potentia, ſed legibus etiam aduerſus Iudęos ordinatis, totam Hiſpaniam ab hac Iudaica fœce (vt latè in ipſomet capite Reuerendiſſimus D.D. Paulus oſtendit) repurgarint.

Gen.49. b.10.

Iudæorum potentiam abominatur D. Paulus.

Iudæorũ interpretatio in eorum & Catholicorum præiudiciũ cedit.

D.D. Paulus ſtrenuã nauauit operam, vt Iudaica impietas extirparetur.

Qua in re ſanctiſſima, tempore quo ipſemet pius Paulus floruit, ſuam omnẽ nauauit operã, vt ex

vt ex ipſius verbis ibi ſequentibus facilè colligi poteſt, quo Iudaica impietas extirparetur omnino, ſic enim ait. Poſt Henricũ III. ſanctæ recordationis, ſucceſſit ſereniſſimus Rex Ioannes filius eius, qui hodie regnat, & in longæuis temporibus fœliciter regnabit. Iſte cœpit regnare in cunabulis, cũ eſſet, in ſecũdo anno ætatis ſuę: & ſic fuit ſub tutoribus, vſque ad tempus præfinitum à patre. In cuius tempore, tam durãte tutella quàm poſt, cùm iam regimen ſuorum Regnorum accepiſſet, multa fuerunt inſtituta contra Iudaicam impietatẽ, quę in ſuis curiis & Regnis, pro maiori parte obſeruabãtur, ſub quo, diuino auxilio opitulãte, fideliter ſpectatur, quòd infidelitas tam Iudaica, quàm Sarracænica ſupprimetur. Hæc noſter pius Paulus. Cùm igitur Rex Ioannes à ſuo inſtitutore fideliſſimo D.D.Paulo, nõ modo in puerili ætate, ſed etiam in maiori, probè fuiſſet inſtitutus, nemo non facilè intelligere poteſt, leges illas omnes, contra Iudæorum proteruiam, tam durante tutella, quàm poſt, ipſo D.D.Paulo gubernatore cum cæteris agente, ſancitas & diſpoſitas, eiuſque ordinatione, inſtigatione, & impulſu latas fuiſſe, in ſectę Iudaicæ deuaſtationem, & Chriſtianæ religionis augmentum, cui totis viribus erat intẽtus. Hinc eſt, quod

Diſt. 6. c. 10.

Ead. 4.

Leges, quas aduerſus Iudæos Rex Ioannes inſtituit, D. D. Pauli ordinatione fecit.

hiſtoriographus ille inſignis, noſtri ſeculi facilè Princeps, cognomento Zamalloa, quem honoris grãtia nomino, dũ in ſuis hiſtoriis noſtri pij ac ſancti Pauli mentionem honorificã feciſſet, hoc vno nomine eum inter omnia commendat, quòd Regem Henricũ inſtantiſſimè hortabatur, ne viros, qui ex Iudaica propagine originem traxiſſent, aut ex Iudaiſmo conuerſi fuiſſent, ad dignitatem aliquã quo quo pacto in Regnis admitteret. Verum ſi ſcripta, mẽtemq; D. Pauli ſcrutatus fuiſſet, non vltra limites, ſalua viri pace dixerim, progreſſus fuiſſet. Nã D.D. Paulus de illis tantũ, qui in errore Iudaico perſiſtebant, nec ad ſanam mentem reddire volebãt, imo potius in cæcitate Iudaica, obſtinatò animo perſiſtẽtes, de ſuis blandiebantur honoribus ac dignitatibus, quas Regũ gratia, ac fauore potiebãtur, dixit: de illis itaque tantum ſanè loquutus fuit. Alioquin peculiare capitulũ, in quo latè tractat manifeſtumq; relinquit, nullum præiudicium fidelibus, ex Iſraëlitica ſtirpe deſcendẽtibus generari poſſe, ex excęcatione Iudaici populi, minime gentiũ in dicto libro poſuiſſet. Vbi etiã probat excęcationis opprobrium in Iudæis, in honorem eorum cędere debere, qui à Deo illuminati fuerint: id quod multis cõprobat argumentis & Scripturę ſacrę locis,

Zamalloa lib. 15. c. 48.

Zamalloa refutatur.

Diſt. 6. c. 14.

Ex excæcationis opprobrium in Iudæis, in laudem cedit eorum, qui cõuertũtur.

nam ex illis, licet pauciſſimi verè conuerſi ſint: in ſummum dignitatis honorē meritò collocari debere dicit. De his (inquit) intelligitur illud Iſaiæ: Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſio oliuæ duarum, aut trium oliuarum, in ſumitate rami, ſiue quatuor, aut quinque in cacuminibus eius, fructus eius, dicit Dñs Deus Iſraël. Quæ verba ſic ab eodē ſancto viro D. D. Paulo interpretantur. Poſtquam enim deſcendētes à Iacob ſecūdum carnē, per eorum infidelitatem ſunt excuſſi, & ſeparati à radice oliuæ, in qua fuerūt antiquitus radicati, adhuc eiūt in eis relictæ, quaſi duę, aut tres oliuæ, ſcilicet pauci numero, qui in viriditate ſuæ radicis, radicati relinquentur. Quod videmus impletum in iſto medio tempore, in quo aliqui pauciſſimi eorū, in fide Chriſti ſunt radicati, quod non ſolum intelligēdum eſt de ſimplicibus, ſeu illiteratis eorum, ſed etiam de viris notabilibus, qui fœliciter Eccleſiarū gubernacula poſſederunt, & opuſcula fideliſſima in honorē fidei & Chriſtianę religionis cō poſuerunt. Vnde notanter dixit Propheta: In ſummitate rami: quaſi diceret de illis paucis remanentibus, nonnulli erāt in ſummitate rami. Id eſt in apicibus magnis, ſeu ſummis Eccleſiæ honoribus. Vnde ſecūdum hiſtoriam Damaſij: prout Tolominus de Luca narrat. Quidam ſummus Pōtifex, de genere Iſraëlitico, nomine Euariſtus in Cathedra Petri ſedit, anno Domini 112. & fuit ſeptimus à beato Petro, & per decem annos ſeptem menſes & duodecim dies, vniuerſalem Eccleſiā laudabiliter rexit, & vitam ſuā glorioſo finiuit martyrio. Plura ac pulchra noſter ſanctus Paulus Burgēſium Antiſtes, in eodē capite proſequitur: quibus oſtēdit, omnes illos, qui in fidei radice firmiſſimè permāſerunt, & omnes Iudæorum validiſſimos ictus cōſtanti animo ſuperarunt, merito ad ſummos honores deuehēdos fore. Hęc dictare decreui, vt Dñs Garibay Zamalloa intelligat, quos ex Iudæorum natione, pius ac ſanctus noſter Paulus intimo proſequebatur odio, & quos digno proſequebatur honore.

Iſaie.17.

Tolominus de Luca. Euariſtus Pontifex licet Græcus dicatur, filius tamen fuit Hebræi cuiuſdam nomine Iudas, ex patria Bethleemitā ca ortus.

Tanto Chriſtianæ fidei zelo erat accenſus, vt ſemper in ore haberet, Iudæos etiam ſuo halitu, vniuerſam inficere Hiſpaniam, ideo è limitibus eius merito eſſe ablegandos. Id quod licet efficere tunc non valuit, tantum cōſilio ſuo efficere potuit, vt Iudæos omnes à Catholicis ſeparatos faceret, & vt in locum vnum per ſingulas ciuitates redigerentur, quē Iudæriam vocabant. Et tandem Catholici Reges Ferdinandus & Eliſabeth, alta memoria retinentes noſtri pij Pauli ſententiam,

Iudæi ſuo halitu Hiſpaniam inficere totā dicebat D.D. Paulus.

Iudæi fuerunt à Chriſtianis ſeparati in ſingulis ciuitatibus conſilio D.D Pauli.

tiam,quam à Sereniſſimo eius patre Inclito Rege Ioanne II. Paulum dixiſſe referebat,nempè Hiſpanica Regna in maximo diſcrimine verſari,quandiu Iudæorum lues intra Regnorum ſepta contineretur. Ideo anno 1492. ſanctiſſimè ſtatuerunt,inuiolabiliq; lege ſanxerunt,ne tota inficeretur Hiſpania,vt Iudæi,qui ad Chriſti puriſſimam fidem venire detrectarent,intra quatuor menſiũ ſpacium,ipſis ad deliberandũ, vel ad ſua diſtrahenda bona conceſſum,extra Hiſpaniæ limites, ſub extremi ſupplicij pœna, omnino exularent. Vides quam fortis,& aduerſus ſuęmet nationis gẽtes inuictus extitit,vt tandem ſuo conſilio in cæcitate Iudaica perſeuerantes, è medio populi Chriſtiani,tantorũ malorum lernam propelleret,& ab eius limitibus exterminaret?id quod etiam aduerſus vniuerſa populi vitia,quæ pios, ac ſanctos mores ſubditorum labeſactare poterãt,virtute, ac inuictiſſimi animi roboré, fortiter quoad fieri potuit propulſauit.

Iudæis ab Hiſpaniare legati. anno 1492.

Sed de ipſius noſtri incliti Pauli ſapiẽtia, quid opus eſt multa referre, cũ ipſius ſcripta tanta omni genere eruditionis profunditate per vniuerſum orbẽ ſint diuulgata,vt omniũ ſapientium iudicio,à Deo potius mirabiliter infuſam, quã humano labore,ac ſtudio,eius ſapientiam partã fuiſſe libere fateãtur. Videas,quę in ſacra Biblia compoſuit,& doctiſſimo Alfonſo eius filio dicauit,quanta ibi(ſi attenta mente,ac pura peruolueris) recõdita myſteria,à nemine vnquam excogitata in lucem ea emiſiſſe videbis:illaq; omnia pietate,ac ſanctitate,ſumma cũ ſcientia omnium rerum coniuncta,ſunt reſperſa. Sed & Scripturæ ſacrę Scrutinium,ſi euolueris,neminem contra Iudaicã impietatẽ ipſo fœlicius vnquã ſcripſiſſe fateberis. Vbi nulla à Iudęis quantumuis doctiſſima argumenta,vel ex ſacris literis petita,vel à ſua deprauata malitia de prõpta fuerũt vnquam, quæ non facillimo negotio ſoluat,deſtruat, & in veritatis cognitione reuincat, & tandem fidei primaria myſteria, luce ipſa clarius è Scripturæ ſacræ fonte hauriat,& demõſtret. Plura quoq; ſapientię ipſius edidit teſtimonia, quę nõ ſine magna doctorum virorũ iactura,è medio ſublata dolemus. Opuſculũ plane aureum,de cœna Dominica,quod ab ipſo ęditũ fuerat, licet vndiq;,etiam in Bibliothecis,rariſſimis autoribus refertis per queſierim,reperire nõ potui. Sicut nec libellũ illum, vbi circa primũ Matthæi capitulũ, genealogias illas omnes, quas Euangeliſta deſcribit, mirabili eruditione,& indefeſſo labore, in ſcrutãdis Iudæorũ archiuis, quo magis ac magis origines omnium à ſua prima deduceret

Pauli ſapiẽtia mirabilis.

Biblia poſtilla Pauli quanta contineant myſteria.

Scrutinium contra Iudæos ſupramodum doctiſſimum.

D Paulus, de cœna Domini opuſculum edidit.

D. Paulus in primũ cap. Matth. ſcripſit.

propagine, ſcrutatus eſt, inuenire vnquã potui, licet ſumma diligentia inquiſiuerim, vt vnà cũ ipſius Scrutinio in lucem mãdare potuiſſem. Verùm noſtris hiſce tẽporibus ſtudio ac diligẽtia doctiſſimi ac clariſſimi viri D.D. Petri Põtij de Leõ, Epiſcopi Placentini, qui ſcriptis Illuſtriũ virorum, libriſq; rariſſimis omni ſtudio, ac diligentia magnis ſumptibus vndiq; collectis, ſuã ditauerat Bibliothecã, alterũ ex iis D.D. Pauli libris, manu ſcriptum cùm haberet, Philippo Hiſpaniarũ Regi noſtro, teſtamento vnà cũ nõnullis aliis, quos rariſſimos iudicauit, ſub vitæ finẽ reliquit, in famoſiſſima illa ſancti Laurentij cognomento Scorialis Bibliotheca, loco theſauri ditiſſimi collocandos. Nec mirum eſt, ſi ea omnia doctiſſimè ſcripſerit, nã vnica ipſius delectatio erat legis Diuinę aſſidua meditatio. Sicut ipſe in Epiſtola, quam ad Alfonſum eius filium ſcribit, teſtatur, ſic dicens: Et vt verũ tibi fatear, inter preſuras ſeculi, & curię noſtrę curas, quibus quandoq; ventillatus ſum, hæc fuit, præcipua delectatio mea, hoc ſingulare ſolatium meum, æternum & immutabile Deũ, eiuſq; mirabilia opera, in ſanctę & immaculatæ legis ſuæ lectione cõtemplari. Hæc ille. Hinc fit, vt nihil in omni veteri, aut nouo teſtamẽto reliquerit, quod nõ fuerit ab ipſo ſtudioſiſſimè per

Quanti ſint habenda D D. Pauli ſcripta.

D Pauli vnica delectatio erat legis Diuinæ meditatio.

In Epiſtola ad Alfonſum filium.

lectum, intelligentiaque mirabili declaratum. Nouerat pius Antiſtes, ad ipſum Diuinarum legum ſtudium, & officij, & ſuę ſtirpis ratione, propriè pertinere, nam ipſemet Deus Leuitas olim à cętera populi turba ſepa rauit, eo quod & ad miniſteriũ templi, & ad Diuinarum legum ſtudiũ, relictis omnibus humanę vitę negotiis eſſent deſtinati, quo rudi populo legis ſtatuta ſancta traderent, traditaque ſtudioſé ſeruarẽt. Ioſaphat ille pietate inſignis Rex tales populo ſuo miniſtros adhibebat, taleſque Sacerdotes & Leuitas per omnes Regni ſui ciuitates collocabat, qui librum legis in manibus tenentes, homines inſtituerẽt, & ad Diuina pręcepta informarẽt. Quod exemplum populo Chriſtiano ſumme neceſſarium, fœliciter immitati ſunt Reges Catholici, inter quos his noſtris temporibus inuictiſſimus noſter Rex Philippus, cui Deus Neſtoreos cõcedat annos, ſummo pietatis ſtudio inuigilare nõ ceſſat, vt quos doctrina ac morum pietate, in ſuis Regnis nouit inſignes, ad Eccleſiarum dignitates promoueat, quo virtus cũ pietate coniuncta, dignis remuneretur honoribus, cęteríque ad ſcientiarũ, atque virtutum ſtudia, vehementius ſtimulentur. Regnaq; tandem virorũ excellentia clareant, & magna gloria fulgeãt. Hoc ſanè Ioſaphat Regis quoque

Num. 8.

2. Paral. 19.

Rex Philippus niſi dignos & virtute ac ſcientia inſignes, ad dignitates Eccleſiaſticas promouet.

Quantis honoribus claruit D. D. Paulus.

que permotus exēplo, Sereniſſimus Rex Hēricus III. fœlicis memoriȩ, noſtrū ſapientiſſimū, ac pietate parem D.D. Paulū tanta diligentia quȩſiuit, vt ad Carthaginēſem Eccleſiā illum promoueret, quem & teſtamēti ſui executorē, dilectiſſimique ſui filij Ioānis II. eius ſucceſſoris inſtitutorē, Regniq́; ſupremum Cancellarium conſtitueret, & Regnorū Gubernator factus, Legatuſq́; à latere ſanctiſſimi Benedicti XIII. cōſtitutus, Eccleſiæ tandē Burgenſis Epiſcopus, à Rege Sereniſſimo Ioāne deſignatus fuit: quo ſciētiæ ac virtutū cummulum, tot præmiis à Deo, à Pontifice, atque à Regibus & Regno fuiſſet meritò decoratus.

Ferdinādus Perez de Guzman, in hiſtoria Regis Ioannis II cap. 15. Idem c. 145. fol. 38.

D Paulus à Deo, à Pontifice, à Regibus, et à Regno honoribus fuit decoratus.

D.D Paulus Anno 1429. Poſtilia ad ſacra Biblia compoſuit.

Cū ergo pius ſanctus hic noſter D. Paulus, Septuageſimū ageret annū nempè anno 1429. à partu Virgineo, mirabiles, quos iā pridē conceperat ſcientiæ fœtus, parturire & in lucem prodire fecit, videlicet Additiones illas inſignes ad poſtillā Nicolai de Lira, quas paterno motus amore, filio ſuo D. Alfonſo Cōpoſtellano tunc Decano, hæreditatis paternæ loco donauit: ſic enim ipſe teſtatur in Epiſtola iā ſæpe citata. Hoc eſt ergo fili mi teſtamentum meum, ij ſunt codicilli mei, hoc ex illis prælegatum agnoſce, vt in lege Dñi ſit volūtas tua, & in lege eius mediteris die ac nocte. Meditationē verò tuā, hæc & ſimilia relegendo puriorem profectò & ſuauiorem efficies. Gratāter igitur, donum hoc tui parentis accepta, paterna affectione, & læta manu donatum. Hæc ille. Poſtquā has addiderat additiones grauiſſimo ſenio nō parcens, quo Eccleſiæ vtilitati ſtuderet, vidēs vniuerſam Hiſpaniā, nō omnino à fœce Iudaica repurgatam, lucubrationes doctiſsimas ſuas, quas aduerſus Iudæorum obcæcatam perfidiam, contra eorū argumēta collegerat, in vnum redegit volumen, quod tanquam ſymbolū ſui intimi amoris, quem erga ſuam ſponſam Eccleſiam habebat, ipſi in vltima ȩtate teſtamēti loco reliquit. Quid de theſauris ſcientiæ, quibus noſter Paulus abūdauit, doctiſſimi ſcriptores ſentiāt, paſſim eorū ſcripta teſtantur; quȩ ſuo loco cum ad annū in quo Scrutinium compoſuit ventum fuerit dicemus. Hȩc de profundiſſima D. D. Pauli ſapientia dicta nunc ſufficiant, ad reliqua calamum dirigamus.

Epiſtola ad Alfonſum.

Virtutes omnes, quas ipſe cūmulatiſſimas in ſe ſe habebat, ſi narrare per ſingula vellem, tēpus ſanè & carta deficeret, verùm licet illas omnes animi dotes & virtutes ſilentio inuoluam, vna tamen, quȩ Epiſcopū digniſſimum facit inter omnes ſilentio, præteriri non debet, nempè liberalis beneficiorum, & eleemoſynarū largitio, qua ſe & animarum & corporū paſtorem

D D. Paulus, quam liberalis fuerit in eleemoſynis impartiendis.

 ſtorem

ſtorem, erga omnes pauperes exhibuit. Nihil eſt, mihi crede, quod magis populi gratiam erga paſtorem concilier, quā liberalis eleemoſynarum largitio, id quod adeò verum eſt, vt nec Euangelizādi officium, neque exempla virtutū, nec ipſa etiā opera miraculorum ſi adſint, ita amabilem & commendabilem Epiſcopum faciat, vt eleemoſynarum liberalitas. Hinc vulgata illa Philoſophi ſententia prodiit. Amabile bonum, vnicuiq; autē proprium. Vnde manauit & illa: Qui beneficia inuenit, compedes inuenit, imo aliquid compedibus ſtrictius. Vincula enim hæc pedes tantū ligatos habent, beneficia verò nō modo corpus, ſed etiam mentem, animum, atque præcordia ipſa nexibus charitatis arctiſſimè conſtringunt. Cùm ergo Epiſcopi munus ſit, ſubditorum animas Deo, & ſibi copulare, huic tanto negotio noſter pius Dñs Paulus liberaliſſima eleemoſynarum largitate, intentiſſimus erat, adeo vt pauperes omnes, viduæq; ægeſtate præſſe, omniaq; pauperum fratrū, monialiumq; cœnobia, liberaliſſimū illum erga ſe agnoſcerent. Pauperes ad pietatem eum excitātes, non expectabat, ſed ipſos ſua liberalitate præueniebat, & amore cordis oſtēſo, in ſymbolum eius eleemoſynas effundebat. Virgines Deo dicandas, in cœnobiis liberali dote locabat: nubiles verò pauperes, matrimonio coniungebat, vnicuiq; ſecundum ſtatum quem habebat, dotem ad vitę ſubuentionē aſſignando, id quod non modo intra ciuitatē pręſtitit, verumetiam in vniuerſa diœceſi exhibuit.

Nihil magis populi gratiam erga Paſtorem cōciliat, quā eleemoſynarum diſtributio.

Optima ratio liberalitatis in D. Paulo, quæ in multis desideratur Epiſcopis.

Inter largiſſimas, quas noſter pius Dñs Paulus eleemoſynas pauperibus diſperſit, vnā illāq; inſignem Regia liberalitate dignissimā, narrare nō omittam. Cū ergo inſignem ſancti Dominici religionem intimo amore flagraret, ob ordinis pietatē & religionem, cū grauiſſima eruditione coniunctis, & propter ſingularem quoq;, quem erga Angelicū Doctorem ſanctum Thomam gerebat amorem, ſicut antea notauimus. Videns Eccleſiā ſancti Pauli Burgenſis ciuitatis, inſtituti ſancti Dominici, ſplendidiſſimis & ampliſſimis ſtructuræ fundamentis ędificari inceptam, quam abſoluere, & ad perfectionē deſideratam: ita vt vltima primis reſponderent, impoſſibile planè videbatur, propter grauiſſimos, & penè innumeros ſumptus, quos tanta ædificij machina poſtulabat. Ideo nemo etiā ditiſſimorum principum auſus fuit, ſtructurę iam ante centum quadraginta & plures annos inceptæ, adiutrices manus porrigere, quominus abſoluere, timentes magnam theſauri ſummam, ad tam arduū opus promouēdum minimam

S. Dominici religionē ardenter amabat.

Amorē ſingularem erga S. Thomā habebat.

Liberaliſſima eleemoſyna et ampliſſima, Eccleſiam ſancti Pauli Burgis ædificādo, amorē erga eos ſingularem oſtendit D. Paulus.

minimam eſſe, quamuis ex parte aliqua, fœliciter proceſſerat ſtructura. At verò noſter D. D. Paulus ſanctiſſimi Pauli templum, pietate lõgè magis, quã pecunia ditatus, promouere generoſo decernẽs animo, nullis parcens expenſis, manũ operi admouere cœpit, quam minimè ſubtraxit toto vitæ ſuæ decurſu, donec vltimam manum operi, non modo ipſis religioſis, ſed vniuerſæ etiam ciuitati neceſſariſſimo imponeret: in quo dici facilè non poteſt, quãtam pecuniarũ ſummam liberaliſſimè expenderit, tanta cũ pietate, vt omnem arrogantiam, mundiq; vanitatem, & ſeculi faſtum poſthabens, ſtemmata ſua licet ex parte poſſuerit: in multis tamẽ ordinis S. Dominici inſignia in medio poſita fuere, propria verò in marginibus, in modũ orlæ (q̃ vocant) apponi mandauit: & qui tanto pietatis affectu Eccleſiã inſtrui lapidibus fecerat, non minori ad ſacra neceſſaria ornamenta cõtuliſſe fatendum eſt. Dedit enim pulchra paramenta, auro argẽtoq; elaborata, quam plurima: calices quoq; nõ paucos, argẽteos aureo contectos, & omnia argẽtea vaſa, quæ ad Diuinum cultũ ſuper altare ſummum magno cum decore & ornamento in ſolẽnioribus diebus apponi ſolent, vnà cum pontificali pro prio liberaliſſimè conceſſit.

Sacra paramenta Eccleſiæ per ſe inſtructæ D. D. Paulus donauit.

Omnia quæ argẽtea vaſa Eccleſiæ cõceſſit, vnà cum põtificali.

At oblatrare poterũt ij, qui viri pietatem minus ſploratam habent, dicentes: Quid mirum ſi Eccleſiam vbi tandem ſepeliendus erat, tantis ſumptibus ſibi, ſuiſq; paraſſet poſteris? tot paramentis, argenteis vaſis, & aureis, decoraſſet? in ſuum potius honorem & vſum, quàm in piis eleemoſynis tantum æs effudit. Verum ſi perſpectam ſancti viri pietatẽ habueris, oblatrare deſines. Nihil, mihi crede, fuit quod ſancti viri animũ permouere poſſet, quàm ſanctiſſima pietas, qua ergà vniuerſam ciuitatem ſibi commiſſam, atq; religioſorũ patrũ penuriã ſtimulabatur. Viderat enim cœnobium religione, doctrinaq; præſtantiſſimum, & à cunctis ciuibus meritò maximo amore proſequutũ, à quibus quotidiè frequentabatur Eccleſia, ob raras & eruditas, atq; pietate plenas cõciones, quas ibi populus frequenter audiebat. Cùm ergo pius Antiſtes Paulus animaduerteret, illa omnia non ſatis mouere populũ, ad tantam ędificij molẽ aggrediẽdam, ſuo exẽplo, vt vniuerſam ſtimularet ciuitatem, opus à tam lõgo tẽpore intermiſſum excitare, & fœliciſſimis auſpiciis, tanquã de nouo inchoare fecit, nihil minus eo tempore cogitans, quàm ibi ſepulchrum ſibi, ſuiſq; poſteris fabricare. Nam vt ſcripturæ publicæ inter ipſum Reuerendiſſimum D. Antiſtitem, & Eccleſię Cathedralis Capitu

Obiectio cõtra D. D. Pauli eleemoſynam liberalem.

Obiectioni ſit ſatis.

Laudes cœnoby ſancti Pauli ciuitatis Burgẽſis.

Licet Eccleſiam S. Pauli D. D. Paulus ædificabat, nõ tamẽ tunc ibi ſepulchrũ ſibi erigere cogitabat.

lum tranſactæ luculentiſſimè te-
1416. ſtantur, datæ anno 1416. nempè anno ſequenti ab inauguratione ſui Epiſcopatus, ſub initium eiuſdem anni, capellam cum pleno Decani & capituli conſenſu elegit, in prædicta primaria Eccleſia, quam ſupra modum diligebat: idque multis rationibus adductus. In primis cõſiderans, æquum eſſe, vt vbi vitæ ſpiritualis exordium acceperat, ibi vitæ carnalis finem faceret, & qui aqua baptiſmali, ibi conſepultus fuerat cũ Christo, terra ſacra ibi ſepelliretur in Domino: quare ſacellum, ſeu capellam tertiam computando à capella vbi fons baptiſmalis exiſtit incluſiuè, ſuæ ſepulturæ locum deſignauit. Et ob ſingularem deuotionem, quam erga Angelicum Doctorem ſanctum Thomam habebat, ſub nomine & inuocatione dicti ſancti nominari decreuit. Qua in re prędicti Domini capitulares, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus perpetuò conceſſerũt, ordinaruntq; & ſtatuerunt, quod nullum corpus alicuius defuncti præter corpus Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, in dicta capella ſancti Thomæ ſepelliretur, niſi aliter idem Reuerendiſſimus Dominus duxiſſet ordinandum. En habes, quã erat animo alienus, ſepelliendi ſe alibi, quàm in propria Eccleſia, vt ſcripturæ de hoc tranſactæ manifeſtè teſtantur. Sunt præterea argumenta efficaciſſima, quæ nos credere conuincũt, nihil minus ſanctum Antiſtitem cogitaſſe, quàm ſplendidiſſimum ibi, ſibi ſepulchrum pręparare: nam dũ Eccleſiæ S. Pauli opus creſceret, multas pietate & religione plenas, in ſua metropolitana Eccleſia Burgenſi memorias, perpetuo tempore ſeruandas, in animæ ſuæ ſubſidiũ, inſtituiſſe conſtat: ex quibus nonnulla, quæ autenticis ſcripturis inuenire potuimus, quo magis ſancti viri pietas cunctis innoteſcat aſſignabimus.

Capellã in propria Eccleſia D.D. Paulus elexit, quã ſancto Thomæ dicauit.

Rom. 6. a. 4.

Coloſ. 2. b. 12

Nemò ibi erat ſepelliẽdus præter D.D. Paul.

D.D. Paulus multas memorias in propria Eccleſia fieri ordinauit.

Cùm erga diuam Virginẽ eius contribulem intima deuotione flagraret, videretque ſub eius nominis inuocatione Eccleſiã primariam Burgenſem ſpecialiter eſſe fundatã, cùm in eiuſdẽ Deiparæ Virginis laudibus filius collaudetur, in ſuffragiũ & remediũ animæ ipſius Antiſtitis, de conſenſu dominorũ Decani & Capituli communi concordia & conſenſu, nemine diſcrepante ordinauit ea quæ ſequuntur perpetuò obſeruãda, nẽpè. Quod in qualibet die Sabbathi totius anni, pręterquã in eo in quo Chriſti Natiuitas in die Sabbathi occurrerit, & in ipſo Sabbatho ſancto. Poſt Primam in choro dictã, ſtatim celebrẽt ſolenniter cum duobus cantoribus in capis albis miſſam Beatę Virginis, cui intereſſe tenentur omnes in dignitate conſtituti, atque Canonici, portionarij, ac

Miſſam ſolẽnem Deiparæ Virginis ſingulis diebus Sabbathi in propria Eccleſia D. D. Paulus fundauit.

rij, àc ſemiportionarij, dictæ Eccleſiæ, qui omnes ſolenni ab ſoluto ſacro, ad ſepulchrum ipſius in capella S. Thomę deſignatum, proceſſionaliter, pſalmũ ibi deſignatũ cantantes, ire tenētur ex choro, & reſpõſum pro anima dicti Antiſtitis canta re: ob id quidē ampliſſimos ſecundũ temporis rationē redditus, optime aſſignatos, reliquit inter eſſentibus diſtribuendos. Quę omnia latius, in ſcripturis tranſactis, inter Reuerendiſſimũ Epiſcopũ, & capitulum manifeſtantur. Acta hęc fuerunt, anno 1416. quarta Septembris.

1416.

Quatuor ſingulis annis fundauit ſolennes memorias D Paulus in quatuor tēporib' anni.

Eodē die & anno conuentũ eſt inter Reuerendiſſimũ D. Epiſcopũ & dños Capitulares pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus, vt per petuis futuris temporibus, quatuor ſingulis annis memorias celebrent pro dicto Reuerendiſſimo Dño Epiſcopo, in quatuor anni tēporibus; in diebus ferialibus. Si verò in prædictis quatuor tēporibus feſtiuitates impedientes occurrerint, dictę memoriæ in diebus ferialibus proximioribus fiant. Ita tamē, quòd dicto Reuerēdiſſimo D. Epiſcopo viuente, dicatur pro eodē in ſingulis memoriis Spiritus ſancti Miſſa: & poſt ipſius obitum, miſſa de Requiem, cũ Collectis, Pſalmis, & præcibus in ſcriptura circa miſſam Sabbathi tranſacta, deſignatis, quas quidē quatuor memorias, honeſtè dotauit.

Cùm idem Reuerendiſſimus D. D. Paulus totus in eo eſſet, vt ſpeciales in ſubſidiũ animæ ſuę diuitias cũmularet, eodem ipſo anno, quinta die menſis Octobris, cum prædictis dominis Decano & vniuerſo capitulo conuenit, vt ſingulis diebus Veneris perpetuis futuris temporibus à ſemiportionariis prę dictę ſanctę Eccleſię, ſacrũ ſanctiſſimę Crucis, vt memoria ſanctiſſimæ paſſionis Chriſti frequentius in mentibus fidelium, ad animarum ſalutē inſigatur, ſolenniter decantetur, exceptis diebus Veneris Sancti, & diebus, quibus Chriſti Natiuitas ipſo die Veneris celebrari contingat, cum orationibus & pſalmis ibi deſignatis, idque totũ fiat, in capella dicti S. Doctoris Thomę de Aquino, vbi cõmuni conſenſu Dominorũ Decani, & Capituli, ſuam delegerat ſepulturam.

1416.

Miſſam perpetuam ſolēnem ſingulis diebus Veneris in ſua Eccleſia D. Paulus fundauit.

Ordinauit pręterea eo ipſo die, menſe, & anno, vt ſingulis diebus (Veneris tamen diebus duntaxat exceptis) miſſam ſemiportionatorũ vnus celebret, cũ collectis, ac orationibus in ſupradictis miſſis præſcriptis, perpetuis futuris temporibus in ſuo ſancti Thomę ſacello. Pro quibus omnibus, redditus perpetuos ampliſſimos, ſecundum tēporis exigentiam capitulo deſignauit. Statutũ pręter ea reliquit, vt in ſupradicta ſancti Thomę capella, vnus preſ-

Miſſam perpetuam ſingulis diebus in ſuo ſancti Thomæ ſacello diebus Veneris exceptis, fundauit.

Sacriſta in capella Sãcti Thome inſtituit.

byter, ſit ſacriſta, qui ſingularẽ curam gerere teneatur, aſſeruandi & cuſtodiendi mundè ac decenter, omnia vaſa, ornamẽta, libros, omniaq; alia, ad miniſterium altaris & dictæ capellæ neceſſaria: cui etiam commodum ſtipendiũ deſignauit. Quę omnia atq; ſingula omnes prędicti, iuramento ſolenniter facto, id quod ſucceſſores intrantes prętare quoque tenentur, polliciti ſunt fideliter perpetuò ſeruare. Tanta, tamque intima deuotione, erga beneficia ſibi à Deo miſericorditer exibita feruebat, vt nunquã ſaciaretur cõſideratione alta meditare altitudinem conſilij Diuini, circa ipſius conuerſionem declaratam: & vt tãti beneficij gratitudinis ſymbolum Chriſti fidelibus exhiberet. Et quo magis ac magis ipſi in donorum cęleſtium amorem in ardeſcerẽt

Miſſam ſolẽnem perpetuam ſingulis diebus Iouis, de Spiritu ſancto, in capella ſanctæ Praxedis fundauit.

Reuerendiſſimus ac pius Antiſtes D. Paulus, cum capellanis, quos de numero appellant, cõuenit, quatenus præſentes capellani, & qui pro tempore fuerint, ſingulis diebus Iouis, perpetuis temporibus, die Iouis ſanctæ hebdomadæ, ac Natalis Chriſti dies, ſi ipſo die occurrere contingat, duntaxat exceptis, miſſam ſolennem de Spiritu ſancto, in ſacello ſanctæ Praxedis virginis, vbi fons baptiſmalis exiſtit, cantaretur: memoria æterna cõſecrare volẽs, eximium Dei beneficium ibi, ſibi impenſum, in eo enim loco ſaluum illum fecit Deus, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritꝰ ſancti, quod in ipſo effuderat abundè, per Ieſum Chriſtum. Ideò ſicut alter ille Patriarcha Iacob, qui in memoriam Dei, ſibi aparentis, in eodemmet loco lapidẽ erexit, oleoque liniuit, in teſtimonium beneficij accepti. Ita quoque pientiſſimus ac ſanctus noſter Antiſtes Paulus, memoriã in loco illo ſacro, vbi Deo prius nomen dederat, ipſique abundantiſſima ſua gratia, in filium regeneratum iam fuiſſe admiſſum, baptiſmi ſymbolum dedit, erigere decreuit, verum oleũ, nempè Spiritus ſancti gratiam, in corde infuſſam, eiuſdem Spiritus ſancti ſacrum celebrando conteſtans. Sacro itaque abſoluto, capellani proceſſionaliter ad ſacellum ſancti Thomę Aquinatis, vbi ſepelliri decreuerat, poſt ipſius obitum, accedere tenentur, Pſalmum cantãtes, & defunctorum reſpõſum, vt latè patet in ſcriptura inter Reuerendiſſimum Antiſtitem & Eccleſię capellanos trãſacta, vigeſima prima die menſis Iulij, anni 1421. Pontificatus ſanctiſſimi Domini Martini V. anno quarto.

Ad Tit 3. b. 5.

Gen. 12. b. 7.

1421.

Ipſo die ſuæ conuerſionis in feſto ſanctæ Praxedis. Miſſam ſolennẽ perpetuis tẽporibus. in ipſo ſacello, fundabat.

Et ne vllo tempore, tanti beneficij à Deo accepti, memoria periret, nõ modo locũ, vbi à Deo fuerat in nouum virũ mutatus, ſacro Spiritu ſancti perpetuò,

petuò, diebus Iouis celebrãdo exornauit, ſed & diẽ illum fœliciſſimũ, ſanctiſſimę virginis Praxedis, quo Deo fuerat baptiſmate cõſecratus, Miſſa perpetua prædictę virgini, ipſo eodẽ die, quo ab Eccleſia celebratur, ab eiſdẽ capellanis decantãda ſolẽniter coluit, & veneratus eſt. Sic enim in ſua ordinatione ipſomet die, menſe & anno, ſuperius aſignato inter ipſum & prædictos capellanos trãſacta, ait. Itẽ prędicti capellani in quolibet anno in feſto ſanctę Praxedis, in qua die, Diuina miſeratione opitulante, ſacroſanctũ Sacramentũ Baptiſmi, in ætate iam adulta, in ſupradicto fonte ſuſcepimus, miſſam altã prędictę Virginis celebrent, cũ duabus orationibus, ſecunda pro nobis, tertia verò de Spiritu ſancto. Quã memoriam, vnà cum ſupradicta miſſa de Spiritu ſancto, ſingulis diebus Iouis perpetuò celebrãda, honeſtiſſimè perpetuis redditibus fundauit, vt ex autenticis ſcripturis, circa hęc firmatis omnibus conſtare poterit. Nec ſatis deuotioni, ac pietati ſancti Antiſtis factum eſſe putauit, niſi adhuc plura & perpetua ſacra, in ſubſidium & ſalutẽ animę ſuæ, bene dotata ante obitum reliquiſſet. Ideo cũ venerabilibus chori capellanis, pius Antiſtes trãſegit, vt ſingulis hebdomadibus perpetuis futuris temporibus duo ſacra ſolenniter decantarent in capella ſancti Thomæ Aquinatis, quã ad ſuam ſepulturã iam pridẽm elegerat. Alterũ ſingulis dominicis diebus, in honorẽ & laudem ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Alterum verò, ne quod gratitudinis genus, erga bene ſibi meritos intermitteret, de Requiem decãtare præcepit, ſingulis diebus Mercurij, in ſubſidium animarum fidelium defunctorũ, & ſpecialiter pro ſalute animæ Domini Regis Henrici III. fœlicis memoriæ. Cui (inquit) ex beneficiis nobis ab ipſo impẽſis multipliciter obligamur. Similiter & pro ſalutæ animę D. D. Mariæ matris ipſius, bonę recordationis ſacrificium offerri pręcepit, cum collectis & orationibus in inſtrumento contentis, tranſacto in monaſterio Diui Petri de Cardeña nuncupato, die vigeſima menſis Iunij 1422. anno quinto Pontificatus ſanctiſſimi D. D. Martini V. Hæc quidem prædicta duo ſacra, optime fundata, temporis ratione habitã fuerunt, nam octingentos Aragoniæ florenos, quibus poſſeſſiones emerẽt capellani prædicti, ipſis prompta pecunia dedit, vt ex eiuſmodi poſſeſſionibus, annuos redditus, ad diſtributiones faciendas ſibi compararent, necnon domus & prędia, ipſis deſignauit, quo diſtributionibus amplioribus prędicti capellani gauderent.

Duo ſacra ſolennia ſingulis hebdomadibus D. Paulus fundauit.

Alterũ diebus Dominicis de ſanctiſsima Trinitate.

Alteram vero diebus mercurij de Requiẽ pro anima Regis Henrici et D. Mariæ.

1422.

Tot ſolẽnia ab ipſo D. Paulo fœlici-

fœliciter inſtituta iā facta fue-
re perpetuò celebrāda, eo ip-
ſo tempore quo ſumptuoſa illa
Eccleſiæ ſancti Pauli fabrica,
magnis conſtruebatur expēſis,
nihil minus, quā de ſolenni ibi
ſepulchro ſibi parādo cogitās,
ſed animū intentiſſimū pietate
plenū, ad cultum Diuinum ſuæ
Eccleſiæ magis magiſque pro-
mouendū habens, ſacris orna-
mentis, quibus ab ipſo inſtituta
ſacra ſolenniter vterentur, Ec-
cleſiā decorauit. Ac donatio-
ne perpetua ditauit, vti manife
ſtius cōſtare poterit in ſcriptu-
ra donationis trāſacta inter Re
uerendiſſimū D. Antiſtitem &
1417. capitulū, anno 1417. die verò
ſecūda menſis Februarij. Quo
die Diuę Virgini ſacro, vt ſolē-
nius eius feſtiuitas à tota Eccle
ſia colleretur, protulit è theſau
ris ſuis quatuor tecas, ſacris pa
ramentis mire acu elaboratis
refertas, quæ diu anteà magnis
ſumptibus parare fecerat, qua-
rum prima Pontificis & mini-
ſtrorum ornamenta Pontifice
digniſſima continebat, ad vſum
Epiſcoporum pro tēpore exi-
ſtentium deputata: quæ vt in
eo pretio & honore, quo di-
gna erant haberentur, ſtrictè in
virtute ſanctæ obedientiæ, ſub
excommunicationis pœna prę
cepit prædictus Reuerendiſſi-
mus D. Antiſtes, vt nullus eiuſ-
modi ornamētis vteretur, qui
non Epiſcopali pręfulgeret di-
gnitate, niſi per ipſum aut ſuc-

Quatuor tecas diuiſi-merum or-namentorū, ſua Eccleſia dono dedit. Prima teca Pontificis et miniſtrorū paramenta continebat.

ceſſores hac in re diſpenſatum fiet. In ſecunda verò teca pluuialia, ſeu capas, quas vocāt, ad numerū dignitatum eius almæ Eccleſię neceſſarias cōtinebat, ita vt vnuſquiſque in dignitate conſtitutus, ſuum haberet proprium ornamentum, quo ſolēnes condecoraret proceſſiones. In tertia item teca omniū canonicorum pluuialia, quibus ornarentur ad eundē vſum adſeruabātur. In quarta teca portionariorum omnium ornamēta includebātur. Quę omnia cū tanti momēti paramēta eſſent, & magnam pecuniarū ſumā in ipſis cōficiendis expēdiſſet, nouis illis, & precioſis ornamētis, quibus ante illa tēpora nunquā vſa fuerat Eccleſia, nec ab vllo prædeceſſorum vnquam fuere donata, nouum & præcioſum ſacrariū, ſeu ſacriſtiam ſuper antiquā ſuis ſumptibus erexit, conſtruxit, & ędificauit, & ſub fideli cuſtodia ibi adſeruanda ordinauit. Quis non huius noſtri Antiſtitis indefeſſum ſtudiū curamq; ſolertem in ſuæ Eccleſię autoritatem, amplitudinem & pietatē promouendam videat, laudet & encomiis extollat? Quis non ardentiſſimū eius pectus Diuini amoris igne ſuccenſum cōſideret? Nō diuitias, ſtudio ditandi proles, quas in legitimo matrimonio ſuſceperat cūmulabat, nō primogeniturā fundare, & ex Eccleſię theſauris diuitem & opulentū habere filium

Secunda teca capas omnes neceſſarias ad numerum omnium dignitatum habebat.

Tertia item capas ad ſolennes proceſſiones decorādas pro omnium Canonicorum numero cōtinebat.

Quarta portionariorū capas pro numero eorū ſeruabat.

Nouum ſacrariū Eccleſia conſtruxit D. D. Paulus vbi noua reponerentur paramenta.

Pōtificis ſtudium nō in prolibus, ſed in Eccleſiis ditandis collocatum fuit.

filium ſatagebat, ſed potius ad cultum Dei Eccleſias pręclaris ſtructuris erigere, propriis ac domeſticis ſumptibus parcendo, quas magnis redditibus, & variis auri, & argenti ditiſſimis iocalibus, atque etiã eccleſiaſticis paramẽtis afabre factis, exornare ſumma diligẽtia ſatagebat, àdeò vt quidquid tã ex officiis Regni, ac etiã dignitatibus, & functionibus, quibus Regia, ac Pontificia gratia & autoritate, in Regnis Hiſpaniarum fungebatur, quã ex menſa ſua Epiſcopali colligere poterat, id ferme totũ in pauperũ Eccleſiarum vſibus, non ſine magno filiorum ac propinquorũ murmure, exponere non ceſſabat.

Epiſcopi, Epiſcopum immitētur.

Diſcãt iam Antiſtites huius noſtri ſeculi, à pio noſtro D. Paulo, qualiter prouẽtus Eccleſiarum exponere teneantur. Deſinant obſecro, deſinãt familias pauperũ nepotum & cognatorũ, qui vtinam non male educati ſint, vltra quam par eſt extollere, & ſtructuras ędium magnificẽtiſſimas, Eccleſiarũ prouentibus (quę verè pauperum eius diœceſis ſunt) erigere, & primogenituras ampliſſimorũ red dituum, ex Chriſti ſanguine, ipſis poſt obitum relinquere. In hoc præclaro Antiſtite veram prælati effigiem contẽplentur, ac ſerio immitẽtur, in quo quid tam in ſpiritualium, quàm in temporalium rerum directione, agere teneantur, viuide expreſſum & effigiatũ inuenient.

Eccleſia ſuper duas pietatis videlicet, & doctrinæ colũna fulcīẽda eſt.

Et cùm Eccleſia Dei tunc optimè inſtructa, ac inſtituta dici poſſit, ſi dupplici & pietatis & doctrinæ fulcro ſuſtẽtetur, quæ tanquam duabus firmiſſimis columnis fulta ac ſtabilita, perpetuò maneat oportet. Id quod bene perpendens pius noſter D. Paulus, poſt omnes illas ſanctas miſſarum inſtitutiones, magno cũ feruore charitatis, perpetuò fundatas, poſt ędificium illud ſupra ſacrarium elegãter & afabre factũ, poſt ditiſſimam illam ſacrorũ paramentorũ donationẽ, Eccleſię ſuę liberaliſſimè factam, à nemine vnquã tantis exornata donis, in quibus certè omnibus, in ſumma pietate, ac intima deuotiòne erga Deũ ipſum, ſuã inſtituere nitebatur Eccleſiam, tanquã ſuper robuſtiſſimã pietatis columnã.

Paulus pietate et doctrina inſtituebat Eccleſiam.

Ne igitur altera ſcientię præclaræ, & doctrinæ ſelectiſſimæ, illi colũna firmiſſima deeſſet, nõ ſibi factum ſatis eſſe putabit, niſi frequẽtiſſimis ſuis doctrinis & eruditiſſimis concionibus publicis atque priuatis Eccleſiã ſuam verbo inſtituiſſet. Verùm vt ſcientiam, quã à Deo ſine fictione didiſcerat, ipſe abundãtius cõmunicaret: lucubrationes omnes ſuas & annotationes, quas ſuper vniuerſa ſacræ Biblię volumina, à Deo ipſo mirabiliter illuſtratus, propria cõ ſcripſerat manu, vnà cũ gloſſa, quã ordinariã vocãt, liberaliſſimè,

Sapi. 7 b. 13

Lucubrationes ſuper ſacrã ſcripturam & gloſſam ordinaria, alioſq; libros Eccleſiæ donauit.

mè,adhuc dum in viuis ageret, vnà cũ multis ſuæ Bibliothecæ libris, ipſi Eccleſiæ conceſſit: prout videre licet in donationis ſcriptura,per ipſum tranſactaante duos notarios, nempe Ioannem Ferdinandũ de Aguilar,& Petrũ Gundiſaluũ de Toleto,die duodecima mẽſis No-
1431. uembris,anni 1431. Põtificatus ſanctiſſimi Dñi Eugenij IIII.anno primo, ibiq́; ſtatutũ ordinauit Reuerẽdiſſimus D.Epiſcopus,cũ expreſſo conſenſu Dominorũ Capitulariũ,pro tutiori eorundem librorũ cuſtodia, ne quis ſub excõmunicationis pœna extraheret,aut extrahere faceret,prædicta volumina, aut aliquid eorundem ex prædicta Bibliotheca:ſic tandem factũ eſt,vt hactenus Eccleſia Burgenſis,tanquã vnicũ ac ſingulare theſaurũ,in munimẽtum ſingularis amoris,quẽ D. Paul⁹ erga ipſam habebat, illa ſeruarit, &in maximo precio habuerit.

Structura Eccleſiæ ſancti Pauli animoſe proſequitur.

Et licet tot tantiſq́; muneribus, ſuam exornare non ceſſaret pius Antiſtes D.Paulus Eccleſiam,non tamen ob id manũ liberaliſſimam ſuam cõtinebat à mirabili illa Eccleſiæ S. Pauli ſtructura, quæ tantę magnitudinis & amplitudinis erat, vt cathedralem Eccleſiam,non monachalẽ eſſe iudicares. Tot ducatorũ millia,ibi fuerunt expẽſa,vt qui rationes expenſarum eo tempore habuerant,meritò iudicarent omnibus cõputatis, Regis Hiſpanię redditibus eo tempore, vix poſſe tot ſatiſfacere ſumptibus. Diuinę tamen prouidentiæ,ac liberalitati tribuendum fore meritò credebant. Deus enim, qui cẽtuplum eroganti pauperibus promiſſerat,in noſtro pio Antiſtite impleuiſſe conſtat,cui pro ſua erga egentes pietate, magnũ diuitiarum cumulũ cõceſſit, quo pientiſſimi ſui animi amplitudinem explere poſſet, & votis ſatiſfacere ſuis. Hinc factum eſt, vt religioſi in ipſo S. Pauli cœnobio agentes, vt potè tantis beneficiis nõ ingrati, ſecũ cogitare cœperint, quibus officiis & obſequiis, tot tãtiſq́; beneficiis erga ſe exhibitis,tã in quotidiana ſubuentione expẽſarũ, quàm in ædificiis,quæ ſplendidiſſimè ipſis fabricabat,ex parte, vel minima oſtendere poſſent gratitudinem, ne eiuſmodi liberaliſſimis muneribus, ingrati non modo ipſi D. Paulo, verũ & vniuerſo orbi, in cuius conſpectu cuncta in eorum gratiam faciebat,viderentur. Habita itaq; inter prędictos religioſos,& pietate & ſcientia ornatiſſimos,diligẽti deliberatione,maturoque cõſilio, omnes vnanimes,vnaq́; mẽte & corde agnoſcẽtes,oreq́; vno fatẽtes, puriſſimã atq; beneuolã erga ipſos intentionẽ,atq; deuotam affectionẽ, quã noſter pius,ac ſanctus Antiſtes Paulus,hactenus habuit, & cõſtantiſſimè tũc habe-

Quia Paulus erga pauperes liberalis fuit, De⁹ illi tãta quoque bona cõceſſit.

Gratitudo religioſorũ cœnobij ſancti Pauli, erga Antiſtitẽ Paulum.

habebat, habuitque ardentius indies dum vixit erga Prędicatorum ſanctiſſimum ordinem, quã in diuerſis clariſſimis actibus, variiſq; locis, & temporibus, publicè lucidiſſimè declarauit: (verbis vtor ſcripturæ donationis ſepulturæ, tranſactę inter prædictos patres cœnobij S. Pauli, & Reuerendiſſimi Antiſtitis D. D. Pauli, vicefimaſecunda die menſis Auguſti, anni

1430. 1430. ſic enim proſequuntur in ſua narratione.) Et ſpecialiter adhoc monaſterium, cui non ſolum eleemoſynis ad fratrum ſuſtentationem, & in ornamentis ad Dei cultũ pertinentibus gratum & liberalem multipliciter ſe oſtendit: ſed etiam olim cùm eſſet Carthaginenſium Epiſcopus, hanc ſolennem capellam, in qua capitulariter cõgregamur, propriis ſumptibus notabiliter ædificari fecit. Nunc autem maiora bona prioribus cũmulando, conſiderans, quòd Eccleſia noſtra antiqua, non erat, vt Diuino cultui, & noſtri ordinis decori decebat, fabricata, ſed abiectè conſtructa, iugiter in ruinam tendebat, nec etiam erat tantæ capacitatis, vt ad populi numeroſam multitudinem, ibidem certis temporibus confluẽtem, ſufficere poſſit. Prędicta affectione deuota agitatus, conatus eſt dictã eccleſiã, notabiliter ampliare, & antiquam reedificare, opere lapideo valdè ſumptuoſo atq; decoro, taliter, quòd non ſolùm pro Eccleſia religioſorum fratrum, ſed etiam pro cathedrali ſufficere videretur: & licet tunc temporis perfectum & cõſumatum nõ erat opus, ſumma tamẽ cum diligentia proſequebatur, nullis parcendo ſumptibus, dũ in viuis ageret, nec poſt mortem imperfectum manere voluit, ſed omnino ſuis expẽſis abſolui, in teſtamento legauit, donec vltimam operi manum artifices imponerẽt. Et quia re gratiari oportebat, liberaliſſimo largitori: poſt longam cum D. Paulo collactionem habitã, ſequentia, quæ ipſi grata videbantur ordinatione perpetua ſtatuerunt. Imprimis, quòd in pauimẽto Eccleſię principalis, videlicet Altaris maioris & cruciarij, nemo vnquã ſepelliatur, niſi in plano, ſine aliqua tumuli, ſeu ſepulchri, eleuatione, demptis nobilibus dominis Ioanni Nuñez, ac patri, auiiſq; ipſius fœlicis memoriæ, qui Domini Laſæ, ac Vizcaiæ, quondam fuerunt, ob generis claritatem & perſonarũ excellẽtiam, coram altari nouo maiori ſuper pauimẽtum, in ſuis tumulis, eodem planè modo, quo ante antiquũ altare fuerãt, tranſponerẽtur. Eo quod ibi honorificentius recondirentur, quàm in loco vbi primitus collocabantur. Item, quòd arcus ille, qui in dextera parte parietis maioris capellæ cõſtructꝰ eſt, D. Antiſtiti Paulo pro

Eccleſiæ ſancti Pauli Burgenſis excellentia.

Ordinationes factæ circa templum S. Pauli.

pro eius ſolius ſepultura perpetua maneat. Arcus verò, qui ad ſiniſtrum latus eiuſdem maioris capellę fabricatus eſt, pro ſepultura Reuerendi patris ac D.D. Gundiſalui Epiſcopi Placentini, legitimus eiuſdem D. Pauli Antiſtitis Burgēſis filius, dedicatus eſt, vbi, ſi modo ei placeat, ſepelliri liberum erit, idquod etiam cæteris filiis legitimis Domini Pauli conceſſere prædicti patres, vnà cum ſuis vxoribus, ſi modo illas contingat habere, necnon deſcendentibus linea recta ab ipſis, ea tamen lege, vt deſcendentes huiuſmodi, Pręlati, aut Milites, ſeu Doctores ſint, cæteri verò cuiuſuis conditionis fuerint, ab eiuſmodi ſepultura arcentur. Nonnulla alia in præfacta ſcriptura ex ordinatione non modo patrum cœnobij, ſed etiam præclari Antiſtitis Domini Pauli continentur, quā ſcripturam in ciuitate Palentina congregato ibi Prouinciali Capitulo prouinciæ, patres nempè Prouincialis, ac Definitores confirmarunt, decima ſexta die mē-
1432. ſis Septembris, anni 1432. Vide mecum amātiſſime Lector, & mirare, quàm intimo cordis affectu ſancti Dominici Ordinem, proſequebatur D. Paulus. Nam poſt electam ſibi S. Thomæ capellam, in Eccleſia ſua primaria ad ſepulturā, poſt tot ibi ſacra ſolenniter inſtituta, poſt tot tantaq; præclara dona, liberaliſſimè ipſi conceſſa, omnibus tandem relictis ad ſancti Pauli cœnobium confugiēs, vbi cor fixum habebat viuens, ibi oſſa moriens libētiſſimè perpetuo relinquere non dubitauit. Perpetuò gloriari poterūt patres & meritò, ſibi talem ac tantum patronum nactum.

Teſtamenti legatum, in fauorē ſtructura ſancti Pauli factū.

. Nā genoroſa noſtri pij Pauli animi nobilitas, tanta erat circa augmentum Eccleſiarū promouendū, vt non in viuis agēs tantum, ſed etiam moriens, tātam pecuniarum ſummam, in ſancti Pauli operis conſumatione, teſtamento legauit, quā tū expedire videbatur, ad perfectionem operis, atque ita factum fuit, vt vita functus, charitas illa, quæ in ipſo proſperis auſpiciis incepta fuerat, finem non haberet, donec omnia abſoluta manerent.

Legatum quod Pontifex Paulus fecit cœnobio S. Ioannis de Vrteca, et hiſtoria fundationis et reparationis ipſius conuētus.

Id quod etiā erga cœnobiū ſancti Ioānis de Vrteca diœceſis Burgenſis luculentiſſimis teſtimoniis cōprobauit: nō enim in vnius cœnobij erectione tantum; vitam & bona occupabat, ſed charitas ipſius, quę ad multa ſe ſe dilatare nouerat, effecit, vt prædictum cœnobium, quod iā prope colapſum erat, & à magnis diuitiis, in curia (ne dixerim de lapidatione) quorundam Regularium Canonicorum, irregularē ibi vitā agentes, ad ſtremam iam paupertatem redactum fuerat, adeo vt vix ibi vnicus Canonicus remāſiſſet:

Canonici Regulares in cœnobio ſancti Ioannis de Vrteca habitare ſolebant.

fuiſſet:&ne huius rei veritas ignoretur,ſcire oportet,quod ante quadringentos,&ſeptuaginta annos ſanctiſſimus hic vir Ioannes de Vrteca,pietate plenus cœnobium, quod eius nomen hactenus ſeruauit(ante ipſum enim eremitorijũ erat,quod ſancti Nicolai nomẽ habuit) proprijs laboribus & expenſis, ampliſ ſatis erexerat,&multis Regum Caſtellæ fauoribus,&priuilegijs,in ſancti viri gratiam conceſſis,adauxerat:prædia ampliſſima,nemoráque vaſtiſſima, ac prata vberrima ad pecorũ paſcua latiſſima conceſſit,ita vt Canonicorũ cætus opulentiſſimus haberetur & eſſet. Verum enimuero diuitiæ,quæ religiones interdum labefactare ſolent,ni diuina gratia tanquam colũna fulciantur efecere,vt inſtituta ſancta pij viri in laſciuiã & luxũ omnino cõuerterentur: vnde factũ eſt,vt colapſa religione,&pia inſtituta poſthabita,breui vniuerſa cõuentus bona à maleferiatis Canonicis delapidata fuerint. Et cùm iam pridẽ, nempè 270. annis,in cœnobio pace gaudentes habitaſſent : diſcordia inter eos exorta, cùm vnuſquiſq; ſuã in glubiem ſuamq; effrenem libidinem intra monaſterij ſepta explere non potuiſſet, cōtradẽtes ex communibus cœnobij bonis, quantumquiſq; poterat, cœnobio relicto,omnes in fugam ſe ſe verterunt,demptis duobus,aut tribus,qui in ameno Villalguræ pago, qui eius conuentus domus nunc eſt ſe ſe receperunt.

Diuitiæ religiones corrumpere ſolent.

Quod videns ſanctus Antiſtes Paulus,grauiter dolens, ſancti Ioannis de Vrteca conuentũ,ſic miſerè deſertũ à Canonicis,Diuino efflagitato fauore,modum reparandi,ac reſtituendi domũ, in priſtrinum ſanctitatis & tẽporalium rerum abũdantia ſtatum, cogitare cœpit. Et ne iterũ perditæ frugis viri,qui tanta cũ infamia, domus iacturam fecerant, redditum tentarent, autoritate Apoſtolica, qua fungebatur (erat enim eo tempore ſummi Pontificis Legatus à latare cum plena poteſtate,in vniuerſis Caſtellæ & Legionis Regnis) eiuſdem ſummi Põtificis cameram, domum illam fecit, cuius autoritate,cõuentus bona, quæ Regis conſenſu diſtracta fuerant, colligere cœpit:& vt religionis pietas,quæ primo loco habenda eſt,in priſtinũ reſtituere ſtatum, aut ad maiorem forſam religionis gradum promoueret; vocatis è religioſiſſimo Sanctæ Mariæ de Fres del Val, inſtituti ſancti Hieronymi fratribus, qui religione ac pietate inſignes, conuẽtum ſanctiſſimis ſuis moribus & vitæ inſtitutis erigerent, & in meliorem ſanctitatis gradum reſtituerent, Sanctus Antiſtes propriis expenſis domum ipſis reparauit,&omnia vitæ neceſſaria affatim ſuppeditauit,necnon ad culturam prædiorum, agrorum,atque montium, quidquid opus erat,larga prouidebat manu. Religioſi verò,qui ſummo

D. Paulus S. Ioãnis de Vrteca cœnobium reparat & religioni ſancti Hieronymi cõcedit.

Fratres monaſterij ſanctæ Mariæ de Fres del Val, primi fuere,qui S. Ioannis de Vrteca conuẽtũ in priſtinum religionis ſtatũ reſtituerũt.

ſtudio in collenda religione reſtituendiſq; dirutis, omnem nauarant operam, breui magna cũ laude cũcta in priſtinum ſtatum redigerũt, & reſtituerũt. Quod cùm pius Antiſtes cum ingenti gaudio videret, lõge adhuc maiora à tam ſanctæ religionis patribus ſibi pollicendo, ad eius ordinis generale capitulum literas deſtinauit, quibus pietatẽ cum ſolerti diligentia, in reſtituenda ſancti Ioannis de Vrteca domo, qua religioſi illi patres vſi fuerant, teſtatus eſt, obnixe poſtulando à patribus, vt duodecim religioſos pietate inſignes, vnà cum prælatis, ad domus gubernationẽ (ipſis beneuiſis) eò deſtinare nõ grauarentur, quibus omnia vitæ neceſſaria, ſe daturũ pollicitus eſt. Patres autem capituli ex animo gratulabantur ſe ſe talem tãtumq; Mœcenatem, ſibi acquiſitum, & omnia ex pio ſanctoq; Antiſtitis voto ſe facturos pollicentur: ideoq; ſtatim, miſſis prælatis ordinis vna cum duodecim eiuſdem voti religioſis viris, conuentum è nouo, fœliciſſimis ſancti Antiſtitis auſpiciis erexerunt, quibus ſtatim omnia, quæ vitæ vſibus neceſſaria erant, afatim ex proprio ęrario ſub miniſtrari pręcepit, è veſtigio ſacras veſtes, quampluri mas, variis auri, & argenti, laboribus acu mirè eloboratis, Eccleſiæ, vnà cum multis ditiſſimis argenti vaſis, pulcherrimè deauratis (donum certe tanto Pontifice digniſſimum) conceſſit: & qui incredibili pietatis ſtudio circa templi ſancti Pauli erectionem ingentem profuderat theſaurum, nõ certè minori cura erga ſancti Ioannes de Vrteca Eccleſiam, & domum ſtruendã fuit occupatus, adeò vt quod viuẽs, magnifice ſatis inceperat, poſt mortẽ ex propriis bonis abſolui teſtamẽto legauit. Id quod ſucceſſor Antiſtes D.D. Alfonſus de Sãcta Maria, paterna inſignis charitatis veſtigia ſequutus, liberali quidẽ animo proſequendo perfecit, & ampliſſimis donis ter ſanctum cœnobium, omni fauore digniſſimum, ditauit: inter quæ Bibliotheca ſplendidiſſima, multis manu ſcriptis, & imaginibus precioſis, depictis libris, cõnẽtum in ſingularis amoris ſymbolum exornauit. Inter quę Biblia ſacra, propria manu, propriiſque Anotationibus ſcripta, donauit. At verò poſteri hac noſtra tempeſtate, neſcio qua fraude decepti, magna ex parte Bibliothecam diſtraxerũt. Verùm pietas & religio hactenus integra & perfecta magna cũ totius Regni deuotione, ob ſancti Ioãnis de Vrteca corpus ibi reconditum, perſeuerat.

Ordinis ſancti Hieronymi religioſos viros, in conuentum S. Ioãnis de Vrteca preficiendos, à Generali capitulo poſtulat D. Paulus.

Multa dona religioſis patribus ſancti Ioãnis de Vrteca D. Paulus cõceſſit.

Alfonſus de Sãcta Maria cœnobiũ perfecit.

Dona quę D. Alfonſus fratribus S. Ioannis de Vrteca cõceſſit.

Quis iam verbis poterit ſatis explicare ardentiſſimum illum charitatis rogum, quo omnium ſtatuum homines in Dei & in ſui ipſius amorem D. Paulus conflagrabat? Religiones omnes ſacras, viroſque Eccleſiaſticos, pietatem ſectantes, ex corde fouebat, & alebat, cunctaque ipſis neceſſaria

D. Pauli, laudes non vulgares.

neceſſaria,affatim ſupeditabat. Virgines ſacras Deo dicatas, ſi quas viderat aliqua laborare egeſtate, tanquam verus pater alebat,pauperes puellas honeſtè educatas, dotibus pro earũ qualitate donatis, connubio ſanctoiũgebat. Egentiũ domos quã plurimas, per vniuerſam eius diœceſim largiſſimis eleemoſynis ſuſtentabat: ita vt per talem, ac tam ſanctum Antiſtitem, tempora illa priſca Eccleſiæ primitiuæ, de qua ſcriptum inuenimus: Nemo egens erat inter illos, rediuiua iudicares. Nam multorũ teſtimonio à maioribus conteſtato accepimus (id quod miraculo tribuendum puto) nempè, quòd dum piiſſimus Antiſtes in viuis ageret, vix vnus in vniuerſa Burgenſium ciuitate pauper reperiebatur, in diœceſi verò pauciſſimi. Notarios Curiæ ſuæ ex propriis bonis alebat, ita vt litigantes, nullis expenſis factis, aut certe per paucisſimis, iuſtitiam abſque vlla mora, veritate cauſæ explorata, conſequi poterant.

Acto. 4. g. 34.

D. Paulus ſuis eleemoſynis effecit, vt in ciuitate, vix vnus pauper eſſet, in diœceſi pauciſſimi.

Notarios ſua curiæ ſuis expẽſis alebat.

Viri pij ingenium tale erat, vt quo magis ętas ſenile corpus grauabat, eo magis ſingularis eius pietas animum, ac vires ad Antiſtitis munia fungẽda, addebat. Cum igitur pius vir iam ſe ſenio confectum agnoſceret, vltimam voluntatem ſuam conteſtatam relinquere volens die Lunæ vigeſima nona mẽſis Octobris anni 1431. Ante Petrum Gundiſaluum publicum autoritate Apoſtolica & Regia notarium, cum plenam facultatem ſanctiſſimorum Benedicti XIII. & Martini V. teſtandi iam pridem obtinuiſſet, ad ſummam tamen decẽ millium florinorum auri de Aragonia: teſtamentum pietate, ac deuotione intima refertum ſapientiſſimè ordinauit. In quo inter varia, quæ tam circa ſepulturam & exequias celebrãdas, quàm circa largiſſimas eleemoſynas impartiendas ordinauit, multa inuenire licet, quę in perpetuum omnium Prælatorum exemplum eſſe deberent, quò ad eius normam, vitæ exitum parare adiſcerent. Illud mihi in primis cum legem, in maximam admirationem rapuit, rapietq́; cũctos, qui huius noſtri ſeculi rerum ſtatum colit, in quo pręoculis videmus, vndique ampliſſimas ędes, oppida, prędiaque ditiſſima, vnà cũ numeroſiſſimis redditibus annuis, Epiſcoporũ ſtudio, ex ipſarum Eccleſiarum prouentibus corraſis, ſuis cognatis ac ſanguine iunctis, iure hęreditario (proh dolor) reliquiſſe. At verò noſter pius Antiſtes Paulus, licet numeroſam prolẽ legitimo matrimonio ſuſcepiſſet, hoc ipſis tantum ex propriis reliquit bonis, quot iure negare non potuit, bonorum ſiquidẽ omnium diuiſionem fecit, è quibus vnam è quatuor partibus tãtum legitimis filiis reliquit. Sic enim in ſuo teſtamento, ait. Verùm, quia inter cętera temporalia beneficia, quæ à diuinæ clementiæ

Teſtamentum ordinat D. Antiſtes Paul', anno 1431.

Exemplum teſtãdi prælatis dat D. Paulus.

D. Paulus hoc tantum filiis reliquit quot iure negare non potuit.

D. Paulus in ipſius teſtamento.

 mentiæ

mentiæ largitate ſuſcepi, hoc quoque, quòd rariſſimè euenit, mihi conceſſum eſt: vt poſtquā filios de legitimo matrimonio ſuſcepiſſem, dicto matrimonio ſoluto, ad Sacerdotium promotus, & Pontificalem ſim dignitatem adeptus, quorum primogenitus Pontificali eſt etiam dignitate prædictus Dominus, ſcilicet, Gundiſaluus Epiſcopus Placentinenſis. Secundus verò Decanus Compoſtellanus, Dominus, ſcilicet, Alphonſus. Tertius autem Miles & Decurio, ſcilicet, Prædictus Petrus de Carthagena. Et Paulo inferius, ſic ait. Eſſetq; iniuſtum & contra ſanctorum patrum decreta, ſi filij mei ſucceſſione legitima, in his quæ intuitu perſonę meę acquiſita ſunt, priuarentur. Hæc ille. Vt autem conſtaret, quæ propriæ perſonæ intuitu bona poſſidebat, talem facit declarationem, in eodem teſtamenti articulo. Indubiè extimo, quòd quarta pars, & plus, omnium, quæ mihi obuenerunt, ab eo tēpore, quo beneficiis Eccleſiaſticis ſuſtentari incepi, fuerunt intuitu perſonæ meæ acquiſita, quæquidem acquiſitio fuit, ſine aliquo onere expenſarum. Nam reſidens in Eccleſia mea à multo tempore citra, ſicut & reſideo: ſimiliter, & in Curia Domini Benedicti olim Summi Pontificis, & de eius ſpeciali mandato, pro negotiis vniuerſalis Eccleſiæ, per quatuor annos circiter moram trahens, & nihil ex pendendo, & in obſequium Regis, ex ſola Regia gratia prædicti redditus integrè mihi præſliti fuerunt. Hæc ibi: & in eodem met articulo latius adhuc idipſum indicat, ſic dicendo: Et licet ex ſucceſſione paterna nihil vel modicum mihi obuenit, nec bona aliqua immobilia, ex aliquo alio titulo habeam, nec habere curaui, habui tamen intuitu perſonæ meæ, quam plures redditus, & pecuniarum ſummas, tam ratione Cancellariatus officij, quod à Sereniſſimo Rege noſtro obtineo, cuius officij annui redditus, & emolumenta, & iura, ab annis retro actis vſque nunc, ad magnam ſummam aſcendunt, quàm etiam ex aliis largitionibus, à præfactis Dominis Regibus intuitu perſonæ mihi factis: et paulò inferiùs: Qua propter cùm de redditibus Eccleſiæ cui ſeruio & prędicto modo ſeruiui debeam ſuſtentari, ea quæ ſuperſunt, potius videntur attribuēda acquiſitis, intuitu perſonę, quàm intuitu Eccleſię, quia tamen etiam ex redditibus Eccleſiaſticis, aliqua interdū filiis, & aliis conſanguineis donaui, quæ non ſic dediſſem, niſi aliunde intuitu perſonæ, vt dictum eſt, mihi bona alia prouenissent: videtur mihi ſatis æquum, vt de omnibus bonis mobilibus (nam immobilia, vt dictum eſt nulla poſſideo) quæ tempore obitus mei remanſerint, fiant quatuor partes æquales, quodque vna quarta pars, detur hæredibus meis

Filios ad hereditatē nominat D. Paulus.

Quæ fuerint bona intuitu propriæ perſonæ acquiſita declarat.

Quartam partem bonorum numerat in propriis bonis tantum.

Parum, aut nihil ex ſucceſſione paterna habuit.

Quatuor partes ex vniuerſis bonis facit.

Primam cō cedit hæredibus.

meis legitimis ſupradictis: qua quidem quarta parte volo eos eſſe contētos, pro omnibus, quę ex ſucceſſione mea, ratione eorum, quę intuitu perſonæ acquiſiui, & ad eos, quomodolibet poterat pertinere. De aliis verò tribus partibus, quas intuitu Eccleſiæ acquiſitas reputari volo, primo recipiantur decem millia florenorum, pro exequutione meæ vltimæ volūtatis, prout ex conceſſione Apoſtolica mihi cōceſſum extitit. Si quid verò vltra prædicta decem millia florenorum in prædictis tribus partibus remanſerit, reſeruetur ſucceſſori meo in Epiſcopatu, prout de iure reſeruari debuerit: ita tamen quod omnia, quæ vſq; ad diem obitus mei mihi deberi contigerit, tā ex redditibus, ſeu iuribus Eccleſiaſticis, quā ratione prędicti Cācellariatus officij, ſeu alias quomodolibet, omnia veniāt in collatione, ſeu diuiſione prædicta. Ita quod quartam partē omniū prædictorū habeāt hęredes mei, de aliis verò tribus partibus fiat, vt ſupra prçmiſſum eſt. Hactenus Dominus Paulus. Perpēde mecū, candide lector, quam longe aberat noſter Antiſtes, ab eorum ſtudio, qui ex Eccleſię bonis Chriſti ſanguine dilectiſſimę ſuæ ſponſæ partis, ex propriis inquam pauperū Chriſti bonis, ſuos cognatos implēt: ſed reprimam me, conſiderans, iis noſtris temporibus Dei gratia, & Regis noſtri Philippi ſecus fieri, nam Chriſtianiſſimū Regis ſtudium in eligēdis viris virtute, doctrina, & pietate ſelectis, quibus nunc abundat Hiſpania, effecit, vt Epiſcoporum bonis, pauperes ditentur, potius quam cognati. Hos Domini Pauli ſectatores, vnà cū cæteris, qui eius ſequuntur veſtigia, ter quaterque fœlices voco, & vt perpetuo immitentur eius exemplū prælati oro, atque per Chriſti viſcera obteſtor. Is enim noſter Paulus cum Pontifex Carthaginenſis, deinde Burgenſis, & Regni Cancellarius, & Regis inſtitutor: & magiſter, Regniq; gubernator, & Pontificis ſummi Legatus fuiſſet: ex quibus omnibus magnum potuiſſet conflare theſaurum, & tuta conſciētia, ex iis maximè, quæ ratione officiorum, propriæ perſonę intuitu in acquiſitis bonis habuit, filios, ſaltim ſecularem Dominum Petrū de Carthagena, ampliſſimis diuitiis ditare potuiſſet, (omiſſos facio Reuerēdiſſimos Dominos Gundiſaluum, & Alphonſum de Carthagena, quos in Epiſcopali dignitate ante mortem collocatos vidit, quibus à Deo ſatis bene perſpectum fuerat) verum quo nobiliſſimum animoq; generoſiſſimū virum Petrum de Carthagena, qui imperio dignus ob præclara ipſius geſta ab omnibus iudicabatur, qui ampliſſimā familiam ſtipendiis largiſſimis liberaliſſime alebat, qui propriis ſtipēdiis, in Regis gratiam & Dei obſequium hactenus militarat: quid obſecro ipſi tantilla

Tres cæteras partes ordinat pro executione teſtamēti & remanentia Epiſcopo ſucceſſori vt dentur.

D. Pauli officia.

Quare Petro de Carthagena tā paruam reliquit hæreditatem?

tilla bonorum hæreditas, ad tãta onera obeunda, ad ſtatũ conſeruandũ (de paritate enim cũ Regni primatibus meritò certabat) cõducere poterat? At verò pius Antiſtes, rẽ ſanctè conſiderãdo, maluit, vt filius, qui militiæ nomen dederat, & decurionis officio fungebatur, gladio & haſta propriiſq; viribus, ad ſtatus ipſius dignitatẽ promouendam & ampliandã concertaret, quã vt Eccleſię bonis ditatus torpeſceret: ideo tantũ ex bonis propris filiis hęreditate demãdauit, quã tum cõſcientię ſecuritati ſtudẽs, viderat ad ipſos pertinere.

D. Paulus bona immobilia nõ habuit.

Nec verba illa, quibus bona immobilia ſe ſe habere negat, celeri calamo prętereũda cẽſem⁹. Sic enim ait: Et licet ex ſucceſſione paterna nihil, vel modicũ mihi obuenit, nec bona aliqua immobilia, ex aliquo alio titulo habeã, nec habere curaui, &c. Qui bus ſanè verbis candidè fatetur, ſe non ſolũ ex tenui fortuna, ad magnũ honoris, & diuitiarũ gradum emerſiſſe, ſed etiã (id quod magnifacere oportet) animũ ſic ſemper virtute ornatũ habuiſſe, vt omne auaritiæ genus (quod omniũ malorum lerna eſſe ſolet) animo fugarit. Nõ amplas hęreditates, & villas, & prædia amena, nõ ſplendida palatia, nec iura Regalia, filiis emere curauit: nõ enim bona aliqua immobilia habuit, nec habere voluit: nec tantorũ filiorũ amore ineſcatus erat, vt vel ſemel generoſam domũ, Petro dę Carthagena relinquere cogitarit. Hinc factum eſt vt prædictus Petrus, qui ditiſſimus eſſe poterat, & cũ magnis & opimiis regni familiis merito cõ certare, non tantũ dignitate diuitiis & gloria paterna, quã propria magnorũ geſtorũ præclara gloria, quib⁹ honores ſibi, ſuiſq; poſteris cõparauit, verũ maioris veſtigia ſequutus, expugnare caſtra, & Regna, in Regũ obſequiũ & vtilitatẽ maluit, quã multas ſibi diuitias cõparare: clariſſimorum geſtorũ gloriam, quam multis nominibus acquiſiuit cunctis diuitiis merito præferebat.

Petrus de Carthagena maluit caſtra expugnare, quam diuitias cõparare.

Teſtamento iã quaſi breui moriturus peracto, tẽpore quo magis ętas eius ſenilis, ociũ ab omni laborũ genere expoſtulabat, vires Spiritus ſancti afflatu reſumẽs, ſtudiis ſe ſe denuo occupabat, quibus & mentẽ reficiebat, & orbẽ vniuerſum lumine ſuę doctrinę illuſtrabat. Cũ ergo octua geſimũ quartũ ętatis ſuę ageret annũ, nẽpe anno milleſimo quadragenteſimo trigeſimo quarto Scripturæ ſacræ Scrutiniũ (opus certe non pręmaturũ, ſed omnino digeſtũ, & ad perfectã maturitatẽ deductum) edidit, quo Iudaicã perfidiam proprio mucrone, velut alter Dauid, qui Goliã proprio confodit gladio, opus certe pietate & eruditione refertum, in quo duas cõpletitur partes. Altera Iudęũ in obſtinatiſſima eius cęcitate perſiſtentẽ, ſic ſuę ipſius legis & Prophetarũ lumine illuſtrat, vt velut alter Saulus excuſis ab eius oculis ſquamis

Scribebat Scrutinium anno 1432. at vero anno 1434. eiuſdẽ ſcripturæ Sacræ Scrutinium in lucẽ mandauit cũ 84. annum ageret.

1.Reg.17. & 51.

Sacri Scrutinij diuiſio

Acto.9.

ſquamuis lumen veritatis amplectatur,&ſequatur:quod pius noſter Paulus ſignificare volens, Iudæum Saulum,docentem verò Paulum compellat. Altera autē pars,Iudęum virū ad fidē conuerſum in ſacræ fidei myſteriis inſtitui cupidiſſimum,ita docet, vt circa primaria fidei noſtræ capita,atque circa nonnulla Eccleſiæ Sacramenta,necnon Deiparæ Virginis myſteria,ipſum omnino doctum efficiat. Quod vt maiori cum virtute faciat,cōuerſum non iam Saulum Iudæū,ſed diſcipulum appellat,inſtituentē verò magiſtrū. Nemo hactenus in ſacris literis verſatus, qui librum hunc euolueret, fuit, qui non Diuinum potius, quam humanū opus hoc iudicaret. Ioannes Trithemius Spanhemenſis Abbas,vir inſignis, & doctrina, & iudicio valens, in ſuo Eccleſiaſticorum ſcriptorum decalogo,de noſtro Paulo ſic ait. Paulus de ſancta Maria, genere Iudæus, fide Chriſtianus, primo Epiſcopus Carthaginēſis,ac poſtea Burgenſis,in Hiſpania Antiſtes. Archicancellarius Regis Caſtellæ & Legionis,vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, & valdè eruditus,& magiſter ſacrę Theologiæ fuit. In virili ætate ſua,cōuerſus ad fidem Catholicam, vita & doctrina in tantum profecit, vt inter omnes Hiſpaniæ doctores, ſimilem ſuo tēpore habuerit neminē. Scripſit ad filium ſuum Alphōſum,Decanū Compoſtellanum,legū Doctorem, in Poſtilla Nicolai de Lira ſuper Biblia additiones, quam plurimas,nonnulla quoque alia compilauit opera,præter Scrutinium ſcripturarum,quod cōpleuit ſub Sigiſmundo Imperatore, & Eugenio Papa IIII. quorum tēporibus claruit,anno Dominicę ſalutis milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto,ætatis verò ſuæ octuageſimo primo. Hęc Ioānes Trithemius. Et licet prædictus Abbas dicat D.Paulū Scrutinium abſoluiſſe ętatis ſuæ anno 81. id fieri non poteſt,niſi anno 84.nā natus fuit anno 1350. baptizatus verò anno 1390.ſcripſit Scrutinium, vt ipſe Abbas teſtatur tēpore Sigiſmūdi Imperatoris, & Eugenij IIII. anno 1434.omnibus bene computatis oportet,vt D. Paulum dicamus 84.annorū eſſe,quando Scrutiniū in lucē emiſſit. Et Franciſcus Tilmanus, ordinis diui Frāciſci decus, ſacrarū literarū doctiſſimus interpres,in ſecūda expoſitione Pſalmi ſeptuageſimi primi,de pręclaro noſtro Paulo teſtimonium redēs,ſic ait. Paulus Burgēſis Epiſcopus,ex Hebraiſmo conuerſus,populo Chriſtiano egregius,non aduena Proſelytus,ſed domeſticus & cōciuis, ſanctæq́; fidei Chriſtianæ fidelis alūnus. Quem virum loco quodam citans doctus ille Capnion, venerabilem magiſtrū appellat, ſacrarumq́; literarum ſua ſententia expoſitorem literatiſſimum, doctiſſimumq́; doctorem. Quæ ſanè nomenclatura,à tanto viro illi tributa,non eſt parui reputanda. Hactenus Tilmanus. Mult

Scrutinij ſacri opus, plane Diuinum.

Ioannes Trithemius de ſcriptorib' Eccleſiaſticis.

Tilmanus in Pſal. 71.

Capnion.

quoque doctores varia in commendationẽ noſtri D.Pauli ſcripſere, quæ omnia recenſere operoſum eſſet, & plus æquo opus dilatare.

Et licet D. & pius Antiſtes Paulus, locò ſũmę recreationis haberet, in lege Dñi die ac nocte meditari, & ſanctas lucubrationes ſcriptis mãdare: nõ tamen officij paſtoratus immemor, nullum prætermittebat diẽ, ne dixerim horã, in qua ab epiſcopali cura & labore ceſſaret. Sequenti iã ęſtate anni currentis nẽpè 1435. poſt quã quadrageſimales labores, orationibus feruentiſſimis, frequentiſſimis ieiuniis, eleemoſynis liberaliſſimis, & verbi Dei prędicatione inſtãtiſſima exanthlarat, in qua vix dici poteſt, quantũ vtilitatis vniuerſi ciues reportarint, ad totius diœceſis viſitationem ſeſe acingere decreuit, quo comodius ipſis omnibus vltimũ vale dicere potuiſſet. Hoc ipſo tempore dũ in hac viſitatione occuparetur, cũ pius noſter Antiſtes Paulus, ſeſe pręgrabatũ ſenio videret, & ſentiens functionis Epiſcopalis onera grauiora iã eſſe, quam vt poſſit illis omnibus in tã ſenili ætatę ſatiſfacere, ſummis precibus, apud Inclitũ Regem Ioannem & ſumũ Põtificem Eugeniũ IIII. inſtabat, vt ab Epiſcopali cura ipſum exonerare dignarẽtur, id quod in gratiã ſancti ſenis ambo cõceſſere libenter: qui de Epiſcopatus Burgenſis Eccleſię prouiſione literis inter ſe agentes, neminem aptiorem iudicarũt, quã Alphõſum de Carthagena D. Pauli filiũ, Regni cõſiliariũ, Cõpoſtellę atq; Segouienſis Eccleſiarũ Decanũ, quem in Baſilienſi cõcilio occupatũ, cum magno Eccleſiæ vniuerſalis fœnore detinebant. Huic Epiſcopalis Burgẽſis dignitas meritiſſimè ſtatim conceſſa fuit. Et quia tãtus ac tantis nominibus cõmendandus noſter Antiſtes Paulus, tãq; generoſis titulis toto ſuę vitę decurſu ornatus fuerat, ne abſq; vllo decederet gradu, Patriarchatus Aquilegiẽſis dignitate, vt par erat, vltro ab ipſomet Põtifice ſtatim fuit decoratus, vt teſtãtur hiſtoriæ. At ipſe D. Paulus nihil minus, quã de titulis & dignitatibus cõquirẽdis cogitabat: verũ Deus, qui ſuos in hac vita, honoribus præuenire ſolet D. Paulũ, honorandũ decreuit. Dũ ergo Eccleſias pagorũ, atq; vilarũ viſitare non deſtitiſſet, quantũuis ſenio grauatus noſter iã Patriarcha Paulus, ad opidulũ ſatis exiguũ, foſſa S. Clemẽtis nuncupatũ, quinque à ciuitate Burgẽſi milliarib⁹ diſtantem, peruenit: vbi morbo graui correptus, dũ ſtremũ inſtare cognoſceret diẽ, omnibus ſibi familiaribus cõuocatis, necnõ vnicũ, quem tũc tẽporis filiũ ſecũ habebat Burgis, nẽpè Petrũ de Carthagena, eũ ad ſe venire iuſſit (nã D. Gũdiſaluus Epiſcopus Placentinus, & D. Alfonſus, qui iã Antiſtes Burgenſis electus & cõfirmatus erat, vt paternã ſedẽ Burgẽſem, qua digniſſimus erat occuparet, in Baſilienſi concilio, quod tunc tẽporis celebrabatur

Viſitationẽ vltimã per vniuerſam diœceſim fecit. Anno 1435.

A cura pontificali ſe exonerari poſtulat.

D. Alforſus de Carthagena ad Epiſcopatum Burgenſem eligitur.

Hiſtoriæ Regis Ioãnis cap. 224

In foſſa ſancti Clemẽtis extremo morbo D. Paulus fuit oppreſſus.

ſedes

ſedes digniſſimas occupabãt) dũ
itaq; Patriarchę digniſſimo mor
bus ingraueſceret, teſtamenti iã
pridem facti nõ pœnitẽs, ſed po
tius multo maiora pauperibus
beneficia parans, 23. die menſis

Anno 1435. die verò 23. Auguſti codicillum ordinauit.

Auguſti 1435. ante Petrũ Gundi
ſaluũ de Toledo, publicum nota
riũ, apud quem teſtamentũ cõdi
derat, codicillum ordinauit. In
quo cœnobiis religioſorũ, & pau
peribus, necnõ pro captiuis fide
libus redimẽdis, magnã iterũ pe

Compendiũ eorũ, quę in codicillo ordinauit.

cuniarũ ſummã legauit. Veſtes
quoq; ſuperiores ſuas & elegan-
tiores, quibus pius ac ſanctus An
tiſtes vti ſolebat, ſuis legare vo-
lens, omniũ earum inter capellæ
ſuæ ſacellanos diuiſionem face-
re pręcepit. Hinc, amãtiſſime le
ctor, facile diſcere potes, quãta
etiã in veſtibus hic grauiſſimus
Patriarcha vſus fuerit modeſtia,
quãtaq; decentia, quãdo prima
rias, & ditiores veſtes, capella-

Matt. 11. a. 8

nis ad geſtandũ (quos non in ve-
ſtibus delicatis & molibus in pa-
latio ſuo enutrierat) conceſſit.
Multa ſanctè ordinauit, quæ ele-
cto & cõfirmato Antiſtiti eius fi-
lio, exequenda reliquit, tã circa
miniſtros, quos fideles & cõmen
datione dignos inuenerat, quã
circa liberales eleemoſynas,
quas ipſi impartiẽdas relinquè-
bat. Quæ omnia verbo dilecto

Decem millia florenorum pauperibus diſtribuendos, Petro de Carthagena reliquit vltra legata.

Petro de Carthagena eius filio,
corã explicarat. At verò codicil
lum apertum reliquit, in quo am
plã ipſi poteſtatẽ cõceſſit, vt ex
ipſius Patriarchę bonis, ad ſumã
vſq; decem milliũ florenorũ au-
ri, inter pauperes, & cognatos,
atq; miniſtros, fideliter ad libitũ
diſtribueret. Quæ omnia ſanctæ
ordinata, fideliter per obſequẽ-
tiſſimum filium exequuta fuere,
licet ſubſcripta paterna nõ fuiſ-
ſent manu, neq; ſigillo cõſigna-
ta, nam morbi grauitas id facere
tunc denegarat.

Grauiter ferebat ampliſſimus
Patriarcha, nõ quidẽ de hoc mũ
do exire, nã longe maiorẽ expe
ctabat repromiſſionẽ, ſed quod
ſuos, quos tãtopere diligebat fi-
lios, nempè D. D. Gundiſaluũ &
D. D. Alfonſum de Carthagena
Epiſcopos, abſentẽs haberet, in
Baſilieñſi cõcilio: quos velut alter
Patriarcha Iacob moriẽs, cupie Gen. 49.
bat ampliſſimis benedictionibus
replere, ſuiſq; ſanctis exornatio-
nibus in ſancta Epiſcopalis digni
tatis functione inſtituere. Verũ
cũ id corã facere nõ licuiſſet, be-
nedictione paterna ipſis corde
impartita, ipſa eadẽ hora, qua ſpi
ritum Creatori dare parabat, id
quod verbis ipſis declarare non
potuit, literis, quas ad eos deſti-
nauit explicuit. Epiſtolarũ ver-
ba, quæ moriẽs dictabat, & ad fi-
lios Baſileam mittebat, quia ſan-
ctitate & amore plena ſunt hîc
apponere fideliter libuit de ver
bo ad verbum.

Exemplar literarum, quas Patriarcha Paulus ad filios iã morti propinquus ſcripſit.

Domini & filij mei chariſſimi &
deſideratiſſimi. Ingrediens viã
vniuerſæ carnis, deſiderio deſi-
deraui hunc tranſitum ſuſtinere
vobis pręſentibus & orantibus.
Sed quoniã conditor noſter, ſpi-
ritũ meũ in abſentia veſtra ſuſci-
pere dignatur, iuxta beneplacitũ
ſuę inueſtigabilis volũtatis, eidẽ

quod ſuum eſt cum omni voluntate reſtituens, vobis antequam tranſeam, iis literulis duo affectuoſè velim cõmendare. Sciẽs, quod obediẽtia veſtra, & filialis amor corporũ ſupplebũt abſentiã. Quorũ primũ eſt, vt per me legata cum omni diligentia conemini, quemadmodum ſpirituales filij patrem ſuum etiam poſt mortem amantes. Animam meam orationum ſuffragiis, atque eleemoſynarum auxiliis, beneuolẽti animo proſequamini. Secundum eſt, vt cùm per me legata in aliquali copia exceſiſſe videantur, ſic quod hęreditas ad multos diuiſſa, minor in ſingulis videretur: memor diuinę largitatis per quam voluit de horreis ſcientiæ ſuæ vnicuique veſtrum tam copioſè diffundere: fiducialiter vos, & quemlibet veſtrum exoro, vt ea bona, quę, votis meis impletis, reſtauerint, fatri veſtro Petro, ac orphanis alterius defuncti fratris liberaliter mei amore relinquatis, quẽadmodum ipſi Petro mentem meam latius ſuper hoc apperui. Qui verbis hęc & alia ad ſe cæteroſq; conſanguineos cõcernentia, de voluntate noſtra vero ſermone, opitulãte domino reſerabit. Scio humanitatem veſtram quam ad me & dictos fratres veſtros, ſignis quam plurimis oſtẽdiſtis: & ideo ea vos rogare decreui, atque ſatis inclinatos cognoui, quaſi hac ſchedula traherem, volẽtem trahi, & rogarem, cupientẽ mandari, vt non tantũ humanitas veſtra, ſed obediẽtia mea vobis cõferant incrementum virtutis. Per cęteros autem conſanguineos, domeſticos, & familiares, nõ eſt calami mei pro nũc diſcurrere, quia iã ſum trãſire paratus, veſtrę autẽ prudentiæ erit, omnium reminiſci, pręcipuè illorũ quorum eſt parentela propinquior, & clientela antiquior, & familiaritas gracioſior. Mihi viuenti aſtiterunt multi, & etiam adfuerunt morienti, inter quos tranſire ſilentio nõ potui, Gũdiſaluum, & Aluarũ, quorum obſequia, ſecũdum vniuſcuiuſq; modum vos ipſi noſtis, & ideo non expedit prolixiori epiſtola eos cõmendare. Frater autẽ illorũ Ioãnes, veſter eſt, & ideo ſpeciali cõmendatione opus nõ habet, cũ antiqua familiaritas & noua eius neceſſitas, liberalitati veſtrę faciãt cõmendatum. Noſtræ autẽ domus œconomus & diſpẽſator Garſia, vobis inter cęteros conſanguineos & domeſticos, ſpecialiter ſit acceptus; cuius fidelitas & diligẽtia in ſibi cõmiſſis, compendioſiorem faciũt recomendationem noſtram, cum opera ſua eum ſatis cõmendabilẽ reddant. Tu autem electe Burgẽſis, qui vtinam electus ſis Dei omnipotentis, oues nũc tibi, mihi ante commiſſas, ſic diligenter attende, vt defectus, & negligẽtias meas, circa earũ gubernationẽ & paſtum, virtus animi tui, cum omni conatu ſuppleat. Ipſo largiente, qui eſt paſtorum princeps, Chriſtus Ieſus Dñs noſter, qui vobis & nobis huius vitæ falentis decurſum, vitam cõcedat æternam.

Legata adimpleri poſtulat.

Cætera Petro de Carthagena, & filiis alterius fratris defuncti dari poſtulat. Iam erat vita functus filius ille quem in teſtamento innominatum reliquit.

Pro conſanguineis domeſticis & familiarib⁹ rogat.

Tres fratres filiis cognatione iũctis, D. Patriarcha Paulus in hac Epiſtola commendat, quorum cognomina non patent. Oeconomũ commendat qui Garſia vocabatur cognomen neſcitur.

D. Alfonſo Epiſcopo Burgenſi, vigilãtiam erga oues, ſibi cõmiſſas poſtulat.

æternam. Amen. Scriptis in foſa ſancti Clementis, vigeſima octa ua Auguſti, ſub noſtro ſigneto ſecreto, quia propriū nomē, fragilitas nos ſcriuere nō permiſſit.

Poſt harum literarū demiſſionem, grauiſſimis animi deliquiis ac intimis doloribus, ſumma cū patiētia perpeſſis, lecto affixus parū ſuperuixit. Mirabile dictu, toto illo tēpore vltimę ęgritudinis, ac ſi Deiparā virginē cū filio, atq; S. Thomā Aquinatē, quos extremo amore, ac intima deuotione ſemper fuit proſequutus, pręſentes oculis cōſpiceret, nūc cū Virgine, nūc cū Filio, nunc cū S. Thoma, colloquia omni mele

Colloquium quod cum Virgine habuit Paulus, iam moriens. dulciora conferebat. At Virginē ſanctiſſimā ſe ſe oculis vertēs dicebat: Eia virgo clariſſima, tēde leuam, & eum quem de tenebris errorū ſingulari tuo patrocinio, & interuentu extraxiſti, quē tot tantiſque fauoribus in toto vitę decurſu, mirabili virtute fouiſti, quem lacte tui dulciſſimi amoris enutriſti, quem ſub tuū ſemper patrocinium ſuſcepiſti, quē toties apud tuū clemētiſſimum

Pſal.39.a.3. filium in gratiā reſtituiſti, extrahe nūc è luto & fœcæ miſeriarū. Eia inquam ſacratiſſima Virgo, tēpus adeſt, vt opus per te miraculoſè inceptū, ad exoptatum finem perducas, hora iam eſt laborioſi certaminis, hoſtes tua potēte virtute diſperge, ne vnquam dominētur nobis inimici noſtri:

Pſal.12.b.5. ne quādo Sathan inſultans iactāter dicat: Præualui aduerſus eū. Cūctis iam fugatis hoſtibus, me tuo amantiſſimo filio præſenta, per te iam ille pater miſericordiarum, & Deus totius conſola- *2. Corint.1. a.4.* tionis, qui me agonizantem inti me ſolatur, ſuſcipiat, is inquam, qui è cælo veniens, humanam in tra tuarum viſcerarū penetralia, carnem ſuſcepit, vt me miſerum ad Regna reuocaret cæleſtia.

Colloquiū quod cum Chriſto habuit. Ad filium autem ſe ſe vertēs dicebat: Quis mihi iā dabit pœnas ſicut colūba, & volabo ad te, &

Pſal.54.a.7. in te ſolo requieſcam? Educ de carcere animam meam, ad confi

Pſa.141.a.8 tēdum nomini tuo. Iam ex ſeculi laboribus, quibus fueram irretitus, maiori ex parte liberatus, cum meo Anteſigniano Paulo agonem meum ante matrem & filium pronūcio: cupiens omni- *Ad Phili.1. d.23.* no diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quando veniam, quando in quā *Pſal.41.a.3.* veniam, & aparebo ante faciem Dei? Iis multiſq; aliis verbis, intima deuotione è pectoris profundo hauſtis, Deiparam Virginem & filium aloquebatur, cunctis domeſticis aſtātibus, qui omnes certiſſimè credebant, & teſtabantur ingenue, fieri nō poſſe, quin ſacratiſſimam Virginem cum filio, ad ipſum de cælo venientē cōſpexiſſet: Bis teruè ſanctū Patriarcham è lecto adeò eleuatum teſtabantur vidiſſe domeſtici, altiſſima contēplatione abſortum, vt quaſi in aërem rapi videretur. *Virginē cū filio preſentes vidiſſe D. Paulum ſuſpicabantur multi.* Multa quoq; & varia cū ſibi amantiſſimo ſancto Thoma habuiſſe colloquia maiores teſtantur, nunc ipſum lumē oculorum ſuorum compellando, nunc *Colloquium quod cum S.Thoma D.Paulus habuit.*

ſuarum

ſuarum antiquarum tenebrarũ vnicum expulſorem, nũc etiam Angelicum doctorẽ, qui vnà cũ Angelis verſans, cæleſtes illas doctrinas, Angelicis mẽtibus infuſſas accepiſſet: quẽ tãquã Mœcenatẽ ſingularem, apud ipſum clemẽtiſſimum Deũ inuocabat: à colloquiis diuinis, & orationibus, lecto affixus tanquã è magiſtrali cathedra ſuos inſtituere nõ ceſſans, cunctos docebat. Singulis diebus ſacro peracto, quod è lecto deuotiſſimè audiebat, ſacram cõmunionem, incredibili affectu accipiebat: & tãdem extremæ vnctionis ſacramẽto, magna cũ deuotione munitus, ſanctorũ litanias affectuosè legẽs, ac ſi Angelorũ & ſanctorum cuneos ad animæ ipſius ſuſceptionem inuitaſſet. Anima iam exire geſtiẽs, Patriarchalem illam, ac ſanctam benedictionem cunctis tam abſentibus, quam corã ſtantibus impartiẽs, omnes genibus flexis cum ingenti lachrymarũ profluuio deuotiſſimè illã ſuſceperunt: animam itaq; quam præclaris virtutibus toto vitæ decurſu Dei gratia ornauerat, hilari vultu Deo omnipotenti cõceſſit, die vigeſima nona mẽſis Auguſti, anni 1435.

Exemplum ſingulare morientibus exhibet Paulus.

Benedictione cũctis data animam creatori tradidit.

29. Auguſti anni

1435.

Quanta triſtitia huius generoſi Patriarchæ mors, vniuerſam occupauerat, non modo diœceſim, ſed & vniuerſam Hiſpaniã, quis verbis exprimere valeat? Lachrymabatur vniuerſa familia, longè maiori exulatu, quã ſi vnuſquiſq; eorum proprio fuiſſet orbatus parente: lamẽtabantur pauperes, quod vnicũ eius, ac ſingulare ſubſidium è medio fuiſſet ſublatũ: viduæ lachrymis ora fundebãt, ob patris vnici ſingulare refugiũ amiſſum. Vniuerſa ciuitas vnà cũ clero veſte lugubri induti, animi triſtitiam obtanti Patriarchæ mortẽ teſtabantur, magna Regni pars nobiliũ, tum quia cognationis, & affinitatis obligatione tenebantur, tũ etiã, quia de eo omnes benemeriti fuerant, triſtitię ſingularis ſigna maxima ædiderunt, adeò vt ad ſoliũ vſq; Regis Incliti Ioannis, triſtitia magna peruenerit: eo quod Magiſtro, Cancellario, Regni, & ex parte gubernatore atque expertiſſimo conſiliario, quẽ loco parentis ab ineũte ætate ſuſceperat, orbatus fuiſſet.

Triſtitia ex morte Pauli quæ omnes occupabat.

Generoſi ac ſancti Patriarchæ cadauer ſolenniſſima pompa in ciuitatẽ Burgẽſem, & ibi ad proprias Epiſcopales ædes defertur poſtridie, indeq; die ſequenti, comitante capitulo primario eius Eccleſię, cũ vniuerſo clero, vniuerſarũq; ordinũ pręlati, vnà cum ſuo religioſorum cœtu: gubernatores quoq; ciuitatis vnà cum nobilibus vniuerſæ ciuitatis, & populo, omnes inenarrabili triſtitia lugentes, ex Epiſcopali palatio ad cœnobium pietate inſignem ſancti Pauli, quod ipſemet Patriarcha Paulus, maiori ex parte cõſtruxerat, atque ibi in ſepulchro, quod ſibi viuẽs pararat, reconditum ſolenniter fuit. Dum autem corpus terræ manda-

Patriarchæ cadauer ad ſepelliẽdum defertur ex foſſa ſancti Clementis, ad cõuentũ ſancti Pauli

Oder excorpore mirus dum ſepelliretur efflauit.

mandaretur, mirus & flagrātiſſimus odor, vt fertur, ex ipſo ſpirans, omnium nares tanta ſuauitate repleuerat, vt ad inuicem mirarentur omnes, & ex illo tanquam è cœleſti oraculo eximiam viri ſanctitatem colligerent, vniuerſi, ij maximè qui ante veritatem repertam, aromata in Eccleſia reſperſa fuiſſe putabant, ne cadaueris triduo iam mortui fetor nares offenderet. At verò explorata veritate vnde fetor verebatur, inde ſuauiſſimus odor procedebat: ſed longe maior per vniuerſum orbem efflabat, ex rariſſimarum virtutum collectione, quas ſator ipſe Deus in ipſo, tanquam in ſelecto ſibi viridiario ſeminarat. Corpus itaque ipſius (vt Salamonis vtar verbis, quibus iuſtorum encomium facit) in pace ſepultū eſt, & nomen eius viuet in generatione & generationem: ſapientiam ipſius narrent populi, & laudem eius nunciet Eccleſia.

Eccleſ. 44. b. 13.

Parentū pietas quātum ad filiorum educationē conducat.

In hoc præſtantiſſimo pio ac ſancto Patriarcha Paulo ad oculum videre licet quantum parentum pietas, ad claram filiorum educationem cōducat, non modo hic noſter Patriarcha ſuis clariſſimis virtutibus dignitates inſignes promeruit, quales omnes ſimul nemo ante ipſum habuit, nec poſt inter homines forſam habiturus ſit, verum perpetuam gloriam, honorem & præclaram exiſtimationem per vniuerſum orbē apud poſteros acquiſiuit. Et quod adhuc pluris fieri debet, quod inſignis hic Patriarcha Paulus, cum legitimos filios haberet, tales (haud dubie ſuis ſanctiſſimis precibus) oculis vidit, vt doctrina pietate, & claritate morum tanti parentis veſtigia ſecuti, duos maiores, Gundiſaluum nempè & Alfonſum, id quod raro viſum eſt, in ſummo Epiſcopalis dignitatis gradu, collocatos reliquerit, & hūc ipſo viuente in propria Epiſcopali ſede, illum verò in Placentina, & Petrum de Carthagena, quē virum militarem vocarat, in tanta dignitate & amplitudine apud Inclitum Regem Ioannem conſtitutū, vt inter Regni generoſos non inferiorem locum haberet. Adeò vt Regalis corporis archicuſtos, ob ingenuam fidelitatem & conſtantiam, ac animi, corporiſq; roborem, fuerit deſignatus. Merito ſanè de tribus hiis Patriarchæ filiis dici poteſt, id quod ſapientiſſimus Salomō ait. Qui de illo nati ſunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Nō modo æternum ſibi nomen pater comparauit, verūipſius filij, nō tam iam paterna gloria, quàm propria, nomen æternum apud poſteros reliquerūt, ita vt eorum vnuſquiſque latiſſimum campum, ampliſſimamq; materiam laudis eius enarrandi mihi minimo inter poſteros oblata ſit: aliqua tamē ex multis, quæ perpetua memoria digna geſſere, celeri calamo quantū in me fuerit, oportunitate oblata percurram.

Eccleſ. 44. b. 8.

Hoc

Hoc vnum perpetua memoria digniſſimum iudico, videlicet, neminem eorum, qui ab hac generoſa ſtirpe originẽ traxerant, ab eo tempore, quo hic noſter Patriarcha Paulus ad ſacrum baptiſmatis fontem peruenit, fuit, qui non ſcripturis ſacris, & armis Eccleſię Catholicę religionem & fidem, ac Regum Regnorumque ſtatum accerrimè fideliterque defenderit. Id quod ſanctiſſimis D. Pauli orationibus tribuendum eſſe certo certius credimus.

Explicit vita perpetua memoria digniſſima D.D. Pauli de Sancta Maria Epiſcopi Burgenſis, & tandem Patriarchæ Aquilegienſis. Per Magiſtrum F. Chriſtophorum Sanctotiſium, Auguſtinianum Burgenſem, fideliter ex vetuſtiſsimis hiſtoriis, ac ſcriptis ipſiuſmet Patriarchæ collecta, & ad Dei laudem nunc primum in lucem edita.

PRAELVDIVM OPERIS
MAGISTRI F. CHRISTOPHORI
Sanctotiſij ad Lectorem

De vera hæreticorum origine agnoſcenda.

In quo ratio redditur huius operis denuo in lucem adendi, nempè qui omnes hæretici, vel Iudaizantes ſint, vel à Iudæorum ſtirpe originem traxerint.

MIRABITVR forſam quiſquis me nouerit, candidiſſime lector, vt homo, qui maiorem ætatis meæ partem in variis cõcertationibus publicis, atque priuatis, in inferiori Germania aduerſus varias hęreticorum factiones, peſtilentiſſimaſq; ſectas paſſim ibi graſſantes triuerim, ſtudiorum meorum genere iam mutato, ad Iudaicę prauitatis falſas infœliceſq; opiniones euertẽdas, in Hiſpanię natiua ora rediens, libros indefeſſo labore, hac in mea grauiſſima ætate peruóluam, ac ſi quid latẽtis mali Iudaicę peſtis, in hac noſtra Hiſpania (ab omni ſectarũ infectione Dei gratia purgatiſſima) ſubolfecerim. Mirari tamẽ deſinet, quamprimũ rationes, quę me ad ea obeunda ſtudia impulerint intellexerit. Prima omnium ea eſt, quòd hęreticorum monſtra, quę varia ac diuerſiſsima in illis partibus ſunt (propè nonaginta, ſi rectè dominus Reuerẽdiſsimus Lindanus, Ruremundenſis Epiſcopus, inuictiſsimus hęreticorum propugnator ſuputauit) illi omnes ſub Euãgelij larua falſitate cõtecta, tanquam grex ille porcorum Capharnaitarum à dęmone agitatus, impetu quodã rapidiſsimo, in fœtidiſsimum Iudaicę impietatis ſtagnũ immerguntur, & in Machometicã, deinde & Atheiſticam lernam peruoluuntur. Hoc ita ſeſe habere non ſine animi dolore, haut difficile erit oſtendere. Verùm enimuero antequam in hunc malorum profundum demergerentur, quantam ſuis peruerſiſsimis dogmatibus cladem vniuerſo intulerint orbi, quis non videt? Omnes quidem (proh dolor) tanquam illius Sanſonis vulpes linguis, quaſi caudis ſpurciſſimis colligatis, ſathanæ igne accenſis, flamę efferè in modum, omnes regiones, omniaq;

Nonaginta hæreticorũ diuerſa dogmata ſunt. Lindanus in præfatione ſui dubitantij. Math. 8. d. 32.

Quantam hæretici cladem intulerint orbi. Iudi. 15. *Hæreticos Sãſonis vulpibus figuratos. Aug. docet in Pſal. 61. & 80.*

omniaq; Eccleſiæ ſanctiſsimæ vberrima ſata incendere conflagrareq; videas, vicina, proxima, & quod poſteris videbitur incredibile, remotiſsima queq; in ſuum pabulum allectant, arripiunt & conuertunt: adeò vt nec illi quibus & vita cõtrario ex dogmate cõſiſtit ſalua, huius incẽdij ſcintillas vix effugere valeãt. Quod ſeculum (obſecro) fuit vnquam tot malis refertũ? Quod vaſtiſſimum deſertum tot ferociſsimis monſtris vnquam exuberatior? Quando tot apris, vineam dilectiſsimam Domini Sabaoth deuaſtantibus, ea fuit magis repleta? Quando tot draconibus, non ſolum proxima, verũ etiam remotiſsima quæq;, venenatiſsimo prauorum dogmatum halitu inficientibus, magis Eccleſia Dei referta & aglomerata? Quãdo tot leonibus & lupis gregẽ Chriſti laniantibus magis inualuit crudelitas? Omnia tãdem hęc peſtilentiſsima monſtra, ſub Euangelij larua, quò facilius incautos capiant, & in ſuam perditionis naſſam ſecum abducant, prodire videas. Profert ſuam ſententiam Lutherus, & quò facilius imperitis imponat, aliquot Scripturę ſacræ verbis, in prauum ſenſum detortis, eam aſtruere conatur, Euangelij larua contecta, quam è veſtigio Dei verbum, & Euangelium eſſe proclamat. Profert ſuam ad eundem modũ Zuinglius, aut Caluinus, & ſub Euangelij prætextu eam totis viribus defendere connatur dicendo, Euangelium & verbũ Dei purũ eſſe. Profert ſimiliter ſua ſomnia Balthaſarus Pedemontanus, aut quicunque tandem alius de grege Anabaptiſtarum, & è veſtigio larua Euangelij oſtenſa, purum ac putum Euangelium eſſe teſtatur. Eo tandẽ audacię omnes dogmatũ inuentores, omneſq; ipſorum ſectatores deuenere, vt eorum vnuſquiſq; ſuum dogma pro vero ac puro Euangelio vendicet, & tanquam ſub auctionis precio diſtrahat, quãuis omnino inter ſe ſe differant. Videas illum peſtilentiſsimum Lutherum fœtidiſsimo ore debacchantem, ſe ſe primũ Euãgelium in lucem produxiſſe. Charolus Stadius quoq; impudẽtiſsimè ſe id ipſum præſtitiſſe gloriatur. Tot ſunt tandem Euangelia in lucẽ emiſſa, quot ſectarum Archimagiſtri in lucẽ prodierũt. O prȩclari Eccleſiæ architecti, & ô præclara Eccleſia, quæ nonaginta diuerſiſsima Euangelia profitetur & credit. Cùm ergo vnus ſit Deus, vna fides, vnum baptiſma: quis poterit, tot alienis diis, nouis ac recentibus, quos non coluerunt patres noſtri, tot Euãgeliis

Eccleſia quot malis ſit referta.

Sub Euangelij larua heretici omnes decipere nituntur.

In Epiſto. quadam ad Saxoniæ ducem.

D. Laurentius Surius in Epiſtola ad Epiſcopũ Leodiẽ.

Fredericus Staphilus in Theologia Lutherana.

non

non ex Siō, nec ex Hieruſalem, ſed ex caupona quadam fœtidiſ- ſima commentatis, tot baptiſmi generibus extra Eccleſiā inuen- tis, vna eademq; Catholica fides conſtare? Omnes itaq; hæretici ſcripturarum teſtimoniis, ad errores ſuos confirmādos, vſi ſunt. Nulla enim eſt, Teſte Euſe. Emiſ. ad falēdum via facilior, quam vt vbi nefarij erroris ſubinducitur fraudulentia, ibi Diuinorum verborū prætendatur autoritas. Ij ſanè nefarij hæretici omnino ſimiles ſunt illis, qui mortiferos herbarū temperant ſuccos in cō dito, aut in aliquo mellito poculo: neſcientibus ſibi propinari, gu ſtum quidē ementita ſuauitate decipiunt, virus tamen intra viſ- cerum penetralia infundunt, fraude dulcedinis contegunt, quod veneni vis apperit, prouocat prius boni poculi odor, ſed perſocat infuſus ſapor in venis: mel eſt, quod aſcendit in labiis, fel tamē eſt quod deſcendit in viſcera. Sic iſti ſub ſpecioſo Scripturæ & Euā- gelij titulo, ſuum legentibus virus & fel propinant. Mel eſt quod aſcendit in labia, videlicet ſcripturæ & Euangelij nomen, fel & virus peſtilens eſt, quod in viſcera deſcendit. Hæc ille. Nam ſcripturæ prauus intellectus, quid aliud eſt, quam mentis & ani- mi peſtilentiſſimum venenum, quo vniuerſam ferme Germa- niam infectam, magno cum Eccleſiæ dolore, videmus? At ſi in- cauti illi miſerrimè per ſummum & nefandum in Deum ſcelus decepti ſunt, nos alieno malo cautiores facti, dū gratiæ Diuinæ, qua veritatē ipſam agnoſcere poſſumus, luce perfuſi ſumus, ſer- pentina ſaltem prudentia vtentes, ſurda aure voces incantantiū, quantum vis ſecundum carnis prudentiam ſapienter, præterea- mus. Et ſi adhuc ipſiſſimam veritatem ardenti animo indagare percupimus, audacter accedamus aduerſus omnium hoſtiū pha langes, aduerſus vniuerſa Eccleſiæ monſtra, cacodemonis vene- na ſpumantia. Non enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, teſte Paulo, ſed aduerſus principes & poteſtates, ad- uerſus mundi rectores tenebrarum harum. De iis ſanè principi- bus hæreticorum, de iis qui maximam Euangelij poteſtatem ſi- bi per ſummum ſcelus vendicant, de iis qui cum cæci omnino ſint, & pluſquam Cymeriis tenebris inuoluti, cæcorū ductores, ſtrenuiq; eorum rectores, ſe ſe gloriari non verentur, Paulus lo- quebatur, quo nos ad ipſorum pluſquam ferinam audaciam ſu- perādam armaret. Propterea (inquit) accipite armaturam Dei,

Deuter. 32. c.17.

Euſe. Emiſ. Homi. 3. de Epipha.

Similitudo.

Venenū eſt prauus Sacre ſcripturæ intellectus.

Hæreticorū voces non ſunt audiendæ.

Pſal. 57. a. 6.

Epe. 6. b. 12

Paulus de hæreticis loquitur.

vt in die malo, hoc noſtro nempè turbulētiſsimo ſeculo animoſo impetu reſiſtere poſsimus, & perfectiſsima virtute aduerſus potētiſsimos hoſtes ſtare. Lorica iuſtitię induti, nempè Dei charitate armati, fidei ſcutum à Deo nobis datum audater ſumētes, pedes ad currendum in Euangelij pacis defenſionem velociſsimos habentes, hoſtes aggrediamur, & totis viribus connemur illam Euangelij laruam, qua ſe tanquam ſuæ ſalutis galea munitiſsimos eſse credunt, confertis manibus, è capitibus eorum veritatis viribus expoliemus. Sic tandem fiet, vt fortiſsima eorum arma, in quibus confidentes, omnem ipſorum virtutem ac fiduciā collocabant, è manibus ipſorum fortiter extrahentes, nobis ea, tāquam legitimis poſſeſsoribus, vendicemus. Quid obſecro, per Deum immortalem fuco ac larua Euangelij ipſis ſubtracta videbis, quam faciē plane Iudaicam ſub facie Euangelij ementitā? Quid hoc (dices) hęreticos ne omnes Iudaizātes compellare audes? Audeo quidem (lector amantiſsime) & luce ipſa meridiana clarius oſtendere adnitar, omnes quotquot hęreticorum dogmata ſunt amplexati, ipſo grauiſsimo ſceleris pondere in profundiſsima malorum baratra, velociſsimo impetu corruiſse. Quidam, in pręcipitium quidem, Iudaici chaos immerſi iacent: quidam verò, in Mahometicam cœcitatem detruſi, quo ſe ſe vertāt non habent. Cęteri tandem in extrema malorum lerna nēpe in Atheiſmo prolapſi, Deum omnino non eſſe (proh nefas) teſtari non verentur. Deus bone, tantę ne animis cęleſtibus ire, tantis ne malis humanas mentes Diuinę rationis participes inuoluis? Ita ſanè, nec immerito: nam qui diabolo ſemel viam in corde apperuit, quo pergere infelix valet, niſi ad ducentis voluntatem? Immiſsiones (inquit Dauid) per angelos malos. Quid inde ſequitur? Viam fecit ſemitę ire ſuæ. Cor quippe prioribus demeritis aggrauatum, iuſtè permittit Deus etiā ſubſequentibus malignorum ſpirituum perſuaſionibus falli: quod eū digne in culpa trahitur, reatus eius in pœna cūmulatur. Vnde & irę ſuę Dominus viā de ſemita feciſſe perhibetur. Latior enim eſt via quā ſemita. Ex ſemita verò irę ſuę viā facere eſt, ire cauſas diſtrictè iudicādo dilatare: vt qui illuminati agere recte noluerunt, iuſtè ex cæcati adhuc faciāt, vnde amplius puniri mereantur. Libet hoc, exēplo vnius Lutheri, vt ab vno diſcas omnes, videre? Aſpice ipſum Lutherum

Eph. 6. c. 14

Euangelij larua, quomodo ad hæreticis ſit amouenda.

Luc. 11. c. 22

Hæretici faciē vera Iudaicam, ſub Euangelij larua contegunt.

Hæreticī in Iudaiſmū, Machumetiſmum, & Atheiſmum prolabūtur, iuſto Dei iudicio.

Pſal. 77.

Qualiter Deus ex ſemitis, viam faciat iræ ſuæ.

Lutherus quomodo ex ſemita erroris, qua ſemel fuit ingreſſus viā iræ Diuinæ apperuit.

therum monſtrum horrēdum effectum: quomodo? Deus enim ex prima Lutheri ſemita viam iræ ſuæ fecit, magis in dies ac magis latam, donec ad perditionis & impietatis baratrum delapſus eſt. Cùm Lutherus omnem indulgētiarum etiam rectum & pium vſum initio damnaſset, quo tempore nō alios ferè, quam ſui ſeculi doctores contemnebat. Ex hac ſemita poſtea facta eſt via. Cum ſcholaſticos Doctores omnes pilli non fecit. Et quadringentis totis annis ignotum fuiſſe Chriſtum, orbi Chriſtiano vulgo perſuadere conatus eſt. Hæc via latior eſt facta, cùm ab ipſis Gregorij temporibus idololatriam in Eccleſia Dei verſatam, & ignorata fuiſſe Chriſti beneficia mille totis annis, docuit. Inde ſcelus, ſceleribus cūmulando progreſsus eſt, cū ſacrificium & Sacerdotium ſimul abrogare, ſacramentorū etiam numero, dignitatíq; detrahere conaretur. Et fuerunt hæ ſicut Dauid teſtatur, immiſsiones, per angelos malos. Nam fatetur hoc ipſe, quod angelus malus diabolus immiſerit in cor eius, vt contra Miſsæ ſacrificium & Sacerdotium ſcriberet, ac illud abolere pro virili ſua niteretur. Hæc via, quam primus muniuit Lutherus, multo latior eſt facta, per Zuuinglium & Caluinum, quando Chriſti corporis præſentiam in Euchariſtia negarunt: donec ventum eſt ad ſanctiſsimam vſque Trinitatem, vix iam, vt quidquam, quod ad illius latitudinem addi queat, ſuper eſse videatur, qúim potius ad locum iam deſtinatum perueniſse videntur. Ita iuſtitia Diuina exigente, Dauidis ſententiam in eos exequutam eſse videamus. Appone (inquit) iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, vt non intrent in iuſtitiam tuam. Hoc enim experientia compertiſsimum habemus, nempe, quòd ſecundum D. Gregorij ſententiam, peccata, quæ per pœnitentiam non ſtatim diluuntur, mox pondere ſuo ad grauiora trahunt. Docet hoc etiā D. Paulus: Cū in infidelibus erroris ſemen fuiſse teſtaretur. Qui cum cognouiſsent (inquit) Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Hoc ſanè fuit ſemen erroris. Quid autem inde pullulauit? Obſcuratum eſt, inquit, inſipiens cor eorum. Ac paucis interiectis: propter quod (inquit) traddidit illos Deus, in deſyderia cordis eorum, in immunditiā. Et iterum, propterea traddidit illos Deus, in paſsiones ignominiæ. Et iterum poſt pauca. Sicut non probauerūt habere Deum

Lutherus diaboli magiſterio eſt vſus.

Zuuinglius & Caluinus grauius errarunt, quā Lutherus.

Eodē Pſal.

D. Gregor.

Rom. 1. c. 21

Peccatum & cauſam & pœnam peccati eſſe Pauli teſtimonio oſtenditur.

in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Quia cognoſcentes Deum (inquit Gregorius) peccatum ſuperbiæ intelligendo commiſerunt, cæcantur etiam, ne intelligant quod committunt. Et qui intelligentiam ſuam ſequi volunt in peccato, cauſa peccati, & ipſum lumē intelligentiæ perdunt in peccato, &c. Hoc quippe agitur, vt culpæ culpis feriantur, quatenus ſupplicia fiant peccatorum ipſorum incrementa vitiorum. Hinc Apoſtolus dicit, vt impleant peccata ſua ſemper. Hinc voce Angelica Ioanni dicitur: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Ad extrema itaque malorum deueniunt, qui initiis obſiſtere contempſerunt. Meritò ergo Dauid beatum illum prædicat, qui Babylonis paruulos ad petram allidit. Hoc eſt, qui tanta ſagacitate erga ſenſus ſuos Babylonicos inuigilat, vt eos creſcere nequaquam permittat, ſed cum in initiis ſint, eos ad pœnitentiæ duriſsimæ petram allidit, tunc facilè perimuntur: ſi verò creuerint, & vires acquiſiuerint eundo, quis contra eorum giganteam potentiam præualere poterit? Hæc eò dicta ſunt, quo facilius inſtitutum noſtrum proſequamur. Si enim ex paruis malorum initiis grauiſsima mala ſuboriri ſolent, quid de hæreſi grauiſsimum omnium malorum, cuius initia minima eſse non poſsunt, cenſendum eſt? Non ſanè mirum tibi (lector candidiſsime) videri debet, ſi hęretici in horrendam Iudaicæ impietatis lernam prolabantur. At ne videar ipſis imponere falſum, te æquiſsimum iudicem cōpello, vt veritatem ipſam, quam probandam ſuſcipio, æqua trutina libres, & veritatem diiudices.

Greg. lib. 15 Mora. c. 1. 12. & 13. hoc tractat.

Culpæ culpis puniuntur.

1. Theſ. 2. d. 16.

Apoc. 22. c. 11.

Pſal. 136. b. 9.

Quomodo paruuli Babylonici ſint ad petram allidendi.

Hæreſis grauiſſimū malum.

An Iudaizantes turpiter negabis Trinitarios, quos iam in medium adduxeram, qui perſonarum Diuinarum Trinitatem, diſtinctionemq; earum ore nefario negant, dicentes: Deum trinū & vnum eſse non poſse, nec Trinitatis, nec eſsentiæ, nec perſonæ nomen eſse ferendum, quādoquidem in ſcripturis nuſquam reperitur. Hoc fundamento ex Lutheri dogmatibus deſumpto, Zuuinglius & Caluinus eò dementiæ venerunt, vt Trinitatis ſanctiſsimum myſterium nihilifacerent. Hinc eſt vt Symmiſtes quidam hæreticus, in Cracouia Regni Poloniæ ciuitate, hanc hæreſim typis excudēdam curauit, qui Lutherum Zuuinglium & Caluinum ſe pręceptores & magiſtros habuiſſe liberè teſtatur.

Hæretici Trinitarij noſtri temporis, Iudaizantes ſunt.

Trinitarij, ex Lutheri dogmatib⁹, fundamentum ſui erroris acceperunt.

Zuuinglius & Caluin⁹. Trinitarij.

Symmiſtes Trinitarius

teſtatur. Quod late proſequitur, & doctiſsimè inuehitur contra hanc peſtilentiſsimam ſectam, præclarus & inſignis pietatis vir D. Cardinalis Staniſlaus Hoſius Epiſcopus Vermienſis in libro priuato, quem ędidit contra Trinitarios. Cuius titulus eſt. Catholica cenſura de adoranda Trinitate. Nitebantur enim perfidi iſti heretici è medio tollere Eccleſiæ verba: Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis. Nec aliud de hoc ſummo Trinitatis myſterio magis quam Iudæi fateri volunt, qui vnum Deũ abſque perſonarum clara diſtinctione agnoſcebát: licet multis myſterium hoc ſpeciali gratia fuerit reuellatũ. Hinc eſt, quod Caluinus teſtimonia de perſonarum Trinitate & Chriſti Diuinitate ab omnibus Chriſtianis interpretibus, ſecundum veram Eccleſiæ interpretationem intellecta, veluti Iudæorum patronum agens, mirabiliter extenuat: id quod eleganter notauit. Heshuſius vir doctrina inſignis, qui contra Caluinum ſcripſit.

Hoſius contra Trinitarios peculiarem librum ædidit.

Caluinus Iudæorum patronus eſt.

Heſhuſius de errorib. Caluini in fine ſuæ confeſſionis de Eucharistia

Trinitatis quoque vox Caluino maxime offendebat, eo quod Ciceroni eſſet inſueta. Optima ſanè ratio, ac ſi Trinitatis myſteria, & voces, à Cicerone petenda eſsent. Hinc factum eſt, vt Caluinus ex hæretico Iudęus iam factus, è Athanaſij ſymbolo tollere per ſummum ſcelus niteretur, verſiculum illum: Alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti, eo quod Græcè eſt, Hypoſtaſis, quæ perſonam (inquiebát) non ſignificat. Symbolum Athanaſij, merito debere ſymbolum Sathanaſij appellari dicũt. Sunt quoque Seruitiani, qui ſanctiſsimã Trinitatẽ tricipitẽ cerberum (proh blaſphemia in audita) vocát. Sunt etiã in Vngaria, qui baptizantes, filij nomẽ penitus omittant. In Regno Polonię Georgius Brandata, & Petrus Statorius grauiſsimi apud eos cõcionatores docere auſi ſunt nõ vnum, ſed tres eſse deos, qui ęque à ſe ſint diuerſis eſsentijs diuiſi, ac tres ſeparati homines. Itaque non vnam eſſe Diuinitatis eſsentiam, ſed tres eſsentias; tres diſcretas actiones, tres voluntates: filiumque eſse patrè minorem. En vides quo pacto ſacroſanctum Trinitatis myſterium, ore blaſphemo hæretici iſti demẽtiſsimi, violare præſumãt, qui nec effigiem ipſius ferentes, illam non modo impudentiſsimè irrident, verum infernalem cerberum eam eſse mentiuntur. Frederico Staphilo teſte. Idem docuit Seruetus.

Trinitatis vox Caluino exoſa, quia Ciceroniana nõ eſt

Caluinus è Symbolo Athanaſij ſubſtulit: Alia eſt perſona Patris,

Trinitatis effigiẽ Cerberum inferni hæretici vocant.

Frede. Staphi. in epiſt. ad Epiſcopum Eyſtẽſem.

Staphilus in Apologia cõtra Luthe. Seruet⁹ li. 3. de Trinit.

His de hæreticis Iudaizãtibus, circa Trinitatis myſteriũ, fide-

liter

liter oſtenſis: vlterius aduerſus eos procedentes, videamus oportet, quam turpiter etiam erga vnigeniti filij Dei Diuinitaté, humanitatemq; prolabantur, Iudæorum errores, iam pridē in tartara demerſos, in lucem prodire facientes, quo tādem nihil ipſis Iudaicæ impietatis deeſſe poſsit. Quid ergo de Diuinitate Chriſti ſentiant accipe.

Quid Euāgelici Iudaizantes de Chriſti Diuinitate ſentiant.

Petrus Charol. in epiſt. ad Cardinalem Lotharingiæ.

Caluinus Nizenum Symbolum negat, eo quod de Trinitate tractet.

Staphilus in libro de Sectis.

Chriſtus an alia perſōna ſit à Patre.

Staphilus de Cōcordia

Illiricus cōdemnatus à Vuirtenuergenſi academia.

Chriſtum Dei filium non eſſe verum & natura Deū, ſicut Iudæi excæcati teſtantur, ita quoque ſectarij iſti Euangelici, ſi Diis placet, mordicus defendunt. Caluinus in primis, qui Iudęorū pater & dicitur & eſt, accerrimè negat, in Synodo ſua Lauſanenſi (teſte Petro Charolo) Chriſtum eſſe Deum de Deo: audacterq; negat filium ex ſubſtantia Patris eſſe, imo à ſe ipſo ſemper habuiſse vt eſset, docet. Illum igitur Symboli verſiculū Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, impudenti derridens cachino, ridiculam appellat batologiam: ob hoc Symbolum Nizenum negabat, eo quod nonnulla ex aliis conciliis cō iuncta illi eſsent. Quem ſecuti ſunt Seruetus, Suuenpheldius & alij Euangelici blaterones, non recte de Chriſti Diuinitate ſentientes, teſte Staphilo. Hinc eſt, quod vnà cum Iudæis, ne quid ipſis ex cœcitate eorum deſit, negant Chriſtum eſse aliam perſonam à Patre, quod & Flacus Illiricus, & Seruetus, conſtanter cum Caluino affirmant. Vnde *Logon* verbum apud Ioannem Euangeliſtam, negant ſignificare perſonā aliam à Patre, vti Staphilus ait. Eaq; de cauſa Matthiam Illiricum fuiſſe condemnatum ab academia Vuirtenuergenſi compertiſsimum eſt. Vides iam, candide lector, Caluinum Seruetum, Suuenfeldium, Adam etiam Paſtorem & quamplures alios ex illis, qui Euangelici generoſum titulum ſibi adſcribunt, qualiter nō pudeat eos, nō modo Arrianiſmum profiteri, ſed vna cum ipſis Iudæis, choreas infidelitatis & Iudaiſmi ducere. Quid verò de Chriſti humanitate ſentiant videamus.

Quid de Chriſti humanitate Euangelici cum Iudæis ſentiant.

Negāt Chriſtum eſſe Meſſiam.

Nō minus hac in parte, Iudæorum nephandos errores amplexantur, quàm in cæteris, imo magis circa Chriſti humanitate eos Iudaizare euincemus. Sicut enim Iudæi ſuæ impietatis fundamentum habent, negantes Chriſtū Ieſum, verum illum Meſſiam, illumq; Emmanuelem, ipſis à Deo promiſsum eſse: ita quoque perfidi iſti Iudaizantes, Chriſtum verum Meſsiam non eſse,

totis viribus aſtruere conantur. Hinc eſt quod vniuerſa Dauidicorum (ſic vocantur) ſecta, contra vniuerſam Eccleſiam, contra ipſumq; Chriſtũ ſurrexit, à Dauide Georgio ſic nuncupato edocti, vt Chriſtum negarent, ipſumq; Dauidem Georgium eius loco reciperent. Dicebat enim, idq; in initiis ſecreto, deinde publicè docebat, ſe eſſe verum Dauidem, verumq; Meſsiam: id quod in primis, ne ab hæreticorum tritiſsima via diſcederet, mulierculis aliquot peccatis onuſtis perſuaſit, quæ ſe ſe beatiſsimas putabant, ſi relictis maritis, ex promiſso ipſius, quod nugabatur, ſeminé conciperent: eoq; impietatis progreſsus eſt, palàm vt negaret, filium Dei, Verbũ illud æternum, corpus ex Virgine aſsumpſiſſe, atque Diuinam humanamq; naturam coniunxiſſe, vt in eadem perſona Deus & homo ſimul ineſset. Qui præterea, vt erat poſt hominum memoriam ſuperbeſsimus, de ſe ipſo prædicauit, quod ipſe, non ex carne, ſed Spiritu ſancto natus, quodq; Ieſu Chriſti ſpiritu, ac multo quidem pleniore Diuinitate cumulatus eſset, perfectamq; cęleſtem nunc primum doctrinam adferret, vt pote Diuinitus ad domum Iſraël inſtaurandam excitatus atque miſsus. Dilectiſsimum ſe Dei filiũ eſse, qui peccata verè condonare poterat, aut reſeruare, qui denique iudicaturus omnes, nouiſsimo illo die ſit, blaterabat. O blaſphemias diaboli mãcipio digniſsimas, quod ita ſua fanatica impietate, tã multos per Hollandiam & Friſiam dementauit, tanta cum verſutia, vt miſero vulgo perſuaderet, Dei oracula cælitus ſe ſe audire. Quę omnia in actis publicis ciuitatis Delphenſis in Hollandia, comprobata fuerunt, & à multis viſa. Ideò iuſtiſsimè impoſtor iſte nephãdus, Dei & hominum iudicio condemnatus, cuius exhumatum cadauer, & oſsa eruta, flammis vltricibus Baſileæ, vt tali Chriſto ſanè dignum erat, abſumerentur. Poſt exuſtum eius à Baſilienſibus cadauer, ſectatores eius ſe fuiſse à vero ſeductos agnouiſse, ac grauiter pœnituiſse certiſsimum eſt. Hæc ad noſtrum inſtitutũ non parum referunt, vt oſtendamus hunc peruerſiſsimum hæreticum, vna cum à ſeclis ſuis, verum Meſsiam à Deo promiſsum, vna cum ipſis Iudæis negaſse, & Iudaicam ſectã profeſſos fuiſse.

Secta Dauidis Georgij Chriſtum veniſſe cum Iudæis negat.

Mulierculas faſcinare nititur.

Vide Bellin. li. 2. c. 14 & Caniſi. lib. 3. de Deipara Virgine. c. 14.

Quanta de ſe ſe Dauid. Georgius iactabat.

Dauid Georgij oſſa Baſileæ cõbuſta.

Sed impiiſsimas Dauid Georgij, vna cum ſuis, blaſphemias omittentes, videamus an alij ex iſtis nouellis Euangelicis, Iudaicã cum ipſis ſectam amplexati fuerint. Buzerus quidẽ, ita Iudaicã

Buzerus Iudaicæ ſectæ profeſſor.

profeſsus eſt hæreſim, vt Meſsiam adhuc non veniſſe impudentiſsimè teſtetur, ſuum Antichriſtum vna cum ipſis expectãs, qui vſq; ad vltimũ vitæ halitum in Iudaico hoc nefandiſsimo errore obſtinatiſsimus perſtitit: adeò vt iam iam moriturus, quo ſuã nobis inſanam conteſtatam relinqueret fidem, in hęc verba prorupit, dicens: Ieſum Nazarenum, non illũ Saluatorem eſſe, quem Deus patribus promiſsit. Multi ſunt clariſsimi viri, qui teſtantur à ſuis diſcipulis in Anglia ſe audiuiſſe, eum ſub mortem hæc nefanda verba dixiſſe: quibus merito fidẽ adhibet D. Lindanus Ruremundenſis Epiſcopus, qui hunc Buzeri teſtamentũ infœliciſsimũ, ſępe in ſuo Dubitantio deſcribit: Proh Euangeliũ Synagogicũ & Iudaicis impietatibus refertum. Quid obſtinatiſsimi Iudęi gratius audient, quã Chriſtũ non veniſſe, idq; ſub mortis articulo ab eo conteſtatũ, cuius dogmata Euangeliũ eſſe ſui teſtabãtur.

Buceri teſtamentum.

Vlterius progrediamur, quo magis magiſq; Euãgelicos iſtos neotericos Iudaizãtes euincamus. Scripturarum Canonẽ habent Iudęi, à Chriſtianis valdè diuerſum. Ita quoque noui iſti ſectarij, ne vel in minimo à Iudęorũ ſecta diſcedãt, Eccleſia contẽpta, libros Machabeorũ, & Eccleſiaſtem Salomonis vnà cũ ipſis è canone reiiciunt & expũgunt. Atq; ita fit vt Lutherus, vna cũ ſuis in Eccleſiã confœderatis, eos libros abnegãtes, malunt ſic audire Synagogã Iudęorum (teſte Auguſtino) quã Chriſtianam ſequi Eccleſiã: poſtquã in libris ſacris ſuſcipiẽdis Iudęos immitãtur. Duos enim poſteriores libros Eſdra, Bulingerus cõtẽdit eſſe Canonicos, cõtra Catholicę Chriſti Eccleſiæ decreta. Rurſus ſcripturarũ loca malunt Euãgelici iſti nouelli, cũ Iudęis, cõtra Chriſtum cõtraq; eius Eccleſiã ſanctiſsimam, ac cõtra omniũ ſanctorũ patrũ interpretationẽ fœdiſsimè deprauare, quã cum vniuerſali Eccleſia vera ſentire. Vti Oecolãpadius locũ Iſa. 7. Ecce virgo cõcipiet trãſfert: Ecce adoleſcẽtula illa pręgnãs & pariens filiũ. Caſtelliõ vero: Ecce puella pręgnãs filium pariet. Vtraq; interpretatio cõmuni nomini corruptã, ęque ac incorruptam fœminã cõprehendit. Tum Caluinus vltro Iudęis largitur quod poſtulãt, nimirum vt nomen Alma, vel Haalmah, de puella viro cognita intelligatur.

Sicut Iudæi Canones Scripturæ ſacræ habẽt ab Eccleſia diuerſos: ita quoque Euãgelizantes.

Auguſt. de ciuitat. Dei lib. 18. c. 36.

Euangelici nouelli præſentem Iſa. c. 7 locũ Iudaico modo interpretantur. Verũq; ſenſum ſcripturæ corrũpere nituntur

Accedit porrò Eraſmus, & oleũ quod aiunt, camino additurus, ſuis in Matthæũ annotationibus, hęc inſerit. Apud Hebręos vox eſt anceps, vt quę tùm puellã ſignificet, tũ abſconditã. Ac rurſus. Si cum

Eraſmus in 1. Matthæ.

Si cũ contentioſis agatur, quantumuis cõſtet, Alma ſignificare Virginẽ, non tamẽ euincemus ex his verbis, Virginẽ fuiſſe quæ cõceperit. Adeò multũ ſibi, ac Iudęis, noui iſti Euãgelici tribuũt, (ignoſcat Eraſmus, qui hac in parte cũ Iudęorũ interpretatione cõiurat) quorũ in præſenti loco vertẽdo, vel interpretãdo, ſtudiũ eò ferè tẽdit, nomen vt Virginis ſupprimant aboleantq;, ne tantũ honoris deferãt Meſsię matri, & Catholicę veritati. Noui tamen Euãgelij patroni audiẽdi nõ ſunt, cũ viri Apoſtolici ſeculi & ſpiritus, aliter ab eis ſentiãt. Irineus: Non vera eſt (inquit) quorũdam interpretatio, qui ita audent interpretari ſcripturã. Ecce adoleſcẽtula habebit in vtero & pariet filiũ. Nec ſolùm Iræneus, ſed & Tertullianus & Cyprianus, & Lactãtius & reliqui demũ Latini patres omnes cõſtanter eandẽ lectionem, Ecce virgo, retinuerũt: ſed & Gręci patres vt Iuſtinus, Euſebius, Baſilius, Chriſoſtomus, Cyrillus nõ diſcedunt ab interpretatione ſeptuaginta, eamq; cõtra Iudęos fortiter hoc loco tuentur. Videas audaciſsimos hos, cõtra omnẽ impetum tam Latinorũ, quam Græcorũ, aggredi vellẽ, quo tandẽ in Iudaicum mare prouoluantur? Sed vt magis eos cõfundamus, videant quid Ionathas, Vſilielis filius Paraphraſtes Chaldęus, vir apud Hebręos ſummi nominis, ita locũ quoq; reddidit. Ecce virgo, ſicut nũc legit Eccleſia. Cõſentit inſuper Mathęi Euangeliũ Syriacè ſcriptũ: nec lingua Punica diſcrepat. Alma propriè Virginẽ vocans. Sed quo me vertit horũ inſania, acſi contra eorũ impudentiſsimum errorẽ, contra Chriſtũ, cõtra ipſius puriſsimam matrẽ, contra vniuerſam Eccleſiam militantẽ, arma nũc ſumere decreuiſsem. Hoc eatenus dixi, nam cũ ſit primariũ fundamentum, quo Iudęi Meſsię aduentũ negare audent, videãt iſti noſtri nouatores, rẽ ne pudendam ac pœnitendam faciant, quũ ſiue prudẽtes & ſcientes, ſiue imprudẽtes & ignorãtes, nõ modo Iudæis præſentibus, ſed & dãnatis iã olim hęreticis ſuo ſtudio faueant, ac patrocinẽtur. Sed quid moror in iſtis, tẽpus mihi planè deficiet, ſi vellẽ omnia Scripturę ſacræ loca recenſere, in quibus mẽdaciſsimi iſti Euangelici, vna cũ Iudæis, in perniciem Chriſtianæ religionis cõiurarunt.

Veterum patrum de hac Iſa. autoritate expoſitio.

Irineus.

Ionathas Chaldeus Paraphraſtes, vt nos vertit Iſa. locum.

Alma idem eſt quod virgo lingua Punica.

Populi pręterea Iudaici primaria capita Scribę & Phariſęi extitere, qui totis viribus nitebantur, verum & germanum legis intellectum, falſis ipſorum & ex proprio cerebro hauſtis interpretatio-

Hæretici Phariſeos immitantur qui falſis interpretationibus legem corrumpũt.

tationibus obſcurare, & omnino inuertere: id quod adeò compertiſsimum eſt, vt etiam, qui à limine Scripturas ſacras ſalutarit paſsim inueniat. Et quid aliud, per Deum immortalem, noui iſti Euangelici nituntur facere, quam ſibi Scribarum & Phariſæorum in populo autoritatem conciliare, qua vniuerſæ Scripturæ ſacræ dogmata, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, obſcurare & ſuis mendaciſsimis interpretationibus deſtruere, & omnino tandem abolere, quo nihil ipſis Iudaicę impietatis deſit. Quid nō Lutherus in Sacram ſcripturam fecit, vt ea quæ ſuis dogmatibus cōtraria planè erant violaret, deprauaret, ac omnino expūgeret? Quia ex D. Iacobi ſententia fideliſsima, opera bona ad ſalutē neceſſaria eſſe teſtabatur, ſine quibus fides infirma, & tandē mortua cēſebatur. Cū hoc videret omnino dogmati proprio, quo omnia opera Chriſtiano viro digna, peccata dicebat eſſe, D. Iacobi epiſtolā audacter reiecit, ceu Canone indignā, & contumelioſiſsimè quoq; eā appellauit, prę aliis vere ſtramineam, quod nihil ipſius iudicio haberet Euangelicę (ait) indolis. Simili etiam autoritate, ne dixerim rabie D. Pauli epiſtolam ad Hębreos. D. quoq; Ioannis tertiā, necnō & ſecundā D. Petri: & Apocalypſim D. Ioannis Apoſtoli reprobare eſt auſus. Vides, lector optime, ſacrilega Lutheri auſa, in amputando ex Sacrarū ſcripturarum Canone tot libros, tāto cū Eccleſię diſpendio? Et quid iam dicam de adulteratis, ac peruerſis ab eo locis, cū multi planè libri à diuerſis autoribus æditi, de eiuſmodi argumento in lucē prodierint? Hieronymus Emiſerus vir doctiſsimus, & de Catholica religione benemeritus, ac Fredericus Staphilus, qui in caſtris hęreticorū quondā militauit, & iſtorū Euangelicorum fraudibus multos per annos à via veritatis ſeductus, Diuina tandē gratia ad Catholicā reuerſus Eccleſiam, tanquā fur domeſticus, varia eorū ſtratagemata, quibus ad ſacrā Scripturam maximè peruertendam vtebātur, nobis patefecit. Georgius Vuicelius quoq; hęc grauiſsima ſacrilegia Luthero exprobrauit, & alij nō pauci, quorū ſententiæ ſi recēſendę eſſent, volumen integrū, non pręludiū operis dictarē, Fredericus Staphilus, ſic ait. Multa locorū centena in nouo teſtamēto reperias, vbi textū ipſum, miſerandū in modum corrupit, alibi addēs, alibi demens, Scripturaſq; Diuinas hunc in modū vel trūcauit, vel aſſuendo quędam addidit, quę abominandas ſuas hæreſes inductis pulchris

Lutherus, quę ſuis dogmatibus cōtraria erant è Scriptura deleuit.

Lutherus in epiſtolam D. Iacobi impie debacchatur.

Hieronym. Emiſerus.

Fredericus Staphilus.

Georgius Vuicelius.

Apolog. par. 2.

chris coloribus fucarēt. Imo profitetur diſerte Hieronymus Emiſerus, hūc pſeudo prophetam omnibus ferè libris, ſingulisq; propè capitibus Biblia falſaſſe, ac ferè mille quadringētos errores hęreticos, mēdaciaq; occultauiſſe ac immiſcuiſſe. Cū tantos errorū nephandiſsimos acerbos cūmulauerit Lutherus, quis non videat eū, vna cum ſuis, pluſquam Phariſaico ſupercilio lēgē ſacram violare ac corrūpere magis voluiſſe, quā omnes ſimul Scribæ & Phariſęi, vnquam ſua inueterata malitia tētarunt. Optimè quidē veteres illi Patres, qui ad ſacra cōcilia vocabantur, frequēter in ore habebant, Iudęorū peſtem in nouam ſemper inſaniam recrudeſcere. Vnde fit vt ſi noſtra rectè ſe habeant, Iudaica male ſe ſe habeant oportet. Cōtra verò ſi Iudaica proſperātur, noſtra omnino perire neceſſe eſt. Adeò enim noſtra Biblia ſacra labefactant iſti, vt vix locū certum & firmū inuenias in ea, quo Iudęos & hæreticos poſſes cōfutare. Idem quidem ſtudiū Iudęis & hęreticis fuit, quo Dei veritatē ſacra Scriptura cōteſtatam, in pernicioſiſsimū mendaciū cōuerterēt. Iudæi namq; hāc vnicā inuenere viā (teſte Origine) qua noſtra omnino euerterēt, nēpe ſi prophetarū prędictiones, quibus Chriſti myſteria ſunt pręſignificata, aut manu vitiarēt, aut falſa interpretatione peruerterēt. Idipſum quoq; hęretici Iudaizātes hoc tēpore faciūt, qui pūctis deprauatè poſitis adictione, aut ablatione partiū, noua biblia cōficiant: & ſi quid integrū manet nouis inauditiſq; ante hęc ſecula, interprętationib⁹ peruertant. Sabbathizantes etiam hodie Iudæos videmus, quos Euangelici multi, quo manifeſtius ſuū Iudaiſmū proteſtentur, imitantur, & vnà cū ipſis Iudæis ſabbatha colūt. Staphilo teſte in ſua Apologia. Charolſtadius quoq; nullum feſtū præter ſabbathum colendum volebat: quod teſtatur Eraſmus Albertus vir doctiſsimus contra Charolſtadium. Qui vt teſtaretur Iudaicam ſectam ſe ſe libenter fuiſse amplexatum, die ipſo Natalis Domini, omnes Charolſtodiani per Germaniam prophanis ſuis manibus operibus manuariis publice intenti, ex ipſo pręceptoris mandato diligenter exercebantur. Cæterum quantopere cupiat Lutherus. Diem Dominicum Paſchæ immutatum, docet lib. de Conciliis. In quo, Principibus perſuadere conatur, feſtum Paſchæ, eſſe inter mobilia feſta computandum, ita vt in quemuis diem incidere queat, ſicuti dies Natalis, Purificationis, & Apo-

In præfactione annotationū noui teſtamēt. Luther.

Euangelici cum Iudæis Sabbathizant.

Staphilus in Apol. par. 2

Charolſtadius nullum præter Sabbathum feſtum agnoſcebat.

Lutherus diem Dominicum Paſchæ immutatum cupit.

ſtolorum, Iudaizare enim & nimis ſuperſtitioſe agere Eccleſiam & PP. Niceni concilij, ait iſte Iudæorum fautor Lutherus, quod poſt pleniluniũ Martij diem Paſchatis, in diem Solis collocarũt. Quod ſi ex Lutheri ſentẽtia fiat, iã Apoſtolica perierit traditio, qua poſt ſabbathũ Dominicam voluere collendã Reſurrectionẽ. Ab hac Iudaica prophanatione nõ abludit, quod proteſtantium quidam, carniũ inopia aducti, aliquot dies cogũtur à carnibus ab ſtinere, quod Catholicorum odio malunt die Dominico, quam alia quauis hebdomadis feria à carnibus abſtinere.

Proteſtãtes aliquot, Catholicorum odio. Diebus Dominicis piſcibus veſcuntur.

Imagines Iudęi nõ ferũt, & ne ipſi abſimiles videantur Euangeliſtæ mẽdaciſsimi, omnes impetu quodã ferino in ſacras ædes & imagines inſurgũt. Zuuingliani, Caluiniani, Anabaptiſtę, Suuẽfeldiani, omnes à Luthero edocti: qui cũ innouãdæ religionis dẽt operã, infenſis animis aduerſus Catholicã Eccleſiam hoſtiliter belligerãtur. Etenim nouos Vvaldẽſes nobis referũt, qui ante annos ferè quingẽtos, hoc eſt, ſub Frederico primo Cęſare, peſtiferũ ſparſere dogma, imagines ſiue Chriſti, ſiue ſanctorũ, ab Eccleſia tolli oportere, quas alioquin qui admitterẽt, eos idololatras eſſe cẽſendos affirmabãt. Sic enim iſtis libuit veterẽ Iconomachorũ, qui Xenaię hęreſim (de qua Nicephorus mentionẽ facit) amplectũtur, imo & Manicheorũ & Iudęorum errorẽ ſtolidũ renouare, nullũq; ſacris imaginibus in Eccleſia locũ relinquere, ne parũ ſcilicet, cũ impiis ſępe damnatis inſanirẽt. Eſt id ſanè veriſsimũ, multiſq; modis cõprobatum, crudelẽ impietatem, & impiam crudelitatẽ, in Iconomachis tùm veteribus, tùm recẽtioribus elucere. Illi enim cũ ſuis Leonibus maximas in Eccleſia Imperioq; turbas quõdam dederunt, cęſis multis etiam piorũ millibus, ac iiſdẽ vel pręcipuam prebuere cauſam, cur Oriẽtale Imperiũ ab Occidẽtali auulſum, paulatim interciderit. Hi verò, quorũ ętate noſtra princeps, Andræas Charolſtadius fuit, adeo ſe feros ac rabioſos declarant, vt ad ſeditiones in populis, ad profanationes in tẽplis, ad clades & cędes calamitateſq; in prouinciis excitandas, nati eſſe videãtur. Quis ore exprimere poſset, id quod ipſe meis hiſcę oculis in Velgio vidi, crudelitatẽ immaniſsimam, quã in imagines, ędeſq; ſacras, in vniuerſumq; ordinẽ eccleſiaſticũ exercuerũt: ſępè videres tẽpla (horreo referre) Sacerdotũ ſanguine madere, quod ſi ex ęquo iudicare volum⁹, omnẽ Turcarũ feritatẽ, ac Barbarorũ ſęuitiam,

Heretici imagines nõ ferunt.

Vide Niceph. lib. 16. c. 27.

Veteres & noui Iconomachi valde crudeles & impij.

Quam crudeles fuerint noui Iconomachi in Catholicos.

ſęuitiam, ſuperare credemus. Proinde nullā Chriſti Dñi Crucē, nullā Deiparę Virginis imaginē, nullā cuiuſquam ſancti effigiē illic apparere ſuſtinent, magnaq; religione cauēt, ne vllū veteris religionis & pietatis veſtigiū in ſuis Synagogis reliquū habeant, ſed pro Chriſtianis templis, abominationē deſſolationis facere, ac retinere, ſibi glorioſum etiā arbitrantur. Quod enim iam pridem optabat, hoc tandē aſſequutus eſt Sathan, vt nouū ſuum in Europa Regnū, quod ex mera ſectarū hæreticorum & Iudęorū colluuie conflatum validè corroborauit, Barbarica imaginum ædiumq; ſacrarū demollitione: tanquā illuſtri nota, inſigniatur, atq; ab omnibus dignoſcatur. Hæc de imaginibus dicta ſufficiāt, vt videas hos nouos Euangeliſtas, non modo Iudaizare, verum etiam Turcarum feritatem excedere, vt Iudaiſmum quām profitentur defendant, ſtabilemq; faciant.

Hereticorū multi matrimonium ſecundū leges Moſaycas in affinitatibus cū Iudæis celebrabant.

Ad matrimoniū ſecundum Iudęorum leges, ſępe ab ipſis celebratū veniamus. Matrimonium ſecundū Moſaycas leges in affinitatibus Iudęi colūt, quos Melanchthon pertinaci ſequitur animo, docēs Moyſi leges omnino ſeruandas, tanquā iuſtiſsimas iuſtaq; ratione à Deo datās: nō tamen Eccleſiæ Canones, quos tanquā ſpurias leges contēnit, agnoſcit. At hoc noſtro lugubri ſeculo, eo impudētię Euangelici venerūt, vt legitimi matrimonij legibus contēptis, ſcorta potius quā matrimonia ſequātur. O quā pulchre D. Hieronymus dixit: Difficile eſt (inquit) hęreticum reperire, qui diligat caſtitatem. Hinc eſt quod præcipui ſectarij ex monachis ſe maritos facere voluerūt. Vt Zuuinglius, Pelicanus, Buzerus, Lutherus, quibus Oecolampadiū, Ioannem Spangeuergiū. Petrum martyrem, Bernardinū Ochinū, fas eſt numerare, tales ætate noſtra fuiſſe eos conſtat, qui è Sacerdotibus & monachis apoſtatę facti, ſacrum cælibatum, cui ſe perpetua religione obſtrinxerāt, cū ſacrilegis nuptiis cōmutarint. Prima fide Deo ſolèniter data, per ſummū ſcęlus violata: quas leges ipſos ſecū ſeruare ſperamus? quaſue leges nuptiarū rudi vulgo proponent? Pudet profectò dicere, quod Hetzeum facere nō puduit, qui cū inſignis eſset Anabaptiſta, vt ſummā impudicitiā orbi declararet, tredecim ſimul duxit vxores. Et quę docet Bernardinus Ochin⁹ libellos tali autore dignos edidit, quibus polygamiam inter ſuos docere veritus non eſt. Placuit & Buzero ſtudiū commendandę polygamię

Hierony. in cap. 7. & 9. Oſeæ.

Heretici multi ex monachis ſe maritos fecerunt.

Hetzeus Anabaptiſta tredecim ſimul habuit vxores.

Bernardin⁹ Ochinus & Buzerus Polygamiā docuerunt.

Matrimonium poſſe diſſolui leuibus de cauſis Caluinus docet.

Caniſi. li 2. de Deipara Virg. c. 13.

Hæreticorũ inſaciabilis libido.

Hæretici cũ Iudæis propter adulteriũ matrimonium diſſoluunt.

Melanchthon in locis cõmunibus, & in examine ordinã.

Leges Moyſi iudiciales cum Iudæis ſeruandas multi hæretici docent.

Melanch. in Apolo. Auguſtana artic 16.

I lqm. lib. Chroni. 3.

Vſuras noui Sectarij cũ Iudæis exercent.

Molineus, cum Bucero licitas faciũt vſuras.

polygamiæ,vt quorundam nobilium in reſcindendis coniugiis audaciæ,vel indulgeret,vel ſatiſfaceret. Caluinianis verò eſt familiare,modicis,leuibuſq; de cauſis ſacrum matrimonij vinculũ ſoluere,ſicut in Lutheranis etiã Eccleſiis fieri ſæpe ſolet,vt maritus vnus,duas ſimul vxores habeat, ex Magiſtratuũ autoritate. Paucis ab hinc annis Sebaſtianus Flaſchius Mansfeldienſis è Lutherano concionatore Catholicus factus,vt D. Caniſius teſtatur, qui certò & crebro ſe comperiſſe affirmat,Magiſtros Euangelicos(vt vocant)inter quos bonam vitæ partem ipſe trãſegit,adeò ſuis vxoribus non contentos eſſe,vt ad inſaciabilẽ libidinem ſuã explendam, iuxta Lutheri magiſtri doctrinam frequenter abutatur ancillis,ac aliorum etiam vxoribus vim inferant, nec raro,quod in Euãgelicæ doctrinę profeſſoribus multo eſt fœdius, illos mutuo ſuas inter ſe cõiuges perinde ac merces,videlicet permutare ſcribit. Videas quale Euangelium venditent iſti, non ſemi Iudęi,ſed duplo ipſis Iudęis ipſiſq; Paganis & Turcis peiores, qui tam effreni carnis libidine abſorti,nullis non modo Diuinis ſed nec humanis legibus pareant? Et quid de matrimonij indiſſolubilitate dicam? Propter adulterium diſſoluunt Iudæi matrimonium, ita vt liceat aliam ducere. Pari quoque modo Euangelici iſti indiſſolubilitatem non agnoſcẽtes, eademq; ratione diſſoluendum docent,ita vt perſonę innocenti liceat alteri nubere. Sic docet Melanchthon. Vnde & factum legimus vt hac de cauſa quidam intra ſemiannum tres duxerit vxores Geneuæ. Vlterius,maiori quã poſſum breuitate procedere oportet,vt Euangelicos iſtos falſarios,Iudęos potius quã Euãgelicos dicamus. Leges iudiciales & forenſes ſecũdũ Moyſen Iudæi inuiolabiliter ſeruant, idipſum & Charolſtadius à ſuis faciẽdum grauiter docet, nempè vt iudicialibus legibus Moſaycis cuncti pareant: vt Melanchthon affirmat,licet ipſe nõ volebat omnino abolitas leges manifeſtè,ſed cõtendebat oportere,iudicia publica exerceri iuxta forenſes leges Moyſi.

Itẽ de vſuris quid Euangelici ſentiant videamus. Vſuras eſſe licitas Iudęi,non ſolũ ſentiunt, ſed tota ipſorum vita,quam ex eis comparare aſſueuerant,ſupra totius vniuerſi nationes, loquitur: quibus omnes ferè mũdi nationes exhauriunt. Has etiã noui ſui Euangelij prętextu licitas docet Bucerus, Molineus quoque qui

ipſorum

ipſorum ſequitur partes. G. de eo quod intereſt: imò Lutheri mādato ſe ſe vſuras exercere, dictitat quidam Paſtor ad Hierçuadū, & in quærela Lutheri iam pridem in lucem edita.

Porrò, ne quid Iudęis ſaluum relinquant Euangelici, inter eos etiam reperire eſt, qui circuncifionem carnis reuocent: vnde & circunciſos quoſdam narrat Cardinalis Hoſius, qui mores ipſorum probè nouit, cuius teſtimonio fidē adhibere poſſumus. His nō abſimiles ſunt, qui manna in cœna Dominica ſe ſe edere adfirmant, ne quid à Iudęis varient. Plura atq; horrenda ea, narrare potuiſſem, lector amātiſsime, quibus ſordidiſsimi iſti hęretici Iudaizantes, ſub prętextu Euangelij ac verbi Dei, Eccleſiā inuadere nituntur, ni iuſtè timerem puriſsimas tuas aures offendere: ſatis mihi factum eſse pùto, ſi ex iis quę à me hactenus probata & luce clarius oſtenſa fuerunt, eos in Iudaiſmi auernūm prolapſos euincero. Atq; ita tandem ex vno eodemq; inferni antro, ex vnà eademq; Sathanę ſtirpe, eos in ſua obſtinata errorū nequitia genitos eſse agnoſces. Hęretici quidem ab antiquis Patribus Iudęorum dicuntur eſse fratres: quos non facile dignoſces vtrum hęretici Iudęi ſint, an Iudęi hęreſum mōſtra pepererint. Vlterius eos prolabi oſtendamus. ¶ Ad Mahometiſmū quoq; ex ipſorū Euangelica dogmata pari quoq; impietate eos currere, graue nō eſset oſtendere. Verū ſi omnia recenſere velē, in quibus miſeri homines, ſub ſpecioſo Euangelij ſermone cū Turcis coniurarunt in Eccleſię perniciē, nullum planè inuenirē terminum, quo inſtituto meo finem facere, aliqua tamen, ne ieiuna percurrat oratio, adnotare libet. Hiſtorici, ij qui de initio rerū Turcarū ſcripſerunt, vnanimes affirmāt Mahometanę fidei doctrinā, quę in Alcorano cōſcripta eſt, conflatā eſse à quodam Sergio & Ioanne, quorū hic Neſtorij, ille Arrij hęreſim ſectabatur, & à quodā Iudęo Talmudiſta: Ex hac triplici infectione, quid obſecro aliud, quā Mahometaneū toſicū decoqui poterat? Hæreſes autē, quę hoc ſeculo noſtro tanquā ex equo Traiano cateruatim, adeoq; frequētes eruperunt, vt ante hac nunquā: ſi quis tamen earū pręcipuas, quę nūc potiſsimę graſsantur cōſideret, in Mahometiſmū, pro maiori parte eos coniuraſſe reperies: vt optime Fredericus Staphylus probat in Epiſtola ad Epiſcopum Eyſtetenſem.

Multa enim ſunt in quibus inter vtramq; partem Mahometanos

Circuncifione reuocant Sectarij.

Hoſius in cōfe. Polon.

Manna in cœna eſſe aliēni Sectarij tenent.

In Mahometiſmum prolabūtur heretici.

In quibus Mahometani cum Euāgelicis conueniant.

nos,atque ſectarios,haud male conueniunt: niſi quod in quibuſdam hi certe illos ſuperare videantur. Vtrinq; hominem libero arbitrio exuunt,nouę legis proprium ſacrificiũ è medio tollunt, pleraq; ſacramenta reiiciunt,ſacros ordines aſpernantur,Mariæ & ſanctorum cultum,ac ferias abrogant,pias imagines ex hominum aſpectu ſubmouent,aliaq; demum veteris Eccleſiæ & Catholicę religionis probata inſtituta, præ ſe ſuperbè deſpiciunt, ſubſanant,exterminantq;.In quibus tamen furor hęreticus, Mahometanam crudelitatem frequenter excellit Turcis quidem ſuam cuiq; religionem integram permitentibus, nec prohibentibus Chriſtiana ſacra in ſuis regionibus publicè celebrari,ſectariis verò ſic nouam ſuam religionem inuehentibus, vt veterem aboleant,omneſq; eius cæremonias in tẽplis mutent,abiiciantq;, commune eſt.Si ſingula hæc per ordinẽ,quę clariſsima ſunt probare pergerem longior fieret oratio quàm par eſſet: dicta ergo iam ſufficiant.

Heretici Mahometa nis peiores.

Quod autem in Atheiſmi baratrum Euangelici iſti prolabãtur,haud difficile erit oſtendere. Eò impietatis multi deuenere, vt nec Chriſtũ,nec Deum,nec deniq; diabolum, nec cælum,nec infernũ eſſe mordaciſsimè profiteantur. Conqueritur Hedio in epiſto.ad Melanth.de ſuis Euãgelicis,quod & Catholici paſsim per Germanias,Galiaſq; perdolẽter in ipſis videmus:ex Catholicis fieri Lutheranos,ex Lutheranis Zuuinglianos,ex Zuuinglianis Suuencfeldianos, tũ mox Atheos,ſiue Epicureos. Eſſe certè inter illos Atheorũ plurimos,varij ſcriptores fide digniſsimi cõmemorãt. Teſtatur Petrus Viretus eſſe quoſdam Ludimagiſtros ex illo Epicuri de grege porcos, qui in ſcholis ſoleant ſuis ſæpè ſcholaſticis occinere,illũ vere beatũ,qui vti eſt apud Virgilium.

Ex Euangeliſtis Atheiſtæ euaſerũt

Petrus Viretus lib. 2. de Miniſtris.

Ludimagiſtri,quã plurimi Atheiſtæ.

Metus omnis & inexorabile fatum
Subiecit pedibus,ſtrepitumq; Acharontis auari.

Hoc nomine,quã male apud ſuos audierit Theodorus Beza, teſtãtur eius cõmilitones Pariſienſes & Aurelianẽſes,quibus huius profeſsionis,haud obſcura nõ infrequẽs edebat paradigma. Hoc eius cantillant Epigrama. Hoc loquũtur &facinora,ita vt dictis factiſq; ipſum Atheõ agnoſcas.Iſtiuſmodi cõplures eſſe Geneuæ in Eccleſia,quam dicunt Italica. Vnũ illud ſatis ſuperq; arguit: nam cum Caluiniſtæ iſti, de abolendo ſemel Pontificatu Ro-

Theodorus Beza Atheos.

Geneuæ in Eccleſia Italica multi Atheiſtæ.

mano, purgatorio extinguendo, aliiſq; Catholicæ Dei Eccleſiæ dogmatibus delendis, inter ſe conſultarent, vnus præ cæteris ſui magiſterij faſtum ſpirans, prodigens ampulas & ſexquipedalia verba, ſic orſus affatur. Dicamus omnes animam, vnà cum corpore extingui, ſic purgatorium cum Miſſa, & Romano Pontifice ſemel aboleuerimus. Sed quia propter voluptatis commoda virtutis ſpeciem colendam ducit Epicurus, itemq; cùm intelligeret Sathanas Magiſtratum mutari poſſe, tolli non poſſe: maluit hos ipſos Epicurij greges, ad Imperium Mahometanæ perfidiæ traducere, certa ſpe voti ſui, quam incerta eos ſub Catholicæ Eccleſię tectis relinquere. Eamq; ob cauſam has iſtas de religione omnes contentiones, eò direxit, eò conuertit, vt tandem in Alcorani fidem transformentur vniuerſę hęreſes. Nihil certe penſi habent Euangelici iſti, Sathanę ipſiſsima membra, quid doceant, faciantúe, modo ſuo Deo ventri accommodent, aut ſaltem ſuæ perfidiæ hoſtibus incommodent, aut tandem veritatē, in quam oppugnandam coniurarunt, ſi non aboleant, ſaltim aliqua ex parte obſcurent.

Egregia, ſcilicet, Caluiniſtarũ ſententia.

Nec mireris, Chriſtianę Lector, ſi hæreticorum cuneos, in Iudaicæ cæcitatis baratrum demerſos videas, nam hęretici ipſi, nō modo Iudęorum fratres ſunt, vt antiquorum patrũ concors ſententia fert, verum etiam ſi eorum maximè, qui hęreticorum capita eſſe gloriantur & ſunt, origines ſtudioſe præſcrutati fuerimus, facile deprēhendemus eos, vel à Iudęorum ſtirpe progenitos, vel maiores eorum Iudęorum hęreſim profeſſos fuiſſe. Diuina certe inſpiratione factum fuiſſe non dubito, vt Incliti Reges Catholici Ferdinādus & Eliſabet, antequam ſanctæ Inquiſitionis officiũ in ſuis Regnis fœliciter fundaſſent & ſtabiliſſent ſubolfecerint hęreſes, quæ ſuo tempore in ſuis Regnis, magna cum eorum iactura pullulabant, ex Iudęorũ fœtidiſsima ſentina emanare. Vnde factum fuiſſe conſtat, teſte pio viro hiſtoriarum fideli ſcriptore Illieſcas, quod licet varia à Regibus adhibita fuerint remedia, ne à Iudæis Catholici infici poſsint, & vt conſortium Iudęorum facilius Catholici vitarent, ſanctiſsima lege ab ipſis promulgata, ſtatuerunt, vt in ſingulis ciuitatibus loca ſeparata Iudęorum habitationi cōuenientia magiſtratus ſecernerēt: vbi recluſi Iudęi, ſua peragerent negotia, à Chriſtianorũ comercio

Illieſcas in capit. de Iudaeorum exilio.

cio ſeparati. Id quod antea tempore Regis Ioannis II. cõſilio D. Pauli Antiſtitis Burgenſis inceptum fuerat, exequutioni mandari, vt in Patriarchę Pauli vita notauimus. At vafra, qua ſemper ſoliti fuerunt caliditate vtentes, lege poſthabita, cum ipſis Catholicis colloquia conferre non ceſſabant, ipſoſq;, quoad poterant inficiebant, ſicq;, vel in Iudęorum naſſam, vel in perniciofam aliquã hęreſim eos pertrahere conabantur. Id quod manifeſtiſſimis efficaciſſimiſq; teſtimoniis. Ampliſsimus ille Cardinalis F. Ioãnes à Turrecremata, qui in minoribus ſub ſancti Dominici clariſsima religione agens, primus, ob inſignem viri pietatem & religionem, cum eximia eruditione coniunctis, hęreticæ prauitatis Inquiſitor fuit factus, Catholicis Regibus euidenter demonſtrauit. Qui zelo pietatis incenſi, vt tantis his malis, extremum adhiberent remedium, cum in villa de Sancta Fe nuncupata agerent, vltima die menſis Martij, anni 1492. pragmatica & vniuerſali lege ſanctè ſanxerunt, vt Iudęi vniuerſi, qui ad Chriſti fidem conuerti recuſarent, intra quatuor menſium terminum è limitibus Hiſpaniæ ſub extremi ſupplicij pœna exterminarentur. Sic tãdem Hiſpania ab hac Iudæorum colubie maiori ex parte libera fuit. Nec tamen adeò expurgata, quin aliquid eiuſmodi infectionis latenter remanſerit, quam ſummo pietatis ſtudio, hæreticę prauitatis Inquiſitores erradicare ſtudet. Qua in re ſtudium eorum commendatione diuiniſsimum eſt, ipſi enim, quo efficatiora remedia adhibeant, ſumma diligentia nitũtur, origines eorum, quos in hęreſim prolapſos vident, à prima ſtirpe deducere, ipſoſq; maiori ex parte ex Iudæorum proſapia originem trahere, reperire ſolent. Quod ſi pari pietatis ſtudio ac diligentia, qua hęreticę prauitatis Inquiſitores in Regnis Hiſpaniarum, Diuino quodam impulſu ac literis ſacris edocti, hęreticorum origines à ſuo ſtirpe Germani ſuperiores ac inferiores vna cum Galiis deduxiſſent, facilè hæreticos maxima ex parte à Iudęorum propagine eos origines ſuas traduxiſſe, euincere potuiſſent, ac ex obſtinatiſsima Iudęorum cęcitate ſuos peſtilẽtiſsimos errores hauſiſſe, facile cognouiſſent. Fateor me ſanè quorundam hęreticorum origines curioſè inueſtigaſſe, quondam in Germania, & à Iudaicis parentibus eos fuiſſe progenitos inueniſſe, è qua putidiſsima ſtirpe ſuos fœtidiſsimos errores facile haurire potuerunt.

Cardin. F. Ioannes à Turrecremata prim' Inquiſitor fuit.

Iudæi ab Hiſpania omnino expulſi. 1492.

Ioſuæ 7. *Vbi genealogia ſacrilegi Achan, qui tullit de anathemate, & ob grauiſſimũ hoc peccatum lapidibus inire obrrutus fuit, inuenies: id quod etiam in variis Scripturæ ſacra locis fieri ſolet, vt ſicut generatio rectorum benedicitur, ita prauorum generatio maledicatur.*

En habes, candide Lector, primariam cauſam, quæ me maxime impulit, vt ea quæ contra Iudæos ſcripta inuenire poteram, ſtudio indefeſſo peruoluerem: ſciēs neminem cum fructu diſputationes aduerſus Sectarios inſtituere poſſe, ni prius latebras omnes, quibus ſeſe tutari poſse cōfidunt perluſtrarit. Hęreſes enim, teſte D. Hieronymo, ad ſuam originem reuocare, refutare eſt. In orcum & obſtrutiſsimam Iudæorum lernam illos penè omnes fuiſſe demerſos, vt vt potui tibi non ſine cordis dolore, eorū certe miſertus, oſtendi: vt tu quoque pro pietate, quæ in te eſt, mœrore affectus compatiaris. Verum enimuero morbi grauitatem infirmo extremè laboranti oſtendere, & medicam ipſi manum non adhibere, quid eſt, quam in extremam deſperationem miſerum coniicire? Morbum omnium grauiſsimum, viſcera interiora penetrantem, hęreticos habere cognoſcimus: & ad extremum malorum, nempè ad Iudaiſmum & ad Mahometiſmum, ac etiam ad Atheiſmum vſque perueniſse certo ſcimus. Qua (obſecro) commodiori ipſis poterimus ſubuenire medella, quā vt pharmaca iam pridem ab expertiſsimis medicis, contra eiuſmodi venena parata, ipſis propinemus? Quæ nulibi melius ſecuriuſq; inueniri poſse mihi validiſsimè perſuaſi, quàm in pręclaro ac doctiſsimo viro D.D. Paulo de Sancta Maria, Inclitæ Burgenſis Eccleſiæ Epiſcopo digniſsimo, qui è grauiſsimo Iudęorū morbo fœliciter emerſus, pharmaca è cęlo, non ſine miraculo ſibi à Deo propinata, è variis & vberrimis ſalutiferiſq; Scripturæ ſacrę ſuccis expreſsa, ſibi fœliciſsimę veritatis lucem, vitamq; cōparauit. Eaq; in Eccleſię Dei apoteca perpetuò ſeruanda, atque cunctis Iudaicę peſtis morbo laborantibus, tāquam ſummum & præſtantiſsimum remedium, Chriſtiana pietate reliquit, qua omnes Iudaico veneno infecti, ſalutem & vitam vna cum ipſo ſibi vendicare poſsint.

Aduerſus hereticos omnes latebra perquirenda.

Hierony.

Quomodo hereticorū morbus ſit curandus.

D.D. Paul. de Sancta Maria, quo pharmaco à Iudaico morbo fuerit curatus.

❡ *Præludij finis.*

De vera hæreticorum [illegible]

[illegible]
rum [illegible]
ſtudio [illegible]
tarum [illegible]
neq; [illegible]
tate D. Hieronymus [illegible] in Hieronym.
ore [illegible] omnes
fuiſſe [illegible]
te [illegible]
rore affectus [illegible]
infimo [illegible]
n[illegible]
rum [illegible]
riis [illegible]
numera [illegible]
autem a [illegible]
(obſtetro) [illegible]
vt [illegible]
rati vt [illegible]
riuſq; inuenire [illegible] ut præcla-
ro ac doctiſſimo viro D. [illegible] inclyta [illegible] P. D. Pam. de Sa[illegible] [illegible]
genſis Eccleſiæ Epiſcopo [illegible] grauiſſimo [illegible]
morte [illegible] mirum
[illegible]
[illegible] ſacræ [illegible] veritas [illegible]
paranda [illegible] in Eccleſia Dei [illegible] perpetua [illegible]
cum [illegible]
[illegible] præſtantiſſimum [illegible] Chriſtiani [illegible]
qua omnes [illegible]
tam vna cum ipſo [illegible]
re poſſint.

[illegible]

INCIPIT DIALOGVS, QVI VOCATVR SCRVTINIVM SCRIPTVRARVM,

Compoſitus per Reuerendum Patrem Dominum Paulum de Sancta Maria, Magiſtrum in Theologia, Epiſcopum Burgenſem, Archicancellarium Sereniſsimi Principis D. Ioannis Regis Caſtellæ & Legionis.

Quem compoſuit poſt Additiones per eum compoſitas ad Poſtillam Nicolai de Lira, Anno Dñi M.CCCC.XXXIIII. Anno verò ætatis ſuæ LXXXIIII.

SCRVTAMINI SCRIPTVRAS, in quibus putatis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Ioan.5. g.39.

CHRISTVS volens Iudæos inſtruere circa ipſius cognitionē, in qua vita æterna conſiſtit, iuxta illud Ioan.17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deũ, & quem miſiſti filiũ tuum: Quę quidem cognitio per ſacrarum Scripturarum Scrutiniũ habetur, de quo Pſalmus: Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, &c. eos de huiuſmodi ſcrutinio faciendo exhortabatur, dicens: Scrutamini ſcripturas, &c. In quibus verbis tria notãtur, quæ ad cognitionem Chriſti per intelligentiam diuinarum ſcripturarum requiruntur. Vnum eſt, quod myſteria Chriſti in ſacra Scriptura tradita, non ſunt quærenda ſolũ ſuperficialiter & perfunctoriè, ſed diligenter & per modum ſcrutantis. Vt verus ſenſus literæ clarius, ſeu verius reperiatur, ad modum illius, qui rē latentem per obſcuritatem, ſeu confuſionem in aliqua domo per diligens ſcrutinium vult reperire. Vnde Sopho.1. Deus intendens cogitationem in Hieruſalē occultè perpetratā reuelare, dicebat: In illo tempore ſcrutabor Hieruſalē in lucernis. Per lucernas enim conſueuerunt abſcondita in latibulis, ſeu obſcuritatibus reperiri. Quod quidē ſcrutinium ſcripturarum in primitiua Eccleſia audiētes Apoſtolorum doctrinam, cõtinuò exercebãt. De quibus Acto.17. Quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. Secũdum verò, quod in prędicto verbo notatur eſt, quòd non ſolum ex ſcripturis ſacri Canonis, ſcilicet, veteris teſtamenti ſunt accipiēda teſtimonia Chriſti, ſed etiã ab aliis ſcripturis apud ipſos Hebræos autenticis: et ideo dixit: In quibus putatis vitam habere: quaſi dicat: Nõ ſolum ſcrutemini ſcripturas,

Margin notes: Ioã.17.a.3. — Pſal.118.a.2 — *Tria ad Chriſti cognitionē requiruntur.* — *Primũ quod non perfunctoriè, ſed diligenter quæratur & ſcrutetur.* — Soph.1.c.12 — Actor.17.c.11. — *Secundum, quod non ſolum ex ſcripturis, ſed ex gloſſis autenticis Hebræorum.*

pturas, in quibus vere vitã æternam habetis, quæ in ſacro Canone veteris teſtamenti continentur, ſed etiam illas, in quibus putatis vitam habere, ſcilicet, quæ apud vos ſunt autenticæ, licet in ſe autoritatem nõ habeãt. Quæ quidẽ ſcripturæ ſunt gloſſæ, ſeu autoritates Talmudicæ, & alia ſcripta, apud ipſos autentica. Ex talibus enim poſſunt ſummi efficacia argumenta contra eos: tum quia in nõnullis miſteriis Diuinis, quantũ ad aliqua, quandoq; prophetabant neſciẽtes, vt legitur de Caipha Ioã. 11. Tum quia in iudicialibus, & in diſputationibus Dialecticis, confeſſio aduerſarij pro ſufficienti habetur probatione. Si autem cõtra hæc dicatur, quod ſcriptura Talmudica, & huiuſmodi, nõdum erant tempore Chriſti ſcripta. Dicendum, quòd verũ eſt quantum ad modum, quo nunc ſunt in voluminibus totaliter cõpilata, ſeu ordinata, ſed erant ſcripta per longum tempus ante, per partes, & quaſi per modum apocripharium, & poſtea fuerunt compilata, ſeu coniuncta, & in libris publicis redacta: ſicut Gratianus inter nos compilauit decreta & dicta ſanctorum, quæ antea à magnis temporibus fuerunt ædita. Et quod ſic ſit de Talmudica compilatione, ſeu conſtructione, habetur expreſſe à Ra. Moyſe in ſuo Deutero. quod eſt liber magnę autoritatis inter eos, in parte prohemiali: vbi principaliter agitur de Talmudica autoritate, de tẽpore quo compilatum, ſiue conſtructum fuit. Tertium, quod in prædicto verbo notatur eſt, quòd per ſcrutinium ſcripturarum contra Iudæos non eſt quęrendus ſenſus myſticus, ſed ſolum literalis, à quo enim ſolo, ſecundum Auguſtinũ contra Donatiſtas, & in aliis locis efficax ſumitur argumentum, & ideo ſubdit: Illæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me. Teſtimoniũ enim probationem dicit manifeſtam, quæ ex ſolo ſenſu literali, vt dictum eſt habetur. Si autem contra hoc dicatur, quod ſenſus literalis, qui ex primariis ſignificatis per vocem accipitur, non indiget ſcrutinio, cum talis ſenſus ſe offert intellectui, & ideo de tali ſenſu impropriè diceretur: Scrutamini ſcripturas. Sufficeret enim dicere, legite, ſeu intelligite ſcripturas. Dicendũ, quod licet ſenſus literalis Sacræ ſcripturæ ex ſignificatis primariè per vocem accipiatur: non tamen ex hoc ſequitur, quod ſcrutinio non indigeat, ad verum literæ intellectum reperiendum. Sunt in ſacra Scriptura multę dictiones ęquiuocæ, ſignificantes diuerſa, quæ ad hoc, vt ſciatur, ſub quo ſenſu accipi debeant, requiritur rationis ſcrutinium. Similiter ſunt in ſcripturis, aliquã parabolicè tradita, in quibus aliquid propriè, aut aliquid ſignificatiuè traditur. Vnde ad ſciendum quomodo debeant accipi, requiritur ſcrutinium. Similiter cum

Ex Talmud efficax argumẽtum ſumitur contra Iudeos.

Ioan. 11. g. 51

Obiectio.

Solutio.

Rab. Moyſ.

Tertium ex ſolo ſenſu literali efficax contra Iudaos argumentum ſumitur.

Auguſtinus contra Donatiſtas.

Obiectio.

Solutio.

Quomodo ex ſenſu literali ſit ſcrutanda ſcriptura.

cum veritas alicuius ſcripturæ literaliter intellecta veritati alterius repugnare videtur: quod ſæpe contingit in ſacris ſcripturis, ad literam intellectis, oportet recurrere ad rationis indaginem: vt repugnantia inter ſacras tollatur autoritates: quæ & multa ſimilia occurrunt contra Iudaicam cœcitatem diſputando, vt infra patebit. Quorum reſpectu & ſimilium ratione Chriſtus dicit: Scrutamini ſcripturas. Vnde Chryſoſtomus ſuper hoc verbum ita dicit. Non autem ad lectionem ſimplicem ſcripturarum, ſed ad ſcrutationẽ exquiſitam eos mittebat: quia ea, quæ de eo dicebantur in ſcripturis, deſuper obumbrabãtur, nec in ſuperficie exprimebantur, ſed velut quidam theſaurus recõdebatur. Hęc ille. Quę quidem obumbrationes per æquiuocationes & apparentes contradictiones & huiuſmodi, in miniſteriis Chriſti, prę ſertim in antiquo teſtamento tradditis, ſæpè occurrunt, propterea[que] propriè Chriſtus eis præcipiebat. Scrutamini ſcripturas. Sed attẽdendum eſt, quòd quia ipſi Iudæi, ſpecialiter Phariſæi, non ex toto corde exquirebant Chriſtum, vt eum veraciter agnoſcerent, ſed potius vt occaſionem eum repellendi inuenirẽt: ideo in ſcrutinio ſcripturarum non de eis verificatur verbum prædictum. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim ex toto corde exquirebant eum, ſed potius de eis circa hec propriè dicitur illud Pſalmi: Scrutati ſunt iniquitates. Taliter enim ſcrutati ſunt ſcripturas, vt ex eis niterentur negare Chriſtum eſſe verum Meſſiam: & ſic de is verificatur illud, quod ſequitur: Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Chryſoſt.

Phariſæi nõ ad cognoſcẽdũ Chriſtũ, ſed ad repellendum eum quærebant.

Pſal. 118. a. 2

Pſal. 63. a. 7. *Scripturas quomodo mali ſcrutãtur.*

Intentio huius tractatus.

PRimo diſcurrere per errores Iudæorũ, prę ſertim principales, quibus impediũtur, ſeu retrahuntur à cognitione veri Meſſiæ, oſtendendo per verum ſcrutinium ſcripturarum, quòd ipſe eſt verus Chriſtus, & quòd ipſi iniquè ſcrutantes defecerunt ſcrutinio.

Intentio autoris eſt. Primo oſtẽdere per ſcripturas, Chriſtum eſſe verũ Meſſiã.

Secundo, quia nõnulli etiam veram fidem habentes, de quibuſdam in ſacris ſcripturis contentis, vel quæ ab Eccleſia, ſeu à Doctoribus ſanctis traduntur, quorum rationem ignorant, ſæpè mirantur, ſic vt ex quadã deuotione talium rationẽ ſcire appetentes, illa ſcrutãtur: iuxta illud Pſalmi: Mirabilia teſtimonia tua Domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Idcirco ad talium deuotionem excitandam, eorum admirationem rationabiliter ſoluendo, ſecũdo loco procedetur. Vnde primus tractatus in duas partes diuiditur. Quarum prima in forma Dialogi cõpoſita eſt, vt per vnius aduerſantium inquiſitionem; & alterius diſcuſſionem, veritas clarius elucescat.

Secundo, in fide iam firmatis oſtendere per ſcripturas, illa quæ ab Eccleſia ſunt nobis data.

Pſal. 118. & 129.

Primi libri diuiſio in duas partes.

ceſcat. In qua quidem altercatione, nomine Sauli, Iudæũ, ſeu Phariſæum nominaui, eo quod tunc inter perſecutores doctrinæ Christi, Saulus fuit præcipuus: de ipſo enim legitur: Saulus enim adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, &c. Actorũ. 9. Catholicus verò ſub nomine Pauli cognominatur, de quo legitur in Actibus capitulo prædicto: Paulus autem magis conualeſcebat & confundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci, affirmans, quoniam hic eſt Christus.

Quare Saulum inquirentem & Paulum reſpondentē poſuerit.

Actor. 9. a. 1.

Secũda verò pars modo procedit didaſcalico, in qua fidelis poſt fidem ſuſceptam, diſcipulus, vt talis, de quibuſdam in ſacris teſtimoniis ſcripturarum cõtentis, ſcrutando miratur, & à magiſtro iam in Catholica doctrina erudito, horum declarationem, ſeu intellectum deuotè petit: à quo horum declarationem recipiens, deuotior redditur. Et quia ad vtrunque ſcrutinium prædictorum rectè agendum, auxilium requiritur Diuinum: ideo precor cũ Pſalmiſta: Da mihi intellectũ, & ſcrutabor legem tuam, ſeu mandata tua: vt ſic ad mandatorum Diuinorum meritoriam cuſtodiam attingere merear: de qua ſubdit: Et cuſtodiam illã in toto corde meo. Per quam cuſtodiam ad ſummã retributionem deuenitur: iuxta illud: In cuſtodiendis illis retributio multa. Quam nobis concedat Christus Dei filius.

Pſal. 118. & 34.

Pſal. 18. d. 13

PRAESENS AVtem tractatus diuiditur per diſtinctiones, diſtinctiones verò per capitula modò infraſcripto.

Diſtinctio prima, de Scrutinio ſcripturarum, quæ loquitur de his, qui ſaluandi, ſeu redimendi erant per Christum in lege promiſſum. Et continet quatuor capitula.

In capitulo primo oſtenditur, quòd non ſolum Iudæi, ſeu Iſraelitæ, qui de genere Iacob deſcenderunt ſecundum carnem ſaluandi erant, ſeu redimendi per Christum, ſed etiam de aliis nationibus erant ſaluandi, & quod non omnes Iſraelitæ ſaluandi erant, ſed valde pauci eorum.

In ſecundo capitulo continentur obiectiones contra prædicta cum eorum ſolutionibus.

In capitulo tertio, oſtenditur, quod per Meſſiam erant ruendi, & ſcandalizandi principales, ſeu maiores, & etiã populares populi Iſraelitici.

In capitulo quarto, oſtenditur quomodo diuerſis ſignificationibus horum terminorum Iſrael, & Iuda, & Iacob, & huiuſmodi vtendum ſit, in expoſitione ſacrarum authoritatum.

CAPI-

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quod non ſolum Iudæi ſeu Iſraelitæ, qui de genere Iacob deſcenderunt ſecundũ carnem, ſaluandi erant, ſeu redimendi per Chriſtum, ſed etiam de aliis nationibus erant ſaluandi: & quòd non omnes Iſraelitæ ſaluandi erant, ſed valde pauci eorum.

SAVLVS AD PAVLVM.

Saulus arguit, quòd Iudæi tantũ erant ſaluãdi per Christum. O PAVLE, audiui, quòd magiſter
tus, dum viueret,
dicebat magiſtris
nóſtris: Scrutami-
Ioan.5. ni ſcripturas, in quibus putatis
g.39. vitam ęternam habere, ipſę ſunt
quæ teſtimonium perhibent de
me. Sed ſcrutãdo ſcripturas ma-
nifeſtè reperio, quòd ſolus po-
pulus Iſraeliticus, qui propriè di
citur ille, qui à Iacob ſecundum
carnem deſcendit, per Meſſiam
promiſſum erat ſaluandus: legi-
Iſa.4.a.2. tur enim Iſa.4. In die illa, ſcilicet
tempore Meſſiæ, vt communi-
ter exponitur, erit germen Do-
mini in magnificentia, & gloria,
& fructus terræ ſublimis: & exul
tatio his, qui ſaluandi fuerint de
Iſrael. Et quod hoc ſe extendat
ad omnes Iſraeliticos habetur
Iſa.45.d.25 Iſa.45. vbi dicit: In Domino iuſti
ficabitur & laudabitur omne ſe-
men Iſrael. Et quod hęc ſalus nõ
ſe extẽdat ad alios populos, ha-
Iſa.60.a.2. betur expreſſe in Iſa.60. vbi di-
cit: Ecce tenebræ operiẽt terrã,
& caligo populos, ſuper te autẽ
orietur Dominus, & gloria eius
in te videbitur. Quæ quidẽ Pro-
phetiæ communiter exponun-
tur de ſalute per Chriſtum fien-
da. Ex quibus & multis aliis ma-
nifeſtè patet, quòd ſaluandi per
Meſſiam promiſſum, debent eſ-
ſe ſolum de filiis Iſrael, ſeu Ia-
cob, quorum patribus facta eſt
promiſſio, & quòd omnes Iſrae-
litici tales ſaluãdi ſunt per eum.
Cum ergo Nazarenus, quem tu
prædicas, hæc non fecerit: multi
enim de populo Iſraelitico, imo
maior pars eorum, nec fuerunt,
nec ſunt per ipſum ſaluati, vt eſt
notum: & ſic patet, quòd ille nõ
fuit Meſſias in lege promiſſus.
Et hãc potiſsimam rationem in-
ducit ille famoſus magiſter in le-
ge Moſaica, & Philoſophus pe-
ritiſſimus, ſcilicet, Rabbi Moyſ. *Confirmat autoritate*
Egyptius in ſuo Deutero. in li- *Rabbi Moſes Egyptius*
bro de iudicibus, titulo de Re- *Miſnah.*
gibus, & bellis eorum, capitu.11.
vbi ſic dicit: Ieſus Nazarenus
imaginatus eſt eſſe, Meſſias. Et
fuit interfectus per iudicium. et
infra volens concludere Naza-
renum non fuiſſe Meſſiam, ait
ſic: Nam omnes Prophetę locu-
ti ſunt, quòd Meſſias eſt Redem
ptor Iſrael, & Saluator eorum,
& congregator eorum. Et iſte
dedit occaſionem ad perdendũ
Iſrael gladio, & diſpergendũ re
liquias eorum, & ad ſupprimen-
dum eos, &c. Hæc ille. Et ſic vi-
des, quòd per ſcrutinium ſcri-
pturarum in hac materia loquẽ-

tium teſtimonium reperitur, nõ pro te, ſed contra te.

PAVLVS AD SAVLVM.

O Saule, ad autoritates Sacrę ſcripturę quas allegas, & recipere teneor, reſpondebo tibi primo, & deinde aliquid dicam ad dicta Rab. Moyſ. licet ex talibus non vales contra me ſumere argumentum, cùm ſint de profeſſione tua, ſicut nec ego ex dictis doctorum noſtrorum poſſum efficaciter cõtra te arguere, niſi forte ex rationibus in illis contentis. Primo ergo ad autoritates ſacras, quas ſcrutatus fuiſti contra me, tibi reſpondeo, quòd defeciſti in hoc ſcrutinio. Multa enim ſacra eloquia omiſiſti: ex quibus oppoſitum illius, quod intẽdis haberi poteſt. Sunt enim autoritates quamplurimę manifeſtè teſtantes, quòd non ſolùm populus, quem dicit Iſraeliticum, ſed etiã aliæ nationes per mundum diſperſæ ſaluãdæ erant per Chriſtum. Vnde & Iacob Patriarcha, qui primus prophetauit de Chriſto venturo, Gen. 49. dicit: Donec veniat, qui mittendus eſt: ſtatim ſubdit. Qui eſt expectatio gentium. & in Iſa. 11. legitur de ipſo: Radix Ieſſe, quæ ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes ſpectabunt, alias requirent. & Ezech. 2. Et congregabuntur gentes multæ in die illa, & erunt mihi in populum. quòd ad literam ſecundum omnes intelligitur de tempore Meſſiæ. Quæ quidem extenſio ſaluandorum per Chriſtum clarius traditur in Iſa. 49. vbi de Deo ad ſuum Chriſtum loquente, ſic legitur: Parũ eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſtinẽdas tribus Iacob, & fœces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Quæ quidem autoritas manifeſtè oſtendit, quod ſaluatio fienda per Chriſtum, non erat reſtringenda ſolum ad populum ex Iſrael deſcendentẽ ſecũdum carnem, ſed potius extendẽda ad cæteras nationes gẽtium, & ad cęteras regiones terræ, cuius extenſionis rationẽ aſſignãt Rabbini tui antiqui, ſi bene dicta eorum ſcrutatus fueris.

Reſpondit ad autoritates ſacras, adducitque alias, quib' probat alios à Iudæis per Chriſtũ ſaluandos.

Gen. 49. b. 10.

Iſa. 11. b. 10.

Ezech. 2.

Iſa. 49. b. 6.

SAVLVS. Dic mihi primo, vnde habes iſtam extenſionem, ex dictis magiſtrorum noſtrorũ antiquorum: et deinde contradicam tibi in aliis in tua reſponſione contentis.

PAVLVS. In gloſſa illa magna ſuper Geneſim: quæ gloſſa apud vos dicitur Bereſcith Rab. in capitulo 41. talis quæſtio mouetur, ſcilicet: An poterit dici de Deo, ſeu de Meſſia, quòd ſit acceptor perſonarũ. Et reſpondetur ibi: Abſit, ſed omnes confitentes ei corde, ore & opere, ſaluabuntur: ſcriptũ eſt enim in Hier. 33. In diebus illis ſaluabitur Iuda, ſcilicet, confitentes, & hoc eſt, quod dicitur Iſa. Dedi te in lucem gentiũ, vt ſis ſalus mea, vſque ad extremum terræ. Hæc in gloſſa: Ex qua gloſſa manifeſtè habes duo. Vnum eſt, quod lux

Bereſcith Rabbi c. 41. Meſſias nõ erat acceptor perſonarum probat ex Hebrais.

Hie. 33. c. 16

Iſa. 49. b. 6.

lex Chriſti, ſeu eius ſalus erat extendenda non ſolùm vſq; ad Hieruſalem, & Iudæam, ſeu ad Iudæos, & Iſraeliticos, ſed etiã, vſque ad extremũ terræ, & alias nationes. Aliud eſt etiam, quòd Deus eſſet acceptor perſonarũ: ſi confitentes ei corde, ore, & operibus (etiam ſi non eſſent Iſraelitici ſecundum carnem) non eſſent ſaluandi per Chriſtum. Et ſic habes extenſionem prædictam, & eius rationem per tuos magiſtros.

Nititur probare omnes Christi contẽporaneos Iudaeos per ipsum saluãdos.

SAVLVS. Poſito, quòd Deus ſaluaturus eſſet per Meſſiam omnes recte credentes, & bene operantes, etiam ſi ex aliis nationibus deſcenderent, prout tu aſſeris: ex hoc non tollitur, quin omnes Iſraelitici à Iacob ſecundum carnem deſcendentes, ſaltem ipſi Meſſiæ contemporanei, & eorum ſucceſſores, nemine excepto, per ipſum Meſſiam deberent ſaluari. Legitur

Micheæ. 2. d. 12.

enim Micheæ 2. Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gregem in ouile. & infra: Tranſibit Rex eorum corã eis, & Dominus in capite eorum: quod ad literã intelligitur de Chriſto totum Iacob cõgregaturo, ſeu re-

Iſai. 45. d. 25

dempturo: ideo Iſa. 45. ait: In Domino iuſtificabitur, & laudabitur omne ſemen Iſrael: prout ſupra tibi allegaui, qui loquitur de vltima redemptione ſecundum omnes. Ex quibus habes, quod totum Iacob, & omnes ex ſemine Iſrael deſcendentes erant iuſtificandi & ſaluandi per Chriſtum. Ex his igitur, & multis ſimilibus habetur manifeſte: quod Chriſtus tuus nõ fuit ille de quo loquuntur prophetæ, cùm multi imo, maior pars de ſemine Iſrael non ſolùm non ſunt redempti, ſeu congregati per ipſum, ſed potius interfecti & diſperſi, & quaſi conſumpti per eum, pro vt Rabbi Moyſ. prædictus dicit vt ſupra.

Solutio quæstionis.

PAVLVS. Defeciſti Saule in hoc ſcrutinio, ſicut & in præcedenti. Si enim bene ſcrutatus fuiſſes ſcripturas manifeſtè reperiſſes, quòd nõ omnes Iſraelitici ſecundum carnem deſcendentes ab Iſrael erant per Chriſtum redimendi, ſeu ſaluandi, ſed valde pauci ex eis reſpectu remanentium.

SAVLVS. Indica mi autoritates ſacras hæc dicentes.

PAVLVS. Legitur enim Hieremiæ 3. Conuertimini filij reuertentes, ait Dñs: quia ego vir veſter, & aſſumam vos vnũ de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion: & dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrinã. Quæ quidem verba intelligenda ſunt de vltima redemptione, quæ per Meſſiam erat explenda, non autem de redemptione à captiuitate Babylonica: prout quidam falſe eſtimauerunt. Legitur enim in eodem contextu: In illo tempore vocabunt Hieruſalem ſoliũ Domini, — Hier. 3. d. 14

 mini,

mini, & congregabũtur ad eam omnes gentes in nomine Domini. Et ideo Rab. Salo. veſter exponens in libro qui dicitur Kanderim, in cap. Helech verba prędict. ſcilicet: Aſſumam vos vnũ de ciuitate, & duos de cognatione. exponit de vltima redẽptione per eos ſpectata. Dicit enim ſuper verbum prædictum. Hier. ſic: Eligam iuſtos, & introducam eos in Sion. Ex quo patet, quòd in redemptione per Meſſiã fienda, non omnes Iſraelitici erant ſaluandi, ſed ſolum iuſti, qui erãt pauci, reſpectu iniuſtorũ: qui remanebunt ſine redemptione. et ideo dicit: Vnum de ciuitate, & duos de cognatione, quaſi dicat: Valde pauci eligentur ex multis. Item in eodem cõtextu, cap. Helech, quidã de antiquis Talmudicorũ dicit, quòd ſicut de ſexcẽtis millibus, qui egreſſi ſunt de Aegypto nõ intrauerũt terram promiſſionis, niſi tantũ duo, ſcilicet, Chaleb, & Ioſuę: ſic erit in tempore Meſſiæ. Nã ſcriptũ eſt Oſeæ 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis eius de terra Aegypti. Hæc ille. Patet ergo ex dictis iſtorum, quòd tempore Meſſiæ promiſſi, valde pauci erant redimendi de populo Iſraelitico, reſpectu non redemptorum, quod eſt propoſitum.

Rab. Salo.

Solum iuſti per Meſſiã ſaluandi.

Talmuth.

Oſe. 2. c. 15.

CAPITVLVM II.

De obiectionibus contra prædicta & earum ſolutionibus.

SAVLVS.

EGO oſtendi tibi per ſacras autoritates, quòd ſolus populus Iſraeliticus erat per Meſſiam redimendus: & quòd omnes illius populi, redemptionẽ per ipſum erant coſecuturi. Vt patet per autoritates per me allegatas. Si tu ergo mihi proponis alias, quæ videntur ſonare oppoſitum. Dic ergo mihi, quomodo poſſit ex iſtis autoritatibus contrarietas tolli: manifeſtum eſt enim, quod nõ poſſunt duæ veritates ad inuicem contrariari.

PAVLVS. Ad cõtrarietatem tollẽdam à ſacris eloquiis tam circa prædicta, quam etiam circa multa alia, oportet præſuponere: quod ad ſcrutandum verum intellectum in ſacris eloquiis contentũ, requiritur ſcrutari ſignificata verborum, ſeu nominum, & aliarum dictionum in eiſdem contentarum, ſcilicet, an ſint vniuoca: ſicut hoc nomẽ lignum, vniuocè dicitur de qualibet re, de qua non ſolùm nomen ligni, ſed etiam ratio eius verificatur: vel ſint merè æquiuoca: ſicut hoc nomẽ canis, qui de aliquo ſidere, & de aliquo animali dicitur: quibus non ratio per nomen ſignificata, ſed ſolum nomen eſt commune. An ſcilicet ſint non merè ęquiuoca, ſed à conſilio, ſeu per translationem: vt cũ hoc nomẽ equus, dicitur de equo vero, qui eſt quoddam animal, & etiam de equo, in pariete picto: in quibus licet

Significationem verborum ad contrarietatem tollendam oportet inquirere in ſacris eloquiis.

licet ratio ſubſtantiæ ſit diuerſa, eſt tamen inter eos aliqua ſimilitudo, ſcilicet, figuralis. Et ideo talia nomina non dicuntur mere equiuoca, ſed accommodata, ſeu tranſlata: & quia in ſacris eloquiis inueniuntur multæ, & diuerſæ equiuocationes. Idcirco oportet inquirere ſignificationes dictionum ad veritatem, ſine cõtrarietate extrahendam, quod etiam doctores tui videntur ſentire.

SAVLVS. Allega mihi doctores noſtros hoc ſentientes.

PAVLVS. Ille tuus magnus magiſter, ſcilicet, Rabbi Moyſ. Aegyptius, in prima parte ſui libri de Directione perplexorũ, in prohœmio, vbi agit de intentione ſui operis, vbi ſic ait: In libris prophetarum inueniuntur nomina mere equiuoca, quę intelliguntur à ſimplicibus, ſeu ignaris de primariis ſignificatis per talia nomina. Sunt etiam nomina accõmodata, ſcilicet, equiuoca, ſeu a cõſilio tranſlata: quæ intelliguntur à prædictis de re prima, à qua fuerũt tráſlata, ſeu accõmodata. Hæc ille. Quę quidem diſtinctio nominũ, licet plenius & clarius à noſtris doctoribus traddatur: allego tamen tibi prędictum Rab. Moy. quia ſcio, quòd eum recipies potius, quã doctores noſtros.

Rab. Moy. Nebochim.

Nomina quædam mere equiuoca & quædam accommodata.

SAVLVS. Applica iſta ad propoſitũ, ſcilicet, ad tollẽdum contrarietatẽ prædictarum autoritatum, quarũ quædam per me. Aliæ verò per te ſunt allegatæ.

PAVLVS. Si diligenter ſcripturas ſcrutatus ſacras fueris, reperies, quòd filiatio in eiſdem ſcripturis, non vniuoce accipitur, ſed equiuoce, ſeu accommodatè, vel tranſlata à conſilio. Quandoq; enim accipitur filiatio ſecundũ generalem generationẽ. Gen. 5. de Adam, & Seth, & aliis legitur: Genuit filios & filias, & ſic in pluribus aliis locis. Quãdoq; verò filiatio accipitur pro filiatione ſpirituali. Et hoc dupliciter, quia aut in bono, vt cum dicitur: Filij prophetarum ſedebant coram eo: quod intelligitur de filiatione diſciplinę, ſeu doctrinæ, ſecundũ quam illi, qui ſequebãtur doctrinam, ſeu diſciplinã prophetarum, dicebantur eorũ filij, propter patrum immitationẽ, ſeu ſimilitudinem: licet non eſſent, ab eis generati carnaliter. In malo verò, cũ dicitur in Iob 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbię. Quã quidem filiationem, manifeſtum eſt non eſſe intelligendã ſecundum carnalem propagationẽ: tali enim modo ſuperbia nõ generat. Vnde intelligẽda eſt hęc filiatio ſecundũ ſequęllã. Superbi enim ſe quuntur paſſionẽ, ſeu motum ſuperbię, ſicut filij naturales, vt in plurimũ ſequũtur mores patrũ. Secundũ, quam diſtinctionẽ filij Iſrael, quandoq; intelligũtur in ſcriptura, illi tantũ, qui de Iacob deſcenderunt ſecundũ carnem. Vt cum dicitur in Exodo 1. Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael, qui ingreſſi ſunt Aegyptũ cum Iacob:

Filiatio quot modis capiatur.

Gen. 5.

4. Reg. 4. f. 18.

Iob. 41. d. 25.

Filij Iſrael dupliciter dicuntur. Primo, ſecũdum carnẽ.

Exod. 1. a. 1.

cob: quod intelligitur ſolum de filiis Iſrael ſecundum carnalem generationem: prout declaratur cum in litera ſubdit: Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de fœmore Iacob. Quandoque verò per Iſrael, ſeu filios Iſrael, vel ſemen Iſrael intelliguntur illi, qui ſequûtur verum cultum Dei Iſrael: etiam ſi non ſint ab Iſrael, ſeu Iacob carnaliter deſcendentes. Vnde in Iſa. 44. vbi agitur ad literã de multiplicatione populi Iſrael, per vocationem gẽtium ad fidem Dei, quæ per effuſionem Spiritus ſancti facta eſt, de quo dicit: Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuũ, &c. Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta aquas fluentes. In eodẽ contextu oſtẽdit, quòd hęc multiplicatio ſeminis Iſrael, ſeu Iacob non eſt intelligẽda ſecundum carnalem propagationem tantum. vnde ibidem ſubdit: Iſte dicet Domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcribet in manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur. In quibus verbis dictio prę dicta declaratur diligenter ſcrutãti. Nam per hoc quod ait: Iſte dicet Domini ego ſum, intelligitur de Iſraelita ſecundum carnẽ: talis enim poteſt dicere Domini ego ſum: iuxta illud Deuteronomio 32. Pars Domini populus eius, & Iſrael funiculus hæreditatis eius. Vnde & de iſto ſecũdum primariam ſignificationem dicitur: & ille vocabitur in nomine Iacob. cum autem ſubdit: Et hic ſcribet in manu ſua Domino: intelligitur ille, qui per imitationem operis dicitur Iſraeliticus eſſe, ſeu de Iacob: etiam ſi non per carnalem generationẽ. Per manus enim in ſcripturis ſacris operationes intelliguntur, vt in Pſalmo. Innocens manibus, &c. vnde cum dicitur: Et hic ſcribet in manu ſua Domino: intelligendum eſt, quaſi dicat: iſte eſt, ſi non poteſt dicere Domini ego ſum, nec etiam vocari nomine Iacob, eo modo, quo alius ſupradictus, qui Iſraeliticus eſt ſecundum carnem, ſcribit tamen in ſua manu Domino, ſcilicet, adhærendo ei per operationem, & vt oſtendat, quod talis poteſt nominari Iſraeliticus, ſtatim ſubdit: Et in nomine Iſrael aſſimilabitur: & in Hebręo habetur cognominabitur, quaſi dicat. Iſte qui per operationem debet dici eſſe Deum, etiam nomen Iſrael meretur, per quandã aſſimilationem, ſeu cognominationem. Ex quo habes, quod ſub nomine Iſrael non poteſt intelligi in ſcripturis tantum ille, qui per carnis propagationem deſcendit, ſed etiam ille, qui per ſimilationem operationis, & ſic intellexerunt iſtum paſſum magiſtri tui.

[Margin: Secundo, ſecundũ imitationem — Iſa. 44. a. 3. — Cõcordãtia autoritatũ. — Deut. 32. b. 9. — Per manus in ſcriptura operatio intelligitur. — Pſal. 23. b. 4 — Sub nomine Iſrael intelliguntur non tãtum, qui carnaliter deſcẽdũt ab illo, ſed qui per imitationem Iſraelis opera faciunt.]

SAVLVS. Oſtende mihi obſecro, vnde magiſtri noſtri intellexerunt iſtũ paſſum illo modo, quem tu dicis.

PAVLVS. Quere Rab. Salo. doctorẽ & magiſtrum tuũ, qui in gloſſa ſua ſuper Iſaiam, ad

[Margin: Rabb. Salo.]

literam

Qui nominantur filij Iſrael ſecundũ Hebræos

literã ſuper illud verbũ: Et in nomine Domini aſſimilabitur, ſic dicit: Iſti ſunt, qui conuertuntur de Gentilitate conuerſi ad fidẽ in nomine Iſrael nominãdi ſunt, vt dictum eſt: prout patet ex autoritate Iſaiæ allegata, & gloſſa Rab. Salo. qui apud te Doctor autenticus eſt: de quibus intelligenda ſunt verba Prophetarum per te allegata, per quæ dicũtur omnes filij Iacob, ſeu Iſrael ſaluandi per Meſſiã, per iſtos enim intelligendi ſunt illi, qui ſecundum fidem & operationem deſcendunt de Iſrael & Iacob cuiuſcunque nationis ſint, non autem illi, qui ſolum ſecundum carnem ab Iſrael & Iacob deſcendunt: tales enim non ſunt verè, ſeu ſimpliciter dicendi Iſraelitici, nec de Iacob deſcendentes, niſi ſecundum quid, ſcilicet, ſecundum nomen tantum.

Qui Abrahæ fidem & opera immitantur filij Iſrael ſunt, qui ſecundũ carnem deſcendunt, ſecundũ quid filij dicuntur.

SAVLVS. Illi, qui de Iacob & Iſrael deſcendunt ſecundum carnem: licet non ſint filij Iſrael per imitationem fidei, & operis, prout tu dicis: tamen adhuc verius debent dici Iſrael, ſicut filius alicuius per carnalẽ generaiionem verius dicitur filius eius, quàm adoptiuus.

Optime argumentatur per ſimilitudinem filiorum carnalium.

PAVLVS. Ratio tua, & ſi haberet locum in rebus tẽporalibus: non autem in ſpiritualibus, in quibus vera filiatio nõ ſecundum bona carnalia, ſeu temporalia attendi debet, ſed ſecundum bona ſpiritualia: vt patet de filiis Prophetarũ, qui non in bonis paternis tẽporalibus ſuccedebãt prophetis, ſed in bonis ſpiritualibus, ſcilicet, in dono prophetiæ: & ideo propriè loquẽdo nominatio Iſraelis, ſeu Iacob, quę eſt ſecundũ imitationẽ fidei & operis: proprior eſt, & verior nominatio, quantũ ad ſpiritualia, quam nominatio Iſrael, quæ eſt ſecundũ carnis propagationem. Vnde tales filij verè, & ſimpliciter dicuntur filij Iſrael in ſpiritualibus. Filij verò, qui tantum ſecundum carnalem generationem deſcendunt non ſunt ſimpliciter dicendi filij Iſrael, niſi tantum ſecundum quid, ſcilicet, ſecũdum carnem, ſeu nominationem tantum: prout iam dictum eſt.

Reſponſio. Vera filiatio nõ ſecundũ carnalia ſed ſecundũ ſpiritualia attendi debet.

Filij Prophetarum, dicuntur, quia in Prophetia ſuccedunt.

Filij Iſrael dicuntur, qui ſuccedũt in bonis ſpiritualibus.

SAVLVS. Nunquid habes aliquam autoritatem, in qua hæc dicta tua fundentur.

PAVLVS. In Iſaię 48. legitur: Audite hęc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis: qui iuratis in nomine Domini, & in Deo Iſrael, recordamini non in veritate, nec in iuſtitia. Ex quo patet, quod illi qui iurabant in nomine Domini, non in veritate, nec in iuſtitia: non erant propriè dicendi Iſrael, ſed ſolum nomine. Tales enim, ſcilicet, qui iurãt in nomine Domini, non in veritate nec in iuſtitia irreuerenter ſe habent ad Deum. Vnde talibus propheta dicebat: Audite nunc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, quaſi dicat: Licet eſtis de domo Iacob, ſecundum ſtirpem generationis, non tamẽ

Iſa. 48. a. 1.

Filij Iſrael nomine, & non re, qui non faciunt opera fidei.

eſtis veri Iſraelitici, licet vocamini nomine tali: quia nō re, ſed ſolum nomine eſtis Iſraelitici. et

Oſee. 1. c. 9 talibus etiam dicitur Oſeæ 1. Voca nomen eius nō populus meus in quo oſtenditur, quod illi qui à Deo recedunt ſecundum operationem & fidem, nō ſunt propriè dicendi populus eius, licet à patribus Deum colentibus deſcendant: ſicut ibidem filius, qui ſecūdum carnem à Propheta deſcendebat vocabatur non populus meus.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd per Meſſiam erant ruendi & ſcandalizandi principales & maiores, & etiam populares populi Iſraelitici.

SAVLVS.

Arguit Chriſtum Meſſiam nō fuiſſe, eo quod fuerit cauſa ruinæ Iudæorum.

LICET filiatio ſecundum fidem, & operationem, prout tu dicis, ſit potior & dignior, quam filiatio ſecundum carnalē generationē, ſaltem in ſpiritualibus: nihilominus tamen filiatio illa, quæ ſecundum carnem eſt, non eſt in tantum eiiciēda, quòd totaliter amittat bona paterna, ſaltem temporalia. Et ideo ratio

Rab. Moy. Rabbi Moyſ. quam tibi allegabam ſuperius, in ſuo vigore manet: dicit enim, quòd occaſione illius, quem tu dicis Meſſiam, Iſrael eſt diſperſus per orbem, & deſtructus, & omnino deiectus; quod eſt ſignum manifeſtū ipſum Nazarenum nō fuiſſe verum Meſſiam, in Prophetis promiſſum: cùm nullus Propheta videatur dicere, quod per verum Meſſiam talia mala contingerent in populo Iſraelitico, qualitercunque Iſrael intelligatur.

PAVLVS. Licet, vt dixi tibi, dicta magiſtrorum tuorum, non ſunt à me accipienda, tanquam habentia autoritatem cōtra me: cōcedo tamen magiſtro tuo prædicto, quòd occaſione veri Meſſiæ, quem ego prędico, populus tuus eſt diſperſus per orbem, & deſtructus, & omnino eiectus: ſed hoc non eſt ſignum ipſum Dominum Ieſum Nazarenum non fuiſſe verum Meſſiam, in Prophetis promiſſum, ſed potius eſt verum ſignum ſcrutantibus ſcripturas concludens oppoſitum, ſcilicet, quòd ipſe fuit, & eſt verus Chriſtus in Prophetis promiſſus, quia cauſa diſperſionis, deſtructionis, ſeu deiectionis Iudæorum, præcipuà fuit occiſio Chriſti, quam perpetrauerūt nequiſſimè: prout poteſt haberi ex autoritatibus, ſeu hiſtoriis autenticis. Si enim Nazarenum in Chriſtum recepiſſent, & in pœnam huius receptionis, deſtructionē, & alia mala paterentur, tunc videretur habere locū ratio magiſtri tui. Sed quia oppoſitum contingit, ſcilicet, quòd poſtquam eum contēpſerunt, eiecerunt & occiderūt, prædicta mala deuenerunt eis. Idcirco ratio tua magis facit cōtra te, ſi bene conſideras.

Occaſione veri Meſſiæ Iudæi ſunt diſperſi: & hoc maximè probat Chriſtum fuiſſe Meſſiam.

Occiſio Chriſti diſperſionis populi Iudaici cauſa fuit

SAVLVS. Indica mihi, obſecro, vnde habes, quòd per peccatum mortis Nazareni Iu-

dæi

dæi fuerunt deſtructi & diſperſi.

PAVLVS. De hoc quòd per occaſionẽ Chriſti Iudæi meruerũt deſtructionẽ, & deiectionem, & cætera prædicta, habendus eſt ſermo inter me, & te ſeparatim Domino concedente: quia hoc requirit ſingulare ſcrutinium ſcripturarum, ſed ad præſens ſufficit mihi, vt tibi oſtendam, quod ſi bene ſacras ſcripturas ſcrutatus fueris, manifeſte reperies, quòd ipſe Meſſias futurus erat in ſcandalum, & laqueum Iſraelis, & Hieruſalem: & hoc quantum ad præcipuos eorum, ſcilicet, ad ſtatus ſuperiores, & etiam quantum ad populares, ſeu vulgares: de ipſo enim legitur Iſa. 8. Et erit vobis in ſanctificationem, & in lapidem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinam habitantibus in Hieruſalem. Ex quò habes, quod ille Meſſias, qui futurus erat in ſanctificationem, confirmando eos in bono, qui adhærent ei, ipſemet futurus erat in laqueum, & lapidem offenſionis, &c. duabus domibus Iſrael, ſcilicet, Regali, & Sacerdotali, qui ſunt principales ſtatus in Iſrael, ſicut in qualibet natione: quas duas domus Iſrael propter ſuam incredulitatem iuſto iudicio fecit ruere: ſimiliter futurus erat ille in laqueum, & in ruinam habitantibus in Hieruſalẽ, ſcilicet, communi & vulgari populo, quia in ciuitate Hieruſalẽ, vbi Chriſtus paſſus eſt, omnes

Meſſias futurus erat in ſcandalum Iſrael, tam ſuperiorib⁹, quàm popularibus.

Iſa. 8. c. 14.

Meſſiæ officium erat, præmia bonis donare, malis verò punitionem.

tales ferè ruerunt per infidelitatem, licet non omnes: vnde ſtatim ſequitur ibidem: Et offendẽtur ex eis plurimi, quaſi dicat, non omnes: ex qua autoritate manifeſte habes, quod Meſſias expectatus & promiſſus debebat eſſe occaſiò offenſionis, & ſcandali duobus ſtatibus præcipuis Iſraeliticis, & etiã in ruinã plurimis vulgaribus populis, de habitantibus in Hieruſalẽ modo prædicto.

Iſa. ibidem.

SAVLVS. Hęc autoritas allegata per te, non concludit tuum propoſitum propter duo. Primum, quia hîc non loquitur de Meſſia, ſed de Deo. Immediate enim ante illa verba dicebat Propheta: Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter: & ſtatim ſubdit: Et erit in ſanctificationem, ſcilicet, ille Deus, quem ſanctificabitis, de quo loquor. Ex quò patet, quòd de Deo non de Meſſia loquitur. Secundo, quia illæ duæ domus, de quibus loquitur Iſaias, fuerunt domus Phaſceæ filii Romeliæ Regis Iſrael, quas fecit Deus ruere per Ozeæ filium Hela, & domus Ozeę filij Hela, quam cũ toto Regno Iſrael fecit Deus ruere per Salmanaſſar Regẽ Aſſyriorum. 4. Regum 18. Vnde ſi bene conſideres autoritas prædicta non facit pro te.

Replicatur Primo.

Iſa. 8. c. 13.

Secundo.

4. Reg. 15. c. 25.

4. Reg. 18. b. 9.

PAVLVS. Ad primum, quod obiicis tibi reſpondeo, quòd Deus & Chriſtus, ſeu Meſſias ſecundum veram fidem quam

Reſpõſio ad primum.

Meſſias Deus & homo. quam prędico, non ſunt duo, ſed vnus, & idem Deus & homo: & ideò loquēdo propheta de Deo dicit: Dominum exercituum ipſum ſanctificate, & ſubiungēdo. Et erit in ſanctificationem, &c. de Chriſto poteſt plane intelligi, qui idem eſt cum Deo. Quia tamen ſcio, quod hoc erit tibi durum ad credendum pro nunc: & eſt tantę arduitatis, quod requirit ſingulare & diligens ſcrutinium ſcripturarum: ideo placet, vt ſuperſedeamus ad præſens de iſta inquiſitione, ſicut de alia ſupradicta, ſcilicet, de occiſione Chriſti, donec habeamus colloquium ſpeciale circa Deitatem Chriſti, vbi Diuina gratia inſpirante, intendo tibi perſuadere ratione, & oſtendere autoritatibus ſacris, quòd ſecundum veritatem Chriſtus, ſeu Meſſias eſt verus Deus, & verus homo.

SAVLVS. Licet firmiter credo, quòd nō perſuadebis mihi, nec etiā oſtendes, quod promittis, cum ſit contra totam rationem, & ſacras autoritates: tamen placet ſuperſedere ad præſens de hoc, vt per ſe fiat de eo inter me & te altercatio ſufficiens, vnde reſponde mihi ad ſecundum.

Reſponſio ad ſecundū. PAVLVS. Ad ſecundū reſpondeo tibi, quòd dicere, quòd iſtæ duæ domus, de quibus Propheta loquitur, intelliguntur de domibus Phaſceę filio Romelię, & de Oſea filio Hela, qui fuerūt Reges Iſrael, nō eſt conueniēter dictum, tum quia ſicut in Regno Iuda, licet fuerint multi Reges Iſrael ſucceſſiuè, non tamen dicuntur propter hoc multę domus Regiæ, ſed tantum dicūtur vna domus, ſcilicet, domus Dauid. Vnde in capitulo pręcedenti Propheta loquens Achaz Regi, qui à magnis tēporibus poſt Dauid Regē ſucceſſerat, dicit ei: Audite nunc domuş Dauid: præſuponens, quod domus Regia eadem erat à tempore Dauid & citra, & ſimiliter habetur in aliis locis: ſic in propoſito dicendum eſt de Regibus Iſrael, ſcilicet, quod licet prę fatus filius Romeliæ, & Oſeas filius Hela fuerint duo Reges in Iſrael ſucceſſiuè, non tamen dici debent duæ domus Regiæ, cum eadem ſit domus Regia Regni Iſrael: tum quia licet præfatus filius Romeliæ vnà cum Raſin Rege Syriæ aſcenderint in Hieruſalē contra Achaz Regem Iudę, vt habetur 4. Reg. 16. de qua controuerſia, Iſaias loquitur ſupra eodem capitulo. Oſeas autē filius Hela nō legitur habuiſſe aliquid agere contra Achaz, ſeu Ezechiam, nec aliquid contra Regē Iudæ. Et ideo non apparet ratio quare de Oſea, ſeu de eius domo in hoc loco fieret mētio. Vnde manifeſtum eſt ſecundum ſeriem literæ, quod illud, quod Propheta loquitur de duabus domibus Iſrael, non eſt intelligendum de duabus Regibus per te allegatis, ſed de duabus domibus, ſcilicet, de duobus ſtatibus principalibus, ſcilicet, Regia,

Licet in Iudea multi fuerint Reges omnes tamen vna domus dicitur: Similiter domus Iſrael.

Domus Regia eadem erat à tēpore Dauid & citra.

4. Reg. 16. a. 5. Iſa. c. 7. a. 2.

Regia, & Sacerdotali, modo prædicto intelligendos, quibus idem Deus, ſeu Chriſtus, qui debebat eſſe in ſanctificationem, ſcilicet, iuſtis fidelibus, idem ipſe habebat eſſe in lapidem offenſionis & petram ſcandali, &c. nõ credentibus. Vnde ex prædictis diligenter conſideratis poſſent tolli contrarietates, quæ apparent in autoritatibus ſacris, de Iſrael & Iacob, & huiuſmodi loquẽtibus in materia redemptionis, ſeu ſaluationis Iſraelis, ſeu Iudæ; & huiuſmodi attribuendo ſingula ſingulis, ſecundum diuerſitatem ſignificationum ſupradictarum, iuxta exigentiam materiæ.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur in ſpeciali, quomodo diuerſis ſignificationibus horum terminorum Iſrael, Iuda, & Iacob, & huiuſmodi vtendum ſit in expoſitione ſacrarum autoritatum.

SAVLVS.

DVM multiplicitas ſenſuũ, ſeu ſignificationum in vna ſcriptura, ſeu dictione parit ambiguitatem, ſeu deceptionem, & argumentandi tollit firmitatem, ſecundum quod aliquę fallaciæ in Dialecticis aſſignantur, debet ergo dari circa diuerſa ſignificata prædictorũ terminorũ aliqua regula, ſeu mẽſura, ſecũdum quam poſſint intelligi qualiter ſingula ſignificata ſingulis caſibus, ſeu materiis debeant applicari, quod videtur valde difficile. Vnde diſtinctiones tuæ non videntur ſufficere ad tollendam contrarietatem abſque omni fallacia, ſeu ambiguitate, à ſacris autoritatibus de prædicta materia loquentibus.

PAVLVS. Imo recte ſcrutanti ſcripturas non eſt difficile regulam, ſeu rationẽ dare, qua talis ambiguitas, ſeu contrarietas tollatur.

SAVLVS. Indica mihi quæ dicis, ſufficienter ea declarãdo.

PAVLVS. Si circa hoc rectẽ ſacras ſcrutatus fueris autoritates, reperies, quod in Scripturis ſacris, de hac materia loquentibus, variis diuerſiſq; modis, Iſrael & Iacob, ſeu Iuda ſunt intelligendi, ſaltem quinque modis. *Iſrael, Iacob, & Iuda quinque modis capiuntur.* Primus; quando ſcripturæ loquũtur de redemptione Iſrael, *Primo.* oſtendẽdo ipſius redemptoris, ſcilicet ipſius Meſſiæ originem; & in talibus oportet, quod Iſrael intelligatur proprię ſecundum generationem carnalem, vt cũ dicitur de Chriſto venturo. Iſa. 65. Educam de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentem montes meos, & Iſai. 11. Egredietur virga de radice Ieſſæ, & ſic de ſimilibus. *Iſa. 65. b. 9.* *Idem 11. a. 1.* Eſt etiam ſecundus modus, ſcilicet, quando ſcripturæ loquuntur de his, qui fuerunt primi & principales cooperatores in myſterio Redemptionis cum ipſo Meſſia, ſeu Chriſto in diuulgando eius fidem & doctrinã. *Secundus modus.* Et in talibus intelligendũ eſt Iſrael, ſeu Iacob, vtroque modo

ſimul

ſimul ſumitur, ſcilicet, ſecūdum carnem & ſecundum ſpiritum: vt cùm dicitur: Qui egrediūtur impetu à Iacob implebunt totū orbē ſemine Iſa.27. Tertius modus quando ſcripturæ loquuntur de ſuſcipiētibus redemptionem, ſeu ſaluationem effectualiter, vt cum dicitur: Iſraël ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna Iſa.45. & Mich.2. Cōgregatione gregabo Iacob totum te, ideſt coram te: & ſic de ſimilibus. Et in his oportet quòd intelligatur Iſrael ſecundum ſpiritum propriè, ſiue talis Iſrael ſit ſecūdum carnalem generationem, ſiue non. Eſt quartus modus, quando ſcripturæ loquuntur de his, qui propter ſua peccata nō fuerunt participes redemptionis. Et in talibus oportet intelligere Iſrael ſecundum carnalem generationem: non autem ſecūndum ſpiritualem, vt cū dicitur Oſe.9. de populo Iſraelitico: Propter malitiam operum ſuorū, de domo mea expellam eos, non addam diligere eos, omnes principes eorum deuiantes: quæ quidem verba & ſimilia intelligenda ſunt de Iſraël, qui nōn ſecundum ſpiritum, ſed tantum ſecundum carnem à patribus deſcendunt. Poteſt etiam eſſe quintus modus, quando, ſcilicet, ſcripturæ de Iſrael loquuntur mixtim: vt cùm dicitur Iſa.1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis, ſcilicet, Iſrael & Iudæ, ſemen: quaſi Sodoma fuiſſemus, &c. vbi oportet intelligere Iſrael vtroque modo, quia ſecundum carnem quantū ad eos, à quibus fuerunt relicti, ſecundum ſpiritum verò quantum ad ſemen relictum. Sunt forte etiam alij modi loquendi in ſcripturis ſacris de hac materia, qui ſecundum modos prędictos ad eos reduci poſſunt.

[margin: Iſa.27.b.6. — Tertius modus. — Iſa.45.c.17 Mich.2.d.12. — Quartus modus. — Oſeę.9.d.15. — Quintus modus. — Iſa.1.c.9.]

SAVLVS. Nūquid habes autoritates, ſeu rationes, ad hęc, quę per te dicta ſunt, fundanda?

PAVLVS. Ad primū modū loquendi fundandum, ſeu firmādum ſunt, oſtēdentes, quod Meſſias promiſſus in Prophetis debet eſſe ex ſemine Abrahę, vt Gene.26. Et benedicētur in ſemine tuo omnes gentes terræ: pro vt plenius ibidem in quadā additione fuit expoſitum. Similiter habetur ex autoritate ſcripturæ, quod prædictus Meſſias debet eſſe de tribu Iuda, vt Gene.49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, &c. quod loquitur de Meſſia etiam ſecundū doctores tuos. Debet etiam eſſe Meſſias de fructu ventris Dauid, cui dicitur in Pſalm.131. De fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuā. Cùm ergo origo ſaluatoris denuntietur eſſe de ſemine Abrahæ, & de fœmore Iudæ, & de fructu vētris Dauid, quę omnia pertinent ad carnalem generationem, manifeſtum eſt, quòd Meſſias promiſſus ſecundum carnem debet deſcendere à patribus prædictis.

[margin: Autoritates Ad primū. — Gen.26.a.4 — Gen.49.b.10. — Meſſias debet eſſe ex Abraha ſemine de tribu Iuda & de fructu Dauid. — Pſal.131.c.11]

SAVLVS. Nunquid Meſſias

ſias non debet deſcēdere à prędictis, etiam ſecundum ſpiritualem generationem, cùm ſit ſanctus ſanctorum, maximus imitator patrum in ſanctitate? cur ergo non attribuis ſibi generationem ſecūdum vtrumque modū; ſcilicet carnalem & ſpiritualem?

PAVLVS. Secundum verā fidem quam prædico; Meſſias deſcendit à patribus carnalibus qui in ſua genealogiā ponuntur ſecūdum carnem tantum. Nam ſecundum ſpiritualem generationem, à ſolo Deo patre naſcitur, ſeu natus eſt. Et quia hoc myſterium, vt dixi tibi, requirit ſcrutiniū ſingulare: ideo ad pręſens ſuperſedeamus de hac inquiſitione, ſed ſufficit tibi, quòd Meſſias debuit deſcēdere ſecundū carnem à patribus, quod non dubito te concedere.

Chriſtus ſolum ſecundum carnalem generationem à Patribus deſcēdit, & ſecundum ſpiritualem à ſolo Deo.

Ad ſecundum. Ad ſecundum modum loquendi fundandum, ſatis videtur ſufficere euidētia facti. Eſt enim manifeſtū, quòd fides Chriſti & eius diſciplina diuulgata fuit in orbe terrarum per Apoſtolos ſeu diſcipulos ſuos, qui pro maiori parte fuerunt de Iſrael ſecundum carnem: & ſecundum ſpiritum, pręſuppoſitā noſtrā veritate, quod tu etiā potes concedere de Meſſia per te ſpectato, ſine præiuditio tuæ opinionis.

Ad tertiū. Ad tertium verò modum fundandum, recta ratio perſuadet. Omnis enim qui in Domino ſaluatus eſt, ſalute æterna, oportet quòd ſit de Iſrael ſecundū ſpiritum, vndecunq; ſit ille, ſecundū carnalem generationem: alias enim Deus eſſet acceptor perſonarum, vt ſupra tibi dixerā.

Ad quartū. Quartus etiā modus pari ratione fundatur: nam illi qui per peccata ſua à ſalute expelluntur, nō deſcēdunt ſecundum ſpiritum à patribus.

Ad quintū. Quintus verò modus fundatur ex quarto & tertio: ex quibus mixtus eſt ſeu compoſitus. Ex quibus diligenter conſideratis, & debite applicatis, poſſent tolli contrarietates abſque ambiguitate ſeu fallacia, à ſacris autoritatibus de Iſrael ſeu Iacob: & huiuſmodi in prædicta materia loquentibus.

Diſtinctio ſecunda, de ſcrutinio ſcripturarum, circa vocationē gentium ad Iſraeliticam dignitatem, & continet quatuor capitula.

In primo capitulo oſtenditur, quòd gentes vocandæ erant ad Iſraeliticam dignitatem.

In ſecundo oſtenditur, quòd vocatio gentium incipienda erat, poſtquam Chriſtus principaliter fuiſſet in Hieruſalem: & ibi euangelizaret, nec ibi inueniſſet viros iuſtos & huiuſmodi.

In tertio oſtenditur, quòd fideles Chriſti non nomine Iſrael ſeu Iuda, ſed alio nomine erant vocandi.

In quarto oſtenditur, quòd licet nomen Iſrael ſeu Iuda, poſt paſſionē Chriſti fuit reprobatum, ſeu in execrationē dimiſſum: fideles tamen Chriſti ex Iſrael & Iacob, ideſt, ſecundum carnem deſcendentes, non minus Chriſtianam dignitatem, ſeu Eccleſiaſticam ſortiti ſunt, quàm alij Gentiles.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur: quòd Gentes vocandæ erant ad Iſraeliticam dignitatem.

SAVLVS.

LICET ex dictis tuis poſſit haberi, quòd etiam Gentiles ad cultum diuinum venientes poſſunt nomine Iſrael ſeu Iacob cognominari, vt in tertio modo ſupradicto, ex tuis colligitur dictis: non tamen ex hoc habetur quòd tales ſcilicet aduenæ gentiles Iſraeliticam dignitatẽ conſequãtur. Scrutãs enim ſcripturas reperio quòd huiuſmodi aduenæ licet in conſortium Iſraelitarum recipiãtur, & ſub eorum nomine cognominentur, non tamen ad ſimilem ſeu æqualẽ dignitatem aſſumuntur. Vnde quia ſecundum doctrinam tuã ſeu magiſtri tui, tales aduenę, ſcilicet, de gentilitate cõuerſi ad eandem, ſeu ad omnimodã ſimilitudinem Iſraeliticæ dignitatis recipiuntur: ſequitur quod Chriſtus tuus non eſt Meſsias in prophetis promiſſus: quia talia per ſe & diſcipulos ſuos dogmatizauit cõtra ſacrarum determinationem ſcripturarum.

Impugnat dicens aduenas, & gentiles ad Iſraeliticam dignitatem nõ eſſe vocãdos

PAVLVS. Indica mihi, vbi in ſacris eloquiis ea quæ dicis cõtinentur.

SAVLVS. Legitur Iſai. 14. Miſerebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet in humũ ſuam, & adiungetur aduena ad eos, & adherebunt domui Iacob. Et infra ſub eodem cõtextu: Et poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram ſuã, & erũt capientes eos qui ſe cœperant. ex qua autoritate manifeſtè habes, quòd cùm Deus miſerebitur Iacob, &c. ſcilicet tempore Meſſiæ, & adiũgetur aduena ad eos, ſcilicet, per vnius Dei cultum; quòd tunc tales aduenæ erunt ſerui ſeu ſubditi Iſraelitarum, non autem eis in conditione ſeu æqualitate æquales.

Iſai.14.a.1. *Ibid.a.2.*

PAVLVS. Autoritas hęc loquitur de ſtatu populi Iſraelitici, cum fuerunt liberati à captiuitate Babylonica, nõ autem de tempore Meſſiæ: dicitur enim ibi immediate ante: Prope eſt vt veniat tempus eius, ſcilicet liberationis Iudæorum de Babylõne, quæ facta eſt in principio Regni Cyri Regis Perſarum: vt habetur Eſdræ. 1. quod tempus nõ erat multum longum à tempore Iſaiæ. Ideo ſubditur, & dies eius non elongabuntur: ſecus eſt ſi de liberatione quæ per Meſſiã erat fienda: quæ nõ erat ita propè, ſed ducentos annos & vltra à tempore Iſaiæ, ſecundum veritatem noſtram. Secundum autẽ opinionem tuam qui adhuc illã expectas liberationem, poſt tẽpus prophetiæ prædictæ iam fluxerunt duo millia annorum & vltra, & adhuc non apparet finis: de quo tempore tam lõgiſſimo & interminato, nullo poteſt modo dici: Prope eſt vt veniat tempus eius, & dies eius non elõgabuntur.

Concordantia autoritatum. *Iſai.13.d.22.* *Eſdræ. 1. a. b.3.* *Iſai.13.d.22.*

buntur. In tẽpore autem Meſsię non reperies quòd conuerſi de gentilitate ſint ſerui ſeu ſubditi Iſraeliticarũ, ſed potiùs de vtraque natione, ſcilicet, ex Iſraelitica & gentili debebat fieri vnus & idem populus Dei. Vnde Zachã. 2. Lauda & lętare filia Sion, quia ecce venio & habitabo in medio tui, dicit Dominus: quod intelligitur de tempore Meſsiæ quãdo habitauit Deus in nobis; & ſequitur. Et applicabuntur gẽtes multę ad Dominũ in illa die, ſcilicet, per conuerſionem gẽtiũ ad fidem, & erunt mihi in populũ. Ex quo patet, quòd inter eos non erit diuiſio nationum, ſcilicet, Iudæi & Græci, ſeu alterius nationis, ſed vnus populus tantum, ſicut vnus Deus.

Zacha. 2. c. 10.

Non eſt diſtinctio Iudei & Græci, ſed ſicut vnus Deus, ita vnus populus.

SAVLVS. Ex illa autoritate quã allegas licet poteſt cõcludi, quòd gẽtiles conuerſi ad Iudaiſmũ recipiantur ad legis obſeruantiã ęqualiter cũ aliis, in tãtũ quòd poſſent dici vnus populus cũ eis, nõ tamẽ ex hoc habetur quòd tales alienigenę admitterentur ad eã quę erãt honorũ. Nam vt habetur Deute. 23. Aliqui gẽtiles in tertia generatione, aliqui in decima, aliqui nunquam admittebantur ad honores, ſeu dignitates Iſraeliticas.

Replicat.

Deut. 23. a. 3

Non omnes recipiebantur ad dignitates Iſraeliticas.

PAVLVS. Iſaie. 56. de hac materia legitur: Et filios aduenę qui adhęrent Domino, vt colãt eum & diligant nomen eius, &c. Et ſequitur: Adducã eos in montem ſanctum meũ, & lætificabo eos in domo orationis meę: holocauſta eorũ & victimæ eorũ placebũt mihi ſuper altari meo. Ex quo habes quòd etiam gẽtiles cultui diuino adherentes, ęqualiter ſe debebant habere in omnibus ad dignitatẽ Iſraeliticam pertinentibus.

Iſai. 56. b. 6.

SAVLVS. Nõ habes ex iſta autoritate intentũ, ſicut nec ex prima, nã adduci in ſanctuariũ, nec etiã lætari in domo orationis, vel etiam animalia ibi offerre, vt ex eis ſacerdotes offerant holocauſta & ſacrificia in altari: commune eſt popularibus fidelibus, ſecus eſt de aliis præeminentiis & dignitatibus, ad quas non debebant admitti huiuſmodi aduenæ, vt iam dictum eſt, & per me allegatum.

PAVLVS. Nulla dignitas in lege magis exigebat certã tribum ſeu proſapiã quam ſacerdotũ, ad quod nulli erat licitum accedere, niſi eſſet de ſemine Aaron, vt habetur Numer. 18. & in multis aliis locis. Et tamen legitur quòd tempore Meſſiæ de gentibus ad fidem conuerſis erant aſſumendi ſacerdotes & Leuitæ. Legitur enim Iſai. vlt. Vbi de Meſſia & eius diſcipulis, qui ab eo miſſi fuerũt ad prædicãdum, agitur, cùm dicit: Mittã ex eis qui euaſi fuerint, ſcilicet, à perſecutione fienda tempore Meſsię, ad gẽtes, ſcilicet, cõuertendas. Et ſequitur in eodẽ contextu: Et aſſumã ex eis, id eſt gẽtibus conuerſis, in ſacerdotes & Leuitas, dicit Dñs. Ex quo habes manifeſtè, quod etiam ex gẽtibus

Nulla dignitas magis exigebat proſapiam, quam ſacerdotium.

Num. 18. c. 20.

Quod tempore Meſſiæ ex gentibus eſſent aſſumenda ſacerdotes & Leuitæ.

Iſai. vlt. f. 19

tibus poterant fieri ſacerdotes & Leuitę. Et ſequitur quòd tales ad dignitatem Iſraeliticam debebāt aſſumi: quod quidem etiam tui doctores ſenſerunt.

SAVLVS. Allega doctores noſtros qui hoc videtur ſentire.

PAVLVS. Super illud Exodi. 12. Hæc eſt religio Phaſæ. ſequitur in litera in eodem cōtextu: Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinātur apud vos, vbi gloſa. Ra. Hunai ſic ait, futurum eſt, ſcilicet, tempore Meſsiæ, quòd conuerſi de gentibus ſint ſacerdotes Domino miniſtrantes. Hoc ille.

Exo. 12. & 49.

Ra. Hunai. gloſa.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quòd vocatio gentiū erat incipienda, poſtquam Chriſtus præſentialiter fuiſſet in Hieruſalē, & ibi etiā Euangelizaret. Nec ibi inueniſſet viros iuſtos & huiuſmodi.

SAVLVS.

ASſumere Sacerdotes & Leuitas, nō ſolùm de alienigenis, ſed etiam de aliis tribubus, præter quam de tribu Leui: manifeſtum eſt quòd eſſet tranſgreſſio legis Moſaycæ, quod eſt directè contra doctrinā magiſtri tui, & diſcipulorum eius: cum tamē ipſe fateatur, quòd nō venit ſoluere legem. Matthæi. 5. Sed quia de hoc intendo cōtra te ſingulare certamē habere, tanquā de re notiſsima, & doctrinæ tuæ inimica, idcirco ad præſens ſuperſedeo de hoc: ſed proſequēdo materiam de qua agimus, ſcilicet, de vocatione gentiū. Quę roà te, ſi gentes indifferenter erant vocādę ad fidē tui Meſſiæ ſeu Chriſti, ex quibus cum Iſraelitica natione erat vnus populus cōſtituendus. Quomodo ergo ipſe dicit. Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues quę perierūt domus Iſrael. Non enim vales dicere quòd ibi loquebatur de Iſrael ſecundum ſpiritum, vt ſic cōprehendantur etiam alij credentes de cæteris nationibus, vt ſupra in euaſionibus tuis dicebas: nam hęc non habent locum hîc. Loquebatur enim Meſſias tuus cuidā Chananeæ de partibus Tyri & Sidonis egreſſæ, cui, petenti ab ipſo beneficiū curationis, reſpōdit: Nō ſum miſſus, &c. Ex quo patet quòd ibi cum dixerat ad oues quę perierunt domus Iſrael: intelligēdum eſt ſecundū generationē carnalē, de qua Chananea nō deſcēdebat: aliàs reſponſum ipſius ad eā nullam continebat rationem. Si igitur ipſe nō fuit miſſus niſi ad domum Iſrael ſecundum carnē, ſequitur quòd aliæ oues non erant de tali domo Iſrael, nec pertinebant ad ipſum: & ſic vocatio gētium ad ſuam fidem eſt manifeſtè cōtra commiſsionem quam dicitis ſibi à Deo factam.

Arguit quod nō ſolū de alienigenis, ſed de alijs tribubus à Leui aſſumere ad ſacerdotiū, eſſet contra legem.

Matt. 5. c. 17

Matth. 15. c. 24.

PAVLVS. Placet mihi quòd allegas dicta Euangelij noſtri: licet vt credis ſit contra me, vt videas quòd eloquia Chriſti noſtri ſunt examinata, & nullo modo repugnāt alicui veritati. Vnde ad declarationē verborū Chriſti per te allegatorum tibi, reſpon-

Senſus verborum Euangelij. Non ſum miſſus niſi ad oues, &c.

reſpondeo quòd licet Chriſtus
miſſus fuit ad totũ genus huma-
num redimẽdum, vt patuit per
Iſa. 49.b.6 autoritatẽ Iſai. ſupra per me al-
legatã.49.cap. vbi dicitur: Parũ
eſt vt ſis mihi ſeruus, ad ſuſcitan
das tribus Iacob, & fœces Iſrael
cõuertendas: Dedi te in lucem
gẽtium, &c. In qua manifeſtè pa
tet, quòd ſalus per ipſum facta
ſeu fienda ſe extẽdebat ad om-
nes nationes, & vſq; ad extrema
terræ: tamẽ eius doctrina ſeu prę
dicatio & miraculorũ operatio:
primò & principaliter & per ſe
ipſum erat exercẽda in populo
Iſraelitico ſecundum carnẽ: eò
quod antiquis patribus Iudæo-
rum fuerat facta promiſsio. Et
propter hoc dicit: Nõ ſum miſ-
ſus niſi ad oues, &c, ſcilicet, vt in
perſona mea eis prędicem, & in-
ter eos miracula faciã: nõ ſic au-
tem ad cęteras nationes, quia ta
men pro maiori parte Iudæi fi-
dem Chriſti repulerunt, niſi val-
de pauci, vt dictum eſt, & gẽtiles
in magno numero eam ſuſcepe-
rũt. Ideo cõſequenter diſcipuli
Chriſti, Iudæis reprobatis, ad
prędicandũ gentibus ſe extẽde
runt: prout Apoſtolus noſter ad
Ad Ro. 15. Dico enim Chriſti Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis. Ro.15. hoc eleganter declarat,
cuius autoritatẽ non tibi allego
eo quod non recipies eã, ſed ſi
ſcrutatus fueris ſcripturas ſa-
cras per te recipiẽdas, hæc pote
ris bene recipere, ſcilicet quòd
Chriſtus primo ad populũ Iſrae
liticum erat venturus, & ibi erat
primo euangelizãdum verbum
Dei: conſequenter autem pro-
pter defectũ Iudæorum ad alias
nationes erat hoc trãsferendũ.

SAVLVS. Allega mihi vbi
ſint autoritates hæc aſſerentes,
quas ego recipere teneor.

PAVLVS. Lege in Iſaia.41. Iſa.41.g.27.
vbi habetur ſic. Primus ad Sion
dicet: Ecce adſum, & Hieruſalẽ In Hebræo non legitur, Ecce adſum, ſed ecce ipſe.
Euangeliſtam dabo: & ſequitur:
Vidi, & non erat vir nec ex iſtis
quiſquã vt iniret cõſiliũ, & inter
rogatus reſpõderet verbum: Ec
ce omnes iniuſti & vana opera Probat Meſsiã prius ad Syon venire, & poſtea ad gẽtes, nõ credentibus Iudæis.
eorũm, &c. Et ſequitur ſtatim in
principio ſequẽtis capituli. Ec-
ce ſeruus meus ſuſcipiam eum:
electus meus complacuit ſibi in
illo anima mea, dedi ſpiritũ meũ
ſuper eum, & iudicium gentibus
proferet. Quæ quidem verba & Iſai.42.a.1.
multa ſequentia in hoc capitulo
loquuntur de Chriſto ad literã.
Vnde Ra.Sa. in hoc loco expreſ Rab.Salo.
ſe dicit: Totum illud loquitur de
Rege Meſsia & redemptione vl
tima. Hæc ille: Idem habetur in
tranſlatione Caldaica ipſius Io- Chald. trãſlatio. Ionathæ.
nathæ, quæ æquiualet textui
apud vos. Ex quibus habes,
quòd ille Rex Meſsias primus
ad Sion dicet: Ecce adſum, per
præſentiam ſuã ibi manifeſtã, &
Hieruſalem Euãgeliſtam dabo:
annuntiando ibidem verbum ſa
lutis per ſuã prædicationẽ. Sed
quia ibi non inuenit in illa natio-
nẽ virtuoſos ſeu iuſtos, qui vel-
lent recipere doctrinam ſuam,
ſed potius pro maiori parte op
poſitum: ideo dicit: Et vidi, & ec
ce non erat ex iſtis quiſquam vt
iniret cõſilium, &c. Ecce omnes

 iniuſti,

iniuſti, & vana opera corũ, &c.
Idcirco de Meſsia: qui ſeru⁹ Dei
ſecundum naturam aſſumptam,
& eius electus, in quo placuit
Deo, &c. ſtatim ſubdit: iudicium
Lex Meſſia in humilitate & mãſuetudine fuit data, nõ ſicut lex Moyſi. gentibus proferet is, quia iudi-
cia ſua legem & doctrinã in defe
ctũ Iudæorũ gentibus protulit.
Et vt oſtẽderetur quòd hæc iudi
cia per mãſuetudinẽ & humilitã
tem erant promulgãda, nõ in tu
multu ſeu ſtrẽpitu, ſicut in datio
ne legis veteris, quę cum terro-
Exod. 19. & 20. ribus maximis data fuit, vt Exo.
19. & 20. Ideo ſubdit: Non clama
bit, nec accipiet perſonam, cala-
mum quaſſatũ non cõteret, &c.
Et ſequitur: Donec ponat in ter
ra iudicium, & legem eius inſulę
ſpectabũt, quod totum de lege
Chriſti verificatur: quæ in inſula
maris fuit diuulgata per diſcipu
los, poſt quã pręſentialiter Chri
ſtus fuit in Hieruſalem, & ibi euã
gelizaret, vt dictum eſt, nec ibi
inueniſſet viros iuſtos, niſi pau-
cos, quod in modico, & quaſi
pro nihilo reputatur

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur: quòd fideles Chriſti non nomine Iſraelis vel Iudæ, ſeu Iacob, ſed alio nomine erãt vocãdi.

SAVLVS.

Quæſtio. EX quo tu aſſeris quòd gẽti-
les erant vocandi, non ſolũ
ad fidem Chriſti, ſed etiam ad Iſ
raeliticam dignitatem, & quòd
tales potius ſunt dicendi Iſraeli-
tę quã antiqui, eo quod deſcen-
dunt de Iſrael ſecundum filiatio
nem ſpiritualem. Quæro igitur,
quę eſt ratio quã tales cõmuni-
ter non nominãtur Iſrael ſeu Ia-
cob & huiuſmodi, ſed aliis nomi
nibus: nominationes enim à di-
gniori conſueuerunt fieri.

PAVLVS. Quod populus
Chriſti, promiſſi nõ deberet no
mine Iſraelis, ſed alio nomine
vocari, poteſt haberi autoritate
& ratione.

SAVLVS. Indica mihi primo
autoritatem ſacrę Scripturę, hoc
dicentem, quę in rebus diuinis
efficacior eſt quàm ratio huma-
na, & deinde redde rationes, ſi
quę ſunt.

PAVLVS. Iſaię 65. vbi loqui- Iſai. 65. b. g.
tur de Meſſia, qui de Iacob erat
deſcenſurus, & de Iuda dicens:
Educã de Iacob ſemen & de Iu- *Autoritate probat Chriſtianos non vocandos eſſe Iſrael, &c.*
da poſſidentem mõtes meos, &
hæreditabunt eam electi mei, &
ſerui mei habitabũt ibi: quod in-
telligitur ad literam, de Chriſto
& ſuis ſequacibus. Et infra de
his qui ab eo receſſuri erant, di-
cit: Ecce ſerui mei comedent, &
vos eſurietis: ſerui mei lætabun-
tur, & vos erubeſcetis, &c. In
quibus & aliis ibi interpoſitis po
nit differẽtias inter ſeruos Dei,
ſcilicet, adhęrentes Chriſto prę
dicto, & ei cõtradicentes ibidẽ,
vt oſtendat, quòd huiuſmodi ſer
ui Dei non nominabuntur ſicut
prius, ſcilicet Iſrael, ſed alio no-
mine: & quod nomẽ Iſrael quo-
dã modo quaſi execrabile ma-
nebit. Subdit in eodẽ contextu, Ibidem.
alloquẽs perfidis à Chriſto rece-
dentibus: Et dimittetis nomẽ ve
ſtrũ in iuramentum electis meis,
& interficiet te Dñs: & ſeruos
ſuos

ſuos vocabit nomine alio. Ex qua autoritate manifeſtè habes; quòd Iſraelitiei ſecundũ carnẽ à Chriſto recedentes, habebant dimittere nomẽ ſuum, ſcilicet, Iſrael in iuramentum, ſcilicet exe crationis electis meis, ideſt Chriſtianis; qui aliquando iurãt execratoriè: Si hoc feci moriar ſicut Iudæus. & ſic nomẽ Iſraelis remanet poſt Chriſtũ in iuramento exeeratorio; ſicut Numer. 5. Vxor de zelotipia accuſata dicitur à ſacerdote: Det te Dñs in maledictionẽ & exẽplum in populo, &c. & ſic manet nomen Iſraelis poſt Chriſtũ in maledictionem execratoriã. Et ſequitur in prædicta autoritate Iſaiæ: Interficiet te Dominus, quod ſecundũ quoſdam fuit impletum per Romanos deſtruẽtes templum & gentes: ſed non bene conſonat præcedẽtibus: ſemper enim loquitur hîc in plurali numero cũ illis à Chriſto deuiantibus, & ideò hoc quod dicit: Interficiet te Dñs. referẽdum eſt ad nomẽ Iſraelis, de quo immediate dixerat: Et dimittetis nomen veſtrũ in iuramentum, cui nomini Propheta alloquẽs dicit: Interficiet te Dñs. nomen enim alicuius ſicut dicitur viuere per bonam & glorioſam famam, ſic & dicitur mori per infamiam ſeu ignominiã; ſicut dicitur in Pſal. Quãdo morietur & peribit nomẽ eius.

Nomen Iſrael manet Chriſtianis in iuramentum execrationis & maledictionis.

Num. 5. c. 21

Iſai. 65. c. 15.

Nomen viuit per bonã famam, moritur autem per malam famam.

Pſal. 40. a.

Et poſtquam Propheta oſtẽdit, opprobrium nominis Iſraelitici modo prædicto: ſtatim dicit, quòd ſerui Domini, ſcilicet fideles, iam non nomine Iſraelis; ſed alio nomine erant vocandi. Vnde ſubdit: Et ſeruos ſuos, ſcilicet, fideles vocauit nomine alio: quia vocati ſunt fideles in primitiua Eccleſia diſcipuli Chriſti: iuxta illud Iſai. 54. Vniuerſos filios tuos doctos à Deo, quia omnes illi fuerunt ab ipſo Chriſto Deo immediatè docti: non ſicut in veteri lege, in qua fideles docebantur à Deo mediante Moyſæ ſeu Prophetis: Poſtea verò iam defunctis pro maiori parte primitiuis Eccleſiæ qui à Deo, vt dictũ eſt, immediate fuerũt docti, vocati ſunt fideles nomine Chriſtiani à Chriſto ſeu chriſmate, quod vnctionem gratiæ deſignat, quã propriè diuiditur populus Dei à non populo Dei.

Iſai. 54. c. 13

In primitiua Eccleſia Chriſtiani diſcipuli Chriſti vocati ſunt, nunc autem Chriſtiani & nota cauſam.

SAVLVS. Hęc autoritas per te allegata nõ adaptatur tuo propoſito. Illi enim qui reprobatur in hoc loco à Propheta erãt idolatræ; alloquẽs enim eis dicit: Et vos qui dereliquiſtis Dominum & obliti eſtis nomẽ ſanctũ meũ, qui ponitis Fortunę menſam & libatis ſuper eã, numerabo vos in gladio, &c. Cõſtat autẽ quod in templo ſecundo præſertim in tẽpore quo tuus Meſſias venit, Iudęi nõ erãt idolatrę: ideo cũ hîc dicit, Qui ponitis Fortunæ menſam: quod intelligitur non de Deo ſed de ipſa Fortuna quod pertinet ad idolatriã, hoc nõ poteſt intelligi de Iudęis contẽporaneis Chriſto tuo; ſed oportet quòd intelligatur de Iudęis in tẽ-

Obiectio cõtra prędicta.

Iſai. 5. b. 11.

plo primo exiſtētibus, qui pro magna parte fuerūt idolatræ, vt habetur 4. Reg. & quia illi non perdiderunt nomen Iſraelis, vt patet de multis ſanctis viris, qui poſtea fuerūt, vt Zacharias, Malachias, Eſdras, Daniel, & huiuſmodi: idcirco tua expoſitio non vere conſonat veritati.

4. Reg. 16. & 17.

PAVLVS. Si diligēter conſideras literā huius capituli, propriè adaptatur propoſito meo, quòd ſingula cōtenta in hoc capitulo hoc manifeſtant; quę ſingulariter tangere omitto cauſa breuitatis: ſed tantū declarabo tibi exordiū huius prophetię, & deinde reſpōdebo ad obiectionē tuam. Circa primū in exordio huius altercationis Propheta, ſic dicit: Hęc dicit Dñs: Quomodo ſi inueniatur granū, ſcilicet, vinū in botro, ſcilicet, poſt tēpeſtatē: quod quidē granū eſt modicum reſpectu eius quod perditū eſt in tempeſtate, & dicatur, ſcilicet, volēti dirūpere: ne diſſipes illud, quoniā benedictio eſt in eo, ideſt, benedictio Dei; quod rēmāſit ibi reliquis per eūtibus, ſic faciam propter ſeruos meos, ideſt, Patriarchas & Prophetas antiquos, vt non diſperdat totū, ſcilicet, populū Iudaicū. & vt oſtendat quomodo iſta fiet, ſubdit: Et educā de Iacob ſemē. & exponatur vt ſupra dictū eſt, ꝙ manifeſtè adaptatur propoſito meo. Ad id autem quod obiicis de eo ꝙ dicitur. Qui ponitis Fortunę mēſam, &c. Reſpōdeo tibi dupliciter, vno modo

Declaratio prædictæ Prophetiæ.

Iſai. 65. b. 8.

Reſpōſio ad ſecundum.

quòd loquitur de idolatria prout tū opinaris, & licet hoc peccatū non fuit in tēplo ſecūdo, fuit tamen frequenter in primo. Et quia in hoc capitulo Propheta nō ſolū improperat eos de peccatis occurrētibus tēpore Chriſti, ſed etiā de peccatis antiquorum Patrum: dicit enim immediatè ante exordiū prædictū: Et iniquitates veſtras & patrū veſtrorum ſimul qui ſacrificant ſuper montes, &c. Ex quo patet quòd de iniquitate patrum antiquorū ſimul cum iniquitate cōtēporaneorum eos arguit, & ſic referendum eſt verbum prædictū, ſcilicet: Qui ponitis Fortunę menſam, &c. ad idolatriam, in qua patres peccauerunt: de quibus ſimul eos arguit, & cū præſentibus. Alio modo poteſt intelligi hoc verbum: Qui ponitis Fortunę mēſam, &c. nō de idolatria, ſed de ſuperſticioſo cultu cęremoniarum: qui quidem cultus licet in veteri lege erat licitus & meritorius, tamē poſt paſſionem Chriſti & ſuę fidei diuulgationē eſt pernicioſus, in quo cultu communiter ponūt Iudei menſam, & libāt ſuper eam in feſto azimorum, & aliis feſtiuitatibus, quę omnia ſunt veritati fidei contraria: cum per ea proteſtātur futura, quę iam ſunt pręterita. Et quia hoc peccatū fuit in templo ſecūdo, cuius deſtructio per 42. annos poſt paſsionē Chriſti fuit conſumata, in quo tempore iā erat diuulgata fides Chriſti. Idcirco eis imponit iſtud

Non ſolum peccata cōtemporaneorum Chriſti improperat Propheta, ſed etiā antiquorum.

Iſai. 65. b. 7.

Alia expoſitio prædictæ autoritatis.

Cultus cæremoniarū veteris leg. morte Chriſti ceſſauit.

iſtud peccatum in quo Chriſtũ negabant, ſicut & hodie perfidi eorũ negant, non ſolum verbis, ſed etiã factis, ſcilicet vtẽdo falſis proteſtationibus cęrimoniarum: ideo de pœna eorũ ſubdit: Et numerabo vos in gladio, &c, quod impletum fuit manifeſtê per Romanos, & conſequenter per Prophetam continuatur materia, oſtendendo differẽtias inter ſeruos Dei, ſcilicet, fideles Chriſti, & alios eum derelinquẽ-

Iſai.65.c.15. tes, vſque ibi: Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum, & ſeruos ſuos vocauit nomine alio, quod fuit impletum, prout ſupra declaratum eſt.

SAVLVS. Audio autoritates tuas, quę aliqualiter vidẽtur ſonare propoſitũ tuũ, & volo ſcire ſi habes aliquas rationes propoſitum tuum ſuadẽtes vt dixiſti.

Cognomen non fuit Chriſtianis alio nomine vocari.

PAVLVS. Multæ rationes poſſũt aſſignari ad hoc quod nomina fideliũ Chriſtũ recipientiũ debuerũt eſſe alia à nominibus fidelium, qui fuerunt ante eius aduentum. Sed ad pręſens ſufficiant duę. Vna eſt quòd hoc fuit ad denotandã differẽtiam inter fideles Chriſti & eum negantes, ſub breuitate. Si enim vtriq; cõmuniter denominarentur hoc nomine Iſrael, denominãdo fideles, oportebat addere ſecũdum ſpiritualem generationẽ: & oppoſitũ de oppoſitis, quod eſſet faſtidioſum, nominãdo autem quoſdã diſcipulos ſeu Chriſtianos, & alios Iudęos ſeu Hebręos, breuius diſcernũtur. Alia ratio

Primo ad ponendam differentiã inter fideles Chriſti, & eum negantes.

& fortior eſt, quia denominationes cõſueuerũt fieri à dignioribus quod patet tã in rebus naturalibus, quã artificialibus. In naturalibus enim cõpoſita denominantur à formis, quę ſunt materiæ digniores: vt homo animal & huiuſmodi. Similiter in artificialibus vt domus, mẽſa, & huiuſmodi, in quib⁹ denominatio fit à forma. Motus etiã denominatur à termino ad quẽ, vt in 6. Phyſico. qui habet rationẽ finis & boni, nõ autem à termino à quo: idẽ autem in propoſito. Nã hæc nomina Iſrael, Iuda & Iacob, & huiuſmodi ſumuntur à Patriarchis à quibus deſcenderunt eorum ſucceſſores, ſeu imitatores. Chriſtiani autẽ dicuntur à Chriſto à quo deſcendunt ſecundum veram imitationẽ operis, & ſuſceptionem fidei, vt dictum eſt. Cõſtat autẽ quòd Chriſtus præcellit in dignitate & perfectione omnes Patriarchas: quod etiã doctores tui aſſerũt de Meſſia. Vnde ſuper illud, Iſai. 52. Ecce intelliget ſeruus meus exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde: quod verbum intelligitur de Chriſto ſecundũ omnes doctores tuos, qui dicunt: exaltabitur pluſquam Abraham, & eleuabitur pluſquam Moyſes, & ſublimis erit valde pluſquã Angeli Dei. Cũ igitur dignitas ſeu perfectio Chriſti excedat ſupra dictos, manifeſtum eſt quod denominatio ſuorũ fideliũ potius debet eſſe ab eo quam ab Abrahã, Moyſe, ſeu Iſrael, vel Iacob,

Secundo quia denominatio debet fieri à digniori.

6. Phyſico.

Chriſtiani à Chriſto tã quam à digniori dicũtur.

Chriſtus præcellit in dignitate omnes Patriarchas etiã ſecundũ Hebreos.

Iſai.52.d.13

& huiuſ-

& huiuſmodi,& ſic habes rationem verbi,per me ſuprà allegati,ſcilicet.Et ſeruos ſuos vocabit nomine alio.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur,quòd licet nomen Iſrael ſeu Iuda poſt paſſionem Chriſti fuit reprobatum,ſeu in execrationem dimiſſum:fideles tamen Chriſti ex Iſrael & Iacob,ſecundum carnem deſcendentes, non minus dignitatem Chriſtianã ſeu eccleſiaſticam ſortiti ſunt, quàm alij gentiles.

SAVLVS.

Ex tuis aſſertionibus ſuprà dictis videtur ſequi quòd Iſraelitici ſecundũ carnem ſunt à Deo intantum reprobati, quòd etiã eorum nomẽ execrabile remanet.Ex quo videtur quòd tales etiã ſi fidem Chriſti tui recipiant,non tamen perfectionem ſeu dignitatẽ gẽtilium eius fidẽ recipientium attingãt:ſicut& in lege veteri aliqui gentiles non admittebãtur ad honores,ſeu Iſraeliticas dignitates, etiã ſi obſeruantiam legis recepiſſent, vt habetur Deut.23.quòd videtur eſſe cõtra multas ſacras autoritates.Ex quibus habetur, quòd quantumcũq; Iſraelitæ fuerint eorũ peccatis deiecti,nõ tamen repelluntur ſeu relinquentur à Deo.Dicitur enim in Pſal. Quia non repellet Dñs plebem ſuã,& hereditatẽ ſuã non derelinquet. & idem in multis aliis locis.

Deut.23.

Pſa.93.c.14

PAVLVS. Abſit à me aſſerere, quòd Iſraelitę ſecundum carnem à Iacob ſeu Iuda deſcendentes,ſi fidẽ Chriſti recipiant, dignitatẽm Chriſtianam ſeu eccleſiaſticam non attingant.Hoc enim & ſi dicamus,quòd non eſſet contra dignitatem Chriſti, qui ab illis patribus ſecundũ carnem deſcendit propter eius excellentiam & ſanctitatem, & maximè propter vnionẽ ad Deum, quod eſt ſingulare in ipſo, eſſet tamen manifeſtè contra dignitatem,nõ ſolùm Apoſtolorum,ſed etiam Baptiſtæ,& quod plus eſt contra dignitatem Beatæ Virginis,de qua cantamus quòd ex ſemine Abrahę eſt orta, & de tribu Iuda,clara ſtirpe Dauid.

Math.5.c.

SAVLVS. De illis quos valde ſanctos reputatis, & qui fidẽ veſtrã diuulgauerũt & huiuſmodi,nõ eſt mirum ſi prædictus defectus nataliũ non eis noceat:& ideo de eis non eſt trahenda cõſequentia ad alios,pręſertim ad vulgares & ſimplices.

PAVLVS. Si cupis veritatẽ in hac materia ad plenũ cognoſcere,vide doctorẽ noſtrũ egregiũ,ſcilicet Apoſtolũ gentiũ,qui in quadã Epiſtola ſua ad Roma. miſſa hoc diſcutit:& finaliter determinat,quid in hoc ſentiendũ ſit,cui ſententiæ, omnes fideles Chriſti obtemperare habent.

Eſt argumẽtum Epiſt. ad Roma. Vbi de vocatione gentium,& Iudæorum ad fidem,& eorum altercationem tractat.

SAVLVS. Noſti,quòd non debes allegare in altercationibus noſtris tuos doctores, ſicut nec ego allego autoritates noſtrorum doctorum contra te.

PAVLVS. Concedo tibi, quod doctores noſtri non ſunt allegandi cõtra te,ſed bene pro te. Vnde quia in hac materia ſententia

Doctores noſtri licet cõtra Iudæos non debeãt allegari bene tamẽ pro eis.

tentia Pauli magis eſt tibi fauorabilis quàm contraria, ideo tibi eum allegaui.

SAVLVS. Ex quo ſic eſt: Dic mihi quid ſentit in hac materia Apoſtolus tuus.

Olim fuit cõtrouerſia inter viros Iudae & viros Iſrael.

PAVLVS. Noueris quòd ſicut inter populũ Iſraeliticum tẽpore Dauid, qui figura Meſſiæ ſeu Chriſti erat, fuit magna controuerſia inter viros Iudę & viros Iſrael, qui ad inuicem cõcertabant de hoc, ſcilicet, qui eorũ plus habebant in ipſo Rege, vt habetur 2. Reg. 19. Dicebant enim viri Iudæ, ad viros Iſrael: Mihi proprior eſt Rex, quia ſcilicet, erat de eadem tribu. Viri autẽ Iſrael dicebant ad viros Iudæ: Decem partibus ego maior ſum apud Regẽ magis quam tu, ideo ad me pertinet, quia ſcilicet, de Iſrael erant decẽ tribus, & de Iuda duæ tantũ: ſic ſuo modo in primitiua Eccleſia ſub Chriſto noſtro contigit magna cõcertatio inter fideles Chriſti, ſcilicet, Iudæos & Gẽtiles, quorũ vna pars minor erat numero, illa ſcilicet de natione Iudęorũ. Alia vero pars erat maior numero ſcilicet gentiliũ, & vtraq; pars pręſumebat ſe habere excellentiã apud Chriſtum, pluſquã alia, ex certis rationibus per eos allegatis: quam concertationẽ Apoſtolus ammouit repræhendens vtramq; partem, & determinãs quòd non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, pro vt ad Rom. 10. Et ad rationes contra Iudæos natione, per gentiles factas in cap. 10.

2. Reg. 19. b. 9.

Ro. 10. c. 12

Idem 10. & 11.

& 11. dictę Epiſtolæ Apoſtolus efficaciter reſpõdit. Vnde quia gentiles ex incredulitate Iudęorum Chriſtum negantium, etiã conuerſos de Iudaiſmo increpabant: ideò de hoc gentiles reprimit multis rationibus. Quarum prima eſt, quòd incredulitas Iudæorũ non fuit vniuerſalis: quia multi ex eis crediderunt, & de hoc dicit: Nunquid Deus repulit populum ſuum? ſcilicet Iudaicum generaliter eum repellens. & reſpondit: Abſit. Vnde non dixit Apoſtolus: Nũquid Dominus repellit Iudæos ſeu Iſraelitas, ſed populum ſuũ, quaſi dicat: Nũquid totum populum repellit? quia multi ex eis Chriſto adhæſerunt. Sed quia fortè diceretur per gentiles, quòd illi qui fuerant conuerſi de Iudaiſmo, erant modicæ reputationis ſeu autoritatis in Eccleſia Dei. Vnde de talibus nõ erat fiendã mentio, ideo ſtatim ſubdit. Nam & ego Iſraelita ſum, qui tamen non ſolùm vocatus fui ad fidem Chriſti, ſed etiã ad Apoſtolatũ. Et ſi forte diceretur à gẽtilibus contra Iudęos, quòd erãt valde pauci numero, & ſic quod modicum eſt, pro nihilo reputatur, ſecundum Philoſophum. ideò reprimit eos exemplo Heliæ, qui putabat quòd totum Iſrael corruerat, omnes Prophetas occidendo, & altaria Dei deſtruẽdo, ſic vt nullus niſi ipſe ſolus Helias remaneret: vnde & Deo dicebat: Ego relictus ſum ſolus, & quærunt animã meam

Apoſtolus in Epiſto. ad Rom.

Iudaeos & gentiles reprahendit, & vtrinque ſoluit rationes.

Rom. 11. a. 1

quod

3. Reg. 19. b. 10. quod totum habetur. 3. Reg. 19. vbi ſciẽdum, quia Deus, quem nihil latet, ſciebat quod nõ erat ſolus Helias relictus, ſicut ipſe ęſtimabat, ſed multi plures alij Deũ colentes. Ideo ſubdit Apoſtolus: Sed quid dicit illi diuinũ Ro. 11. a. 4. reſponſum, ad tollendã æſtimationem ſuã: Reliqui mihi ſeptẽ millia virorum quorum genua nõ curuauerũt Baal: & ſic in propoſito non ſolus Apoſtolus remanſit de Iudaiſmo adhęrentia Chriſti, ſicut nec Helias in cultu Dei. Vnde cõcludit Apoſtolus ex huiuſmodi exemplo: Si ergo in hoc tempore, ſcilicet nouæ legis, reliquiæ ſecundum electionem Dei ſalue factæ ſunt: & vt Apoſtolus magis reprimeret gẽtiles de hoc, quod Iudęos conuerſos irrationabiliter refutabãt: addit ſecundã rationem, in qua oſtendit, quòd etiã incredulitas ipſa Iudęorum fuerat valdè vtilis ipſis gẽtilibus cõuerſis ad fidem: eo quod Apoſtoli relinquentes Iudęã incredulam, tranſierũt ad conuertendum gentiles, vt habetur Act. 13. Et de hoc Acto. 13. g. 46. & 15. a. b. c. d. dicit Apoſtolus: Nunquid ſic offenderũt, ſcilicet, Iudęi vt caderent, ſcilicet, tãtum: ita quòd nihil vtilitatis inde ſequeretur niſi caſus Iudęorum, & reſpõdit: Abſit, ſed illorũ delictũ ſalus eſt gentilibus, quia occaſionaliter modo prædicto ex incredulitate Iudæorũ ſecuta eſt ſalus gentiũ. Deus enim adeò eſt bonus, Auguſti. ſecundum Auguſtinũ, quòd nõ permittit mala fieri, niſi ex eis elicerentur maiora bona. Et ex iſta ratione ſecunda Apoſtolus infert tertiã, quaſi à fortiori arguendo, dicat: Si enim amiſſio eorũ, ſcilicet, per incredulitatẽ reconciliatio eſt mundi, quod intelligitur occaſionaliter, modo prędicto, quæ aſſumptio eorũ niſi vita ex mortuis, quia vt dicunt expoſitores Iudęi, ſcientes ſcripturas conuerſi ad fidem magis poterant proficere circa informationem ſimpliciũ quam alij, vt patet de Paulo Apoſtolo, & pluribus aliis. Conſequenter quarto Apoſtolus probat intentũ, per duo exempla naturalia. Primum eſt cũ dicit, quod ſi delibatio eſt ſancta & maſſa: quod intelligendum eſt de Apoſtolis qui fuerunt quaſi quędã delibatio de maſſa Iudaica aſſumpta. Secundũ exemplum eſt cũ dicit quòd ſi radix ſancta & rami Patriarchæ, enim fuerũt quaſi radices totius populi Iſraelitici. Ex quibus exẽplis intendit Apoſtolus cõcludere, quòd caſſus Iudæorũ nõ erat irreparabilis, eo quod erãt abiles ad bonum, vt peccatũ de radicatione & delibatione. Conſequenter Apoſtolus inducit alias rationes, prędictũ propoſitum cõfirmantes, quas ad præſens omitto cauſa breuitatis. Et cùm miſericors Deus te perduxerit ad hoc, vt ſis abilis ad recipiendas ſanctorum autoritates, iſta & alia poteris in illis plenius videre. Ad pręſens autem ſufficiat tibi quòd ſecũdum doctrinã catholicam,

Deus nõ permittit mala niſi vt ex eis maiora bona elicerentur.

Ro. 11. c. 15.

Rom. ibid. c. 16.

Rom. ibi.

Iſraelitici generis Chriſti fidē corde amplexātes dignitates populi Chriſtiani habere poterunt, Roma. 10. c.18.

Iſraelitici ſecundum carnē, ſi fidem Chriſti recipiant, dignitatē Chriſtianā ſeu eccleſiaſticā ſicut cęteri gētiles attingere poſſunt. Nō enim eſt diſtinctio Iudęi & Gręci, vt per Apoſtolum determinatum eſt. Vnde ex hoc quod Iudęi cū eſsēt in ſua infidelitate obſtinati, nomen eorū fuit dimiſſum in iuramento execrationis, vt dictum eſt, nō tollitur, quin poſt eorū cōuerſionē ad fidē Chriſti ſint cū cæteris in benedictionē, prout etiā autoritates apud te recipiendæ teſtantur.

SAVLVS. Oſtende mihi autoritates illas à me recipiendas, hoc teſtantes.

PAVLVS. Multæ ſunt autoritates hoc teſtantes, ſed ad pręſens ſufficiat illud, Zacha. 8. vbi dicitur: Et erit ſicut eratis maledictio in gētibus domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo vos, & eritis benedictio: Ex quo patet quòd illi Iudęi quorum nomen prius erat in execratione: quia cum aliquis maledicebat alicui, dicebat: Sis talis ſicut Iudęus; ſic poſtquam fuerit in ſtatu ſalutis, qui vult alicui benedicere, dicet: Fiat tibi ſicut Iſraelitis, ſeu Iudæis.

Zach. 8. c. 13

Nomen Iudeorū quomodo dicitur execrabile.

SAVLVS. Autoritas illa ſecūdum vos applicatur ſtatui noſtro hodierno ſecundū eius primā partem, qui ad præſens ſumus in maledictionē gentibus, prout tu exponis, ſed tempore Meſsiæ quem expectamus, implebitur in nobis ſecunda pars autoritatis prædictæ, ſcilicet, & eritis benedictio. In quo tempore expectamus quòd cæteræ nationes in nobis benedicantur modo per te expoſitio.

Diſtinctio tertia de Scrutinio ſcripturarū circa tempus aduentus Chriſti: an ſit præteritum vel futurum. Et habet quatuor capitula.

In primo capitulo oſtenditur, quòd aduentus Chriſti generalis duplex eſt.

In ſecundo capitulo oſtenditur, quòd tēpus primi aduentus Chriſti eſt præteritū, ſecundū prophetiā Iacob Patriarchæ.

In tertio capitulo oſtēditur, quòd Meſſias iā diu eſt, quòd venit per reuelationē factā Danieli de 70. Hebdomadibus.

In quarto capitulo oſtenditur, quòd, ſecundum omnes magiſtros ſeu expoſitores famoſos Judæorum, qui tempore primi aduētus Chriſti determinatè locuti ſunt, tempus primi aduentus Chriſti iam tranſiit in præteritum.

CAPITVLVM. I.

In quo oſtenditur, quòd aduentus Chriſti generalis duplex eſt.

PAVLVS.

EXpectationē tuā, ſi ſcruteris ſcripturas manifeſtè reperies eſſe inanē, cum tempus aduētus Meſſiæ ad ſaluādas gentes, in Prophetis promiſsi, iam diu eſt quòd in pręteritum trāſiit, vt poteſt manifeſte cōprobari, tā per ſacras autoritates, quā per alias autoritates à te recipiēdas.

Ad ſaluandas gentes tēpus Meſſiæ eſt prateritum.

SAVLVS. Doce quod affeɾis: in hoc enim conſiſtit magna pars noſtræ controuerſiæ.

PAVLVS. Antequā ad hoc diſcen-

diſcutiendum accedamus; nē in ęquiuocum inter nos procedatur: oportet animaduertere quòd aduentus Chriſti ſeu Meſſię in mundū poteſt ex ſacris Scri-

Duplex eſt aduentus Chriſti, videlicet ad ſaluandum & ad iudicandum.

pturis comprobari duplex. Eſt vnus, ſcilicet, ad ſaluandū ſeu redimēdum genus humanum: qui quidem aduentus pronuntiatur à Prophetis fore in forma pauperis humilima. Secundus verò aduentus ad iudicandum mundum: qui quidem pronuntiatur in ſcripturis; fore in maxima poteſtate & maieſtate. Vnde ſi diligenter ſcripturas & veras hiſtorias ſcrutatus fueris, primus aduentus iam diu eſt quod tranſiit in prǽteritū, ſecundus verò nō: & ideo de primo aduentu intendō ad pręſens tecum agere.

SAVLVS. Primò oſtende mihi, vnde habes quòd aduētus Meſſiæ in mundum ſit duplex. Reperio enim quòd Prophetę, loquentes de aduentu Meſſiæ, ſemper loquūtur de futuro, nō diſtinguentes futurum tēpus ſecundū remotū & propinquum, vt applicetur tēpus magis propinquū primo aduētui & longinquum ſecundo, prout tu videris intendere.

PAVLVS. Licet Prophetę nō diſtinguāt ita expreſſe aduentum Meſſię per remotum & propinquū tempus futurum, eo modo, quo tu dicis: tamen cū de aduentu Meſſię ſimpliciter loquūtur, attribuētes ſuo aduētui diuerſas ſeu cōtrarias diſpoſitiones, oportet inde concludere, ꝙ ſint duo aduētus, vt alteri corū applicētur aliqua, & alteri alia.

SAVLVS. Oportet te illa declarare, quę dicis allegādo autoritates ſacras ad hoc ſi quas habes.

PAVLVS. Zachariæ 9. manifeſtè reperies, quòd Rex Meſſias venturus erat in forma hominis pauperis ad ſaluandū per iuſtitiā populū ſuū. Legitur enim ibi: Exulta ſatis filia Sion, iubilare filia Hieruſalē: ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator, & pauper, & aſcendens ſuper aſinā & pullū, &c. Super quē locū Rab. Sa. magiſter tuus dicit expreſsè: ſcriptura iſta non poteſt intelligi niſi de Rege Meſsia. Hæc ille. Habes ergo ex hoc loco, quòd Rex Meſſias venturus erat in ciuitatē Hieruſalē in forma pauperis & equitatura pauperrima: & quòd veniebat ad ſaluandum per iuſtitiam. Vnde & vocat eum ſaluatorem & iuſtū, quæ omnia ad eius aduētum pertinent; ſcilicet, qui eſt ad ſaluādum per iuſtitiam. Ibidem enim legitur: Tu autē in ſanguine teſtamenti tui miſiſti vinctos tuos de lacu, &c. De alio verò aduentu eius habetur Dani. 7. vbi, tractans de generali iudicio, dicit: Iudiciū ſedet & libri aperti ſunt, poſt pauca ſubdit. Aſpiciebam ergo in viſionem noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in cōſpectu eius obtulerūt eum: & dedit ei poteſtatē & honorē & regna: & omnes populi, tribus, ac

Zach. 9. b. 9

Primus aduentus Meſſiæ fuit in forma hominis pauperis.

Rab. Sale.

Zach. 9. c. 11

Secūdus aduentus ad iudicium erit in maxima poteſtate & maieſtate.

Dan. 7. b. 7.

linguæ

linguę ipſi ſeruiēt. Poteſtas eius poteſtas æterna quę non auferetur, & regnum eius quod nō corrumpetur. In quo paſſu idē magiſter tuus Rab. Salo. dicit: Et iſte eſt rex Meſſias. Cū igitur in aduentu à Zacharia prænūtiato exprimitur: quòd rex Meſſias in forma pauperrima erat venturus. Et in Prophetia Danie. legitur, ipſum veturum eſſe in maxima poteſtate & maieſtate. Oportet ergo cōcludere, duplicem eius aduentum fuiſſe à Prophetis denuntiatum. In quorū primo Meſsias veniens ad ſaluādum, venturus erat in pauperrima forma humana: in ſecūdo verò, ipſe met Meſsias veniens ad iudicandum, venturus prænuntiatur in poteſtate magna & maieſtate. Vnde de primo eius aduentū vt dicebam, inter me & te eſt agendum pro nunc ſcilicet ſcrutādo ſcripturas, an ſit præteritus vel futurus. De ſecūdo verò aduentu, ſcilicet ad iudiciū, ad præſens omitto, quia de ipſo nulla eſt diſceptatio inter me & te, quantū ad hoc: omnes enim cōcordes ſum⁹ quod ſit venturus.

Rab. Salo.

CAPITVLVM II.

Vbi oſtenditur quòd tempus primi aduentus Chriſti eſt præteritum ſecundum prophetiam Iacob Patriarchæ.

SAVLVS.

QVicquid ſit de ſecūdo aduētu oſtende ſi vales, quod Meſsias promiſſus ad ſaluandū iam venit.

PAVLVS. Inter Prophetas qui locuti ſunt de aduentu Meſſiæ, præſertim deſignando tempus huiuſmodi aduētus, primus fuit Patriarcha Iacob: qui volēs filiis ſuis quædam prędicere, quæ futura erant eis. Gene. 49. inter alia de tribu Iuda, de qua ſecundum omnes, Meſſias erat deſcenſurus, dixit hæc verba ſecundum tranſlationem noſtrā: Non auferetur ſceptrū de Iuda; nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, qui eſt expectatio gentium, ex quo habetur intentum. Nam cum ſceptrum de Iuda à magnis temporibus eſt ablatum, nec etiam eſt dux de fœmore eius: cōſtat manifeſtè, quod venit ille qui mittendus erat, &c. ſcilicet, Meſſias promiſſus, quòd eſt propoſitū.

De materia huius cap. Vide Nicol. de Lir. in Gen. ſup. cap. 49. & Marſilium Phiſcinum. lib. de religione Chriſtiana. c. 27. Et in fontalicio fidei. lib. 1. Theſau. 1. circa medium.

Geneſ. 49. b. 10.

SAVLVS. In multis deficit hæc argumētatio tua. Et primò in vera tranſlatione. Non enim ſic ſe habet veritas Hębraica in hoc loco ſicut tranſlatio tua quā allegas, & ſpecialiter in hoc quod dicit: Donec veniat qui mittēdus eſt, &c. In Hæbraica enim veritate in hoc loco dicitur, donec veniat Sylo. quod eſt nomē proprium cuiuſdam loci, vbi aliquando fuit tabernaculū Domini & arca teſtamenti: vt habetur 1. Reg. Vnde ſenſus huius autoritatis quam allegas ſecundum veritatem literæ Hebraicæ, talis poteſt eſſe, ſcilicet, quòd nō auferetur Dominium ſeu prędidentia vel primatus, quæ fuerant in tribu Iuda tēpore Ioſuæ & iudi-cium

Loco eius verbi qui mittēdus eſt ponitur Hebraice Sylo. ex quo malè arguit Iudeus.

1. Reg. 10. a. 1.

Prima expoſitio.

ciū, vſq; dum veniret Sylo, ſcilicet, quando Saul fuit vnctus, tēpore quo tabernaculū Dei fuit in Sylo: & per cōſequēs erat ibi vnctio, qua Reges vngi debebāt. Et quia Saul erat de tribu Bēiamin, ideo in Sylo erat tūc ablatū ſceptrum de Iuda ad aliā tribum ſcilicet, Beniamin. Et ille videtur ſenſus planus huius autoritatis, qui nihil facit pro te, nihil enim hîc agitur de Meſsia, de quo ad præſens loquimur.

Contra expoſitionem prædictæ autoritatis. PAVLVS. Hæc tua expoſitio eſt manifeſtè extorta & incōſona literę, tum quia tēpore quo Saul fuit vnctus, arca Domini iā erat amota de Sylo in Cariathiarim. vt 1. Reg. 7. Tum quia parū poſt vnctionem Saul vnctus fuit Dauid in Regem, qui quidē Dauid fuit primus Rex de tribu Iuda, & extunc reges de illa tribu ſucceſſerunt. Non ergo poteſt dici ſceptrum auferri de Iuda, quando incœpit eſſe in propinqua diſpoſitione ad regnum perfectum: tū quia de Saul nullo modo poteſt verificari hoc quod immediatè ſubditur in litera: Qui eſt expectatio gētium, ſeu congregatio gentium, cùm ad Saul nihil horum pertinuit: vnde prædicta tua expoſitio nullū habet locum in hoc paſſu. (1. Reg. 7. a. 2)

Alia expoſitio prædictæ autoritatis. SAVLVS. Et ſi verba Patriarchę non intelligantur de Saul, vt tu dicis, poſſunt tamen intelligi de aliis, vt Hieroboam, qui fuit Rex Iſrael de tribu Effraim, per quem tribus decem ablatæ ſunt à Regno Iuda, & adhęſerūt Hieroboā. vt 3. Reg. 12. Et ſic eſt ſenſus: Non auferetur ſceptrum de Iuda, ſcilicet, ſceptrum regni, quod fuit datum Dauid & ſucceſſoribus ſuis, donec veniret Hieroboā, qui coronādus erat in Sylo. Et ſecūdum talem expoſitionem, quæ ſatis eſt applicabilis literæ, nulla mētio eſt de Meſsia, de quo hîc agimus, & per cōſequēs, nec per illā habes intentū. (3. Reg. 12. c. 15.)

PAVLVS. Hæc tua expoſitio manifeſtè eſt nulla, ſicut & alia: tū quia per Hieroboam nō fuit ablatum regnum à domo Iuda, ſed potius ſtetit firmum per ſucceſsionem hęreditariam in ciuitate Hieruſalem, quæ eſt metropolis, vbi erat templum & arca Domini, & vnctio ſacra, quæ propria erāt & eſſentialia in regno Iſraelitico ſeu Hebraico: tū quia congregatio illa facta per Hieroboā non fuit in Sylo, ſed in Sichem, vt in 3. Reg. allegato. (*Cōgregatio populi in Sichem quando Regnum fuit diuiſum.* 3. Reg. c. 12. c. 19.)

SAVLVS. Volo ſtare in expoſitione huius paſſus, prout tranſlatio tua ponit, ſcilicet, cū dicit: Donec veniat qui mittendus eſt. Licet enim non ſit propria cum litera Hebraica, tamē eſt aliqualiter ei conſona. Sylo enim interpretatur miſſio, ſeu miſſus: ſecundum quam tranſlationem Prophetia fuit manifeſtè adimpleta per Nabuchodonoſor Regem Babyloniæ, qui fuit miſſus à Deo, propter peccāta populi, ad deſtruēdam terram Iudæ, & auferendum Regē Iudæorū, prout dicitur 4. Reg. vltimo. & ſic eſt ſenſus. Non auferetur (*Sylo enim interpretatur miſſus.* 4. Reg. vlt.)

fereturregnum de Iuda,&c.do nec veniat, qui mittendus eſt, ſcilicet, Nabuchodonoſor, qui à Deo fuit miſſus, & abſtulit totam poteſtatem Regiã, ſeu ſceptrum de Iuda: cui Nabuchodonoſor fuerunt gentes aggregatę, quia eius imperium fuit valdè dilatatum: vt habet Hier.25. & in aliis multis locis. Vnde prędicta verba patriarchæ ſecundũ tuam tranſlationẽ acceptã propriè exponũtur de Nabuchodonoſor, nulla mentione facta de Meſſia de quo agimus.

Alia exterta expoſitio de Nabuchodonoſor. *Hie.25.b.6*

PAVLVS. Quia hæc dictio Sylo, prout in hoc loco ponitur, eſt aliqualiter obſcura: tui expoſitores eam variè & multipliciter expoſuerunt, vt poſſent euadere à manifeſta impugnatione huius autoritatis: ideo recurrendũ eſt in hoc loco ad trãſlationem Caldaicam, factam per Aquilã, quę tranſlatio apud vos tres habet excellentias. Prima, ſcilicet, vt nullus eſt auſus ei cõtradicere: vt patet per Rab. Sal. in multis locis: & per Rab. Moy. Aegyptium in ſuo libro de Directione, & per alios. Secunda eſt, quòd in ſcholis puerorũ vbicunque legitur Penthateucus, legitur eis hęc tranſlatio poſt textũ. Tertia, quia etiam in ſynagogis in diebus ſabbathinis leguntur aliquæ lectiones ipſius Penthateuci, quæ ad maiorem ſolennitatẽ reperiuntur tranſlatæ: tales tranſlationes ſummuntur vbiq; terrarum à prędicta tranſlatione Aquilæ. Conſtat autẽ, quòd ipſa tranſlatio in hoc loco ſic habet: Non auferetur habens poteſtatẽ de domo Iuda, nec ſcriba de filijs filiorum eius, vſque in ſecula, donec veniat Meſſias cuius eſt Regnũ, & ipſi congregabuntur gẽtes, ſeu populi. Hæc in prędicta tranſlatione: ex qua habes manifeſte, quòd hîc loquitur Patriarcha de Meſſia, de quo hîc agimus. Idem habes per Rabbi Salo. magiſtrum tuum, qui hanc ſequitur tranſlationem in hoc loco: idem etiam per alios.

Sylo dictio obſcura eſt. *Varia expoſitio huius dictionis Sylo.* *Prima.* *Rabbi Salo.* *Rabbi Moyſes Ægyp.* *Secunda.* *Tertia.* *Rab. Salo.*

SAVLVS. Qui ſunt illi doctores noſtri, quos dicis ſequentes tranſlationem Caldaicam in hoc loco.

PAVLVS. Super illud verbum Gen.49. Congregamini filij Iacob, vt annuntiem, quæ vẽtura ſunt vobis in nouiſſimis diebus. Quæ quidem verba prępoſuit Iacob filiis ſuis ante prophetiam, ſeu benedictionem ſuam, in qua prophetia verba prædicta continuantur, ſcilicet, non auferetur, &c. Rab. Moyſ. Gerũdẽſis in ſua expoſitione, ſic dicit: Nouiſſimi dies ſunt dies Meſſiæ, quoniam Iacob ſignificabat illa tempora in verbis ſuis, cùm dixit: Donec veniat Sylo, & ipſi congregabuntur populi, nouiſſimi enim dies, dies Meſſiæ ſunt. Hęc ille. Idem ille magnus Rab. Sahadias in ſua tranſlatione Arabica, quę communiter legitur in partibus Affricę. Idẽ Rab. kimhi in libro ſuo, qui dicitur Saraſim, vbi agit de dictionũ ſignificatione: dicit expreſſę, quòd per literam

Gen.49. b.10. *Rab. Moyſ. Gerundẽn.* *Nouiſſimi dies ſunt dies Meſſiæ* *Rab. Sabadias.* *Rab. Kimhi in li. Saraſim.*

rā Sylo, quod habetur in illa autoritate: Donec veniat Sylo, ſignificatur filius eius: et eſt prophetia de Meſſia. Sunt etiam alij plurimi hoc ſentiētes, quos cauſa breuitatis omitto. Sufficiunt enim prędicti: quia in ore duorū vel triū ſtat omne verbū. Habes ergo ex hac autoritate, quòd Meſſias de tribu Iuda promiſſus iā venit à tempore, quo ablata fuit poteſtas, ſeu ſceptrū de Iuda, quod fuit per me propoſitū.

Alia extorta expoſitio.

SAVLVS. Et ſi hoc, quod dicitur in autoritate prædicta: Donec veniat Sylo intelligatur de vero Meſſia, vt videtur velle doctores per te allegati, adhuc ex dicta autoritate nō habes propoſitum. Nam ſceptrum nondū ablatū eſt de Iuda: adhuc enim ei remanet poteſtas, ſeu dominium iudicandi cauſas, & determinandi apud capita transmigrationū, quę ſunt in Babylonia, quę locum Regis tenent ſuper totū populum Iſraeliticū: vt habetur à Rab. Moy. Aegyptio, in lib. de Iudicibus, in determinationibus ſuis de Sanhedrin cap. 4. vbi ſic dicit: Capita tranſmigrationis, quę ſunt in Babylonia, locum Regis tenent, & poſſunt dominare in Iſrael, & vbiq; terrarum, & iudicare ſuper eos, ſiue velint, ſiue nolint, ſicut ſcriptū eſt. Non auferetur ſceptrum de Iuda: per hoc enim ſceptrum intelligūtur capita tranſmigrationū, quę ſunt in Babylonia. Hęc ille. Et ſic prędicta autoritas non facit pro te. Non enim ex vi prædictæ autoritatis eſt neceſſarium cōcedere, quòd iam venit Meſſias, cùm nondum ſceptrum ſit ablatum de Iuda.

Vide de hoc in fortalitio fidei libr. 4. argum. 8.

Rab. Moy. Aegypt.

Sanhedrin. c. 4.

PAVLVS. Hæc reſponſio, ſeu euaſio tua non ſolùm eſt manifeſte falſa ſecundum euidētiam facti, ſed etiam eſt notoriè ficta, ſeu mendoſa, & inſuper cōtra propheticam veritatem. Primū patet ex hoc. Nā Babylonia, in qua tu aſſeris eſſe capita trāſmigrationum, habētia tales poteſtates & dominia ſuper totum populum Iudaicum, manifeſtiſſimum eſt, quòd iam à magnis tēporibus citra eſt deſtructa, & inhabitabilis redacta, & hoc fuit de ea prophetatū Iſa. 13. vbi ſic dicit: Et erit Babylō illa glorioſa in Regnis inclita in ſuperbia Caldęorum: ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham, nō habitabitur vſq; in finem, & non fundabitur vſque in generatione & generationem. Conſtat autem quòd in terra inhabitabiliter deſtitura nullus cōmoratur, & multo minus credibile eſt, quòd ſint ibi talia capita. Eſt etiam notoriū inter vos, quòd à magnis tēporibus retroactis: nunquam in partibus Babylonicis, nec aliquod iudicium, nec aliqua determinatio, nec ſolū rumor aliquis de illis partibus ad iſtas partes Europæ veniret. Vnde notorium eſt ſecundum euidentiam facti, quòd non ſunt ibi Iudęi dominantes ſuper totum Iſrael, vt tu aſſeris. Secundum autē, quòd euaſio, videlicet tua ſit ficta, ſeu mendoſa:

Primum. Prædicta euaſio eſt ficta cùm Babylonia ſit deſtructa, & inhabitabilis.

Iſai. 13. d. 19.

Secundum contra eandem euaſionem.

mendoſa, patet ex hoc. Nam ſecundum tuum Rab. Moy. prædictum, & communiter omnes doctores tuos, extra terrã promiſſionis non poteſt, nec licet, nec aliquando licuit, alicui Iudęo iudicare iudicia criminalia: de quibus, ſcilicet, eſt occiſio, ſeu mutilatio membri humani. Cõſtat autem, quòd qui non habet iuriſdictionem in talibus: nõn poteſt iudicare, neq; capitaliter iudicare blaſphemum, ſeu idolatrã, homicidã, vel adulterum, nec aliquẽ quemcunq; incurrentem ſimilia crimina, quæ grauiſſima ſunt ſecundum legem Moyſi. Et ſic exceptis iſtis, & ſimilibus cætera ſunt leuia. Ex quo ſequitur, quòd illa capita transmigrationum, quæ tu dicis eſſe in Babylonia, non poſſunt iudicare de grauibus, ſeu capitalibus criminibus, cũ ſint extra terrã promiſſionis, ſed tantum de leuibus, & paruis cauſis, quarũ reſpectu nõ poſſunt dici habere ſceptrũ, neque poteſtatem regalem, prout tu dicis. Vnde de eis etiã ſi pro nunc eſſent, nõ poteſt dici, quòd tenerent locũ, ſeu ſceptrum Regis, ſed tales eſſent ſicut iudices inferiores, habentes mòdicã poteſtatẽ. Vides ergo, quòd Rab. Moy. & alij Rabbini tui, qui aſſerunt, quod in Babylonia ſint capita tranſmigrationum, habentia poteſtatem Regiã ſuper totum populum Iudaicũ manifeſtè mẽtiuntur, cũ illud aſſerũt, quod eſt contra mẽtem ſuã. Omnes enim concorditer tenent, quòd extra terrã promiſſionis nulli Iudæorum pertinet talis poteſtas. Tertia euaſio tua eſt contra propheticam veritatem. Legitur enim Oſeę. 3. ſic: Dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine Rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari. Quę quidẽ autoritas, tã ſecundum tuos expoſitores, quàm noſtros intelligitur de ſtatu Iudæorũ in captiuitate hodierna. Et ſic patet, quòd aſſerere Iudęos habere in Babylonia, vel alibi, tempore huius captiuitatis principẽ vel Regẽ, ſeu aliquid huiuſmodi non ſolùm eſt contra ipſam euidentiam rei, vt dictũ eſt, ſed etiam contra propheticam veritatem.

Rab. Moy.

Extra terrã promiſſionis nõ licet criminale iudicium ferre.

Rab. Moy.

Iudæi mendaces.

Tertiũ contra euaſionem.

Oſe. 3. b. 4.

SAVLVS. Si hęc dicta patriarchæ, quæ pro te allegas proprię cõſonarent propoſito tuo, oporteret, quòd Meſſias tuus veniret ante tempus Machabęorũ, per quos fuit ſceptrum de Iuda ablatũ: Machabęi enim vt manifeſtum eſt, non erant de tribu Iuda, ſed de tribu Leui: erant enim ſacerdotes, & illi totũ populum gubernabãt in templo ſecundo per centum annos, & vltra ante aduentũ Chriſti tui: vt patet in hiſtoriis Ioſephi, & aliis. Cũ ergo Meſſias tuus natus eſt tẽpore Herodis Regis, qui Machabęis ſucceſſit in Regno Iudęorũ: conſtat, quod non venit in tẽpore prænuntiato per Patriarchã. Nam longe ante tempus Herodis in quo tempore Chriſtus natus eſt, iam erat ablatum ſceptrum de Iuda, vt dictum eſt, & tranſiuerat

Alia obiectio, qua nititur probare ex prophetia Iacob Meſſiã veniſſe ante tempus Machabeorũ.

Machabæi de tribu Leui Sacerdotes erant.

Ioſephus in hiſtoria.

tranſiuerat in Machabæos, qui erant alterius tribus.

Machabæi erant de tribu Iuda, ſecundum lineam maternam.

PAVLVS. Quãuis ſecundũ aliquos expoſitores noſtros Machabæi, licet ſacerdotes fuerunt, & per cõſequens de tribu Leui, erant tamen de tribu Iuda ſecũdum lineã maternã: & ideo per gubernationem eorum non erat ablatũ ſceptrum de Iuda: tamen quia non poteſt hoc clarè probari: ideo ad obiectionẽ tuã, ſecundum alios plenius reſpondetur. Ad quod ſciendum, quòd vt habetur Num. 11. tẽpore Moyſi, de mãdato Dei fuerũt congregati 70. ſeniores populi Iſrael, vt eſſent coadiutores in regimine populi cũ ipſo Moyſe. Et ex tunc, ſecũdum omnes doctores tuos, ſemper fuit in Iudaiſmo collegium, ſeu conſiſtoriũ ſeniorũ, quod dicebantur Sanhedrin: ad quod omnes difficultates, ſeu dubia fidei & legis etiam perueniebant. Similiter etiã omnia magna & ſumma iudicia, ſeu cõtrouerſiæ: de quibus cõmuniter intelligitur illud Deut. 17. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ perſpexeris inter ſanguinẽ & ſanguinem, cauſam & cauſas, &c. & infra: Surge & aſcende ad locũ, quem elegerit Dñs Deus tuus. & infra: Et facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quẽ elegerit Dñs: & ſequeris ſententiã eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ſiniſtram. Qui quidem Sanhedrin à tempore Dauid, & citra reſidebant principaliter, ſub Regibus & ducibus Iudæ in Hieruſalem. Et poſtea in Babylonica captiuitate dũ ibi eſſent Reges & duces de Iuda. Conſequẽter autem in reditu prædictæ captiuitatis reſidebãt apud Hieruſalẽ, ſub ducibus de tribu Iuda, dũ eſſent, & durabat poteſtas eorum, etiam non exiſtente Rege, ſeu duce de Iuda: prout poteſtas alicuius capituli vacãte ſede durat: & ſic autoritas & poteſtas Sanhedrin durauit etiã tempore Machabæorũ, & vſq; ad 40. annos ante deſtructionem templi ſecũdi: in quo tempore ceſſauit ex toto eorũ poteſtas, ſeu iuriſdictio: eo quòd tũc temporis Herodes interfecit omnes Rabbinos, ſeu magiſtros illius collegij: prout habetur in libro Sãhedrin Hieroſolymitano, in ca. de iud. pecuniariũ. Idẽ habetur in libro Abodazara ca. 1. Vnde pro tunc propriè fuit ablatũ non ſolũ ſceptrũ de Iuda, ſed etiã ſcriba de filiis eius, quod quidem tempus concurrit cũ tempore paſſionis Chriſti noſtri, qui ſecundum omnes per 42. annos ante deſtructionem templi fuit paſſus, ſicut & Regnũ Herodis, qui alienigena erat. In cuius tẽpore titulus Regius à toto genere Iudæorũ fuit ablatus, quod fuit valdè propinquũ tempori natiuitatis Chriſti. Ex quibus patet, quòd tẽpore Machabæorũ non fuit ablatũ ſceptrũ de Iuda, ſed tẽpore Herodis, vt dictum eſt: in quo tempore verus Meſſias fuit natus, quod manifeſtè concordat cum prophetia Patriarchæ prædictæ.

Num. 11. 70. ſeniores populi erãt, quibus commiſſum erat regimen Iudæorum.

Sanhedrin collegium ſeniorum.

Deu. 17. b. 8

Sanhedrin fuit tempore Dauid & in Babylonica captiuitate.

Sanhedrim fuit in tẽpore Machabæorum.

Herodes interfecit omnes Rabbinos collegij Sanhedrim

Sanhedrim in capitulo de iudi. lib. Abodazara

Chriſtus paſſus 42. annis ante deſtructionem templi.

Quando fuit ablatũ ſceptrũ de Iuda.

SAV-

Obiicit duo tempora aſſignari ad ablationem ſceptri Iudaici.

SAVLVS. Secundũ tuam narrationem duo tẽpora aſſignas circa expoſitionem verborũ patriarchę. Vnũ, ſcilicet, quãdo fuit ablatum ſceptrũ de Iuda Herodæ regnante, qui alienigena erat. Aliud verò tẽpus aſſignas quãdo fuit ablatus dux, ſeu ſcriba de filiis eius, & hoc dicis impletum, quãdo Herodes occidit Rabbinos, ſeu magiſtros legis, qui dicebantur Sanhedrin. Quæ quidem narratio tua nõ videtur fundari in aliqua autoritate autẽtica: nec etiã videtur cõſona verbis Patriarchæ ſupradictis. Non enim aſſignauit duo tẽpora, ſed tãtum vnum, dicens: Donec veniat, qui mittendus eſt, ſcilicet, Meſſias ſecundum te & tranſlationem Caldaicam.

Talmudica doctrina.

PAVLVS. Secundũ hiſtorias Talmudicas, quas teneris tanquã autenticas habere, duo fuerũt ablata de tribu Iuda in diuerſis tẽporibus, licet nõ multũ ab inuicem remotis. Vnũ eſt ſceptrũ Regni: quia Herodes Aſcalonita, cũ eſſet non ſolũ alienigena, ſed etiã ſeruus de domo Machabęorũ, & de facto Regnaſſet in Iudæa & Hieruſalẽ. Idcirco timẽs, quòd cum Regnũ ei non cõpeteret de iure, eo quòd legitur Deut. 17. De medio fratrum tuorũ ponas ſuper te Regẽ, nec poteris ponere ſuper te alienigenã: poſſet pro tempore cõſurgere aliquis de ſtirpe Dauid, & eũ de regno expellere: ideo interfecit omnes, quos potuit habere de genere Regio, in qua occi-

Duo ablata de tribu Iuda diuerſis temporibus, ſcilicet, ſceptrum, & Sãhedrin, quos omnes occidit Herodes.

Deut. 17. c. 15.

ſione ablatũ fuit ſceptrũ de Iuda, pręſertim ſecundũ extimationẽ populi cõmunem, & ipſius Herodis, qui credebat nullũ de ſtirpe Regia in Iudęa remãſiſſe: ſed ſceptro ablato modo prædicto, adhuc remanebãt Sãhedrin, qui dicuntur doctores, ſeu ſcribæ, qui reſidebãt ſub Herodæ, ſicut aliàs reſidebãt ſub Regibus, ſeu ducibus Iſraeliticis, ſed poſtea fuerũt ab Herodę interfecti Sanhedrin omnes, & tunc propriè fuit ablatus ſcriba de filiis Iuda, quę omnia ſupradicta hiſtorialiter, in libro qui dicitur Bauabathra cap. 1. & in libro Sanhedrin Hieroſolymitano, & in lib. Abodazara, ſupra allegatis, habẽtur. Patriarcha ergo ſpiritu Dei iſta præcognoſcens propriè prædixit. Nõ auferetur ſceptrũ, &c. in hoc pręſignans primã ablationẽ prędictã ad titulum Regiũ pertinentem. Conſequenter dixit, & ſcriba de filiis eius, in hoc præſignans ſecundã ablationẽ Sãhedrin prædictã. Quę quidem duæ in diuerſis tẽporibus cõtigerunt ſub Herodę, ſeu Herodianis. Et attendendum eſt, quòd licet de prima ablatione ſumus certificati per hiſtorias Talmudicas pręallegatas, nõ tamen de tẽpore, quo contigit per eas certificamur: per hiſtorias autẽ noſtras, ſcilicet, Euangeliſtas certificamur: nõ ſolum de occiſione, ſed etiã de ipſius tẽpore. Tradunt enim, Herodẽ occidiſſe quoſcũque potuit inuenire in Bethleẽ Iudæ Abimatu, & infra, & hoc

Bauabathra c. 1. Sanhedrin Hieroſolymitano. Abodazara

Sceptrum fuit prima ablatio. Sanhedrin ſecunda.

Euangeliũ duas ablationes oſtendit tempore quo natus eſt Chriſtus ſceptrũ Iudaicũ ablatũ eſt occiſione infantium.

Matth. 2. *Quo tempore Sanhedrin fuerāt occiſi.*

cum natus eſſet Saluator noſter in Bethleē Iudę Matth. 2. De ſecunda verò occiſione Sāhedrin, & de tempore quo cōtigit ſummus certificati per hiſtorias tuas in libris præallegatis, quod fuit per 40. annos ferè ante deſtru-ctionem templi ſecūdi. Conſtat autem ſecundū omnes hiſtoriographos, quòd paſſio Chriſti noſtri fuit per 42. annos ante deſtructionē tēpli ſecundi: & ſic habes ex prędictis, quòd nō fuit ablatū ſceptrum de Iuda per Herodē, nec dux, nec ſcriba de filiis eius modo prædicto, donec venit Meſſias, vt dictum eſt, quod fuit propoſitū: ante enim venit Meſſias in mundum per ſuam natiuitatem, quā fuiſſet ablatū ſceptrū de Iuda, vt dictum eſt. Similiter ante fuerūt ei, ſcilicet, Meſſiæ gētes aggregatę per ſuā paſſionē, quam ſcriba de filiis eius auferretur, vt ſupra ſecundum tuas hiſtorias eſt oſtenſum.

Quo tempore Chriſtus fuit paſſus.

SAVLVS. Nō video quomodo poſſes aſſerere, quòd per paſſionem Chriſti tui fuerunt gētes ei cōgregatæ, totū enim oppoſitum patet per euidentiā facti: quia per mortem Chriſti tui non ſolùm gentes non fuerunt ei congregatæ, ſed etiam diſcipuli proprij dimiſſo illo diſperſi per orbem fugierunt.

PAVLVS. De hac cōgregatione gentiū ad Chriſtum noſtrū per ſuā paſſionem: oportet nos habere finito iſto articulo ſingulare certamen: & ideo pro nunc differatur, & cōtinuemus, quod incœpimus, ſcilicet, ſcrutinium ſcripturarum circa aduentum Chriſti, an ſit præteritū, vel futurum.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd Meſſias iam diu eſt, quòd venit per reuelationem factam Danieli de 70. hebdomadibus.

SAVLVS.

AD propoſitum noſtrū prout vis reuertendū eſt, & ſi prophetia prædicti Patriarchæ Iacob ſecundum tranſlationem noſtram Caldaicā, quodammodo pro te faciat, adhuc vellem aliam autoritatem ad hoc, quod tempus aduentus Meſſię ſit pręteritum, ſi quam habes.

PAVLVS. Multas habeo autoritates hoc ſatis oſtendētes illis, pręſertim, qui veritatem ſcire deſiderāt ſine affectione minus recta, ſed tantū vnā allegabo tibi, quę eſt de vltimis prophetarū de hoc loquentium, ſicut prophetia præallegata patriarchæ fuit de primis prophetiis tractātibus de tēpore aduētus Meſſiæ.

SAVLVS. Allega illā autoritatem quā dicis, vt videas ſi facit pro te.

PAVLVS. Daniel, qui fuit de vltimis prophetarum veteris teſtamenti de hac materia, ſcilicet, de aduētu Meſſię inter cęteros pertractauit, qui vt habetur Dan. 9. cū orationibus, præcibus & ieiuniis & ſacco & cinere orās Deū tēpore Babylonicę captiuitatis pro illuminatione, ſeu reparatione

Reuelatio Danieli facta de aduētu Meſſiæ, per 70. hebdomadas ſignatas. Dan. 9. c. 25

Danielis prophetia præceſſit oratio, ieiunium & pœnitẽtiæ opera, à quo cõcionatores diſcere poſſunt.

Ieiunantes veſpertino tẽpore magis eleuãtur.

Danielem Angelus reddit atentum.

tione ſanctuarij ciuitatis, & populi Iſraelitici, cũ inſtanter oraſſet, & pęccata propria, & populi cõfiteretur, Angelus Gabriel ei apparuit tempore ſacrificij veſpertini: quando ieiunantiũ mentes magis eleuantur, & deuotius orãt. Quiquidem Gabriel poſtquã reddidit Danielem attentũ propter arduitatem dicendorũ, dicendo ei hęc verba: Ab exordio precũ tuarũ egreſſus eſt ſermo Dñi: ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir deſideriorũ es: tu autẽ animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Conſequẽter reuelauit ei tẽpus aduentus Meſſię: dicẽdo ei hęc verba ſecundũ tranſlationem tuam. 70. hebdomades abbreuiatæ ſunt, alias decciſſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuã, vt conſumatur pręuaricatio & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorũ. In quibus verbis Angelicis manifeſtè patet, quòd infra terminũ 70. hebdomadarũ, à Deo per Angelum Danieli reuelatũ: iuſtitia ſempiterna erat adducenda, ſcilicet, Meſſias promiſſus; de quo in

Pſal. 71. b. 7. Pſal. Orietur in diebus eius iuſtitia.

Hier. 23. a. 6 & Hiere. 23. Hoc eſt nomen quod vocabunt eum: Dñs iuſtus noſter.

Meſſias iuſtus, & iuſtitia per excellentiã vocatur in ſcriptura.

Et ſic in aliis locis, iuſtus, ſeu iuſtitia per excellentiam de Meſſia dicitur: Cũ ergo tempus prædictarũ hebdomadarum iam diu eſt, quòd tranſiuit, vt poſſet euidenter probari, nõ ſolum per rationes, ſed etiam per autoritates à te recipiendas, ſequitur, quòd iuſtitia ſempiterna, quæ eſt ipſe Meſſias, iam diu eſt quòd venit: quod eſt intentum meũ in hac noſtra altercatione.

Tria quærit.

SAVLVS. Autoritas per te allegata nõ concludit intentum tuũ, niſi prius probes aliquã, quę non credo, te probare poſſe. Et ſpecialiter tria, quę tibi per ordinem tãgam.

Primum. An nomine iuſtitia ſempiternæ intelligatur Meſſias.

Primũ, quod tibi incũbit probare eſt, quòd per hoc quod dicitur iuſtitia ſempiterna in hoc loco intelligatur Meſſias promiſſus. Iuſtitia enim ſempiterna propriè Deus eſt, qui cum ſit iuſtus, prout in ſcripturis ſępè nominatur, ſequitur quòd ſit iuſtitia. Illa enim, quę de Deo dicũtur in concreto, oportet verificari de eo in abſtracto, propter eius ſummã ſimplicitatem.

Quæ in concreto de Deo dicuntur verificãtur in abſtracto.

Proprius ſenſus dicti Gabrielis eſt Deũ eſſe iuſtitiã ſempiternam.

Et cũ ipſe ſit ſempiternus, ſequitur quòd eius iuſtitia, quę eſt ſua eſſentia, ſit ſempiterna. Vnde proprius ſenſus huius dicti Angelici, ſcilicet: Et adducatur iuſtitia ſempiterna, eſt, vt adducatur Deus, qui eſt iuſtitia ſempiterna propriè vt dictum eſt. Deus autẽ dicitur venire, ſeu adduci metaphoricè ſecundum ſuos effectus: quando, ſcilicet, effectus miſericordię ſuę, ſeu prouidẽtię, vel iuſtitiæ ſuę venit, ſeu ducitur ad miſerendũ, ſeu prouidendum ſuis creaturis. Vnde ſi bene conſideras in hoc loco ſic debet intelligi illud dictũ, ſcilicet: Et adducatur iuſtitia ſempiterna. Nõ

Secundo. An Daniel in ſua oratione intenderat Meſſiam petere.

enim Daniel in ſuis orationibus, quę in illo capitulo, quod tu alle gas cõtinentur, petiuit Meſſiam adduci, nec aliquid huiuſmodi: ſed ſolum reparationem tẽpli, & ciuitatis, quæ erant deſtructę, & etiã amotionem oprobrij popu li ſui: prout verba ſua manifeſtè ſonant, in quibus nulla mẽtio de Meſſia reperitur. Vnde, quia infra terminum prędictarum hebdomadarũ Deus venit miſerãdo populo ſuo, reducẽdo eos de ca ptiuitate Babylonica, & reedificãdo templũ & ciuitatem, & vin dicãdo eos de inimicis, ſcilicet, Caldęis, qui infra iſtud tẽpus fue rũt deſtructi per Medos. Idcirco horum reſpectu ſatis propriè po teſt intelligi adductio iuſtitię ſem piternę correſpõdẽter adorationes Danielis, quib⁹ iſta petebat.

Ad primũ oſtẽdit prædictam reuelationem de Meſſia promiſſo, eſſe factam.

PAVLVS. Vtiq; cõcedo tibi, quòd Deus eſt iuſtus, & per conſequens iuſtitia ſempiterna: eo modo quo tu dicis, & etiam quòd in hoc loco per hoc, quod dicitur Iuſtitia ſempiterna intelligatur ipſe Deus: ſed per hoc nõ concluditur, quin verba iſta de Meſſia ſeu Chriſto intelligãtur.

Probatq; hoc ex teſtimonijs Iudæorum.

Nã prout iã dixi tibi verus Meſſias, iuxta veritatẽ fidei noſtræ, Deus verus eſt, de cuius diuinitate tractaturus ſum tecũ in arti culo certo per ſe: ſed ad præſens oſtendã tibi magiſtros tuos, qui verba prędicta Angeli exponũt de Meſſia promiſſo. In libro enim

In lib. Gederholan. Rabbi Barachia. Iſa.56.a.1.

Gederholã, id eſt de ordine mũdi, Rab. Barachia exponẽs illud Iſa.56. vbi dicitur: Proxima eſt ſalus mea ad veniendũ, & iuſtitia mea ad reuelandũ. dicit expreſſè, quòd per illud quod dicitur: Et iuſtitia mea. intelligitur Meſſias, de quo ſcriptum eſt in Dan. Vt adducatur iuſtitia ſempiterna. Hęc ille. Similiter Rab. Moy. Gerundenſis, exponens prædicta verba Angeli in loco ſuo ſuper Danielẽ, ſic dicit: Iuſtitia ſempiterna, & ſanctuarium ſanctuariorũ, vel ſanctus ſanctorũ, nõ niſi ipſe Meſſias eſt ſanctifica tus de filiis Dauid. Hæc ille. Et ſic habes manifeſtè ſecundũ doctrinã antiquorum Talmudiſtarũ & modernorũ, etiã magiſtrorum, quòd per iuſtitiã ſempiternã, & ſanctum ſanctorum, quę in verbis Angeli ſupradicti continẽtur, intelligitur Meſſias.

Rab. Moyſ. Gerund.

Meſſias eſt iuſtitia ſempiterna, & ſanctus ſanctorum, ſecũdũ Talmud.

Illud autẽ quod obiicis, dicens, quòd Daniel in ſuis orationibus in prędicto cap. contentis, non petiuit Meſſiã adduci, ſed ſolùm reparationem templi, &c. nõ facit contra propoſitũ meum: tamẽ quia Deus ex abundantia ſuę bonitatis, nõ ſolùm merita ſupplicũ excedit, ſed etiã orationũ vota: ſæpe enim plus dat, quã ab eo petatur. Vnde Gen.17. Abrahã nõ petenti, quòd daretur ſibi filius dẽ Sara, ſed ſolũ cõſeruationem Iſmaelis, dicens: Vtinam Iſmael viuat corã te, Deus reſpõdit: Sara vxor tua pariet tibi filiũ, &c. & infra: Et pro Iſmael exaudiui te, &c. Ex quo patet, quòd nõ ſolũ quod petebat, ſed amplius ei cõceſſit, & ſic in propoſito. Tamen, quia licet Daniel non petiuiſſet

Ad ſecũ. lũ. Deus plus dare ſolet, ex abundãtia pietatis ſuę, quã ab eo petatur.

Gen.17. c.18.

uiſſet aliquid de Meſſia, ſed ex cõſideratione verborum Hieremiæ oraſſet pro liberatione populi Iſrael de Babylonica captiuitate & reedeficatione tẽpli, & huiuſmodi. Deus tamẽ cui nihil latet futurũ, prȩſciens quòd illa liberatio populi, & illa reedificatio tẽpli, & huiuſmodi non erant ſtabiles, ſeu perpetuæ, nec per ſe intentȩ: ideo reuelauit ſibi verã conſolationem populi & perpetuã edificationem tẽpli Dei, per aduentum iuſtitiȩ ſempiternæ, & ſancti ſanctorum, ſcilicet, Meſſiæ fiendas. Sicut ſi quis ſeruus dño ſuo gratus, ſeu acceptus, peteret à ſuo dño aliquam gratiã modici valoris, & dñs ei reſponderet, bene dabo tibi illã, ſed eſt modicæ reputationis: quia cito corrũpetur, ſed dabo tibi aliã incomparabiliter maiorem, ſicut 1. Reg. 9. Samuel dicebat Sauli, quẽ ſciebat Regem futurum: De aſinis, quas nudiuſtertius perdideras, ne ſolicitus ſis, quia inuentȩ ſunt, & cuius erunt optima Iſrael, nõne tibi? & ſic in propoſito. Deus enim ſciens quod appropinquabat tempus Meſſiæ, in quo redimendus erat populus Dei, & ciuitas ſancta, ſcilicet, Hieruſalẽ ſpiritualis perpetuo reparãda, Danieli petẽti de temporali liberatione & reedificatione ciuitatis, ſeu tẽpli quodãmodo momentanea: reſpõdit quòd illa reedificatio, quã petebat fieret. & hoc cũ dicit: Et rurſum reedificabitur platea & muri: ſed cõſequenter oſtendit ei,

Similitudo.

1. Reg. 9. c. 20.

quòd huiuſmodi reedificatio nõ erat durabilis: & hoc cum dicit: Et ciuitatẽ & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce vẽturo, & finis eius vaſtitas: veruntamẽ, vt eũ vere conſolaretur, reuelauit ſibi liberationẽ populi ſpiritualẽ, quȩ fiẽda erat, ſcilicet, per cõſumationem præuaricationis, & peccati & deletionẽ iniquitatis, quȩ per adductionẽ iuſtitiȩ ſempiternȩ, & vnctionẽ ſancti ſanctorũ implenda erãt infra tẽpus 70. hebdomadarum à Deo deciſſarum, prout plane litera ſonat.

SAVLVS. Quidquid ſit de intellectu harũ dictionũ, ſcilicet iuſtitia ſempiterna, & ſanctus ſanctorũ. Adhuc nõ habes intentũ tuũ ex hac autoritate Danielis: & hoc ex duobus, quȩ tibi, vt dicebã incumbunt probare. Primo, quia nõ cõſtat hȩ hebdomadȩ cuius ſint quãtitatis, ſcilicet, an dierũ, annorũ, cẽtenariorum ſeu millenariorũ. Hebdomada enim nihil aliud dicit, niſi ſeptenariũ, dicũtur enim hebdomadȩ dierũ & annorũ, & ſimili modo, ſeu ratione poſſunt dici hebdomadæ iubileorũ, & cẽtenariorũ, & huiuſmodi. Et quia hoc eſt incertũ ex dictis Angeli: idcirco tẽpus contentũ in prȩdictis hebdomadibus incertũ remanet nobis. Secũdo, quia dato quòd eſſemus certificati de quantitate hebdomadarum, adhuc ignoramus earũ initiũ. Non enim habetur earũ initiũ in litera, nec per cõſequens earũ finis. Vnde dato, quòd infra tẽpus hebdomadarum

Querit primũ de quantitate hebdomadarum.

Querit ſecundũ de initio hebdomadarum.

rũ prędictarũ Meſſias eſſet vẽturus,& quòd ille hebdomadę ſint annorũ, adhuc neſcitur, an illud tẽpus ſit prętеritũ, vel futurũ: cũ harum hebdomadarũ initium, vt dictum eſt, neſciatur, & ſic patet quòd argumẽtatio tua in hoc loco nõ concludit tuum intẽtum.

Ad primũ oſtendit, quòd hebdomadæ Danielis ſunt annorum, quod probat per ſcripturas, & per Talmudiſtas.

PAVLVS. Ad primũ, quod obiicis de quantitate temporis hebdomadarum tibi reſpõdeo, quod contentæ hebdomadæ in hac reuelatione facta Danieli, manifeſtũ eſt, quòd ſunt intelligẽdæ annorũ. Tum quia in tota ſacra ſcriptura nõ inuenitur aliqua hebdomada dici, niſi vel dierũ. vt Leuit. 23. vbi de feſto hebdomadarũ agitur, vel annorũ, vt ibidẽ 25. vbi de iubileo agitur, & ideo fingere hebdomadã iubileorũ, & huiuſmodi non cõſonat Sacrę ſcripturę, nec vſui cõmuniter loquentiũ: tũ quia tui expoſitores, tã Talmudici antiqui, quã etiam moderni nunquã has hebdomadas intellexerunt, niſi annorũ: vt patet in libro qui dicitur Gederholã, ſcilicet, de ordine mundi. Et in expoſitione Rabbi Salo. ſuper hũc paſſum. Similiter & Rab. Moy. Gerundenſis, & ſic de aliis, qui omnes licet in expoſitione aliorum contentorum in hac reuelatione deuiãt à veritate noſtra, & etiã inter ſe ſunt diuerſi. In hoc enim, ſcilicet, quòd huiuſmodi hebdomadæ intelligãtur annorum nullus eorũ diſcordat: tum quia cùm ſit manifeſtum, quòd ciuitas Hieruſalẽ per Romanos à magnis tẽporibus

Leui. 23. a. 3.

Leui. 25. a. 8

In lib. Gederholam.

Rab. Salo.

Rab. Moyſ. Gerund.

ſit deſtructa, & ex tunc ſacrificiũ Iudaicum fuiſſe ablatum, quod iuxta planum ſenſum literæ in vltima prædictarum hebdomadarum hoc pronoſticatur forè, vel ſaltem poſt 72. hebdomadas. Legitur enim ibi ſic. Et poſt hebdomadas 72. occidetur Chriſtus, & non erit ei: & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cũ duce vẽturo, & finis huius vaſtitas, ſequitur, quòd à magnis tẽporibus retroactis tẽpus prædictarũ hebdomadarum ſit finitũ. Et quia cõſtat ex prędictis, quòd infra tempus prædictarum hebdomadarum adduci debebat iuſtitia ſempiterna, ſcilicet, Meſſias, ſequitur quòd à magnis tẽporibus citra, ſcilicet, à tempore quo finitæ ſunt 70. hebdomadæ ſæpe dictę ſecundum prophetiã Danielis, Chriſtus, ſeu Meſſias debuĩt venire. Et ſic eius primus aduentus de quo agimus, ſecundum reuelationem Angelicã factam Danieli, iam diu eſt, quòd tranſiit in præteritum, quod fuit à me intentum.

SAVLVS. Licet verũ eſt, quòd expoſitores noſtri, & ſpecialiter magiſtri antiqui Talmudiſtarũ per 70. hebdomadas prędictas intelligunt hebdomadas annorũ, vt tu dicis: tamen illi nõ cõcedunt tẽpus aduentus Meſſiæ iam præteritum: exponunt enim literam huius reuelationis per alios modos: ita quòd per hoc non poſſunt cogi, vt cõcedant Meſſiam iam veniſſe. Et ideo ex dictis eorũ tu nõ poſſes

conclu-

concludere quod intendis, cùm ſit manifeſtè contra mentē corū.

Iudæi extortè exponunt prophetias de Meſſia loquentes.

PAVLVS. Scio vtiq;, quòd magiſtri tui conātur ſic extortè exponere literā huius reuelationis, vt ſubterfugiāt à veritate ibi contenta: ſed ex hoc nō tollitur, quin ex dictis, & ab eis conceſſis poſſim cōtra te agere. In Dialecticis enim quidquid alter diſputantiū habet ex cōceſſione alterius, probatū reputatur, & cōcluſum inter eos, licet ille cōcedens plura alia diuerſa, ſeu contraria proponat. Similiter in altercationibus iuridicis ſemper creditur homini cōtra ſe, licet nō pro ſe, niſi de cōſenſu ſui aduerſarij. Vnde & in propoſito expoſitiones magiſtrorū tuorum ego nō cogor admittere, niſi tantum in his, quę pro me faciūt. Quapropter, quia ipſi vnanimiter cōcedunt, huiuſmodi hebdomadas intelligendas eſſe annorum: ideò hoc propono tibi, tanquā à te neceſſario concedendū & recipiēdum. De aliis verò expoſitionibus ſuis, ſi quę ſunt cōtra me, nō cogor eas recipere, niſi forte ratio, vel autoritas ſacrę Scripturę eas ſuaderet. Et eodē modo debet eſſe inter me & te: quia ſi ex autoritatibus noui teſtamenti, vel ſanctorū noſtrorum aliquid adinuentū fuerit contra me, potes illud allegare, & oportebit, quòd ego concedā illud: de his autē, quę cōtra te fuerint in prædictis, nō eris obligat⁹ cōcedere.

SAVLVS. Habeo mentem tuā circa primū, quod obiiciebā: dic ergo ad ſecundū, ſcilicet, de initio huiuſmodi hebdomadarū quod in litera nō eſt expreſſum.

Ad ſecundū probat initium hebdomadarum fuiſſe ab exitu ſermonis.

PAVLVS. Si bene literam cōſideras, initiū huiuſmodi hebdomadarū Angelus oſtendit Danieli, vbi poſtquā propoſuit ſibi 70. hedomadę deciſſę ſunt ſuper populū tuum, &c. vſq; ibi: Et vngatur ſanctus ſanctorum, ſtatim ſubdit. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ędificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtū ducem hebdomadæ 7. & hebdomadę 72. erunt. Vnde ſecundū planum intellectū literæ in hoc quod dicit: Ab exitu ſermonis, vt iterū ędificetur Hieruſalē, oſtenditur initium huius hebdomadarū eſſe ab exitu ſermonis reedificationis Hieruſalē. Sed quomodo intelligatur illud: Ab exitu ſermonis: diuerſi diuerſimodè expoſuerūt. Aliqui verò expoſuerunt de exitu ſermonis Dei ad Gabrielē Angelū, de quo dixerat: Ab initio præcū tuarum egreſſus eſt ſermo. Alij verò à viceſimo anno Regni Artaxerxis, quando idē Rex pręcepit, vt reedificaretur Hieruſalē, vt habetur Nehe. 4. Alij verò, vt magiſter Raymūdus Marcus, & alij ſequaces exponūt hoc initiū fuiſſe quarto anno Sedechię Regis, in quo anno, vt ſufficiēter probāt exiuit ſermo Dei ad Hieremiā dicēs: Cū cœperint impleri in Babylonia 70. anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbū bonum, & reducā vos ad locum iſtum. In quo verbo ſermo Dei primo

Ab exitu ſermonis, quomodo intelligatur: & variè exponitur. Aliqui dicūt intelligi de tēpore, quo Gabriel loquutus fuit.

Nehe. c. 4.

Alij intelligunt de Rege Artaxerxe.

Raymūdus, & alij à 4. anno Regis Sedechiæ.

Hiere. 29. b. 10.

primo exiuit de reditu populi in Hieruſalē, & per cōſequens reedificandum ibi templū Dei, & habitacula populi & miniſtrorū, licet adhuc nō eſſet data licētia reedificandi. Vnde iſte fuit primus exitus ſermonis Dei de reductione captiuitatis Babylonicę, ad quē refertur propriè verbum Angeli dicentis Daniel. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt reedificetur Hierusalem. Cōſonat autem huic ſententię, quòd Daniel in ſuis orationibus & ieiuniis ſupradictis ſumpſit exordium ab illa prophetia Hiere. Dicitur enim ibi in principio illius capit. Dani. 9. Ego Daniel intellexi in libris numerū annorum: de quo factus eſt ſermo Dñi ad Hieremiā prophetam, vt cōplerentur dies conſolationis Hieruſalē 70. anni, & poſſui faciē meā ad orandum Deum, &c. Ex quo patet, quòd Danieli cōſiderantiin verbis Hiere. prædictis, ab illis verbis ſumpſit ſibi initiū Angelus dicens, ab exitu ſermonis, vt reedificetur Hieruſalem. Vnde ab iſto initio procedendo in cōputatione 70. hebdomadarū rectè ſecundū veriores hiſtorias, & planiorē ſenſum literę deuenitur ad vltimā hebdomadā, in quā paſſio Chriſti fuit celebrata, per quā ſecūdum veritatē fidei noſtrę cōſumata fuit preuaricatio, & finē accepit peccatum. SAVLVS. Oſtēde ergo mihi proceſſum huius cōputationis, ſcilicet, 70. hebdomadarū, vt videā quomodo ab illo exitu ſermonis, ſcilicet, Dei ad Hiere. vſq; ad tempus paſſionis, quod dicis fuerunt implete 70. hebdomadæ ſupradictæ.

Primus exitus ſermonis Dei fuit de reductione captiuitatis Babylonicæ

Dan. 9. a. 2.

Hie. 25. c. 12 & 29. c. 10.

Vltima hebdomadā paſſio Chriſti fuit celebrata.

PAVLVS. Nō eſt neceſſe vt tibi ad præſens oſtendā illum proceſſum quem petis: tū quia potes eū habere plenè in illo libro notabili, qui dicitur Pugio Iudæorū, in ſecūda parte cap. 3. vbi hęc computatio eſt perfectè tradita. Similiter illam inuenies paucis mutatis in poſtilla magiſtri Nicolai ſuper hoc c. Dan. 9. & in additionibus, quas in illo c. edidimus: in quibus omnibus prędicta computatio vera & exquiſita cū reprobatione expoſitionis Rab. Sal. magiſtri tui propriè & perfectè traditur. Ibi etiā inuenies planū ſenſum, & rationem omniū, quæ in illo capitulo cōtinentur, tam de diuiſione tripartita hebdomadarū, ſcilicet, per 7. & 62. & vnam ſimiliter, de quo intelligitur vſq; ad Chriſtū ducē: & occidetur Chriſtus, &c. ſic de aliis, ibidē contētis: & ideo remitto te ad prędicta. Tū, quia hic non agimus de hoc, vt inueniamus tempus aduētus Chriſti diſtinctè & pūctualiter, ſed ſolū ſcrutamur ſcripturas, ad inueniēdum ſcripturas ſecundū reuelationē prædictarū hebdomadarū Danieli factā: an iſte aduētus ſit adhuc in futuro ſpectandus, an iam trāſiuit in præteritū. Et quia ſecundū expoſitores non ſolum noſtros, ſed etiam tuos: totum tempus harum hebdomadarū, infra quòd iuſtitia ſempiterna, ſcili-

Iudæorum Pugio 2. par te cap. 3.

Poſtilla Nicolai de Lyra.

Autor in additionibus ad 9. c. Dan.

ſcilicet Chriſtus erat adducẽdus iam diu eſt, quòd trãſit in præteritũ, vt patet ex prædictis: ideo hoc ſufficit ad probandũ intentũ meum ad præſens, ſine eo quod intremus ad calculandũ proceſſum cõputationis ab initio hebdomadarũ vſq; ad finem: præſertim cũ ille proceſſus ex varietate hiſtoriarũ, & aliorũ occurrentium ſit valdè lõgus, & tranſcenderet compendioſitatem huius tractatus.

SAVLVS. Allegã mihi doctores noſtros, ſecundũ quos totũ tempus prædictarũ hebdomadarum iam tranſiit in præteritũ.

Talmud Abodazara cap. 1.

PAVLVS. In illo libro Talmud, qui dicitur Abódazara capi. 1. habetur determinatẽ, quòd 70. hebdomadæ Danielis incipiunt à deſtructione primi tẽpli, & determinãtur in deſtructione templi ſecũdi: inter quas quidẽ duas deſtructiones fluxerũt 490 anni, qui faciũt 70. hebdomadas annorum: quorũ quidem annorum primi 70 anni fluxerunt durante deſtructione templi, quæ facta fuit per Nabuchodonoſor 400. verò anni, & 20. fluxerũt à principio reedificationis tẽpli ſecũdi, vſq; ad deſtructionẽ eius per Romanos. Idem etiã habetur in libro, qui intitulatur de ordine mũdi, qui Hebraicę dicitur Gederholã, quas quidẽ autoritates Rab. Salo. ſequitur in hoc paſſu tanquam inuiolabiliter tenẽdas apud Hebręos: apud quos illa, quę in Talmud determinata habentur, ſeu diffinita, ſine contraditione circa ſacræ doctrinæ expoſitionem: non licet eis qualitercunq; ab eiſdem recedere, ſed tenẽda ſunt tanquã in textu ſacræ ſcripturæ contenta: prout in multis locis ab eis tradditur & à Rabbi Moyſes in principio ſui Deute. tanquam pro fundamento totius ſui operis prẹſupponitur, antoritas enim Talmudica in huiuſmodi determinationibus apud Iudęos eſt in eodẽ gradu, ſicut autoritas vniuerſalis Eccleſiæ apud nos. Cõſtat autẽ, quod à deſtructione tẽpli ſecundi per Titũ, in quo tempore fuit finis 70. hebdomadarum ſecũdum tuos doctores, vſq; ad præſentem annũ, ſcilicet, à natiuitate Dñi 1432. fluxerunt anni 1364. & ſic habes manifeſtè, quòd vltimus terminus hebdomadarũ ſecũdum cõputationem doctorũ tuorũ iam à magnis temporibus retroactis tranſiuit in præteritũ, & per cõſequens tẽpus aduẽtus Meſſię, de quo agimus, qui infra eaſdẽ hebdomadas prophetice, ſeu Angelicè pronũtiatur forẽ.

70. hebdomadæ incipiunt à deſtructione primi tẽpli, & terminantur in deſtructione ſecundi templi.

Gederholã.

Rab. Salo.

Rab. Moyſ.

Tãti valet apud Iudæos Talmudica autoritas quãti apud Catholicos autoritas Eccleſiæ.

Hoc opus ſcripſit autor. Anno 1432. & in lucem emiſſit anno 1364. videant hoc qui ſtatim ſuas lucubrationes typis mandant.

SAVLVS. Licet illi magiſtri, ſeu doctores, quos allegas ſic computaſſent hebdomadas, fuerunt tamen alij doctores noſtri aliter ſentientes: & ideo ex prædictis ſolùm non potes contra me formare efficacem rationem, niſi prius diſcurratur per alios expoſitores.

Iudæi per vias obliquas veritatem fugiũt.

PAVLVS. Licet bene credo tibi, quod multi Hebræorum attendentes, quòd ex prædicta computatione hebdomadarum

per

per ſuos magiſtros determinata, cõcludebatur Chriſtũ iam veniſſe, inuenerunt circa hoc quaſdam varias, ſeu cõfuſſas expoſitiones, vel ſaltem per vias obliquas & extortas, vt veritatẽ lucę clariorẽ ſubterfugerẽt, prout de eis vaticinatur. Ezech. 13. Sicut vulpes in deſerto ſunt prophetæ tui, ideſt, doctores tui Iſrael. Vulpes enim quęrẽtes ſubterfugere venatorem vel canẽ, multas & varias vias, & cauernoſas atque tortuoſas ſequuntur: & in hoc loco maximè contingit tuis expoſitoribus, de quibus omnibus non eſt ſcrutinium faciẽdum. Nam vt ait Philoſophus 1. Ethic. Omnes quidem perſcrutari opiniones inane fortaſſe eſt: ſufficiens autẽ maximè, quæ ſuperficie tenus appareant, vel æſtimentur habere aliquam rationem. Hæc ille. Cùm autem prædicta expoſitio doctorũ tuorum, quam ſupra allegaui ſit à doctoribus Talmudiſtarum, nemine eorum contradicente, determinatè tradita, & poſtea à tã magno expoſitore tuo, ſcilicet, Rab. Salo. repetita tanquam cõcluſa in ſua glo. nõ oportet prout Philoſophus dicit, ad alias ſingulares expoſitiones, ſeu opiniones diuertere. De vno tamẽ te certifico, quòd fuerunt multi doctores tui, qui de termino aduentus Meſſię nõ per hebdomadas prędictas, ſed per alias autoritates diſcurrẽtes tractauerũt, quorum quilibet aſſignabit certum tẽpus huiuſmodi aduentus.

Eze. 13. a. 4. *Phil. 1. Eth.* *Talmudiſtæ.* *Rab. Salo.*

Quæ quidem tempora licet variaſint, & ex diuerſis motiuis per quẽlibet eorũ aſſignata, omnia tamen iam tranſiuerũt in præteritũ: & ſic iuxta teſtimoniũ cuiuſlibet eorum, tempus aduẽtus Chriſti iam trãſiit in pręteritum, quod eſt intentum: omnia enim vera ſecundum Philoſop. 1. Eth. conſonant vero. *Phil. 1. Eth.*

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quod ſecundũ omnes magiſtros, ſeu expoſitores famoſos Iudæorũ, qui de tempore primi aduentus Chriſti determinatè locuti ſunt: tempus aduẽtus Chriſti iam tranſiit in præteritum.

SAVLVS.

NArra mihi, qui ſunt illi doctores noſtri, qui tempora diuerſa aſſignauerunt ad huiuſmodi aduẽtum, & quomodo illa tempora iam tranſiuerunt.

PAVLVS. Inter tuos doctores fuerunt multi, quaſi primitiui, & alij moderni, quaſi vltimi, & alij medij: & in quolibet iſtorũ ordinum fuit non modica tẽporis latitudo, in qua fuerũt plures & varij Rabbini, ſeu expoſitores famoſi, qui de hac materia tractauerunt. *Rabbini ſunt triplici differentia.*

SAVLVS. Indica mihi de quolibet iſtorum graduum, ſeu ordinuum vnum vel duos, ſi forte habes, tuam opinionẽ in hoc aſſerentes.

PAVLVS. De turba primorum Talmudiſtarum fuerunt aliqui, vt noſti, qui vocãtur Thãnaim; quorũ autoritas inter vos eſt *Thannaim fuit apud Iudæos tantæ autoritatis, vt poſt Prophetas ponantur.*

eſt maxima poſt prophetas,&de iſtis fuerunt tres de hac materia loquentes:quorum vnus dicitur Rab.Ioſæ,qui in libro Sederholam,ideſt de ordine mūdi,expoſuit terminum 70.hebdomadarum modo ſupradicto:ſecundū, quem iam tranſiit tempus aduētus Meſſię,vt dictū eſt. Fuit etiā alius de maximis illorum,qui dicuntur Thannaim, qui vocatur Rabbi Achiba,qui ſequutus eſt iſtam computationem hebdomadarum,&ſic credebat quòd Meſſias erat vēturus tēpore destructionis templi ſecundi. Ideo ſequutus eſt quendā fatuum nomine Vētozra, qui illo tempore dixit ſe eſſe Meſſiā: quem fatuū ſequuta eſt maxima multitudo Iudęorum,poſt 48.annos à destructione Hieruſalem per Romanos,&cōgregati ſunt in quandam ciuitate nomine Biter,&rebellarunt cū prædicto falſo Meſſia aduerſus Imperiū Romanū, qua ratione Adrianus Cęſar trāſfretauit & obſedit eos cum ſuo falſo Meſſia antedicto, & capta ciuitate omnes interfecit cū ſuo falſo Meſſia,prout omnia iſta tradūtur prolixius in quodā libro; qui dicitur Demai in diſ.quæ incipit Biſloſa per aquin.&in gloſ. Tren.Hieron.ſuper illud verbū Trēn.2.Diſſipauit Dñs,&nō eſt miſertus omnia ſpecioſa Iacob. De quo quidem falſo Meſſia, & ſuis ſequacibus intelligitur illud Dan.11.Filij quoq; præuaricatorum populi tui extollentur,&impleant viſionē,& corruent. Fuit

Rab Ioſæ in lib. Saderholam.

Rab. Achiba.

Ventozra fatuus tempore Adriani dixit ſe eſſe Meſſiā, quem multi Iudæi ſunt ſequuti, & omnes interfecti.

Lib. Demai in diſ. quæ incipit Biſloſa.

Hierony.in gloſ. Tre.2.

Dan.11.c.14

alius,vt ibidē habetur, qui dicitur fuiſſe de domo Heliæ Prophetæ,qui poſſuit ibidē expreſsè,ſcilicet,in libro de ordine mūdi,quod per ſex millia annorum debebat mūdus durare. Qui quidem anni per tres partes erāt diuidēdi iſto modo. Quia per duo millia annorū prima,mūdus erat quaſi ſub vacuo, per hoc deſignans tempus ante legis dationē: quod vocat vacuū, quia nō erat populus ſub lege diuina. Duo millia verò annorum ſequentia vocat tēpus legis: aſſerēs quòd tot tempus debebat fluere à datione legis vſq; ad Meſſiā. Duo verò millia tertia, ſeu vltima aſſerit eſſe ſub Meſſia, quia ſecundum eum ab aduentu Meſſię vſque ad finem mundi debebant fluere duo millia annorum. Conſtat autem, quòd iuxta computationem Hebræorum, quæ in his regionibus Hiſpaniæ, & vbique terrarum communiter tenetur à creatione mundi vſque ad prȩſentem annum Domini 1432. fluxerunt quinque millia & centū, & nonaginta & duo anni. Vnde ſecundum prædictum doctorem tempus aduentus Chriſti à 1192. annis tranſiit in præteritum. Et ſic habes tres principales de numero eorum, qui dicuntur Thānaim. Poſt prædictos fuerunt alij non tantæ autoritatis, ſed quaſi ſub eis. Et iſti dicūtur Amorain, de quibus fuit vnus de maioribus, qui vocatur Rabbi, qui determinauit in li. Sanhedrin in di. Heleb, quòd omnes termini aſſignati

Iudæus quidam de domo Heliæ dixit mundum duraturū ſex mille annos, videlicet, duo millia ante legem duo millia, ſub lege, duo millia ſub Meſſia.

Mundum duraturum ſex millia annorum, quidam affirmant.

1432.

Amorain.

Rab. in Sanhedrin.

aſſignati de aduentu Meſſiæ iam tranſiuerant in præteritum, & quòd non pendebat redemptio niſi in ipſa pœnitentia. Hæc ille. Quæ quidem determinatio veriſſima eſt, ſi ſanè intelligatur. Nam terminus aſſignatus in prophetis iam tranſiuit, vt dictũ eſt. In quo termino Chriſtus iam venit, & non pẽdet redemptio, niſi in ipſa pœnitentia: quia quicunque eorum pœnitentiam agerẽt ſtatim haberent Meſſiam, quod habemus per rei euidentiã. Sed licet iſte Rabbi non iſta ratione intellexit verba per ſeipſum prolata: tamen ex eis habemus, quòd omnes termini aſſignati de aduentu Meſſiæ iam tranſiuerunt, quod eſt intentum. Fuit & alius contẽporaneus ſibi, qui cõſiderãs, quòd omnes termini de aduentu Meſſiæ iã tranſiuerant: prout iã dixerat ſocius ſuus, voluit præcludere viam inueſtigandi huiuſmodi terminos, ne per hoc aliqui cauſarẽtur de veritate: & ideo dixit. Vę animabus cõputãtium terminos, ſcilicet, aduentus Meſſiæ, per hoc volẽs deſignare, quòd eſſet peccatum inquirere, ſeu inueſtigare de huiuſmodi termino, non reddens, ad hoc aliquam rationẽ, nec autoritatem, cuius malitia manifeſta eſt. Nam nullus fuit famoſus ſcriptor, ſeu gloſſator inter eos, qui de hoc ſolenniter non inquireret, prout iã patebit. Poſt prędictos, qui dicũtur Amorain fuerunt alij, qui dicũtur Geonim, de quorum numero fuit, quidã in Aſia nomine Rab. Sahadias, qui ſcripſit ſuper Talmud, & ſuper Bibliã: & compoſuit vnum librũ, quem vocauit liber de Credendis, in quo conatus eſt ex dictis prophetarũ probare, quòd Meſſias nondum venerat, & exquiſiuit cum magna diligẽtia, de termino aduentus Meſſię: & cõcluſit ſecũdum ſuam diligentẽ inquiſitionem certum terminum prædicti aduentus, qui iam trãſibit in pręteritũ per 340. annos, & vltra, vt habetur in eodem libro. Poſt prędictos Geonim ſurrexit Rab. Moy. Egyptius, qui tantæ autoritatis fuit inter eos, vt à maiori parte Iudæorũ dicitur prouerbialiter, quòd à Moyſe legiſlatore, vſque ad Moyſem Aegtiũ maior non ſurrexit, ſicut iſte Moyſes. Iſte vero licet in ſuo Deut. in li. de Iudi. tit. de Regi. vbi tractat de Meſſia determinat, quòd nullus debet computare terminos aduentus Meſſię, ſequens opinionẽ ſupradicti, dicens: Væ animabus computantium terminos: tamẽ ipſemet in quadam epiſtola, quam miſit Iudęis, qui erant in Affrica ſcripſit, quòd habebat ex certiſſima traditione antiquorum, quòd propheta venturus erat in Iſrael, & quòd Meſſias debebat venire, & redimere Iſrael, anno à creatione mũdi 4474. quod etiã conatus eſt fundare, in quadã autoritate Balaam 23. Nume. Et cum iam dictum eſt ſecũdum computationem Iudęorum pręſens annus, ſcilicet 1432. eſt 5192. a creatione

Redemptio ex pœnitentia pendet.

Amoraym Talmudiſtæ minores dicunt Meſſia tempus iam præteriiſſe.

Teſtimoniũ alteri⁹ Amorayn, de aduentu pręterito Meſſiæ.

Geonim.

Rab. Sahadias in lib. de credẽdis concluſit, Meſſiæ tempus iam prateriſſe.

Rab. Moyſ. Ægyptius, qui alter Moyſes habebatur, quid de aduentu Meſſia ſenſerit.

In epiſtola ad Iudæos Affricanos.

4474.

Num. 23. a. 7.

Anno 1432.

Anno 5192.

Scrutinium hunc dimbat, ſed anno 1434 in lucem mandauit.

tione mundi ſecundum eos, ſequitur, quòd terminus ab eo aſſignatus trãſiuit iam in præteritũ, per 218.annos. Quã quidem cõputationem fundauit in dicta autoritate Balaam Num.23.vbi dicitur in tranſlatione noſtra: In tẽporibus ſuis dicetur Iacob, & Iſrael, quid operatus ſit Deus, quod verbum ex traditione antiquorum ſuorum ſic exponit, quòd quantum fluxerat tempus à creatione mundi, ſecundũ Hebręorum computationem, vſq; ad tempus, in quo Balaã iſta verba dixit, tãtum tempus pręciſsè fluere habebat à tempore ipſius dicti, ſcilicet Balaam, vſq; ad tẽpus, in quo prophetia futura erat in Iſrael per Meſſiam: quidquid tamen ſit de iſta probatione, de qua non eſt curandũ, ſuffi cit ad præſens, quòd per ipſum Rab.Moy.cõcluditur terminus aduentus Meſſiæ modo ſupradicto. Fuit pòſtea alius magnæ autoritatis, qui dicitur Rab.Moy. Gerundenſis, qui ſcripſit ſuper Talmud quoddam opus, quod vocauit Nouellas: expoſuit etiã Penthateucum, in cuius expoſitionis parte prohœmiali determinauit cum magna ſolẽnitate, quòd Meſſiàs erat venturus certiſſimè in anno à creatione mundi 5118. Item alius de Prouincia Prouinciæ nomine Rabbi Leui Bẽguerſon, vulgariter magiſter Leo de Bannolas nuncupatus, qui ſcripſit ſuper aliquos libros Bibliæ, in expoſitione ſua ſuper Dani. reddens Deo gratias, qui

Rab. Moy. Ægypt cõcludit Meſſiam iam veniſſe

Rab. Moyſ. Gerun. fuit magnæ autoritatis apud Iudæos.

Quod Meſſias venturus erat, anno 5118. à creatione mũdi. Rabbi Leui Benguerſon concordat cũ prædicta opinione.

ſibi reuelauerat terminum aduentus Meſſię: aſſignauit huiuſmodi terminum in anno ſupradicto, ſcilicet, 5118. ſecundum Hebræorum computationem concordans cũ Rab.Moy.Gerund. ſupradicto: quorũ, ſcilicet, amborũ terminus iam trãſiit in præteritum per 74.annos. De Rab. Salo. verò iam dictum eſt ſupra, quòd ſecundũ eum finis 70.hebdomadarum fuit finitus tempore deſtructionis templi ſecundi. Ex quibus omnibus bene conſideratis habes, quòd aduentus Meſſiæ, de quo agimus non ſolùm ſecundum ſcrutinium Sacrarum ſcripturarũ, quas tibi ſupra allegaui, ſed etiã ſecũdum alias autoritates, in quibus putas vitam æternã habere, ſcilicet, Talmudiſtarum, & aliorum doctorũ ſeu Magiſtrorum, vel expoſitorum tuorum in variis tẽporibus & regionibus conſtitutorum, tẽpus aduentus Meſſiæ iam trãſiit in præteritum.

Tempus aduentus Meſſiæ etiam ſecũdũ omnes Talmudiſtas eſt præteritum.

SAVLVS. Quod doctores noſtri variè ſcripſerunt, & etiam fallibiliter de huiuſmodi terminõ, ſeu tempore contigit eis ex hoc, quòd huiuſmodi tẽpus eſt clauſum à Deo & ſignatum: ita quòd nõ poſſit cognoſci a quoquã, vſq; dũ veniat ipſum tẽpus: teſtãte Dani.cap.vlt. vbi de hac materia loquẽs, ſic ait: Vade Daniel, quia clauſi, ſignatique ſunt ſermones, vſq; ad tempus præfinitum. Vnde ex illis non habes intentum ratione prædicta.

Dan.12.c.9.

PAVLVS. Si bene conſi-

 deras

Iudæis malis clauſa eſt cognitio incarnationis Chriſti bonis verò manifeſta.

deras autoritatem Danielis per te allegatā, non reperies, quòd tēpus iſtud ſit clauſum ſeu ſignatum omnibus, ſed tantū prauis & impiis, qui malitia ſua excęcati, ea quę ſunt lucę clariora non poſſunt videre: ſed doctis, ſcilicet, iuſtis huiuſmodi tempus nō denuntiatur eſſe clauſum. Legitur enim Dani. vltim. ſtatim poſt verba tua allegata ſic. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabūtur multi & impie agēt, nec intelligēt omnes impij, porro docti intelligent. habes ergo ex dictis Dani. quòd tēpus illud præfinitū ſolum impiis debebat eſſe clauſum & ſignatum, non autem doctis. Cùm autem tu non potes concedere omnes magiſtros tuos, ſub quorum doctrina viuūt omnes Iudęi fuiſſe impios, ſed potius iuſtos, & doctos eos credis ſeu reputas, ſequitur quòd per eorū impietatem non potes eos excuſare à cognitione tēporis aduentus Meſſię pręfiniti, cùm apud te nō reputētur impij, ſed iuſti & docti.

Dan. 12. c. 10.

DIſtinctio quarta, de Scrutinio ſcripturarum loquentium de congregatione Iudæorum per Chriſtum ſeu Meſſiam: & cōtinet quatuor capitula.

In primo capitulo oſtēditur, quòd cōgregatio Iſraelitarū dupliciter eſt intelligēda, ſcilicet, corporalis & ſpiritualis.

In ſecūdo capitulo oſtēditur, quòd cōgregatio ſpiritualis eſt dignior & potior quàm corporalis.

In tertio capitulo oſtēditur, quòd per terram Iſrael, & Hieruſalem, & templum Dei, vbi Prophetæ dicunt congregandos fore omnes Iſraelitas, intelligendū eſt de cæleſti beatitudine, in qua ſancti ſpiritualiter congregantur.

In quarto capitulo oſtenditur, quòd reedificatio templi Ezechieli reuelata, non eſt expectanda materialiter in futuro impleri, neque ex ipſis ſumitur argumentum contra illud, quod probatū eſt Chriſtum iam veniſſe.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur quòd congregatio Iſraelitarum dupliciter eſt intelligenda, ſcilicet, corporalis & ſpiritualis.

SAVLVS.

QVantumcūq; probaſſes per autoritates, quòd tēpus aduentus Meſſiæ tranſiit in præteritū, vt intendis, adhuc non poſſes euadere alias autoritates, quibus multa dicuntur fore implenda per Meſſiam promiſſum, quę tamen ſecundū notiſſimā rei euidentiā conſtat nōdum fuiſſe impleta. Ex quibus neceſſario ſequitur, Meſſiam nondū veniſſe.

PAVLVS. Propone, quę ſunt illa nondū impleta, quæ ſecundum autoritates ſacras per Meſſiam pronuntiātur impleri, & hæc per ſingula vt melius diſcutiantur.

SAVLVS. Inter cætera propono tibi vnū, ſcilicet, cōgregationem Iudæorū ſeu Iſraelitarū per Chriſtū faciendā, de qua cōgregatione, vt noſti, quāplurimi Prophetę loquūtur expreſſè, & tamen hodie, vt euidēter patet,

ſunt

De congregatione Iudeorum per Meſſiam facienda.

ſunt ita diſperſi per orbem, ſicut nunquam fuerunt. Ex quo patet quòd Meſſias promiſſus, qui eos debebat congregare, nondum venit.

PAVLVS. Allega illas autoritates, quas credis pro te facere in hoc loco, vt, eas diligenter ſcrutando, veritas pateſiat.

SAVLVS. De congregatione diſperſionis Iſraelis futura, inter multas propheticas autoritates, quæ hoc dicunt, occurrit mihi illa Ezec.39. vbi ſic dicit: Hęc dicit Dñs Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor totius domus Iſrael, & zelabo nomini ſancto meo. & infra: Et congregabo eos de terris inimicorum ſuorum, ſanctificabor in eis in oculis gentium multarũ: & ſciẽt, quia ego Dñs Deus eorum. & infra: Cùm congregauero eos in tęrram ſuam, & non reliquerim quemquam ex eis, & non abſcondã vltra faciẽ meam ab eis. Ex qua autoritate manifeſtè habes, quòd Deus congregaturus erat populum ſuum Iſrael de terris inimicorum, & deducere eos ſuper terram ſuam, quod patet manifeſtè, vſq; hodie non eſſe impletũ per Meſſiã tuũ. Ex quo ſequitur, quòd eſt implendũ per Meſſiã quẽ expectamus. *(Ezech.39. f.25.)*

PAVLVS. Circa hanc congregationẽ, ante omnia debes ſcire, quòd ſicut ſupra tibi oſtenderam per autoritatem Rabbi Moy. magiſtri tui, aliquæ dictiones in ſacris ſcripturis contentæ ſunt ęquiuocę merè, vel à conſilio, quę quãdo in ſcripturis veniunt, oportet diligẽter inquirere, in quo ſenſu ſumãtur, ſicut dictũ fuit de his dictionibus Iſrael, Iacob, & Iuda, in prima diſtinctione: et ſic cõgregatio, de qua hîc propheta loquitur, ęquiuoca eſt: quãdoq; enim ſignificat congregationẽ corporalẽ, in aliquo loco; quandoq; verò ſignificat cõgregationem ſpiritualẽ, ſcilicet, animorum in aliquo credibili ſeu opinabili, vel deſiderabili, & huiuſmodi. Sicut enim corpora in eodem loco poſita dicũtur cõgregata localiter, & ab inuicẽ remota dicũtur diſperſa, ſic animi in eodẽ conceptu intellectus ſeu voluntatis exiſtentes, vni dicũtur ſeu vniti, & à fortiori poſſunt dici cõgregati. Vnde autoritas per te allegata dupliciter poteſt intelligi: quia ſecundũ quoſdã de congregatione corporali intelligitur, quòd fuit impletum in reditũ de captiuitate Babylonica, quãdo omnis populus Iſraeliticus, qui voluerũt aſcendere ad terrã promiſſionis habuerũt licentiã ſeu poteſtatem hoc faciẽdi, vt dicitur 2. Paralip. vlt. & Eſdrę 1. Et huic ſententię cõſonat principiũ huius prophetię, in qua dicit Dñs Prophetæ. Nunc conuertã cõuerſionẽ Iacob, &c. quod eſſet manifeſtè falſum, ſi hoc eſſet adhuc futurũ, cũ ab illo tempore, in quo dictũ fuit: Nũc conuertã. vſq; ad iſtud tẽpus tranſierũt plusquã mille ſexcẽti anni. Sed quia tẽpore Ezech. quando hoc dictũ fuit per prophetã, iam

Rab. Moyſ. *Cap.4. Cõgregatio Iudeorum, dupliciter intelligẽda eſt.* *Optima ſimilitudo.* *Cõgregatio corporalis Iudeorum quemodo fuit facta & quando.* *2. Paral. vlt. d.23. Eſdræ.1.b.ſ* *Ezech.39. f.25.*

tempus prædictæ congregationis imminebat: ideo propriè dicitur in hac prophetia: Nunc reducã captiuitatem, &c. Et cõgregabo eos de terris inimicorum ſuorũ, &c. Et iſto modo intelligitur illud Ezech. 11. Et congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis: & dabo vobis humum Iſrael. Quæ quidem prophetiæ, & plures aliæ ſimiles fuerunt impletæ in reditu captiuitatis Babylonicę per congregationem corporalem Iſraelitarũ, quæ tunc fuit facta. Secundũ verò alios, cõgregatio in hac autoritate contenta intelligitur ſecũdo modo cõgregationis ſupradicto, ſcilicet, animorum, quod impletum fuit per Meſſiam ſeu Chriſtum noſtrum, ſub quo totus Iſrael, ſcilicet, fideles Chriſti, qui veri Iſrael dicũtur, prout in prima diſt. eſt congregatus ſeu vnitus in fide Chriſti, ſecundũ quam animi fideliũ vniuntur ſeu congregãtur. Nec obſtat ſecundũ iſtos, quod dicitur: Nunc conuertam. tum quia nõ tantum diſtat tempus, in quo hæc prophetia fuit dicta à tempore aduentus Chriſti, ſicut ad tempus præſens, vt eſt manifeſtum: tum quia reſpectu diuinæ æternitatis tẽporalia omnia reputantur vt nunc. Ex quibus patet, quòd ſecũdum vtramq; prędictarum expoſitionẽ, prophetia iſta iã eſt impleta: & ſic hęc autoritas nihil facit pro te.

Ezech. 11. c. 17.

Cõgregatio ſpiritualis Iudæorum.

Solutio.

Obiectio ad prædicta, & primo de corparali cõgregatione.

SAVLVS. Si bene conſideras neutra prædictarum expoſitionum poteſt ſtare cũ vero ſenſu literali huius autoritatis, quod volo tibi oſtẽdere. Primo de prima expoſitione, ſecũdo de ſecũda. Prima enim expoſitio, quę dicit, quòd prophetia prędicta fuit impleta tẽpore redditus de captiuitate Babylonica, eſt manifeſtè falſa, propter duo, quæ in eadem prophetia continetur, quæ nunquã fuerũt tempore templi ſecundi impleta. Primũ eſt illud, quod dicitur ibi. Et non dereliquã quemquam ex eis, quod eſt manifeſtum nõ fuiſſe impletum tempore redditus de illa captiuitate Babylonica: in quo redditu nondũ decem tribus, quæ ibi nõ interfuerunt, ſed etiã de aliis duabus multi relicti ſunt. Secundum eſt illud, quod dicitur ibi in prædicta autoritate. Non abſcõdam vltra faciem meam ab eis. quod nullo modo poteſt dici fuiſſe impletum in illo tempore, cùm à deſtructione templi ſecũdi vſque nunc manifeſtum eſt, Deũ abſcondere faciem ſuã à nobis pluſquã antea, relinquendo nos in tã diuturna, & tã acerba captiuitate, vt eſt manifeſtum.

Ezech. 39. g 28.

Ibid.

PAVLVS. Prima obiectio tua contra primam expoſitionẽ non valet propter duo. Primum eſt; quia tẽpore redditus de captiuitate Babylonica omnes habuerũt licentiã à Cyro vniuerſaliter redeũdi in Hieruſalem liberè, vt patet per ea quæ ſupra allegãtur, ſcilicet, 2. Paral. vlt. & Eſdræ 1. & ſic verificatur illud: Et non reliquerim, quemquam ex eis,

Ad primã obiectionẽ reſponſio.

Cyro dedit facultatem, iis qui in captiuitate Babylonica erant redeũdi in Hieruſalẽ liberè.

2. Paral. vlt. d. 23.

Eſdræ 1. b. 3.

eis: quia nullus fuit derelictus quin poſſet reddire, ſi vellet, ſublato iugo captiuitatis, & licẽtia conceſſa generali. Secundũ eſt, quia Eſdrę in fine ſecundi cap. & principio tertij, poſt redditũ captiuitatis Babylonicę hęc verba legũtur. Et habitauerũt Sacerdotes, & Leuitę, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi, in ciuitatibus ſuis, & omnis Iſrael, & peruenit menſis ſeptimus, & filij Iſrael in ciuitatibus ſuis, cõgregatuſq; eſt populus, quaſi vir vnus in Hieruſalem. Ex qua autoritate patet manifeſtè, quòd omnis Iſrael fuit in reditu captiuitatis Babylonicæ in Hieruſalẽ, quod concordat manifeſtè cùm prima expoſitione.

1. Eſdras in fine ſecundi, & in principio tertij cap.

1. Eſd. 7. a. 7

SAVLVS. Impoſſibile videtur vel ſaltim non veriſimile, quòd nõ remanſiſſent aliqui de tãta diſperſione Iudęorũ per orbẽ facta. Inſuper manifeſtũ eſt, quòd de decẽ tribubus vltra flumina Ethiopię trãſmigratis nullus fuit in Hieruſalẽ in reditu captiuitatis Babylonicę, & ſic nullo modo poteſt dici, quòd totus Iſrael fuit in Hieruſalẽ in reditu de captiuitate Babylonica.

PAVLVS. De decem tribubus non debuit hic fieri mentio, quia iã fuerunt pręciſſi nõ ſolùm à regno Dauid, quod erat à Deo inſtitutum ſuper totũ Iſrael, ſed etiam à cultu diuino, qui erat in Hieruſalẽ, vt habetur 4. Reg. 17. Et ſi fortè de duabus tribubus aliqui remãſerunt, qui nõ aſcenderunt in Hieruſalem in reditu captiuitatis prędictę, neceſſe eſt dicere ad ſaluandum autoritatẽ Eſdræ ſupradictã, quòd fuerunt tam pauci, quòd quaſi nulli reputantur. Nã ſecundũ Philoſophũ 5. Ethic. Quòd modicũ eſt, quaſi nihilum reputatur. Vnde & ſimiliter, quod dicitur in autoritate Ezech. per te allegata: Et nõ dereliquerim quemquã ex eis. iſto modo intelligẽdum eſt, ſcilicet, quòd de paucis vel modicis, ſi forte remanſerunt, nõ facit mentionẽ propheta, ſicut nec Eſdras cùm dixit: Omnis Iſrael. in prędicta autoritate per me allegata.

Decem tribus fuerunt praciſſi, non modo à Regno. ſed etiã à cultu Diuino.

4. Reg. 17. b. 7. & deinde.

In reditu captiuitatis Babylonicę aliqui ibi remanſerunt.

Ariſ. 5. Ethi.

Ezech. 39. f. 25.

SAVLVS. Adhuc reſtat illud verbũ in prędicta autoritate Ezec. per quod nullo modo illa autoritas poteſt verificari de tẽpore redditus captiuitatis Babylonicę, ſcilicet, cũ dicitur: Et non abſcondam vltra faciem meã ab eis. Cõſtat autem, quòd poſt illud tempus maximè abſcondit Deus faciem ſuam ab Iſrael, pręſertim in hac captiuitate à Romanis incœpta, & vſque hodie per totum orbem continuata.

Ibid. g. 29.

PAVLVS. Bene cõcedo tibi, quòd Deus abſcõdit faciem ſuam à Iudæis in hac captiuitate exiſtentibus pluſquã ante. Vnde de eis verificatur illud Deut. 31. Et abſcondam faciem meam ab eis, & erunt in deuorationẽ. de quo fortè inter me & te, in ſequentibus erit aliquod colloquiũ, cũ de vindicta mortis Chriſti loquemur: ſed ex hoc non ſequitur, quòd De⁹ abſcõdit faciẽ ſuam ab Iſrael, ſcilicet, à veris fidelibus,

Deut. 31. d. 17.

Deus abſcõdit faciem ſuam malis, & nunquam bonis, qui Iſrael dicũtur & ſunt.

delibus, qui Iſrael dicuntur ſecũdum ſpiritum, vt habetur ſupra. Ab iſtis enim nunquã Deus abſcondit faciem ſuã: poſtquam effudit ſpiritum ſuum ſuper eos in die Pẽtecoſtes: Et ideo propriè dicitur per Prophetam. Et non abſcondam faciem meã vltra ab eis, cùm effudero ſpiritum meũ ſuper domum Iſrael, dicit Dñs. De qua effuſione largiſſimè prophetatum fuit Ioelis 3.

Ioelis c. 3. per totum cap.

SAVLVS. Quomodo poteſt verificari, quòd Deus nunquam abſcondit faciem ſuam ab illis, quos dicis fideles diſcipulos Chriſti tui: cùm cõſtat quòd poſt illud tempus Pentecoſtes, in quo dicis Spiritum ſanctũ fuiſſe infuſſum in eis, omnes diſcipuli illi, & omnes ferè illorũ ſequaces fuerunt occiſi per Gentiles, & vagi atq; profugi ſuper terrã diſperſi: maximaſq; tribulationes, & opprobria, & iniurias paſſi, vt tuæ hiſtoriæ teſtantur. Quę quidẽ perſecutio fuit maxima, & durauit per totum orbẽ, vſq; ad tempus cuiuſdam imperatoris, qui neſcio quo ſpiritu ductus prædictam perſecutionem mãdauit ceſſari: falſum eſt ergo dicere, quòd Deus nunquã abſcondit faciem ſuam à fidelibus Chriſti tui, poſt illud tẽpus Pentecoſtes à te aſſignatum: cũ per 400. annos ferè durauit illa perſecutio prima, quam paſſi ſunt Chriſtiani, & poſtea in proceſſu temporis multę alię perſecutiones in variis tẽporibus cõtra eos inſurrexerunt, & etiã quotidie

Perſecutio prima Chriſtianis facta; circa quadringẽtos annos durauit.

inſurgunt: vt eſt manifeſtum, & hiſtoriæ tuæ, ac etiam rei euidẽtia teſtantur.

PAVLVS. Cõcedo tibi, quòd diſcipuli Chriſti, & omnes eius fideles maximas perſecutiones, tribulationes, atque opprobria fuerũt paſſi, poſt paſſionem Chriſti noſtri, ac quòd perſecutiones illæ durauerunt per magnum tempus, & etiã in diuerſis mundi partibus durãt: ſed ex hoc nõ ſequitur, quòd Deus abſcõdit faciẽ ſuã à fidelibus Chriſti. Per faciẽ enim Dei propriè intelligitur gratia ſua, per quã homines ſaluãtur, iuxta illud Pſal. Oſtẽde faciem tuam, & ſalui erimus. Quã quidem gratiã in tãta abũdantia Deus infudit in Chriſti fideles in die illa Pẽtecoſtes: quãdo abundanter ſpiritũ ſuum effudit ſuper eos, prout fuit, per Ioel dictum & prophetatum, & etiã poſtea in diuerſis temporibus, præſertim in primitiua Eccleſia, vt fideles illuminati per illã gratiam ad nihilum reputabant aduerſa mundi pro fide & amore Chriſti ſuſtinere: per quã tolerantiam maximarum perſecutionum, nomen Chriſti fuit per orbem exaltatum, & eius fides diuulgata. Vnde ex hoc non ſequitur Deũ abſcondiſſe faciem ſuã à fidelibus Chriſti, ſed potius faciẽ ſuã miſericorditer eis oſtẽdere: iuxta illud Num. 6. Oſtendat Dñs faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: maxima enim Dei miſericordia relucet in illo, qui propter nulla aduerſa mũdi à re

Facies Dei eſt ipſius gratia, quã nunquã abſcondit fidelibus ſuis.

Pſa. 79. a. 4.

Abundantior gratia in primitiua Eccleſia, quæ ſe in martyribus oſtendebat.

Num. 6. d. 25.

ctitudine, ſeu iuſtitia cordis, & verè fidei confeſſione non recedit: de quibus in Pſal. Quoniam propter te mortificamur tota die, &c. Et ideo dicitur à quodã de noſtris. Hæc eſt victoria, quæ vincit mũdum fides noſtra; prout in ſequentibus, Domino cõcedente, cũ inter nos fiet ſermo de victoria Chriſti, amplius declarabitur.

Pſal. 43. d. 22. Rom. 8. g. 36. 1. Ioã. 5. a. 4.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quòd congregatio ſpiritualis eſt dignior, ſeu potior quam corporalis.

SAVLVS.

De congregatione ſpirituali Iſrael replicat.

PLacet mihi ad prǽſens ſuperſedere à diſcuſſione de victoria Chriſti tui, vt inde fiat ſingularis inter me & te de hoc diſceptatio: ſed ad propoſitũ noſtrũ redeundo, cõtra ſecundã expoſitionẽ autoritatis Ezec. per me ſupra allegatę, in qua expoſitione dicebas, quòd cõgregatio in illa autoritate cõtenta intelligitur ſpiritualis, ſcilicet, animorũ, & ſic aſſeris, quòd totus Iſrael fuit, & eſt congregatus in fide Chriſti tui, cui vnũ obiicis, ſcilicet, quòd congregatio ſpiritualis nõ inuenitur in ſacra Scriptura, ſed vbicũq; dicitur cõgregatio, intelligitur corporũ. Vnde illa expoſitio non habet in Scriptura ſacra fundamentum.

PAVLVS. Cõgregatio ſpiritualis legitur in ſcriptura. Dicitur enim in Pſal. Cor eius cõgregauit iniquitatẽ ſibi. Cõſtat autẽ quòd congregatio iniquitatũ in corde fit per multarũ cogitationum iniquarũ cõgregationem, quę nõ eſt congregatio corporũ, ſed cõceptuum cordis. Legitur etiã Eze. 37. quòd Propheta iuſſu diuino accepit duo ligna, quorũ vnũ ſcripſit tribui Iudę & ſociis eius, & aliud tribui Effraim & ſociis eius: quę quidẽ ligna de Dei mãdato vnum ad alterum adiunxit, per quã adiũctionem, vt ibidẽ legitur, pręfigurabatur à Deo vnio Iſraelis ad inuicẽ, ſic quòd vltra nõ diuiderentur in duas gẽtes, ſeu duo regna. Ex quo patet quòd per coniunctionẽ corporalẽ figuratur cõiunctio ſpiritualis in ſcriptura, & per cõſequens patet, quòd coniunctio ſpiritualis eſt potior ſeu dignior quã corporalis; ſicut figuratũ potius ſeu dignius eſt quã figura. Vnde expoſitio illa, quę dicit cõgregationẽ, de qua loquitur Ezechiel in autoritate allegata per te, intelligendã eſſe de congregatione ſpirituali, rationabilis eſt, & multis locis Scripturæ ſacrę cõſona.

Pſal. 40. a. 7. Ezech. 37. d. 16.

Coniunctio corporalis figura fuit ſpiritualis coniunctionis.

Coniunctio ſpiritualis eſt corporali potior.

SAVLVS. Multa pręſupponis, quę nõ probas, quorũ vnum eſt, quòd figuratũ potius ſeu dignius eſt quã figura. Secundum eſt, quòd exponis congregationem hominũ, quæ ſimpliciter in ſcriptura traditur per cõgregationẽ ſpiritualẽ, eſt rationabile. Tertiũ eſt, quòd talis expoſitio nõ eſt ſacrę Scripturæ cõſona, & quia nullum iſtorum trium in ratione, nec autoritate fundas: ideo eadẽ facilitate poſſunt negari ſicut concedi.

Contra prædicta tria opponit.

Figuratum dignius eſt ipſa figura.

PAVLVS. Quod figuratum dignius ſit quã figura, ſatis eſt notum in artificialibus, quæ per humanam artem inueniuntur: nã huiuſmodi figura eſt propter figuratum: ad hoc enim fit figura, vt figuratũ repræſentet, vt imago Cæſaris Cæſarem, & huiuſmodi. Conſtat autem ſecũdum Philoſophũ, quòd propter vnumquodque tale, & illud magis. Similiter, & in figuratiuis locutionibus, quibus ſæpè prophetę vtũtur, figura eſt propter figuratũ. Prophetæ enim, ſicut & poëtæ pulchritudinem humanam per roſam figurant, & fortitudinem per leoné, & huiuſmodi. Conſtat autem, quòd pulchritudo humana perfectior eſt, quã pulchritudo roſæ, cùm ſit perfectioris ſubiecti ſecundum naturam. Similiter & fortitudo humana, quæ eſt habitus virtutis animæ rationalis, perfectior eſt quam leonina, & ſic de ſimilibus: & ſic probatur primum, ex quo ſequitur ſecundum. Nam manifeſtum eſt, quòd congregatio hominũ ſpiritualis in aliquo bono ſpirituali, vt putà, in fide vera, ſeu in caritate perfectior eſt, quam congregatio eorum in aliquo bono corporali: & ideo exponere aliquod bonum minus perfectum in ſcriptura contentũ per aliquòd bonũ magis perfectum, rationabile eſt, præſertim in promiſſionibus ad Chriſtum pertinentibus. Quæ quidẽ promiſſiones de maximis bonis intelligendæ ſunt. Tertium etiã patet nam ſacra ſcriptura ſæpe conſueuit tradere ſub corporalium figura notitiam ſpiritualiũ, vt diuina per humana, & huiuſmodi. Vnde tria præſuppoſita mea ſupradicta ſatis probantur.

Philoſoph.

Cõgregatio ſpiritualis in bono perfectior eſt corporali.

Promiſſiones ſunt de maximis bonis.

Scriptura ſacra ſub corporali figura conſueuit tradere ſpiritualiũ notitia.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd per terram Iſrael, & Hieruſalem, & templum Dei, vbi prophetæ dicunt congregandos fore omnes Iſraelitas, intelligendum eſt de cæleſti beatitudine, in qua ſancti ſpiritualiter congregantur.

SAVLVS.

PRæſupponis quòd promiſſiones ad Chriſtum pertinẽtes de maximis bonis intelligendæ ſunt, quod tamen nõ probas: ſed quia circa congregationem Iſraeliticã, de qua nunc agimus, adhuc eſt vlterius altercandum: idcirco pro nũc ſuperſedeo de prædicto præſuppoſito, vt de eò fiat ſingularis ſermo: & ad propoſitũ redeundo, volo tibi oſtẽdere: quòd tam Ezechiel in autoritate per me allegata, quã alij de congregatione Iſraelitica loquentes, intendunt dicere congregationem corporalẽ: exprimunt enim locum, vbi talis congregatio Iſraelitarum eſt faciẽda. Vnde Moyſes loquens de hodierna captiuitate noſtra, in qua ſumus per orbem diſperſi: ſimiliter & de noſtra reuerſione, ſeu cõuerſione ad Deum Deut. 30. ſic dicit: Reducetq; Dominus Deus tuus captiuitatem tuã, & miſeribur tui: & rurſum inde cõgregabit

Replicat contra prædicta, volẽs oſtendere, quòd prædicta autoritates intelligũda ſint de cõgregatione corporali ſimiliter de locali.

Deut. 30. a. 3

gregabit

gregabit te. & infra: Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde te congregabit Dominus Deus tuus, & inde aſſumet te, atq; introducet in terram, quam poſſederunt patres tui, & obtinebis eã, &c. Ex quo patet manifeſtè, quòd illa congregatio deberet fieri à diuerſis partibus terræ ad terram promiſſionis, quòd neceſſe eſt intelligi de congregatione locali. Item Hier. 3. vbi de redemptione ſeu congregatione noſtra à captiuitate hodierna ad literam agitur, dicit: In illo tẽpore vocabunt Hieruſalem ſolium Domini, & congregabũtur ad eam omnes gẽtes in nomine Domini in Hieruſalem: vbi manifeſtè habetur, quòd congregatio illa per Meſſiam expectata, non ſolum ad terram promiſſionis, ſed ad ciuitatem Hieruſalem eſt intelligẽda: & ſic patet, quòd loquitur de locali congregatione. Itẽ Ezec. 40. & in aliis tribus, ſeu quatuor ſequẽtibus cap. agitur de menſuratione templi reedificandi per extenſum: quę quidem reedificatio hactenus non fuit impleta, nec tẽpore Eſdræ, nec Machabæorũ, ſeu Herodianorum, vt patet intuenti illa capitula, & hiſtorias de templo ſecundo loquentes. Vnde neceſſe eſt ad veritatem prophetiæ ſaluandam, quòd reedificatio illa impleatur tempore noſtræ congregationis expectatę per Meſſiam. Vnde ex prædictis autoritatibus manifeſtè habes, quòd cõgregatio Iſraelitica deberet fieri in terra ſancta, vt in prima autoritate, & etiam in ciuitate ſancta, ſcilicet, Hieruſalem, vt in autoritate ſecunda. Similiter quidem templum Hieroſolymitanum eſt reedificãdum modo, & forma per Ezechielem prophetam expreſſis. Ex quibus manifeſtè habetur, quòd congregatio, de qua prophetæ loquuntur, eſt corporalis.

De congregatione locali intelligit autoritatem.

Hie. 3. c. 17.

Ezech. 40.

PAVLVS. Vt propoſui tibi in prima diſ. & per tuũ Rab. Moy. probaui, quòd qui ſcripturas ſacras rectè intelligere vult: oportet quòd ſignificationes dictionũ æquiuocarum diſcernat. Conſtat autem rectè ſcripturas ſacras ſcrutanti, quod hęc dictio terra in ſacra Scriptura æquiuocè dicitur: nam quandoque accipitur pro iſta terra corporea, & ſenſibili, in qua homines cõmuniter habitant, quandoq; verò pro ſpirituali, in qua ſolũ ſancti habitãt. Vnde in pſalmo: Credo videre bona Domini in terra viuẽtium. Vnde autoritas illa, quã allegas Deut. 30. in qua dicit: Si ad cardines cæli fueris diſſipatus inde congregabit te Dñs Deus tuus; ſi intelligatur de hodierna captiuitate veſtra, prout tu exponis, tunc cõgregatio, de qua loquitur, intelligẽda eſt ſpiritualiter, ſimiliter & terra contenta in illa autoritate intelligẽda eſt non terra ſenſibilis, in qua patres habitauerunt corporaliter pro certo tẽpore, & poſtea mortui ſunt, ſed terra viuentiũ in quam, quicunq; reuerſus fuerit ad

Rab. Moy.

Terra in ſacra Scriptura æquiuocè dicitur pro ſenſibili & ſpirituali.

Pſa. 26. d. 13

Deut. 30. a. 4.

rit ad Deum per veram pœnitẽtiam, quæ fidem Dei & caritatẽ præſupponit, introducitur, & ęternaliter manet. Vnde ex illa autoritate non habes aliquid cõtra me.

Replica. SAVLVS. Et ſi terra aliquãdo in ſcripturis accipiatur pro ęterna manſione, hoc eſt, cũ additione huius dictionis viuẽtiũ & huiuſmodi, ſed terra ſimpliciter ſumpta ſine aliqua additione, non credo, quod accipiatur in ſcripturis niſi pro hac terra ſenſibili.

Terra ſine additione, etiam pro terrâ ſpirituali capitur. PAVLVS. Imo terra ſimpliciter ſumpta, ſine aliqua additione, quandoq; accipitur in ſcripturis pro terra ſpirituali, in qua ſancti habitant. Dicitur enim in

Pſa.36.d.29 Pſal. Iuſti autem hæreditabunt terram, & habitabũt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Cõſtat autem quòd nulla eſt terra ſenſibilis, in qua iuſti in ſeculum ſeculi habitent: cùm omnes iuſti in hac vita exiſtẽtes ſint mortales. Et ſic patet, quod terra, de qua loquitur Pſal. non eſt iſta terra ſenſibilis, in qua habitamus mortales homines temporaliter, ſed illa terra cęleſtis, in qua iuſti habitãt in ſeculum ſeculi, ſcilicet, æternaliter: & iſta eſt propria terra viuentium, & ſic patet, quòd vocat Pſalmiſta terram ſimpliciter, ſine additione illam terram cęleſtem, quam ſancti inhabitant: quam quidem ſignificationem etiam doctores tui ſentiunt.

SAVLVS. Indica mihi, quòd doctores noſtri intelligunt terram ſimpliciter ſumptam in ſcripturis, quãdoq; ſignificare terram viuentium.

PAVLVS. Super illud Iſa. 60. Populus tuus omnes iuſti in perpetuum habitabũt terrã. Doctores antiqui tui in libro Sanhedrin, cap. Helech, dicũt ſic. Omnis Iſraelita habet ſortem in ſeculo futuro. Scriptum eſt enim: Populus tuus omnes iuſti, &c. Hæc illi. Quam autoritatẽ tenent omnes poſteriores & moderni ſine contradictione. Ex qua patet, quòd terra ſimpliciter in verbis Iſaiæ dicta, ſcilicet, cum dicit hæreditabunt terram, accipitur pro terra illa cæleſti: & eodem modo intelligẽda eſt in autoritate Deute. per te allegata. Vnde ex illa non habes aliquid contra me. *Teſtimoniũ Talmudiſt. Iſa.60. d.20.*

SAVLVS. Video excuſationem tuã circa ſignificationem, aliàs expoſitionem huius dictionis terra: ſed adhuc hæc tua euaſio non ſufficit ad autoritatem Hiere. ſupra per me allegatam: ſecundum quam patet, quod non ſolùm in terra promiſſionis congregandi ſunt redimẽdi per Chriſtum, ſeu Meſſiã, ſed etiam ad ciuitatem ſecundã Hieruſalem cõgregandi: dicit enim: In tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad eam omnes gẽtes Hie.3. Vnde licet terra quãdoq; accipiatur pro terra cæleſti: vt videntur dicere autoritates per te allegatæ. Iſta dictio tamen Hieruſalem ſemper accipitur Hier.3.e.17.

pitur pro illa ciuitate ſancta Hieruſalem, in qua templū Salomonis fuit fundatum: vbi ſecundū legem antiquam cultus diuinus celebrabatur. Vnde ad illam præcipuè pertinet congregatio corporalis ſeu localis, de qua agimus.

Hieruſalē inferior dirigitur ad ſuperiorem Hieruſalē.

PAVLVS. De hac dictione Hieruſalem idem eſt dicendū ſicut de hac dictione terra, ſcilicet, quòd equiuocè ſaltim à cōſilio accipitur in ſcripturis: ſuper illud enim Pſal. Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. doctores tui tradunt, quòd Hieruſalem inferior dirigitur ad Hieruſalem ſuperiorem. Hæc illi. Ex quo patet manifeſtè, quod intelligunt illud, quod dicitur in Pſal. Hieruſalem, quę ædificatur, pro Hieruſalē inferiori, & illud quod ſequitur, vt ciuitas cuius participatio eius in idipſum, pro Hieruſalem ſuperiori, quæ quidem expoſitio eſt ſatis congrua: quia illa inferior Hieruſalem ad illā ſuperiorē dirigitur ſeu ordinatur: patet ergo ex dictis tuorū, quòd Hieruſalem, quādoq; accipitur in ſcripturis ſacris pro illa cæleſti; & ſic debes eam intelligere in autoritate Hieremiæ per te allegata, in qua dicitur, quod cōgregabuntur ad Hieruſalem omnes gentes in nomine Domini. Et ſcias, quòd etiam ſecundū doctores tuos, nō ſolùm beatitudo cæleſtis vocatur Hieruſalem in ſcripturis: ſed etiam mons Dei, & locus ſanctus Dei, & ſanctuarium, & atria Domini, & templū Domini, & huiuſmodi. Et ideo cùm dicitur: Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius, & alibi: Et cō cupiuit anima mea in atria Domini, & multa ſimilia intelligi debent ſecundū tuos doctores de cæleſti beatitudine.

Pſa. 121. a. 3.

Beatitudo Hieruſalem mons Dei dicitur in ſcripturis & locus ſanct°, &c.

Pſal. 23. a. 3.

Pſal. 83. a. 3.

SAVLVS. Oſtende mihi, qui ſunt doctores noſtri hoc dicentes.

PAVLVS. Inter duos doctores, qui de beatitudine futura loquuntur quodammodo rationabiliter ille fuit principalis, vt noſti, ſcilicet, Rabbi Moyſes Aegyptius, qui de hoc tractauit in ſuo Deut. in titulo de pœnitētia, capit. 8. in quo & in particula ſeptima, loquens de premio ęterno, ſic dicit: Hoc eſt præmiū, quo nullū ſuperius eo; & hoc eſt bonum, poſt quod nullum aliud bonum: & hoc deſiderauerunt omnes Prophetę: quod bonum etiā multis vocauerunt nominibus, vt mons Dei, & locus ſanctus eius, & locus ſanctuarij, & via ſancta, atria Domini, templum Domini, domus Domini, & porta Domini. Hęc ille. Ex qua autoritate patet, quod tibi circa hoc dixeram.

Rab. Moyſ. Ægypt. lib. Deu. tit. de Pœnitentia c. 8.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quod reedificatio templi Ezechieli reuelata, non eſt expectanda materialiter in futuro impleri, neque ex ipſa ſumitur argumentum contra illud, quod probatum eſt Chriſtum iam veniſſe.

SAV-

SAVLVS.

De materiali reedificatione tépli arguit.

Licet concedatur tibi, quòd hæc dictiones terra, Hieruſalem, templum Dei, & huiuſmodi quandoq; accipiantur in ſcripturis pro cæleſti beatitudine: illa tamen autoritas Ezech. 40. & in aliis capitulis ſequentibus contēta, vbi agitur de reedificatione templi non tolerat hanc expoſitionem: declarat enim ibi Propheta numerum & menſurā omnium cellularum templi, ſimiliter & feneſtrarum & picturarū, ſub exquiſitione mirabili particulari. Quæ quidem reedificatio ſic narrata, oportet intelligi de materiali ædificatione. Conſtat autem, quòd talis reedificatio, qualis ibi continetur nō fuit poſt prædictum Prophetam, nec etiam ante. Vnde neceſſe eſt, quòd tempore Meſſiæ noſtri impleatur.

Ezech. 40. per totum cap.

Reſpondit autor, & contra præſuppoſita ar-

PAVLVS. Duo præſupponis in hac tua argumētatione, quorum oppoſitū per tuos proprios doctores poteſt probari. Primū enim præſupponis, quòd iſta viſio Ezechi. de qua loqueris, oportet intelligi de materiali ędificatione. Secundū etiā præſupponis, quòd hęc viſio materialiter intellecta: nunquā fuit impleta poſt prædictam prophetiam. Sed oppoſitum primi expreſſè habetur determinatum in lib. Sāhedrin cap. Helech. vbi ſuper illud verbum Ezechi. vlt. Per circuitum 18. millia, & nomē ciuitatis ex illa die Dominus ibidē, habetur ſic: Dicit Ra. Abba. Domus, quæ eſt coram ſancto & benedicto, ſcilicet, Deo 18. millia leucarū continetur, ſicut ſcriptū eſt per circuitū 18. millia, &c. ſupra quam autoritatem Rabbi Salo. dicit ſic de Hieruſalem cæleſti intelliguntur ij textus, ſcilicet, Ezech. Hæc ille. Ex quibus manifeſtè habes, quòd illud verbum vltimum Ezechie. quòd eſt quaſi concluſiuum totius materiæ huius reedificationis, & per conſequens tota illa reedificatio intelligenda eſt de illa cæleſti Hieruſalem. Hoc idem etiam poteſt haberi per autoritatem Rab. Moy. Aegyptij ſupra per me allegatam, in qua dicit, quòd mons Dei, & locus ſanctus eius, & atria Domini, & templum Domini, & domus Domini, & porta Domini, & huiuſmodi, quādoq; intelligūtur in ſcripturis de præmio æterno. Vnde patet ſecundū eū, quòd illa quæ in viſione Ezech. de templo Dei, & domo Dei, & porta Domini, & multa huiuſmodi traduntur, intelligi poſſe de præmio æterno, quod in cæleſti Hieruſalem potiſſimè habetur, & ſic patet, quòd ſecundum tuos doctores reedificatio per Ezech. narrata, non eſt neceſſarium, quòd intelligatur de materiali reedificatione, prout tu præſupponis. Contra præſuppoſitum tuum ſecūdum, in quo dicis conſtare, quod talis reedificatio, qualis in prophetia Ezech. continetur, nunquam fuit hactenus materialiter impleta. Sunt quamplurimi doctores

Sanhedrin. Ezech. vlt. d. 35.

Rab. Abba.

Rab. Salo.

Quod viſio Ezechielis intelligatur de cæleſti Hieruſalē.

Rab. Moyſ. Aegypt.

Contra ſecūdū præſuppoſitum.

ſeu

ſeu hiſtoriographi tui aſſerētes, quòd licet talis ædificatio, ſicut per Ezechie. prænōſticatur, non fuit completa tempore Zorobabelis Nehem. ſeu Eſdræ: fuit tamē poſtea impleta in templo ſecundo, in quo tēpore plures Reges Perſarū ex aliqua deuotione addiderunt multa ad ædificia templi. Similiter & Machabæi, qui faciem templi ornauerunt coronis aureis, & multo magis, vt dicit Ioſephus in libr. 15. antiquitatum, Herodes Aſcalonita Rex Iudææ magna ædificia fecit, & ſumptuoſa ad fortificationem ciuitatis & decorem templi. Vnde ſecundum iſtos, licet in ſcripturis nō tradatur particulariter, quomodo fuerunt omnia illa impleta, quæ in viſione Ezechie. continentur: poſſibile tamen eſt ſeu præſumptibile, quòd in proceſſu temporis ſupradictis, ſcilicet, Perſis Machabæis, & Herodianis fuiſſent impleta.

Templum diuerſis fuit multipliciter ornatū.

Ioſeph. li. 5. Antiquit.

Arguit contra prædictas opiniones.

SAVLVS. Opinio prima Talmudiſtarum ſeu Rab. Salo. nō videtur poſſe ſtare, propter quāplurima particularia, quę in illa prophetia continentur, quæ impoſſibile, vel valdè difficilè eſſet applicare ad cæleſtia. Secūda verò opinio etiā videtur eſſe inconſona rationi: nā ſi tale ędificium materiale fuiſſet factum in templo ſecundo, ſicut prænūtiatum fuerat per Ezec. fuiſſet de hoc aliqua ſcriptura autentica inter nos, quod tamen non apparet.

Dat rationem ad prædicta de ſignificatione ſpirituali templi.

PAVLVS. Ad illud, quod obiicis contra primā expoſitionem, tibi reſpōdeo, quòd in beatitudine cæleſti multi & diuerſi ſunt gradus ſeu ordines beatorū Angelorum, ſcilicet, & hominū, de quibus non poſſumus in hac vita exiſtentes exquiſitam notitiam habere, licet in Propheticis reuelationibus inſinuātur. De beatitudine enim cæleſti legitur Iſa. 64. Quod oculus non vidit, &c. Vnde talia nō cadunt ſub expreſſa ſeu explicita narratione noſtra, licet quodāmodo cadant ſub propheticis inſinuationibus. Poteſt etiam exponi prædicta reuelatio Ezech. ſpiritualiter de Eccleſia ſanctorū in hac vita commorantium, & de regimine eorum, in quo multa & varia ſpiritualiter ordinata conſiſtunt, ſicut in edificio Ezech. reuelato. Et iſto modo exponitur à multis de noſtris ſatis cōgruè: quas expoſitiones propter earum prolixitatē ad præſens omitto, remitto tamen te ad illas cùm eas volueris audire. Et nota, quòd Ezech. inter cæteros prophetas pluribus vtitur parabolis, vt patet in principio ſuę prophetiæ de viſione rotarum & animalium, & in ca. 2. & 3. de rotulo libri, & in ca. 4. de latere, in quo ædificata erat Hieruſalem, & de ſartagine, & ſic de multis aliis, vt patet in proceſſu ſuę prophetię, in qua quamplurimas metaphoras inducit. Vnde ipſe de ſeipſo Deo dicebat Ezechie. 20. A, a, a Domine Deus ipſi dicūt de me,

Iſa. 64. a. 4.

Reuelatio Ezechie. poteſt exponi de Eccleſia ſanctorum.

Ezechiel inter cæteros prophetas pluribus vtitur parabolis.

Ezech. 20. g. 49.

nunquid

nunquid per parabolas loquitur iſte? quaſi dicant: Omnes ſermones illius prophetæ ſunt parabolici. Ex qua conſideratione apparet, quòd iſtæ viſiones ædificationum, quas Ezech. traddit non immerito ſunt metaphoricè intelligendę, & ſic in eis: & ſimilibus ſenſus literalis eſt, non ille, qui per literam ſignificatur, ſed illæ, qui per res ipſas, quas litera ſignificat intelligitur: prout patet verè ſcrutanti varios ſacræ Scripturæ ſenſus. Et hoc facit manifeſtè pro iſta expoſitione, ſecundum quam hęc reedificatio Ezech. eſt intelligenda parabolicè. De hoc autem, quod obiicis contra ſecundam expoſitionem tibi reſpondeo, quòd de geſtis in templo ſecũdo poſt primos eius ędificatores, parum ſeu modicum habetur, eo quòd prophetæ in templo ſecundo iam deficiebant ſeu languebant: & ideo huiuſmodi ædificium nõ inuenitur ſic completè narratũ, præſertim cùm in magno proceſſu temporis, & ſub variis, & diuerſis ædificatoribus fuit conſtructum, vt dictum eſt. Et nota, quòd iſtæ Propheta proponebat per modum præcepti, quæ tamen non debent intelligi, vt præcepta, ſcilicet, vt imponant neceſſitatẽ obſeruandi, ſed quaſi conſilia, quæ non habent vim obligandi ad pœnam, ſi non ſeruentur: vnde ſupra cap. 45. dicitur: Hęc dicit Dominus Deus: In primo menſæ, vna menſis ſumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis ſanctuariũ, &c. Et ſimiliter ponit aliqua circa ſacerdotes, & circa principes in ſacrificiis, & ornamentis, & ingreſſu templi & aliis: quæ ſi intelligerẽtur vt præcepta, eſſet manifeſtè cõtra illud, quod legitur Deuter. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neque auferetis ex eo. Vnde in veteri teſtamento, ſicut nullus potuit auferre aliquod præceptum de iis, quæ Deus præcipiebat per Moyſen, ita nullus poterat addere aliquod præceptum vltra illa, & ſimiliter poteſt dici de ædificatione templi, & ciuitatis hîc propoſita, ſcilicet, quòd non ſignificabat reedificationem templi, aliquando neceſſario fiendam, ſed ædificationem, quæ de conſilio prophetico fieri debebat: & ſic prædicta ędificatio poteſt intelligi materialiter ſicut ſonat, nõ prophetizando, quod fieret, ſed quod quaſi de conſilio ad maiorem perfectionẽ fieri deberet. Et ſecundum hoc per ſecundam expoſitionem nõ excluditur prima expoſitio. Nã propheta illud ædificium conſulebat fieri materialiter propter ſignificationem ſpirituale illius, quam propheta principaliter intẽdebat. Ex quibus patet, quòd ex iſta reuelatione Ezech. non habetur, quòd Chriſtus nõdum venit, cùm ſecundum vtramq; expoſitionem hęc prophetia tranſiit in pręteritum.

Senſus literalis eſt, nõ ille qui per literam ſignificatur, ſed ille qui per res intelligitur.

Prophetis in ſecundo templo iam deficiebant.

Ezechiel per modum præcepti poſuit aliqua, quæ tamen ſunt ſumenda per modum cõſilij.

Ezech. 45. c. 18.

Deut. 4. a. 2.

Templi ædificiũ, quod Ezechiel corporaliter depingit ad ſpiritualem intelligentiam dicit.

Diſtin-

Diſtinctio quinta, de Scrutinio ſcripturarum loquentium de redemptione, & de modo redēptionis Iſrael per Chriſtum ſeu Meſsiam: & cōtinet vndecim capitula.

In primo capitulo oſtenditur, quòd duplex eſt redemptio, ſcilicet, corporalis & ſpiritualis, & quod redemptio ſpiritualis eſt dignior & perfectior quā corporalis.

In ſecundo capitulo oſtenditur, quòd abundantia temporalium bonorum, & libertas à ſubiectione humana non requirūtur ad redemptionem ſpiritualem per Meſsiā promiſſam, ſimiliter quòd Meſsias non in poteſtate bellica armorū erat victurus gentes, & quòd talium bonorum abundantia de communi curſu homines diſtrahunt à diuina cognitione, qui quidem curſus non erat mutandus in tempore Meſsiæ.

In capitulo tertio oſtēditur, quòd in ſacra ſcriptura, quandoq; agitur de victoria ſpirituali: & quòd victoria ſpiritualis eſt dignior ſeu virtuoſior quàm victoria corporalis.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd verus Meſsias, de quo loquitur in ſcriptura, excellentior & perfectior in Prophetis prænoſticatur, non ſolum cæteris hominibus, ſed etiam Angelis Dei. Similiter, quòd redemptio in Prophetis per Meſſiam promiſſa, cæteris redemptionibus, de quibus in ſcriptura fit mentio, eſt perfectior: & per conſequens, quòd huic redemptori, ſcilicet Meſſiæ victoria competit perfectior cæteris victoriis, ſcilicet, victoria ſpiritualis.

In quinto capitulo oſtēditur, quòd illa quæ in Propheticis prænunciationibus traduntur, ſonantia bella ſeu victorias corporales, non ſunt applicanda primo aduentu Meſſiæ ſed ſecundo.

In capitulo ſexto oſtēditur, quòd modus redemptionis populi Dei per Meſſiam per Scrutinium ſcripturarum primo fundari oportet. Conſequenter verò eius congruitas ſeu conuenientia per rationem, quantum fragilitas humana permittit inueſtiganda eſt.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd ille ſeruus Dei, de quo loquitur Iſa. in ca. 53. per totū, & in fine præcedētis capituli, eſt verus Meſſias: nō autē populus Iudæorum, ſicut Rab. Salo. falsè finxit. Et quòd ex illo capitulo cum fine præcedentis habentur 12. concluſiones planè traditæ, quæ propriè Meſsiæ noſtro applicantur, qui non per potentiam armorum alios vincendo, ſed potius patiēdo, & moriendo ſuos redemit à ſeruitute peccati, non autem à ſeruitute corporali humana.

In octauo capitulo oſtenditur, quòd, licet Deus potuiſſet hominem redimere à peccatis, ſine paſsione & morte Chriſti, non tamen ex hoc dicēdum eſt, quòd fruſtra hominem per Chriſti paſsionē ſic redemit.

In nono capitulo oſtēditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato per paſsionem & mortem Chriſti fuit conuenientior ex parte Dei liberantis, quàm ſi per ſolam diuinam miſericordiam populum liberaſſet.

In capitulo decimo oſtenditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato per paſsionem & mortem Chriſti fuit conuentior ex parte Chriſti, per quem facta fuit redemptio, ſeu liberatio, quā ſi per ſolam diuinam miſericordiam populus fuiſſet liberatus.

In capitulo vndecimo oſtenditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato

à peccato per paſſionem & mortẽ Chriſti fuit conuentior ex parte populi liberati, quàm ſi per ſolam diuinam miſericordiam populus fuiſſet liberatus.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quòd duplex eſt redemptio, corporalis & ſpiritualis, & quòd redemptio ſpiritualis eſt dignior, ſeu potior, quàm redemptio corporalis.

SAVLVS.

HABEO mentem meam circa cõgregationem Iſraelis, quæ per Meſſiam ſeu Chriſtum prę- nosticatur fienda. Sed volo, vt mihi dicas, quid ſentis de redemptione, quam prophetæ frequẽter promittunt populo Iſraelitico per Meſſiam, vt cùm dicitur Iſa. 59. Veniet ad Sion redẽptor, & eis qui redeunt ab iniquitate Iacob, dicit Dominus. & 48. Auditum facite hoc, vſq; ad extremum terræ, dicite: Redemit Dominus ſeruum ſuũ Iacob. & multa ſimilia, quę in propheticis promiſſionibus continentur, quod non poteſt dici iam impletum, cùm Iudæi, ſeu populus Iſraeliticus non eſt redemptus à ſeruitute, ſed per oppoſitum: nec etiã fideles Chriſti tui, quos dicis eſſe veros Iſraelitas, fuerunt per Chriſtum tuum redempti à perſecutionibus ſeu afflictionibus mundi, vt patet in hiſtoriis primitiuorũ tuorum: neq; etiam hodie ſunt redẽpti ab huiuſmodi aduerſitatibus in diuerſis partibus orbis. Ex quo patet, quòd Chriſtus tuus non fuit verus redẽptor populi, & per conſequẽs neque verus Meſſias.

Quærit de redemptione per Meſſiam, facta.

Iſa. 59. d. 20 & 48. d. 20.

PAVLVS. Circa iſtã dictionem redimere, ſeu redemptio, & huiuſmodi ſimiliter eſt dicendũ ſicut ſupra de cõgregatione, Eſt enim duplex redemptio, ſcilicet, corporalis, vt cùm dicitur Exod. 6. Redimã vos in brachio extento. Et Exo. 15. Dux fuiſti in miſericordia populo, quẽ redemiſti. quod intelligitur de redẽptione à ſeruitute Egyptiaca, quę corporalis erat, & ſic de multis aliis. Eſt etiã alia redemptio ſpiritualis, ſcilicet, cũ anima redimitur à ſeruitute peccati, de qua Pſal. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorũ. & alibi. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus ſuis. & ſic de multis ſimilibus. Vnde redẽptio per Meſſiam in prophetis promiſſa, intelligenda eſt non de prima redemptione, ſcilicet, corporali, ſicut redemptio Egyptiaca & Babylonica, ſed de ſpirituali, ſcilicet, à ſeruitute peccati, ſicut de cõgregatione dictum eſt ſupra. Talis enim redẽptio, ſcilicet, ſpiritualis, valdè dignior eſt, quã redemptio corporalis: & ſic magis pertinens ad bona, quę per verũ redemptorẽ Meſſiã promitũtur.

Duplex redẽptio corporalis & ſpiritualis.

Exo. 6. a. 6. Idem 15. b. 13.

Pſa. 71. c. 14 Pſa. 129. a. 7

Chriſti redemptio à ſeruitute peccati fuit.

Redemptio ſpiritualis dignior eſt corporali.

SAVLVS. Duo prę́ſuppo- nis, quę tibi incumbunt probanda ad tuum habendum intentũ, quorum vnũ eſt, quòd ſpiritualis redẽptio eſt dignior, quã corporalis, cuius oppoſitum tenetur commu-

Duo impugnat.

communiter: vulgariter enim dicitur: Nõ benè pro toto libertas venditur auro: quod communiter intelligũt homines de libertate à ſeruitute humana. Præſupponis etiã ſecũdò, quòd maiora bona magis pertinẽt ad promiſſionem Meſſiæ, quã minora. Videamus ergo de primo, deinde procedem9 ad ſecundũ.

Probat redemptionẽ ſpiritualem digniorẽ eſſe corporali

PAVLVS. Ad primum tibi reſpondeo ſic, quòd redẽptio ſpiritualis, ſcilicet, à ſeruitute peccati, ſit dignior ſeu maior quàm redemptio corporalis, ſcilicet, à ſeruitute humana, ſatis videtur notum: Si enim infideles ſeu Pagani, luce fidei carentes, concedunt bona animæ potiora eſſe quàm bona corporis, vt patet non ſolùm per Stoicos, qui bona exteriora non iudicant eſſe bona hominis: ſed etiam per Peripatheticos, qui dicunt bona exteriora eſſe bona hominis, licet minima. Vtrique enim tenebant bona animæ digniora eſſe & maiora quàm bona corporis, cuius ratio patet. Nam cùm corpus ſit propter animam, ſicut materia propter formam, conſtat quòd bonum animæ potius eſt quàm bonum corporis: Finis enim habet rationem optimi ſecũdum Philoſophum. Hoc autem quod allegas de libertate corporali, quòd nõ benè pro toto libertas venditur auro, prout vulgariter dicitur, verũ eſt: nam aurum ſeu diuitiæ, & huiuſmodi ſunt de bonis exterioribus hominis, quæ ſunt minora bona, quàm libertas corporalis, quę eſt de bonis corporis. Quæ quidem bona corporis ſecundũ ſententiam Philoſophi, ſunt media inter bona animæ, quæ ſunt maiora, & bona exteriora, quæ ſunt minora: & ideo non benè venditur libertas corporis, quæ eſt de mediis bonis, pro toto auro, quod eſt de bonis minimis, & eadẽ ratione, immò etiam à fortiori libertas animæ nõ bene vẽditur non ſolùm pro toto auro, ſed etiam pro libertate corporis: cùm bona animæ excedant in dignitate cætera bona hominis, tam corporis quã exteriora ratione prædicta. Vnde & Pſalm. cùm dixit: Apud Dominũ miſericordia & copioſa apud eum redemptio, vt oſtenderet quæ eſſet illa redemptio copioſa, ſtatim ſubdit: Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius, quaſi diceret: Illa eſt magna ſeu copioſa redemptio, in qua redimitur Iſrael ab iniquitate: redemptio enim à ſubiectione hominum, licet ſit bona: non tamen magna eſt ſeu copioſa.

Per Stoicos & Peripateticos, probat bona animi eſſe potiora.

Finis habet rationẽ optimi.

Bona corporis ſunt media inter bona animæ, & bona exteriora.

Pſa. 129. a. 7.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quòd abundantia temporalium bonorum, & libertas à ſubiectione humana, non requiruntur ad redemptionem ſpiritualem per Meſſiam promiſſam. vt ſupra.

SAVLVS.

QVicquid ſit de comparatione harum redemptionũ, adinuicem concedo tibi, quòd tẽ-

pore Meſſiæ redimendi ſunt Iſraelitæ ſpiritualiter, ſcilicet, ab iniquitatibus. Legitur enim Hiere. 50. In tempore illo quæretur iniquitas Iſrael, & nõ erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. Et ſi fortè hæc verba, intelligantur de redemptione à captiuitate Babylonica, multo à fortiori intelligenda ſunt de redẽptione à captiuitate hodierna, ad quam requiritur, penitentia redimendorum, vt habetur Deutero. 30. vbi ſic dicitur: Conuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. & infra: Et conuertet Dominus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui, &c. quæ ad literã de captiuitate hodierna intelliguntur: & ſic non eſt dubitandum, quòd ad redemptionem hodiernã requiritur vera pœnitẽtia in ipſis redimendis: ſed ex hoc non concluditur, quòd redemptio corporalis, ſcilicet, à ſeruitute humana non requiratur in redemptione Meſsiæ. Nã ad hoc quod ipſa redẽptio ſpiritualis ſit perfecta & integra, requiritur redẽptio corporalis, quæ expectatur per hoc quod aliquis Rex de genere Dauid vincat potenter cęteras nationes mundi, taliter quòd totus Iſrael deducatur à ſubiectione gentium, & remaneant in mera libertate ſub dominio Dei, & ſui Meſsię ſeu Chriſti, vt habetur expreſsè Ezech. 34. vbi, de hac redemptione loquens, dicit: Et ſciet Iſrael, ſcilicet, quia ego Dominus, cùm cõtriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantiũ ſibi. & ibidem paulo ante dicitur: Ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorũ. De hac etiã victoria generali ipſius Meſsiæ legitur. Nume. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab, & vaſtabit omnes filios Seth. Et erit Idumæa poſſeſsio eius, &c. Ex quibus & aliis ibidem contentis manifeſtũ eſt, quòd de Iſrael debet ſurgere aliquis potens, qui omnes filios Seth, ſcilicet, totum mundũ, qui de Seth deſcendit, liberet. Nam Noë à quo totum humanum genus hodie deſcẽdit: de Seth deſcendere dinoſcitur, vt habetur Gen. 5. Et ſic per talem victoriã erunt Iſrael liberi à ſubiectione gentium: quæ quidem libertas eſt quodammodo neceſſaria ad libertatem à peccato habendã, per quam vita futura acquiritur: prout ille magnus magiſter Rab. Moy. Egyptius in ſuo Deutero. in titu. de pœnitẽtia cap. 9. ſufficienter oſtendit, ſic dicens: Propter hoc deſiderauit Iſrael & Prophetæ eorum, & ſapientes eorum dies Meſſiæ, vt quieſcant à ſubiectione Regnorum nequam, quæ non dimittunt Iſrael ad laborandum in lege & præceptis prout debent, & vt inueniatur eis requies, & multiplicent ſcientiam & iuſtitiã, per quam mereantur vitam futuri ſæculi.

Margin notes: Hiere. 50. d. 20. — Deu. 30. a. 3. — Ezech. 34. f. 27. — ibi. f. 20. — Nume. 24. c. 17. — Gen. 5. a. 6. — Rab. Moy. Egyp. Titu. de pœnitentia c. 9.

Idem Titu. de Regibus & bellis, eorũ cap. vlt.

ſæculi. Hæc ille, & idem in Titu. de Regibus & bellis eorũ cap. vltimo. Loquens de tempore Meſſiæ ſic ait: In illo tempore, non erit fames, neque bellum, neque zelus, ſiue cõtentio: quia bona erunt valde affluentia, & omnia mineralia inuenientur ſicut terra, & non erit cura hominum, niſi vt cognoſcant Deum tantummodo. Hæc ille. Vides ergo ſecundum veram doctrinã iſtius doctoris, quòd libertas à ſubiectione humana eſt neceſſaria in tempore Meſsiæ, ad habendam veram libertatem ſeu perfectam: & ideo non oportet exponere redemptionem promiſſam in Prophetis pro tempore Meſsię, per redemptionem ſpiritualem tantum, ſed etiam per corporalem: quę tamen libertas ſcilicet, corporalis, non fuit hactenus per Meſſiam tuum generaliter, vt dictum eſt, habita, vnde & expectanda eſt homini per verum Redemptorem, ſcilicet, Meſsiam à nobis ſpectatum.

Rab. Moy. Ægyp. deficit in duobus.

PAVLVS. Si benè conſideras, magiſter tuus Ra. Moy. defecit in ſcrutinio ſcripturarum de vero Meſſia loquentium, in multis & ſpecialiter in duobus, quę ad propoſitum pertinent. Primò enim defecit in hoc quod aſſerit abũdantiam bonorum temporalium, vtpotè libertatem corporalem à ſubiectione humana, ſimiliter & pacem tẽporalem & magnam copiam diuitiarum huius mundi fuiſſe neceſſariam ad hoc, vt homines cognoſcant Deũ, & in diuinis operibus exercitẽtur ſeu proficiãt. Secundo defecit, aſſerens quòd Meſſias promiſſus habebat vincere omnes nationes mundi potenter, & ſic educere populum Iſraeliticum à ſubiectione gentium. Primus enim defectus patet, ſi enim ſcrutatus fuiſſet ſcripturas manifeſtè inueniſſet, quòd abundantia temporalium bonorũ eſt potiſſima cauſa, ſeu occaſio obliuiſcendi Deum, & idola colẽdi. Legitur enim Deutero. 8. Ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, & domos pulchas ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta & ouium greges, argenti & auri cũctarumque rerum copiã, eleuetur cor tuum, & non remiſcaris Domini Dei tui, qui eduxi te de terra Aegypti. & infra: Si oblitus fueris Domini Dei tui, ambulabis poſt Deos alienos, &c. Habes ergo ex teſtimonio eximij Prophetarum, ſcilicet, Moyſi, quòd copia temporalium bonorum occaſionẽ prębet nõ cognoſcendi Deum, ſed obliuiſcendi. Idem habes per teſtimoniũ illius ſapientiſſimi, ſcilicet, Salomonis, qui in Prou. 30. à Deo inſtanter petebat. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria, ne forte ſaturatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? Honores etiam huius mũdi impediũt cognitionem intellectiuam: teſtante Dauid: Homo cum in ho-

Abũdantia bonorum temporaliũ eſt cauſa obliuiſcẽdi Deũ.

Deut. 8. c.

Ibi. d. 19.

Pro. 30. b. 8.

Honores mũdi impediũt cognitionẽ.

Pſal. 83. d. 21

nore eſſet non intellexit. Si ergo tuus magiſter ſcrutatus fuiſſet, huiuſmodi & ſimiles ſcripturas, non aſſeruiſſet quòd copia bonorum temporalium requirebatur de directo ad cognitionē Dei.

Secūdus defectus in hoc quod dixit. Meſſiam cū potentia debere vincere mūdum, cum ſecundum prophetias in maxima humilitate venturus erat

Iſai. 42. a. b. 2. 3. 4.

Secūdus verò defectus tui magiſtri dicentis: quòd Meſſias promiſſus debeat cum potentia armorum corporali vincere totum vniuerſum, patet manifeſtè: Iſaiæ. enim 42. vbi de Meſſia ad literam tractatur, ſic legitur: Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eū, electus meus complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum iudicium gentibus proferet, nō clamabit nec accipiet perſonam, nec audietur foris vox eius: calamū quaſſatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium, non erit triſtis nec turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legē eius inſulæ expectabunt. Ex quo patet quòd Meſſias promiſſus cum ſumma humilitate & manſuetudine docturus eſt gentes, & daturus legem ſuam, non in tumultu ſeu elatione: quæ pertinet ad exercitium corporalis victoriæ.

Zach. 9. b. 9

Idem habetur Zacha. 9. vbi de aduentu Meſſiæ, ſecundum maiores doctores tuos tractatur, ſic legitur: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem, ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum aſinæ, & diſpergam quadrigam ex Effraim & equum de Hieruſalem, & diſſipabitur arcus belli & loquetur pacem gentibus, & poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſq; ad fines terræ. Ex quo habes quòd Meſſias promiſſus in paupertate & magna deiectione venturus erat, & non cum quadrigis ſeu equis nec in bellicis armis: ſed pacem loquendo, ſuum dominium erat extendendum per orbem. quas autoritates magiſter tuus Rab. Moyſi conſideraſſet, certè non dixiſſet, in lib. & cap. per te allegatis: Quòd ſicut Dauid vicit Mohabitas, ſcilicet, per vim armorum, ſic Meſſias victurus erat totum vniuerſum, quod non eſt verum, nam victoria Chriſti merè ſpiritualis intelligenda eſt, vt patebit, ſicut & ſua redemptio.

Chriſtus nō vicit hoſtes ſicut Dauid.

Victoria Chriſti merè ſpiritualis, ſicut & redemptio.

Euaſio ad prædictas obiectiones, & primo quoad abū dantiā bonorum, quæ nō impediūt à cognitione diuina vt patet in Abraham.

SAVLVS. Rabi Moyſ. poteſt reſpondere ad tuas obiectiones, & primo ad primam ſic: Licet enim verum ſit quòd de communi curſu hominum abundantia ſeu affluentia temporalium bonorum impediat à cognitione diuina, & etiam à notitia veritatis: tamen ſpeciali ſeu ſingulari dono diuino poteſt homo cum huiuſmodi affluentia non impediri à talium bonorum ſpiritualium conſecutione. Legitur enim de Abraham Geneſ. 13. quòd erat multum oneratus in pecudibus argento & auro, non tamen à notitia veritatis receſſit: de ipſo enim legitur ibidem. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. Ex quo patet, quòd

Gen. 13. a. 2.
Ibid. 17. a. 1.

quòd affluentia bonorum temporalium non neceſſariò impedit perfectionem humanam: & ſic videtur intelligendum in tempore Meſſiæ, ſcilicet, quòd homines ex dono Dei ſpeciali per huiuſmodi affluentiam bonorũ temporalium non impedientur à diuina cognitione & amore, ſed potius in eo proficient.

Perfecti abundantia temporaliũ, nõ à Dei cognitione & amore auertuntur. Imperfecti vero abundantia diſtrahuntur.

PAVLVS. Concedo tibi, quòd illi, qui ſunt in magna perfectione conſtituti, nõ diſtrahũtur per abundantiam bonorum temporalium à diuina cognitione & amore: ſed hoc pertinet ſolum ad magnos & perfectos, ſicut Abraham: ſed ad communem & vulgarem populum autoritates prædictæ teſtantur oppoſitum, ſcilicet, quòd huiuſmodi abundantia non adiuuat ſed diſtrahit. Cùm autem Meſſias debet communẽ doctrinam exercere omnibus populis, per quã Deum cognoſcant, & ei adhæreãt, opportet, quòd nõ eos alliciat ſeu attrahat per bona temporalia, quæ de communi curſu homines ad hoc diſtrahunt.

Doctrina Chriſti communis.

SAVLVS. Et ſi de communi curſu verum ſit, quòd abundãtia temporalium bonorum homines diſtrahat à diuina cognitione & huiuſmodi, ſicut autoritates per te allegatę videntur dicere: in tempore autem Meſſiæ hoc erit nouũ, ſcilicet, quòd huiuſmodi abundantiæ temporalium non ſolùm non diſtrahãt, ſed omnes adiuuent homines ad diuina cognoſcẽda, & bona opera exercenda, ſicut enim de cõmuni curſu naturæ eſt, quòd lupus agnum rapiat, & pardus ędũ, & huiuſmodi: & tamen de tempore Meſſiæ legitur Iſaiæ. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum ędo accubabit, vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, &c. Pari agitur modo iſtud nouũ fore tempore Meſſiæ debet credi, ſcilicet, quòd homines bonis temporalibus repleti, non impediantur ex hoc à diuinã cognitione, ſed potius per ea adiuuẽtur & proficiant. Deo hæc de nõuo operante in hominibus, ſicut inter bruta animalia ſupradictã ſocietatẽ inſuetam facturus eſt dicto modo. Iſai. 11. b. c.

PAVLVS. In hac reſpõſione ſeu cauillatione tua manifeſtè cõtradicis doctrinę magiſtri tui Rabi Moy. ſupradicti: dicit enim in lib. de Iudicibus. titulo allegato, cap. 12. Non aſcendat ſuper cor, quòd in tẽpore Meſſię ceſſet aliquid de conſuetudinẽ mundi, aut ſit aliquid nouum in his quę facta ſunt à principio, ſed mundus ſecũdum conſuetudinem ſuam incedet: hoc enim quod dicitur in Iſai. Habitabit lupus cum agno, &c. parabolicum eſt & ęnigmaticum, & ſignificat quòd Iſrael habitabit confidenter cum impiis ſeculi, qui figurãtur vt lupus & pardus in ſcripturis. Hæc ille. Ex quo habes manifeſtè, quòd ſecũdum magiſtrũ tuum non eſt dicendum, quòd conſuetudo naturalis ſeculi mutetur tẽpore Meſſiæ: ſed autoritates

Reſponſio. Rab. Moyſ. Egyp. lib. de Iudicib. c. 12.

Expoſitio. Iſai. 11. b. c.

Conſuetudo naturalis nõ erat mutanda tempore Meſſiæ.

ritates hoc ſonantes ſunt exponendę tanquã parabolicæ. Vnde patet quòd dicere, quod in tẽpore Meſſiæ homines, qui cõmuniter per affluentiam temporalium bonorum aliàs diſtrahebantur à cognitione ſpiritualium, tunc per nouum donũ Dei, per talia temporalia non diſtrahentur, ſed potius in diuinis proficient, eſt manifeſtè contra doctrinam expreſſam tui magiſtri.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd in ſacra Scriptura, quandoque agitur de victoria ſpirituali, & quòd victoria ſpiritualis eſt dignior ſeu virtuoſior quàm victoria corporalis.

SAVLVS.

Circa ſecundum quod obiiciebas contra Rabi Moyſ. dicentem, quòd Meſſias victurus erat vniuerſum vi armorũ, quod dicis eſſe falſum. Aſſeris enim quòd victoria Chriſti tui habuit eſſe merè ſpiritualis: tibi reſpondeo: quòd hęc aſſertio tua eſt manifeſtè contra communem curſum loquendi ſcripturarũ: eſt enim in conſona omnibus victoriis, quę in geſtis ſacræ Scripturæ reperiuntur. Victoria enim, quam Abraham habuit de quinque regibus, temporalis fuit, per quã à Melchiſedech Sacerdote Dei excelſi benedictionem recepit, eo quod Deo protegente hoſtes in manu, ſeu in poteſtate ſua habuit, vt habetur Geneſ. 14. Aegyptiis etiã in mari virtute diuina corporaliter ſubmerſis victoria diuina laudatur cantantibus à Moyſe & filiis Iſrael: Dextera tua Domine confregit inimicum, &c. Exo di. 15. Idem de victoriis Ioſuæ & de multis aliis, quę temporibus iudicum in Iſrael contigerunt, vſque in tempora Dauid, qui ſecũdum te figura fuit Chriſti tui. Item etiã Dauid, qui prælia Domini multipliciter præliauit, vt Pſalmus, gratiarum actiones de tot victoriis agens ipſi Deo pſallens, dicebat: Qui docet manus meas ad præliũ, & digitos meos ad bellum. quod intelligitur de corporali victoria: non ergo reperio per ſacras ſcripturas diſcurrendo, hanc victoriam ſpiritualem, quam tuo Meſſiæ attribuis, cuius rationis ſit: inconueniẽter ergo improbas Rabi Moyſ. qui illud verbum: Vaſtabit omnes filios Seth. quod intelligitur de Meſſia de victoria corporali expoſuit, ſicut & alia omnia in ſacra Scriptura contenta, quæ de victoria loquuntur, de victoria corporali intelliguntur.

Arguit contra ſecundũ, ſcilicet, quod victoria Chriſti fuit ſpiritualis, probans debere vincere temporaliter admodum victoriarũ antiquarum.

Gen. 14. d. 19.

Exo. 15. a. 6.

Pſal. 143. a. 1.

PAVLVS. Victoria ſpiritualis non ſolùm reperitur in ſacra Scriptura bona eſſe, ſed etiã affirmatur ipſam eſſe meliorem quàm victoria corporalis. Legitur enim in Prouerb. 16. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Ratio autem, quare patiens virtuoſè melior eſt viro forti, aſſignatur, communiter ab expoſitoribus ſic. Nam patien-

Pro. 16. d. 32.

Ex ſcriptura ſacra oſtēdit victoriam ſpirituale͂, meliorem corporali. quod etiam rationibus oſtendit.

patientia, quæ eſt virtus, propriè conſiſtit in fortitudine animæ, per quam æquanimiter tollerantur aduerſa: & ideo quanto anima melior eſt corpore, tanto fortitudo animæ eſt melior, quàm fortitudo corporalis. Ratio autem ſecundi, ſcilicet, cũ dicit: Qui dominatur animo ſuo, melior eſt expugnatore vrbiũ, talis eſt. Nam appetitus ſenſitiuus pro maiori parte in hominibus dominatur appetitui intellectiuo, licet contra ordinem rationis, ſed ille cuius ratio dominatur ſuo appetitui ſenſitiuo, perconſequens dominatur dominiis cæterorum hominum: & ſic tale dominium ſeu victoria, maior eſt ſeu virtuoſior, quàm victoria corporalis. Vnde Diogenes Philoſophus, de Alexandro Magno, qui plurimas vrbes expugnauerat, audacter dicebat, quòd Alexander erat ſeruus ſerui ſui. Nam Diogenes per rationem dominabatur ſuo ſenſitiuo appetitui, cui ſcilicet ſenſui, Alexander diligenter ſeruiebat: mouebatur enim Alexander ſolicitè per ambitionem & concupiſcentiam, quibus tamen Diogenes per rationem eas ſubiiciens dominabatur. Habes ergo per autoritatem ſacram & rationem, quòd eſt dare victoriam ſpiritualem, & quòd talis victoria eſt melior, quàm victoria corporalis.

Diogenis ſententia, qua oſtendebat Alexandrũ Magnum, eſſe ſeruum ſerui ſui, nẽpe appetitus.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd Meſſias verus de quo loquitur ſcriptura, excellentior & perfectior in Prophetis prænoſticatur, non ſolùm cæteris hominibus, ſed etiam Angelis Dei. Similiter quòd redemptio in Prophetis per, &c.

SAVLVS.

Audio illa, quę dicis de victoria ſpirituali, & de eius cõparatione ad corporalẽ victoriam: ſed vt iſta ad propoſitum tuum applicentur, oportet te duo probare, quorum vnum eſt quòd huiuſmodi victoria ſpiritualis pertineat ad verum Meſſiam. Aliud verò quòd per talẽ victoriam, quam dicis ſpiritualẽ, Meſſias tuus redemit populum Iſraeliticũ ſeu fideles ſuos.

Quæritdue Primũ quomodo victoria ſpiritua lis pertineat ad Meſsiã. Secundum quomodo per eam populum redemit.

PAVLVS. Concedo tibi, quòd hæc ſunt per me probanda. Et ideo prius probabo primum, deinde ſecũdum. Ad probationem ergo primi præſuppono tibi duo. Vnum eſt, quòd Meſſias de quo loquimur, excellentior & perfectior prænoſticatur in Prophetis, eſſe cæteris quibuſcunq; hominibus. Aliud eſt quòd redemptio in Prophetis per Meſſiam promiſſa cæteris redemptionibus, de quibus in ſcriptura fit mentio eſt perfectior. Primum patet. Nam licet in veteri teſtamento multi ſancti fuerunt & perfecti viri, vt Patriarchæ, inter quos principalis fuit Abraham, cui facta eſt promiſsio futuræ beatitudinis Gen. 22.

Sicut Meſſias perfectior fuit cunctis hominibus, ita quoque eius redẽptio fuit perfectior.

Inter Patriarchas Abrahã perfectior, & inter Prophetas Moyſes.

Gen. 22. d. 18. neſ. 22. Similiter & fuerunt Prophetæ, de quibus fuit Moyſes principalis in legiſdatione & in Dei cognitione, & in miraculorum operatione: prout de eo teſtatur ſcriptura Deute. vltimo. Deute. vlti. d. 10. Et non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael, ſicut Moyſes, quē noſſet Dominus facie ad faciem in omnibus ſignis atque portentis, &c. Similiter fuerunt alij, qui eo quod populum Iſrael ſaluauerunt ab hoſtibus, dicuntur ſaluatores: vt legitur de Aod, 3. Iudicum. Iudi. 3. b. 15. Suſcitauit Dominus eis, ſcilicet, filiis Iſrael ſaluatorem, vocabulo Aod, filium gera, filium gemini, qui vtraque manu pro dextera vtebatur, &c. Similiter & de Samſone legitur Iudicum. 13. Iudi. 13. a. 5. Ipſe ſaluabit Iſrael de manibus Philiſtinorum. & ſic de multis aliis, tamen inter omnes illos nullus fuit tantę perfectionis, quòd de eo dicatur tam magna & ſublimia, ſicut dicuntur de Meſſia promiſſo. Ex quo patet, propoſitum quòd Meſſias promiſſus inter cæteros Patriarchas & Prophetas, ſeu ſaluatores fuit excelſior.

SAVLVS. Allega illa magna & ſublimia, quæ de Meſſia dicuntur in Prophetis: ſic quod de nullo alio ſimilia dicuntur.

PAVLVS. Iſaiæ. 52. cùm de redemptione ſeu ſaluatione vltima, quæ per Meſſiam erat fienda loqueretur dicens: Quā pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacē, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis: Sion regnabit Deus tuus, &c. Et infrà: Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gētium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri, &c. Et infrà: Præcedet enim vos Dominus, & cōgregabit vos Deus Iſrael, quæ & multa alia quæ in illo contextu continentur de redemptione, quę per verum Meſſiam erat fienda, ſecundum omnes expoſitores, tam noſtros quàm tuos intelliguntur. Et vt ibidem declarat Propheta maximam dignitatē huiuſmodi redemptoris, in eodem contextu nullo alio interpoſito ſubdit: Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valdè. quis autē ſit iſte ſeruus de quo loquitur Prophe ta. tranſlatio Chaldaica oſtendit, dicens in hoc loco: Ecce intelliget ſeruus meus Meſſias. Quid autem ſignificent verba Prophetæ in hac trina replicatione excellentiſſima, cùm dicit: Exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valdè, Talmudici expoſitores in hoc loco declarant, dicentes ſuper his verbis ſic: Exaltabitur pluſquam Abraham, & eleuabitur pluſquam Moyſes, & ſublimis erit valdè pluſquam Angeli miniſtri, ſcilicet Deo miniſtrantes. Ex quibus verbis propheticis ſimul cū Talmudicis expoſitionibus, ſatis habes, quòd nulli patrum, nec Prophetarum tanta dignitas competit ſicut Meſſiæ, qui non

Singularia quæ de Meſſia dicuntur, nemini alteri conueniētia.

Iſai. 52. b. 7.

Rom. 10. c. 15. Naum. 1. d. 15.

Chaldaica tranſlatio.

Nota quid Talmudiſtæ Meſſia, ſuper omnes homines & Angelos extolunt.

non ſolùm maior quàm Abraham pater fidei, & quàm Moyſes in tota domo Dei fideliſſimus, Numeri.12. ſed etiam ſublimior, quã Angeli Dei denotatur. Vnde primũ præſupoſitum manifeſtum eſt. Secundum vero præſupoſitum, ſcilicet, quòd redemptio, quę per Meſſiã erat futura, eſt excellentior cæteris: quę in præteritis temporibus fuerunt: probatur per illud Iſai.45. Iſrael ſaluatus eſt in Domino, ſalute ęterna; non confundemini & non erubeſcetis vſque in ſeculum ſeculi. Ex quo patet, quòd ſalus iſta eſt perpetua, nullum habet finem, quod non poteſt dici de aliqua ſaluatione, quam in præteritis temporibus filij Iſrael habuerunt: omnes enim fuerunt limitatę in tempore, quia ſolùm certis tẽporibus durauerunt, vt patet de Aegyptiaca & Babylonica & aliis particularibus.

Numer.12. b.3.

Iſai.45.c.17 Meſſiæ redemptio cũctis perfectior, eo quod ſit perpetua.

SAVLVS. Verba huius autoritatis quam vltimo allegas, videntur loqui de præterita ſaluatione. Dicit enim: Iſrael ſaluatus eſt in Domino; quod eſt de præterito, non enim dicit ſaluabitur. Ex quo patet quòd tempore Iſaiæ illa ſaluatio, de qua loquitur, iam tranſierat in præteritum, ſed iſta de qua agimus futura erat tempore iſtius prophetiæ: & ideò non videtur, quòd de ipſa Propheta loquatur.

Arguit Prophetiam de Chriſto non intelligi.

PAVLVS. Tua cauillatio nullum habet hîc locum, tum quia manifeſtum eſt, quòd Prophetę ſępiſsimè loquuntur de futuris per modum præteriti, & hoc propter certitudinem Prophetię. Illa enim quę à Deo ſibi reuelantur, ita iudicant eſſe certa ac ſi eſſent præterita, licet nondum inchoata, quod patet in quamplurimis locis, & in hoc capite per me allegato ubi dicitur: Conſolatus eſt Dominus populum ſuum redemit Hieruſalẽ: Viderunt omnes termini terrę, ſalutare Dei noſtri: quę omnia pro tunc erant futura, & adhuc per te expectantur, & tamen loquitur per modum præteriti, tũ quia tempore huius prophetię manifeſtum eſt, quòd nulla fuit facta ſaluatio ſeu redemptio perpetua ſeu æterna, etiam ſecundũ te. Et ideo neceſſe eſt, vt intelligantur verba Prophetię de futuro, quorum veritas ſaluatur ratione iam dicta. Prędictis ergo duobus preſuppoſitis, iam facilitèr ex eis concluditur primum per me probandum, ſcilicet, quod victoria ſpiritualis principaliter pertineat ad verũ Meſſiam. Sicut enim naturaliter actiua proportionantur ſuis paſſiuis. Similiter & formę ſubſtantiales ſuis materiis, vt ex documentis Philoſophicis habetur; ſic vt perfectiores formę debeantur perfectioribus materiis, & huiuſmodi. Sic in propoſito, perfectiori redemptori ſimiliter perfectiori redemptioni perfectior victoria debetur. Cũ autem ex prędictis pa-

Prophetis Mos eſt loqui de futuris per præteritum, propter Prophetię certitudinem.

Perfectiori redemptori perfectior victoria tenetur.

tet, quòd perfectior redemptor inter cæteros, de quibus loquũtur Prophetę verus Meſſias eſt: ſimiliter & inter redemptiones alias, redemptio perpetua eſt perfectior: ſequitur quòd per victoriam ſpiritualem quæ perfefectior eſt corporali, vt dictum eſt, redemptor perfectus redemptionem perfectam ſuis redẽptis acquirit, quod fuit probandum primò.

CAPITVLVM. V.

In quo oſtenditur, quòd illa, quæ in Propheticis prænuntiationibus traduntur, ſonantia bella ſeu victorias corporales, non ſunt applicanda primo aduentui Meſſiæ, ſed ſecundo.

SAVLVS.

Cæteræ victoria non ſe extendebant ad omnes, victoria autem Christi fuit ad vniuerſum.

DE hoc quod modo probas, non eſt magna controuerſia inter me & te. Sicut enim faciliter tibi concedere, quòd Meſſias promiſſus perfectior eſt inter cæteros homines, qui dicuntur ſaluatores ſeu redemptores, ſimiliter & quòd redẽptio per ipſum expectata perfectior atque validior, ſeu diuturnior ſit cæteris. Similiter & tibi concedo, quòd victoria ſua potentior ſit atque validior cæteris. Aliæ enim victorię non extenderunt ſe ad omnes filios Seth, ſcilicet, ad vniuerſum totum, ſed tantum ad aliquas gentes & certa climata: & hoc cum modica duratione. Victoria autem Meſſiæ totum vniuerſum ad ſe ſubiugabit. Vnde in iſtis faciliter concordaremus: ſed maior pars totius noſtræ controuerſiæ in hac parte conſiſtit in hoc quod tu aſſeris verum Meſſiam victurum eſſe patiendo, nõ autẽ corporaliter vincendo ſeu ſupprimendo, quod eſt manifeſtè contra autoritates ſacræ Scripturæ. Legitur enim Zachar. vltimo. de quodam bello Hieroſolymitano, in quo omnes gentes debent congregari & erit ciuitas capta & poſtea liberata: Egredietur Dominus, & prœliabitur contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis. Et poſt multa quæ ibidem prædicuntur, quę pertinẽt ad victoriam corporalem illius belli, concluditur: Et erit Dominus Rex ſuper omnem terram, in die illa erit Dominus vnus & nomen eius vnum. Ex qua prophetia habes manifeſtè, quòd per victoriam corporalem erit Deus Rex ſuper omnem terram; ſimiliter & nomen eius vnum, quia non nominabitur diuerſis nomi nibus ſeu cultibus, ſicut in preſenti tempore, ſed omnes gẽtes ſub vna fide & vno ritu Deum colent, quæ quidem cõcordia finalis per victoriam Meſſiæ ſupradictam, quę corporalis eſt expectatur. Similiter quod dicitur Sophon. 3. Tunc reddam populis labiũ electum, vt vocent omnes in nomine Domini, & ſeruiãt ei humero vno, quod vſque hodie non eſt impletũ, implendũ tamẽ erit in futuro, poſtquã Deus effuderit iram ſuam ſuper gẽtes & Regna,

Replicat oſtendendo Meſſiã non poſſe vincere patiẽdo, ſed bellicis actibus oportebat eũ vincere.

Zacha. vlt. a.3.

Soph.3.b.9

&regna, prout ibidem habetur: quæ tamen effuſio iræ per corporalem ſubmerſionem intelligenda eſt. Item quod habetur, Ezechie. 38. & 39. de prælio Gog & Magog: quod quidem prælium manifeſtè prænuntiatur corporale, & bellicis armis exercitatum. In qua prophetia multa & varia ponuntur, quæ nullo modo poſſunt exponi, niſi de actibus bellicis & huiuſmodi. In cuius fine redemptio populi Iſraelitici ponitur, cũ ibidẽ dicitur concludendo: Nunc conuertam captiuitatem Iacob & miſerebor domui Iſrael, &c. Ex quibus manifeſtè habetur, quòd per bella fortiſſima corporea, & per victoriam corporalem redimendus eſt Iſrael, per Meſſiam virtute diuina: & hoc ſubiugando ſeu ſupprimendo gentes aduerſas, non autem patiendo, vt tu videris ſentire.

Ezec. 38. & 39.

PAVLVS. Si benè attendis ea quæ dicta ſunt ſupra, duo ſunt aduentus generales Meſſiæ ſeu Chriſti, de quibus ſacra Scriptura mentionem facit, non ſimul, ſed quandoque de vno, quandoque de alio. In quibus duobus aduentibus licet idem ſit Chriſtus, ſeu Meſſias veniẽs, non tamẽ ſub eadem forma, ſed ſub diuerſa ſeu oppoſita: nec ad eũdem effectum proximo producendum, ſed ad diuerſos, pro vt ex ſacris autoritatibus poſſet probari. In primo enim aduentu Meſſias prænuntiatur, venturus in forma maximè manſueta & humili. De qua Iſai. 42. Calamum quaſatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet. & Zacha. 9. Ecce Rex tuus venit pauper, & equitans ſuper aſinam. Ex quibus & conſimilibus manifeſtè oſtendunt Prophetæ, quendam aduentum Chriſti fore in forma maximè humilitatis, & ſine aliquo tumultu bellico. De tempore autem principali & effectu proximo huius primi aduentus, habes per Danielem cùm dicitur, Dani. 9. Septuaginta hebdomades abreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, & conſumetur præuaricatio, & finem accipiet peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, &c. Ex quibus habes manifeſtè, quòd Meſſias, iuxta prænoſticationes propheticas, venturus erat in forma manſuetiſſima, & humili ad præuaricationes & peccata atque iniquitates tollẽdas, & hoc in tempore Danieli reuelato. Eſt autem ſecundus aduentus Meſsiæ, de quo Prophetæ aliter loquuntur, tam circa formã, in qua venturus eſt, quàm circa effectum principalem ſui aduentus: de quo ſecũdo aduentu Daniel. 7. Aſpiciebam & quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem & regnum, & omnes populi tribus & linguæ ſeruient ipſi, & poteſtas eius poteſtas

De duplici aduentu Meſſiæ primus in forma humili.

Iſai. 42. a. 3.

Zach. 9. b. 9

Dani. 9. f. 24.

De tẽpore primi aduẽtus.

Secũdus aduentus Meſſiæ futurus in maieſtate.

Dan. 7. d. 13

teſtas æterna, quę non auferetur, & regnũ eius, quod non corrumpetur. Qui quidem filius hominis, de quo Propheta in hoc loco intelligitur etiam ſecundũ expoſitores tuos, eſt ipſe Meſſias. Effectus autem huius aduẽtus declaratur à Danjele in eodem cap. cùm dicit: Iudicium ſedet, & libri aperti ſunt. Habes ergo manifeſtè autoritate Danielis, quòd Chriſtus vẽturus eſt, aliquando non in forma manſueta ſeu humili, ſed ſub forma maximę maieſtatis & poteſtatis. Habes etiam, quòd effectus huius aduentus non eſt ad delendas iniquitates, parcendo peccatoribus ſicut in primò aduentu, ſeu ſaluando, ſed ad iudicandum ſeu puniẽdum iniquos ſeu peccatores, & huiuſmodi, per ſuũ rectum iudicium. Et de hoc ſecundo aduentu, ſcilicet, ad iudicium, etiam loquuntur Prophetæ in multis locis, vt cùm dicitur Iſai. 3. Dominus ad iudiciũ veniet, cũ ſenioribus populi ſui & principibus eius, &c. De tempore autem huiuſmodi ſecundi aduentus non habentur reuelationes propheticæ, ſicut de primo. Si ergo vis ô Saule, non deficere in Scrutinio ſcripturarum de vtroque aduentu Chriſti loquentium à vero ſenſu per eas intẽto: diſtingue huiuſmodi duo tempora, & duos aduentus. Et illa quæ videris in Propheticis locutionibus pertinentia ad remiſſionem peccatorum, & deletionem iniquitatum & huiuſmodi applicã primo aduentui, in quo iſta per Meſſiam, teſte Daniele debuerũt impleri, ad quę non requiritur tumultus ſeu ſtrepitus armorum: non enim vincẽdo homines per potentiam vẽturus erat Chriſtus, ad remittẽdum peccata, & ſaluandos homines: ſed potius per humilitatem & patientiam ab eis duriſsima & acerba patiendo: In remittẽdo enim peccata & delendo iniquitates, non requiruntur bella corporea, quæ ſunt extra animãs, vt eſt manifeſtum. Illa autẽ quæ videris in ſcripturis, quæ de aduentu Dei ſeu Chriſti loquũtur, pertinentia ad prælia & concertationes corporeas, vt illa quæ allegas de Gog, Ezech. 39. & de prælio Hieroſolymitano, Zach. 9. Similiter de effuſione furoris Dei ſuper gentes. Sopho. 3. applicare debes ſecundo aduentui, in quo Chriſtus vẽturus eſt, non vt paſſurus ab iniquis, ſed potius vt iudex potentiſſimus, ad puniendum omnes ſibi rebelles cum antichriſto duce eorũ, & ſic per diſtinctionem huiuſmodi temporum & aduentuum cõcordabis ſcripturas.

Effectus ſecundi aduẽtus. Dan. 7. c. 10

Iſai. 3. c. 14.

Prophetæ reuelationes non habẽt de ſecundo aduentu ſicut habẽt de primo.

Ad primũ aduentum, pertinet remiſſio, ad ſecundum verò punitio.

Quæ ad prælia ponuntur in ſcripturis ad ſecundũ aduentum pertinent. Eze. 39. a. 2. Zach. 9. a. 3. Soph. 3. a. 5.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtenditur, quòd modus redemptionis populi Dei, per Meſſiam, per Scrutinium ſcripturarum primò fundari oportet, conſequenter verò eius cõgruitas ſeu conuenientia, per rationem quantum fragilitas humana permittit inueſtiganda eſt.

SAV-

Ad parcendum non requiritur arma, ſed potius humilitas.

SAVLVS.

AVdio diſtinctionem tuam, quam etiã aliàs mihi propoſuiſti de duobus aduẽtibus Chriſti: ſed loquẽdo de primo aduẽtu Meſſiæ, de quo nũc agimus, in quo dicis ipſum fuiſſe venturum ad paſcendũ peccatis & delẽdas iniquitates & huiuſmodi: in quo actu non requiritur poteſtas armorũ, ſed potius humilitas & patiẽtia, vt ſic ab hominibus duriſſima ſeu acerbiſſima Chriſtus ſeu Meſſias patiẽdo, daret finẽ peccató & deleret iniquitates, &c. Ad quod non video te allegare rationem nec autoritatem, cum tamen ſit valde remotum à credulitate humana: cùm Deus ad quẽ ſolum pertinet, delere iniquitates & tollere peccata: non indigeat aliqua cauſa media ad hoc faciendum, ſed ſola ſua liberalitate & maxima miſericordia hoc facere poteſt: de ipſo enim legitur Exod. 34. quod eſt miſericors & clemens, patiens & multę miſerationis, & verax: qui cuſtodit miſericordiam in millia: qui aufert iniquitatem & ſcelera atque peccata. Per illas enim vias Domini ab ipſo Domino Deo Moyſi reuelatas conſueuit Deus peccata delere, ſine hoc quod aliquis iuſtus pro acquirenda tali remiſſione patiatur. Vnde & Numeri. 14. quomodo Deus propter peccata populi ipſum Deum maxime irritantis volebat populum Iſraeliticum delere, ſeu percutere in peſte: Moyſes pro eis interpellans ad Deum, ſibi repræſentabat huiuſmodi vias miſericordię ſuæ, quas aliàs ſibi reuelauerat, ſic dicens: Domine, longanimis, & multæ miſericordię, auferens iniquitates & ſcelera. Et infra: Dimitte obſecro peccata populi huius, ſecundum magnitudinem miſericordię tuæ. Et ſubdit infra: Dixitque Dominus: Dimiſi ſecundum verbum tuum. Ex quo patet quòd ad dimiſſionem peccatorum ſeu ſcelerum per Deum, non requiritur niſi ſola miſericordia diuina. Non ergo requirebatur Meſſiam veniſſe ad patiẽdum dura ſeu aſpera, vt Deus dimitteret ſcelera ſeu peccata, ſed ſolũ ſuffeciſſet oratio ipſius Meſsię pro populo, ſicut & Moyſes in hiſtoria prędicta legitur feciſſe.

Exo. 34. a. 6

Num. 14. c. 18.

Ad dimiſſionem peccatorum ſola miſericordia Dei requiritur, non quod Meſſias iuſtus patiatur dura.

PAVLVS. Verum eſt in dubiè, quòd hoc myſterium de quo agimus, ſcilicet de modo redemptionis humanæ per Chriſtum, eſt valde remotum à noſtro naturali ingenio ſeu intellectu, cùm ſit omnino ſupra naturam: & ideo autoritate ſacræ Scripturę fundari oportet illud, quod fidei noſtræ veritas in hoc tenet. Ea enim quę ex ſola voluntate diuina prouenerunt ſupra omne debitum creaturæ: ſicut myſterium redemptionis de quo agimus, nobis innoteſcere non poſſunt niſi quatenus in ſacra Scriptura tradantur, per quam diuina voluntas nobis innoteſcit. Idcirco in primis recurrendum eſt, in hoc ad Scripturarum

Myſterium humanæ redemptionis ſupra naturam eſt, &c.

Redemptionis myſterium non poteſt nobis innoteſcere, niſi per ſcripturas.

pturarum ſcrutinium loquentium de redemptione, ſeu modo redemptionis populi Dei per Meſſiam: quod cùm in ſcripturis inuenerimus, inueſtigandæ ſunt rationes quæ pro humana fragilitate reperiri poſſint, ad congruitatem ſeu conuenentiam modi redemptionis pertinentes, vt ſic rationes humanæ ſint conſonæ Scripturarũ teſtimoniis.

Rationes humanæ debẽt Scripturæ ſacræ conuenire.

SAVLVS. Placet mihi, vt iſtum ordinem teneas in hac materia, ſcilicet, vt primò oſtendas per ſacras autoritates, ſi tamen potes iſtum modum redẽptionis, quem prꝺſuponis, videlicet quòd Meſſias promiſſus redempturus erat populum à peccato, patiendo ab hominibus dura & acerba, non autem vincendo corporaliter aduerſarios. Hoc enim reputo tam remotum à ratione naturali humana, quòd nullus omnino autoritate clara & expreſſa debet à prudenti viro dignum fide exiſtimari. Si autem hoc poteris ex ſacris eloquiis oſtendere, quod tamen non credo, tunc poterimus ad rationes cõgruitatis ſeu conuenientiæ procedere.

Placet ordinem ſeruare vt primò per Scripturas, ſecundò per rationes oſtendatur.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtenditur, quòd ille ſeruus Dei, de quo loquitur Iſai. 53. cap. per totum, & in fine præcedentis capituli, eſt verus Meſſias, non autẽ populus Iudæorum, ſicut Rab. Sal. falsè finxit, & quod ex, &c. vt prius.

PAVLVS.

QVòd Meſſias redempturus erat populũ à peccato, nõ vincẽdo corporaliter aduerſarios, ſed potius patiendo ab eis crudelia & acerba vſq; ad mortẽ incluſiue, ſatis declaratur ab illo Euãgelico Propheta. Iſa. 53. In quo loquuturus de hac materia, quæ vt tu aſſeris & eſt verum, eſt valde remota à naturali ratione humana, ſic dicere incipit: Quis credit auditui noſtro? quod vix vel raro credibile eſt hominibus præſertim luce fidei carentibus, illa quæ dicturus ſum de Meſſia prædicto: quod impletum fuit præſertim in Iudæis, qui pro maiori parte non crediderunt myſterium paſſionis, de quo hîc agit Propheta, nec hodie vt vides credunt. Vnde rectè Propheta in exordio annuntiationis huius myſterij incipit. Quis credit auditui noſtro? fides enim eſt ex auditu. Vnde veſtri doctores ſæpè dicunt de his, quæ per traditiones antiquorum recipiũt, quòd ex ore auditus didicerunt. Quæ autem ſint illa tam difficilia ad credendũ declarat plene, in hoc loco, & principaliter illa quæ de Meſſia, de quo agit, ſunt in propoſito noſtro attendenda.

Iſai. 53. a. 1. Vix credi poſſunt myſteria paſſionis Chriſti, niſi fidei luce oſtendantur.

Ad Ro. 10. cap. 17.

SAVLVS. Ex illo cap. Iſai. 53. non potes fundare intentum tuum. Non enim ibi loquitur Propheta de Meſſia, prout tu præſupponis: ſed potius loquitur ad literã de populo Iudæorum, quaſi de vno homine, ſicut

Arguit Iſaiam non de Meſſia loqui, ſed de populo Iudæorum.

Exod. 4. c. 22.

cut Exodo. 4. dicitur: Filius meus primogenitus Iſrael. Sic enim exponit Rab. Salo. expoſitor noſter, applicando omnia quæ in hoc cap. continentur, ſcilicet, languores, plagas, deſpectus, ignominias & huiuſmodi populo Iudæorum, in captiuitate hodierna exiſtentium; non autem ad Meſſiam, & ideo fruſtra de hoc capit. ſumis contra me argumentum.

Rab. Salo.

PAVLVS. Quod capitulum ſupradictum, ſcilicet, Iſa. 53. intelligatur de captiuitate Iudæorum, in hodierna captiuitate exiſtentium, non ſolùm litera non patitur, ſed etiã eſt incõſonum tuorum antiquorũ expoſitionibus: Tuus enim Rab. Sal. & alij, minus bene intelligẽtes, hanc falſam finxerunt expoſitionem, vt myſterium paſſionis ſaluatoris noſtri, quod in hoc cap. planè traditur occultare ſeu offuſcare poſſint. Quòd autem nõ conſonet prædicta falſa expoſitio tuorum antiquorum veris aſſertionibus, patet ex iam dictis. Nam vt ſupra tibi dixi, in trãſlatione Chaldaica Ionathæ, quæ vt noſti æqualis eſt autoritatis textui, eo quod Talmudici antiqui communiter tenent illã tranſlationem fuiſſe traditam, ab Ageo, Zacharia & Malachia Prophetis: oppoſitum manifeſtè continetur: nam ſuper illud verbum: Ecce intelliget ſeruus meus. quod eſt in fine præcedẽtis capituli, & continuatur cum capitulo ſupradicto, 53. tranſlatio ſupradicta habet: Ecce intelliget ſeruus meus Meſſias. Vnde manifeſtum eſt ſecundũ prædictam tranſlationem, quòd capitulum illud de Meſſia loquitur, non autem de populo Iudæorum. Item patet, per Talmudicos expoſitores, qui de excellentia illius ſerui Dei, de quo dicitur: Exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde: dicunt quòd ille ſeruus Dei, ſcilicet, Meſſias, de quo in hoc cap. Propheta loquitur, erit exaltatus & eleuatus & valde ſublimis pluſquam Abraham & Moyſes; & pluſquam Angeli Dei, qui Deo miniſtrant, vt largius tibi ſupra, cùm de excellentia Redemptoris ageretur, propoſui: quod, vt manifeſtè vides, nullo modo poſſet verificari de populo Iudæorum. Vnde expoſitio Rab. Salo. manifeſtè eſt inconſona dictis antiquorum tuorum, & per conſequens debes eam repudiare & reputare falſam & ficticiam ratione prædicta.

Iſai. 53. a. 1. Vera huius loci expoſitio.

Chaldaica translatio Ionathæ.

Caldaica translatio fuit tradita ab Ageo, Zacharia, & Malachia, ſecundum Talmudiſtas, ideo magna autoritatis eſt.

SAVLVS. Licet tranſlator Chaldaicus, & etiã alij Talmudici antiqui exponant, hoc cap. Iſaiæ. 53. de Meſſia intelligi, verumtamen contra hoc habeo doctorem, ſcilicet, Rab. Salo. aſſerentem oppoſitum, quod ſatis ſufficit mihi ad euacuandum rationem tuam contra me; ex hoc capit. adhereo enim in huiuſmodi expoſitione dictis Rabi Salomonis.

Euaſio Iudei qui autoritate Rab. Sal. ſe defendere nititur.

PAVLVS. Euaſio tua nullo modo habet hic locum, tum

quia

quia dicta Rab. Salo. nullo modo habent æqualem autoritatem, ſicut tranſlatio Caldaica, quæ ſecundum omnes tuos à tribus Prophetis fuit tradita, vt dictum eſt. Nec etiam ſicut antiqui Talmudici, quorũ vnus de expoſitoribus fuit tuus Ra. Sal. prout manifeſtum eſt & notoriũ in omnibus ſcholis Iudæorũ. Vnde aliqui magis moderni quàm Rab. Sal. dimiſſa ſua falſa expoſitione in hoc loco, ſecuti ſunt tráſlationem Caldaicam, & expoſitionem ſuorum antiquorũ, tum quia verba capituli ſupradicti nullo modo tollerant huiuſmodi falſam ſeu fictam Rab. Sal. expoſitionem.

SAVLVS. Volo audire à te prius, qui ſunt illi moderni expoſitores noſtri, qui dimiſſa expoſitione Rab. Salo. ſequuntur Caldaicam tranſlationem & antiquorum expoſitionem. Et conſequenter oſtẽde mihi quę ſunt verba in prædicto cap. contenta quæ expoſitionem Rab. Sal. nullo modo poſſent tollerare, vt aſſeris.

Rab. Moy. Gerunden. PAVLVS. Rab. Moy. Gerũden. in ſua glo. ſuper Gen. 29. dicit ſic: Rex Meſſias habet dare cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael, & ad ieiunandum & humiliandum ſe pro eis, ſicut ſcriptum eſt Iſaiæ. 54. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Hęc ille: Ex quo manifeſtè habes quòd hoc capit. ſecundum ipſum doctorem loquitur de Chriſto ad literam, ſicut & tranſlator. Caldaicus, & alij expoſitores expoſuerunt, non autem de populo Iudæorum, vt Rabi Salo. fingere voluit.

Meſſias cor ſuum dedit ad petendũ miſericordiam, & ad ieiunãdum & humiliandum ſe pro populo Iſrael.

Iſai 53. b. 5.

Iſai. Verba Chriſto tantũ pertinẽt.

SAVLVS. Declara ergo mihi, quæ ſunt verba in capitulo prædicto contẽta, quæ nullo modo poſſunt tollerare, quòd capitulum illud intelligatur de toto populo Iudęorum, prout Ra. Salo. exponit.

PAVLVS. Omiſsis aliis quę ad hoc faciunt, eo quod fortè non de neceſſitate concludant; tria tamen continentur in prædicto cap. quæ nullo modo applicari poſſunt populo Iudæorum, licet ſit multipliciter vulneratus & attritus in hac captiuitate exiſtente, quorum vnum eſt, quia populus Iudæorum, licet ſit multipliciter vulneratus & attritus in hac captiuitate, nõ tamen hoc patitur propter iniquitates gẽtium ſeu ſcelera eorum, ita vt gentes recipiant à Deo ſalutem ſeu veniam propter merita Iudæorum talia patientium: hoc enim non ſolùm manifeſtè eſt falſum, cùm ſit contra diuinam iuſtitiam, ſecundum quam Deus reddit vnicuiq; iuxta opera ſua, ſed etiam eſt contra mentem omnium expoſitorum tuorum: ipſi enim communiter, nemine diſcrepante, credunt, quòd gẽtes quæ modo ſupprimunt ſeu affligunt populum Iudaicũ in hac captiuitate finaliter ſunt propter hoc puniendi per

Tria continentur in c. 53. Iſai. quæ nullo modo populo Iudeorum applicari poſſunt.

Primũ quia Iudei non paſſi ſunt propter iniquitates gentilium.

Ioel. vlt. a. 2

per Deum, de quo intelligunt id Ioelis vlt. Congregabo omnes gẽtes, & educam illas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terrã meam diuiſerunt, & ſuper populum meum miſerũt ſortem. Cũ ergo propheta teſtatur de ſeruo Dei, de quo hic loquitur, quòd Liuore ſuo alij ſunt ſanati, & quòd Deus poſuit in eum iniquitatem, ſcilicet pœnam omnium aliorum, ſcilicet hominũ, ſequitur, quòd nõ loquitur Propheta hic de populo Iudęorum, per cuius pœnas alij nõ ſaluantur, ſed potius puniuntur. Itẽ ſecundo de iſto ſeruo Dei teſtatur Propheta, quòd iniquitatem nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, quod non ſolùm de Iudæis manifeſtè eſt falſum, vt patet per euidentiam rei, eo quod omnes pro maiori parte ſint pleni vſuris & iniquitate & dolo, ſed etiam per autoritatem ſacræ ſcripturæ habetur manifeſtè, quòd in hac captiuitate ſunt propter propria peccata eorum: & quòd ſi de peccatis ſuis pœniterent & cõuerterentur ad Dñm, ſtatim eſſent redempti, vt habetur expreſſè Deut. 30. etiã ſecundum expoſitionem tuorũ. Hoc etiã eſt contra mentẽ doctorum tuorũ, qui pręſupponẽtes, quod in hac captiuitate ſunt propter magnũ peccatũ ſeu magna peccata, inter ſe inquirũt, quòd ſit illud peccatũ, vel quę ſint illa peccata.

Secundo. Quia de Iudæis dici nõ poteſt, quòd iniquitatem nõ fecerint, &c.

Deut. 30. a. 3

Quę fuerũt illa peccata pro quibus Iudæi captiuitatem patiuntur.

Vnde aliqui dicũt ſicut Ra. Salo. licet irrationabiliter, ſcilicet, quòd propter peccatũ vituli in deſerto fabricati, de quo habetur Exo. 33. Alij verò dicunt, quòd propter varia peccata ſingulorũ. Alij dicũt & fortè verius ſi rectè intellexiſſent, vt infra Deo dãte dicam, quòd peccatũ propter quod ſunt in hac captiuitate nõ eſt eis notum ſeu reuelatũ ſed occultũ. Sed quidquid ſit de iſtis manifeſtũ eſt, in quo omnes concordãt, quòd populus Iudęorum in hac captiuitate nõ eſt ſine peccato ſeu iniquitate, nec propter aliarũ gẽtium peccata, ſed propter ſua propria: & ſic habetur quòd ſeruus Dei, de quo loquitur Iſa. Qui ſine peccato eſt. non poteſt intelligi de populo Iudęorũ, ſed de aliquo ſeruo Dei, qui omnino eſt immunis à peccato. Item tertio de iſto ſeruo Dei Propheta in fine huius cap. dicit, quòd pro trãſgreſſoribus exorauit: quod nõ poteſt intelligi de populo Iudaico, qui nõ ſolũ non orat pro gentibus, immo quotidie orat pro deſtructione Romani imperij; & præſertim pro deſtructione Eccleſię Chriſti, & diſcipulorũ eius: vt patet per quandã orationẽ, quæ quotidie ab eis dicitur in ſuis ſinagogis, in qua inter quædã alia expreſſè dicitur: Omnes hęretici ſubito pereãt, quæ verba Ra. Sa. & Ra. Moy. & cęteri ſic exponũt. Iſti hęretici ſunt diſcipuli Nazareni. Quomodo ergo de talib^9 poteſt verificari, pro trãſgreſſoribus

Rab. Salo. dicit, quòd propter adorationem vituli in deſerto.

Exod. 34.

Propter occulta peccata, captiui ducti ſunt.

Tertio. Quia de Iudæis non intelligitur. Pro tranſgreſſoribus exorauit.

Oratio Iudæorũ, quã quotidie in ſynagogis faciunt.

Rab. Salo., Rab. Moyſ.

ſoribus exorauit? Ex quo habes manifeſtè, quod ſeruus Dei, de quo loquitur Propheta in prædicto cap. nō eſt populus Iudęorū, nec aliquis iuſtus, quo alius iuſtus creatus ſit maior, ſed aliquis Dei ſeruus, qui Angelos & cæteros ſeruos Dei in dignitate præcellit. Vnde de Chriſto prędixit. Exaltabitur & eleuabitur & ſublimis erit valde. prout ſupra allegatum eſt iuxta expoſitionem tuorum doctorum, qui hæc verba exponunt ſic. Exaltabitur ſuper Abrahā, & eleuabitur ſuper Moyſen, & ſublimis erit valde ſupra Angelos Deo miniſtrantes. qui quidem ſeruus Dei per vulnera & afflictiones in mortem, quas paſſurus erat, cæteros à peccato & à pœnis peccati erat redempturus, vt teſtatur manifeſtè Propheta in hoc cap. dicēs: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Item vulneratus eſt propter peccata noſtra attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtrę ſuper eū, & liuore eius ſanati ſumus, & ſic de alijs. Ex cōtentis ergo in hoc cap. cum fine precedentis capituli, inter alia ad materiam noſtram pertinentia manifeſtè habes xij. concluſiones.

Ex Iſa. 53. & ſ. & precedenti cap. ponit 12 concluſiones ſoli Chriſto conuenientes remotæ à naturali ingenio.

Prima. Prima quòd iſtæ redemptor ſeruus Dei excellentior eſt cęteris ſanctis, tam in cęlo, quàm in terra exiſtentibus, de quo dicit: Exaltabitur & eleuabitur, prout per tuos doctores expoſitum eſt.

Secunda. Secunda, quòd ipſe fuit in ſuo exordio paruulus & humilem ortum habēs, de quo dicit: Aſcēdit ſicut virgultum, & ſicut radix de terra ſitienti.

Tertia. Tertia, quòd in ſuo progreſſu fuit deſpectus, & quaſi ad nihilum reputatus, de quo dicit, deſpectū & nouiſſimum virorum vnde, nec reputauimus eū.

Quarta. Quarta, quòd fuit vulneratus propter iniquitates noſtras, ſcilicet, tollēdas. Vnde dicit. Et liuore eius ſanati ſumus. & infra: Iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.

Quinta. Quinta, quòd omnes iuſti præter ipſum de lege cōmuni errauerūt à via ſalutis, & ipſe omniū iniquitates portauit, ſcilicet, quoad pœnas, de quo dicit: Omnes nos quaſi oues errauimus, & Deus poſuit in eū iniquitates omniū noſtrum.

Sexta. Sexta, quòd has pœnas ſeu dolores, vſq; ad mortē incluſiuè voluntariè & patienter ſuſtinuit, de quo dicit: Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & ſicut ouis ad occiſionē ducetur, & quaſi agnus corā tondēte, &c.

Septima. Septima, quòd totū hoc fuit propter ſcelus populi, ipſe tamē immunis erat à peccato, vnde dicit: Propter ſcelus populi mei percuſſi eū. & infra. Qui peccatū nō fecit, nec inuētus eſt dolus in ore ei⁹.

Octaua. Octaua, quòd ipſe ſeruus Dei debebat habere victoriā, & fortiū ſpolia diuidere, eo quod tradiderit in mortē animam ſuam, de quo dicit: Ideo diſpartiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit morti animam ſuam.

Nona. Nona, quòd ipſe

erat reputandus maleſactor, ſeu ſceleratus; de quo dicit: Et cum ſceleratis reputatus eſt. *Decima.* Decima, quòd iſte ſeruus Dei per mortem, & alia quę tollerauit licet omniũ peccata ſufficiẽter ſuſtinuit, nõ tamen omniũ effectiuè, ſed multorũ: vnde dicit: Et ipſe peccata multorũ tulit. *Vndecima.* Vndecima, quòd tanta fuit charitas huius ſerui Dei, quòd etiã pro ſuis aduerſariis, & ipſum affligẽtibus & occidentibus Deũ orauit: de quo ſubdit: Pro trãſgreſſorib⁹ orauit. *Duodecima* Duodecima, quòd iſta quę in hoc cap. tradũtur ſunt valde remota à naturali ingenio humano: de quo dicit: Quis credit auditui noſtro? vt ſupra expoſitũ eſt, quę quidem omnia & ſingula propriè applicãtur vero Meſſiæ noſtro, ſi diligẽter fueris ſcrutatus geſta ſua, tam in vita, quã in morte. Habes ergo ex cõtentis in prędictis capitulis, quæ tibi dixerã, ſcilicet, quòd verus Meſſias nõ per potentiam armorũ alios vincendo & ſuperando, ſed patiendo & moriendo ſuos erat redempturus, & hoc à ſeruitute peccati, non autem à ſubiectione ſeu ſeruitute humana.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd licet Deus potuiſſet hominem redimere à peccatis, ſine paſſione & morte Chriſti, non tamẽ ex hoc dicendum eſt, quòd fruſtra ſic hominem redemit.

SAVLVS.

VIdeo intentũ tuum fundari in dictis Iſa. ca. ſupradictis: quæ quidem capitula ſi de vero Meſſia intelligãtur, propoſitum tuũ aliqualiter videtur fundari in autoritate. Sed quia in ſupradictis dixiſti, quòd poſtquã per ſcripturarũ ſcrutinium de redẽtione ſeu redẽptionis modo populi per Meſſiã loquentiũ inueniſſemus autoritatem ſufficientem, quòd cõſequenter erant inueſtigãdę rationes, quę pro humana fragilitate reperiri poſſẽt, ad cõgruitatẽ ſeu conuenientiã modi redẽptionis in ſcripturis inueniri pertinẽtes, vt ſic rationes humanæ ſcripturarũ teſtimoniis cõſonarent. *Quærit rationes de modo redẽptionis noſtræ.* Idcirco ad præſens procedendum videtur ad rationes. Circa quod audeo tibi dicere, quòd prędictus modus redẽptionis, quem tu vis appropriare ad verũ Meſſiã, ſcilicet, quòd patiendo & moriendo ſuos eſſet redẽpturus à peccatis, eſt nõ ſolũ non cõſonus, ſed omnino repugnans naturali humanę rationis dictamini, quod patet multiplici ratione: *Arguit quod talis modus redimendi repugnet naturali rationi.* & primo per conſiderationẽ diuinę omnipotentię. *Prima ratio* Cõſtat enim, quòd Deus per ſuã omnipotentiã omnia poteſt ſine medio facere, quod cũ alio medio facit: dicitur enim in Pſalm. *Pſal. 113. a. 3.* Omnia quęcũq; voluit Deus fecit. Cũ ergo potuit redimere populum ſuum à peccatis, ſine hoc quod ſeruus Dei tã exaltatus & ſublimis pateretur, fruſtra ergo per mortẽ Meſſię eos ſaluauit, cũ ſine hoc eos ſaluare potuiſſet. In naturalibus enim operibus, quę diuina ſunt, tãquã à Deo creata,

mota & regulata, fruſtra dicitur fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora: iuxta ſententiam Philoſop. & ſimiliter in huiuſmo di diuinis operibus eſt dicendũ.

Philoſo.

Solutio prædicta rationis.

PAVLVS. Concedo tibi, quòd Deus potuit ſaluare popu pulum ſuum à peccatis, ſine hoc quod Chriſtus mortẽ pateretur; poteſtati enim diuinę cũcta ſubiacẽt. Iſa. 59. Ecce nõ eſt abreuiata man⁹ Dñi, vt ſaluare nequeat: ſed hoc intelligendũ eſt ſimpliciter & abſolutè nulla ſuppoſitione facta: ſed ex aliqua ſuppoſitione propoſita aliter eſt dicendũ. Si enim ſupponatur, quòd ſecundũ Dei præſcientiam ſeu diſpoſitionem, quæ caſſari non poteſt, Deus erat ſaluaturus populum per mortem Chriſti, hac ſuppoſitione facta, nõ erat ſimul poſſibile Chriſtũ non pati, & hóminem alio modo quã per eius paſſionẽ liberari. Volũtas enim diuina ſeu eius conſilium in ſui diſpoſitione nõ fallitur, teſte Pſal. Cõſiliũ autẽ Dñi in ęternũ manet. Cũ autem in ſcripturis diuinis, per quas volũtas Dei nobis innoteſcit, prenunciatũ eſt, quòd Deus per mortẽ Meſſię ſeu Chriſti ſuũ populũ erat ſaluaturus, vt ſupra oſtenſum eſt, per cõſequens impoſſibile eſt, quòd aliter eum ſaluaret: impoſſibile dico non ſimpliciter, ſed ex prę ſuppoſitione prædicta.

Iſa. 59. a. 1.

Neceſſariũ fuit Chriſtũ pati ex ſuppoſitione.

Pſal. 32. c. 11.

SAVLVS. Licet verũ eſt, quòd prouidẽtia diuina, in ſe ipſa cõſiderata, nõ fallitur: cũ hoc tamẽ ſtat, quòd diuina prouidẽtia nõ omnibus rebus neceſſitatem imponit: quædã enim res nõ neceſſario, ſed contingenter eueniũt: et ideo in talibus ſcriptura reddit rationẽ de aliquibus mediis, quibus aliquos effectus Deus producit, cum poſſet tales effectus ſine talibus mediis producere: legitur enim Exo. 13. Cũ dimiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus pér viam terræ Philiſtiim, quę vicina eſt, reputãs ne fortè pœniteret populus, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteret in Aegyptũ. Circa quod attẽde, quòd nõ dixit ſcriptura: Nõ eos duxit Deus per viã terræ Philiſtiim, quia ſic fuerat à Deo diſpoſitũ, ſed reddit rationẽ, dicens: Ne forte pœniteret populus. Ex quo patet, quòd in huiuſmodi effectibus procedẽtibus à diuina volũtate, cõtingentia manet in rebus, ratione cuius quærẽda eſt ratio de mediis, quibus Deus producit effectus: & non ſufficit dicere, quòd taliter fuerat à Deo diſpoſitũ: poterat enim Deus de talibus aliter ab æterno diſponere. Vnde in propoſito, licet ab æterno fuiſſet à Deo diſpoſitũ, quòd per mortẽ Meſſiæ populũ ſaluaret, vt tu aſſeris: adhuc reſtat quærendũ de ratione huius diſpoſitionis, cũ ſine hoc ſaluare potuiſſet, vt dictum eſt. Ab æterno enim diſponere potuit Deus, quòd ſine morte Meſſiæ populus à peccatis reddimeretur, & ſic videtur, quòd fruſtra mortuus fuiſſet Meſſias propter ſalutem

Exod. 13. c. 17.

Quare Deus non duxit populum Iſrael per terram Philiſtinorum.

In effectibus à Diuina voluntate cedentibus, contingẽtia manet in rebus.

Quærit rationem Diuinæ diſpoſitionis.

lutē populi. In naturalibus enim operibus, quæ à Deo ſunt ordinata, communiter dicitur, quòd fruſtra fit per plura, quod poteſt fiere per pauciora.

Natura facit aliqua per plura, quæ per pauciora poterat facere, & quando.

P A V L V S. In naturalibus operibus tunc verum eſt, quòd fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, quando aliquid æque bene fieret per pauciora, ſicut fit per plura: ſed tamen cōtingit, quod aliquid conueniētius ſeu perfectius fiat per plura, quā per pauciora fieret, tūc facit ſæpè natura per plura, quod per pauciora potuiſſet fieri, ſicut duo oculi in animali ad videndum ſecundum naturā formātur, cùm tamen tantū per vnū oculū poſſet videre, & ſic in aliis operibus naturalibus. Vnde illa regula ſeu dictum regulare, in quo dicitur, fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, intelligendū eſt, ſi ita cōueniēter per pauciora fierēt, ſicut per plura, nō tamē conueniētius fit per plura, quā per pauciora. Et ideo in propoſito noſtro, quia mors Chriſti cōuenientior modus fuit ad liberandū hominē à peccato, quā ſi Deus ſola ſua volūtate liberaſſet hominē. Idcirco nō eſt dicendū, quòd fruſtra per mortē Chriſti Deus hominē liberauit.

Mors Christi fuit conuenientior modus ad redemptionem.

CAPITVLVM IX.

In quo oſtenditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato per paſſionē & mortem Chriſti fuit conuenientior ex parte Dei liberantis, quàm ſi per ſolam diuinam miſericordiā hominem liberaſſet.

S A V L V S.

Oſtendi mihi quomodo iſtæ modus liberationis populi, ſcilicet, per mortē Meſſię ſit cōuenientior, quàm ſi Deus ſolùm ſua propria miſericordia hominem liberaſſet.

Tribus rationibus probat, modum liberandi populū per mortē Chriſti, conueniētiorem fuiſſe, quàm ſi Deus ſua miſericordia eum liberaſſet.

P A V L V S. Quòd iſtę modus liberādi populum à peccato per mortē Chriſti ſit cōuenientior, quā ſi Deus ſola ſua volūtate populū liberaſſet, patet tribus rationibus: quarum prima ſumitur ex parte Dei liberātis: ſecunda ſumitur ex parte Chriſti ſeu Meſſiæ, per quem facta eſt liberatio ſeu redemptio: tertia verò ex parte hominis liberati ſeu redēpti. Ex parte enim Dei attēdere debes, quòd Deus, cuius opera ſunt perfecta, in omnibus ſuis operibus, præſertim in his, quæ ſunt circa gubernationē generis humani, relucērt ſimul ſua miſericordia & iuſtitia. Vnde Pſal. Vniuerſę vię Dñi miſericordia & veritas. id eſt iuſtitia. Ratio autē huius apud noſtros doctores ad plenū deducitur: ſed quia autoritates eorū nō reciperes, allegabo tibi tuos. Tui enim doctores antiqui cōmuniter tenēt, quòd Deus per duas menſuras ſeu proprietates, quas vocāt Middoth, mundū gubernat, ſcilicet, per menſuram ſeu proprietatē iuſtitię, ſiue iudicij, quā dicūt ſignificari in ſacra Scriptura vbicunq; ponitur hoc nomē Heloim, & per menſurā ſeu proprietatē miſericordię, quā dicunt ſignificari vbi ponitur Adonai, quo præſuppoſito

Prima ratio ex parte Dei liberantis.

Pſa. 24. b. 10

Deus ſecundum Iudæos per duas mēſuras gubernat mundū.

Middoth.

Gen.3.d.23. ſuper illud verbum Gen.3. Emiſſit eum, ſcilicet, Adam Dominus Deus de horto voluptatis ad excolendum terram, dicit Rab. Ioſuæ: *Rab. Ioſue.* Cũ Middah, ſcilicet, cũ menſura ſeu proprietate iuſtitiæ & miſericordię creauit Deus Adã, & cum proprietate iuſtitię & miſericordiæ dedit ei præceptum. Similiter cũ proprietate iuſtitiæ & miſericordię eiecit eum. Hæc illę. Cuius ratio fundatur in hoc, quod tã in creatione ipſius Adę, quàm in præcipiendo ei, quàm etiam in deiectione ipſius ponũtur hęc duo nomina Diuina, ſcilicet, Adonai, quod ſignificat mẽſurã ſeu proprietatẽ miſericordiæ, & Heloim quod ſignificat menſurã ſeu proprietatem iuſtitiæ. *Nota proprietates horum nominum Adonai & Heloim.* In creatione enim Adæ legitur. Formauit Dñs Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Gen.2.c.16 Gen.2. In præcipiendo etiam ei dicitur. Pręcepitq; Dñs Deus ei ex omni ligno paradiſi comedere, &c. Et in eius eiectione dicitur Gen.3. Emiſſit eũ Dominus Deus de horto voluptatis. *Gen.3.d.23* Ex quo patet, quòd cum menſura ſeu proprietate iuſtitiæ & miſericordiæ Deus creauit Adã. Similiter cũ eiſdem ei præcepit, & cũ eiſdem eũ eiecit de paradiſo. Idẽ ergo dicendũ eſt de ipſius Adę, & totius generis humani recõciliatione, quæ per Chriſtum ſeu Meſſiã erat fienda, ſcilicet, quòd non per ſolã miſericordiã, vt puta per ſolã diuinam voluntatem, parcendo ſeu remittẽdo peccata, erat fiẽda recõciliatio, ſed cũ hoc per mẽſurã ſeu proprietatẽ iuſtitiæ, ſcilicet ſatiſfaciẽdo pro offenſa in Deo cõmiſſa: quę quidẽ ſatiſfactio facta fuit per mortem & paſſionem Chriſti, prout Iſa. declarat in cap. allegato, dicẽs in perſona generis humani. *Iſa.53.b.5.* Omnes nos ſicut oues errauimus, & Deus poſſuit in eo iniquitates omniũ noſtrum. & ſic patet, quod hic modus liberãdi hominem per miſericordiã & iuſtitiam cõformior fuit, & per conſequens cõuenientior eſt diuinę gubernationi ex parte Dei liberantis, qui totum mundũ, & pręſertim genus humanũ per mẽſurã ſeu proprietatẽ iuſtitię & miſericordię gubernat, vt dictũ eſt.

Modus liberandi mundum per miſericordiam & iuſtitiam cõuenientior fuit.

SAVL. Multa hîc inuoluis, quorũ quædã indigent vlteriori declaratione, quædã vero ſunt, vt credo indeclarabilia, quia nullam videntur continere rationẽ.

PAVLVS. Oſtẽde mihi primo, quę ſunt illa, quæ indigẽt vlteriori declaratione: & deinde procedemus ad illa, quę dicis eſſe indeclarabilia, vt nõ cõfuſẽ, ſed diſtincte procedamus.

SAVLVS. Manifeſtè requirit declarationem illud dictũ doctoris noſtri dicentis, quòd cum menſura ſeu proprietate iuſtitię & miſericordiæ Deus creauit Adã. Similiter cũ eiſdẽ proprietatibus dedit ei præceptum, & cũ eiſdem proprietatibus eũ dẽ paradiſo eiecit. Creatio enim primi hominis nullo modo videtur ad iuſtitiam pertinere, ſed ad ſolam

Querit declarationẽ prędictorũ & primo quomodo creatio hominis pertineat ad iuſtitiam.

lam miſericordiã, cùm nulla merita ipſius Adæ præceſſerint ante ſui creationem, quibus Deus ex debito iuſtitiæ debuiſſet eum creare. In præcepto etiam Dei dato nõ videntur apparere iſtæ proprietates. In eiectione autẽ de paradiſo non videtur aliqua ratio miſericordię apparere, ſed ſolius iuſtitiæ, cũ illa eiectio fuit pœnalis, & de iuſtitia procedẽs, non autem de miſericordia, vt patet.

Miſericordia & iuſtitia, in quocunque Dei opere inueniuntur.

PAVLVS. Dicta doctoris tui præallegata, veritatem tenent, etiam in quolibet opere diuino. In quolibet enim tali inuenitur miſericordia & iuſtitia: prout patet in autoritate Pſal. Præallegata: ſed reſtringendo nos ad prædicta tria, de quibus doctor tuus loquitur, ſcilicet, de creatione Adæ, & de præcepto ei dato, & de eiectione eius de paradiſo, manifeſtè reperies in quolibet eorum prædicta duo inueniri.

In creatione Adæ miſericordia & iuſtitia inueniũtur.

In creatione enim primi hominis ſicut & in creatione cuiuſcunque rei, licet non præſupponatur aliquod meritum in creatura, præſupponitur tamen aliquid in Dei cognitione, in qua omnia æternaliter præexiſtunt, & ſecundum hoc ſaluatur ibi ratio iuſtitiæ in quantum res in eſſe producuntur, ſecundum quod conuenit diuinæ ſapientię & bonitati. Saluatur etiam quodammodo ratio miſericordię, in quantũ res ſine meritis pręcedẽtibus de nõ eſſe in eſſe producũtur. In præcepto autẽ dato Adæ ratio miſericordię ſatis apparet: in quãtũ fuit data ſibi licẽtia edẽdi de omni ligno paradiſi.

In præcepto Adæ dato miſericordia & iuſtitia rationes inueniũtur.

Ratio autẽ iuſtitię apparet in prohibẽdo eũ ſub comminatione pœnæ mortis de eſu ligni ſcientiæ boni & mali.

Similiter in eiectione paradiſi.

In eiectione autem de paradiſo licet nõ appareret miſericordia Dei totaliter, relaxãs peccatũ, apparet tamen miſericordia alleuians, dũ citra condignũ punit.

Punit Deus citra condignum.

Peccatum enim Adæ ex parte obiecti, ſcilicet, Dei in quẽ offenſam cõmiſit, cuius excellẽtia eſt infinita quodammodo eſt infinitũ: ſecundum, quod infinitã quodãmodo pœnam meruerat. Vnde ſolũ eiiciendo eum de paradiſo miſericorditer eum puniuit, ſcilicet, citra condignũ. Ex quibus patet, quòd modus liberãdi hominem à peccato per iuſtitiã & miſericordiã conuenientior modus eſt ex parte Dei liberantis, quã ſi per ſolã miſericordiam liberaſſet eũ: ſic inquã iſte modus conformior eſt cæteris modis, quibus Deus mundũ gubernat, & etiã quibus primũ hominem gubernauit, vt ſupra dictum eſt.

Nullum malum impunitum manet.

Eſt etiã iſte modus, ſcilicet, liberãdi hominem nõ per ſolã miſericordiam, ſed per miſericordiã & iuſtitiã conueniẽtior ex parte Dei liberãtis, ad quem pertinet nullũ malum relinquere impunitũ.

Deu. 32. a.

Vnde Deut. 32. Dei perfecta ſunt opera, & omnes vię eius iudicia, Deꝰ fidelis, abſq; vlla iniquitate rectus & iuſtus eſt. Ex quo patet, quòd ad perfectionẽ diuinorũ operũ pertinet, vt iuſti-

vt iuſtitia exerceatur abſq; vlla iniquitate, quod nõ fieret ſi peccatum hominis, ſine ſatiſfactione iuſtitiæ totaliter relaxaret.

SAVLVS. Video declarationem tuam ſatis congruam, ſeu conuenientem ad dicta doctoris noſtri, ſcilicet, in hoc quod per menſurã, ſeu proprietatem iuſtitiæ, & miſericordiæ Deus hominẽ gubernat. Ex quo ſatis videtur ſequi, quòd redemptio, ſeu liberatio populi à peccato conuenientior eſt per iuſtitiam & miſericordiam, quã per ſolam miſericordiam, vt iam deduxiſti. Sed adhuc reſtat tibi, vt declares illud quod præſupponis, quod meo iudicio eſt indeclarabile, ſcilicet, quomodo per mortem Chriſti, ſeu Meſſiæ fuit facta ſatiſfactio pro offenſa in Deo commiſſa à toto populo.

Quærit quomodo per mortẽ Meſſiæ fuerit facta ſatiſfactio.

Tria inconuenientia adducit.

Hoc enim manifeſtè videtur inconſonum dictamini cuiuſcunq; naturalis rationis propter tria.

Primum.

Primò, nam nulli ſatisfit per maiorem offenſam ſibi illatam: verbi gratia. Si aliquem Regem, vel principem ſuus ſubditus offendit furando, ſeu rapiendo bona ſua, manifeſtum eſt, quòd nõ ſatiſfacit ſibi de tali offenſa per hoc, quod poſtea committit in eum, ſeu in ſuos iniuriam, percutiendo ſeu occidendo aliquẽ de magnatibus ſuis. Hoc enim magis addit in prima offenſa, quàm de ea minuat. Cùm igitur occidere Chriſtum, ſeu Meſſiã, qui excellentior eſt in dignitate & ſanctitate, nõ ſolùm hominibus ſed etiam Angelis, vt ſupra dictũ eſt: eſt grauiſſimum peccatũ, in quo Deus maximè offenditur: ſequitur, quòd per eius mortẽ ſic pernicioſè, & ſceleriter perpetratam, non potuit Deo ſatiſfieri pro peccatis populi.

Secundum.

Item ſecũdò in ſatiſfactione requiritur æqualitas quędam ad culpam cõmiſſam, cùm ſit actus iuſtitiæ: ſed paſſio ſiue mors Chriſti non videtur eſſe æqualis omnibus culpis delinquentiũ, cùm ſint quaſi infinitæ, vel ſaltẽ innumerabiles: non ergo per paſſionẽ Chriſti ſeu Meſſiæ ſatiſfieri potuit Deo de omnibus peccatis aliorum hominũ.

Tertium.

Itẽ tertiò, in partibus pœnitentiæ requiritur identitas inter peccantem & pœnitẽtem: eiuſdem enim eſt conteri, cuius eſt peccare. Non enim valet cõtritio vnius ad delendum peccatum alterius. Similiter videtur dicendum de confeſſione & ſatiſfactione, ſcilicet, quòd eiuſdem eſt peccare, & ſatiſfacere, & confiteri. Cùm igitur Chriſtus ſeu Meſſias non peccauit, vt patet per autoritatẽ Iſa. 53. perte allegatam, ſequitur quòd ad ipſum non pertinuit ſatiſfacere pro peccatis, ſed potius ad ipſos peccantes. Ex quibus, benè cõſideratis, videtur manifeſtè, quòd per mortem ſeu paſſionẽ Meſſiæ, ſeu Chriſti non fuit facta ſatiſfactio ſecundum iuſtitiã pro peccatis populi redempti, ſeu redimendi. Et ſic iſte modus nõ fuit conueniens, vt tu aſſeris ad redimendum humanum genus à peccatis

Iſa. 53. a. 4.

à peccatis, ſed potius incōſonus omnino.

Reſponſio ad primum.

PAVLVS. Ad primum reſpondeo tibi, quòd paſſio, ſeu mors Chriſti, ſeu Meſſiæ duplici ter poteſt conſiderari. Vno modò ex parte occidentium, & ſic concedo tibi, quòd fuit grauiſſimum peccatum, prout tu dicis. Alio verò modo ex parte Chriſti patientis ſeu ſuſtinētis, in quā tum ex maxima charitate & obedientia paſſionem & mortem ſuſtinuit: et iſto modo paſſio illa fuit maximè meritoria. Vnde cū dicitur, quòd Deo fuit ſatiſfactū de peccatis populi, ſeu totius humani generis per paſſionem & mortem Chriſti, paſſio ibi intelligenda eſt ex parte patiētis, ſecūdum quam fuit maximè meritoria & ſatiſfactoria, nō autem ex parte inferentiū, ſeu occidentium, ſecundū quam fuit grauiſſimum peccatū. Vnde circa hoc, ſi bene conſideras, poteſt attendi maxima miſericordia diuina, quæ tātę bonitatis eſt, vt ex paſſione & morte maximè facinoroſa & demeritoria ex parte cōmittentium, ex ipſa eadem elicoret tam maximum meritum ex parte patientis, vt eſſet ſatiſfactio etiam pro peccatis crucifigentium ipſum. Et ſic in eadem paſſione relucet non ſolùm diuina iuſtitia, in quantum per eam fuit punitum ſufficienter peccatum totius generis humani, ſed etiam miſericordia diuina, in quantum per eam fuit ſublatum ſeu dimiſſum peccatum humani generis. Ad ſecundum verò, quod obiicis de æqualitate, quæ requiritur inter ſatiſfactionē & culpam, tibi reſpondeo: quòd paſſio Chriſti ex parte patientis conſiderata fuit maioris meriti, quàm exigeret recompenſatio totius offenſæ humani generis: tum propter magnitudinē charitatis, ex qua patiebatur: in charitate enim conſiſtit radix totius meriti. Vnde quia maior fuit charitas in Chriſto patiente, quàm odium in omnibus offendētibus Deum: idcirco non ſolùm ęqualiter, ſed etiam ſuperabundāter pro omnibus ſatiſfecit. Tū propter dignitatem vitæ ſuæ, quam ſatiſfaciendo ponebat. Quę quidem dignitas excellit omnes dignitates humanæ vitæ, prout ſupra tactum eſt, & amplius fortè declarabitur. Vnde paſſio Chriſti non ſolùm ſufficiens, ſed ſuperabundans ſatiſfactio fuit prō totius generis humani peccatoꝛ. Et in hoc etiam, ſi bene cōſideras, relucet diuina miſericordia ſimul cum eius iuſtitia. Quę quidem diuina miſericordia, ſimul cum eius iuſtia, tantam charitatem in animam Chriſti, ſeu Meſſiæ infudit, & tantam excellentiſſimam dignitatem ei contulit, vt eius paſſio ſuperabundanter pro omnibus ſatiſfaceret, & omnium dolores portaret iuxta illud Iſai. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Diuina autē iuſtitia relucet in hoc, in quantū non ſolum ſatiſfactionem æqui-

Mors Chriſti dupliciter poteſt cōſiderari, ſcilicet, ex parte occidentium, & ex parte occiſi.

Ex parte Chriſti fuit maximè meritoria.

Ex morte facinoroſa Chriſti elicet Deus maxima meritoria: ita vt eſſet ſatisfactio pro crucifigātibus ipſum.

In Chriſti paſſione relucet Diuina iuſtitia & miſericordia.

Reſponſio ad ſecundū.

Paſſio Chriſti fuit maioris meriti, quàm exigebat offenſa compēſatio.

Primo propter Charitatem.

Secūdo propter dignitatem.

Paſſio Chriſti fuit ſuperabundans.

Iſa. 53. a. 4.

ualentem, ſed etiam ſuperabundantem pro omnibus humani generis peccatis accepit. Ad tertium verò, quod obiicis de identitate, quæ requiritur inter peccantem & pœnitentem, reſpondeo, quòd non eſt ſimilis ratio de contritione & ſatiſfactione. Contritio enim conſiſtit in actu interiori ipſius voluntatis, ad quē non poſſunt ſumi inſtrumenta exteriora. Satiſfactio verò cōſiſtit in actu exteriori, ad quem poſſunt aſſumi inſtrumenta, inter quæ etiam computantur amici: vnde & vnus pro alio ſatiſfacere poteſt. Et in hoc etiā, ſi bene cōſideras, relucet manifeſtę diuina miſericordia, ſimul cum eius iuſtitia. Diuina enim miſericordia relucet in hoc, quod peccata hominū per ſolius Chriſti, ſeu Meſſiæ ſatiſfactionem relaxauit: iuxta illud Iſa. cap. allegato: Et liuore eius ſanati ſumus. quaſi diceret miſericorditer ſe habuit Deus nobiſcum: quia non proprio liuore noſtro, ſed liuore eius, ſcilicet, Chriſti ſanati ſumus. Relucet enim diuina iuſtitia in quantum non reliquit peccata impunita, ſed in ipſo Chriſto fuerūt pœnaliter inflicta: iuxta illud Iſa. cap. allegato: Attritus eſt propter ſcelera noſtra.

Ad tertium reſponſio.

Nota differentiam inter contritionem & ſatiſfactionem, licet vnus pro alio nō poſſit conteri, poteſt tamen ſatiſfacere.

Iſa. 53. b. 5.

SAVLVS. Video te conari ad oſtendendum, ſeu ſuadēdum, quòd per paſſionē ſeu mortem Meſſiæ populus Dei erat liberandus ſecundum diuinam iuſtitiam & eius miſericordiam ſimul, quod non videtur conſonare dictis prophetarum, qui liberationē ſeu redemptionem iſtā, quandoq; attribuunt iuſtitię tātum, vt dicitur Iſa. 1. Sion in iudicio redimetur & reducet eam in iuſtitia. In qua autoritate tantū iuſtitiæ diuinæ attribuitur redēptio, quod non concordat dictis tuis, in quibus aſſeris, quòd per miſericordiam & iuſtitiam ſimul erat fienda redemptio.

Obiicit, quod redemptio tantum iuſtitiæ aliquando tribuitur, aliquando verò miſericordiæ.

Iſa. 1. g. 27.

PAVLVS. Autoritates quas allegas non ſunt intelligēdæ excluſiuē, quia ſi ſic ad inuicē eſſent oppoſitæ, ſi enim cùm dicitur: Siō in iuſtitia reddimetur, intelligeretur Sion tantùm in iuſtitia reddimetur, ſic eſſet cōtra hoc quod dicitur infra: In miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Vnde manifeſtum eſt, quòd non excluſiuè ſunt intelligenda iſta dicta, ſicut nec ibi ponitur aliqua dictio excluſionem ſonans: & ideo ex ambabus autoritatibus ſimul iunctis intentū meum infertur. Et ſi ſcrutatus fueris ſcripturas reperies expræſſē, quòd ſimul in miſericordia & iuſtitia erat futura redemptio.

Reſpondit concordans autoritates Propheta.

SAVLVS. Oſtende mihi obſecro aliquam autoritatē attribuentem redemptionem tūc futuram iuſtitiæ & miſericordię ſimul.

PAVLVS. Oſeas in 2. c. loquens de Deo, per ſimilitudinem ſponſi, & de populo ei coniūcto per modum ſponſæ, dicit: Erit in die illa, dicit Dominus, vocauit me vir meus, &c. Infra decla-

Oſe. 2. c. 16.

Ex Oſea probat redemptionē eſſe ex Dei miſericordia & iuſtitia ſimul.

declarãs quomodo eſſet iſta cõiunctio inter Deum ſponſum, & eccleſiã ſuam ſiue populũ ſuum ſponſam, ſic dicit: Sponſabo te in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Ex quo habes manifeſtè, quod coniunctio populi Dei ad Deum, in qua conſiſtit vera redemptio, & reconciliatio totius generis humani ad Deum, futura erat per iuſtitiam & miſericordiã ſimul, non autem per miſericordiam ſolam, nec per iuſtitiam ſolam, vt dictum eſt.

CAPITVLVM X.

In quo oſtenditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato per paſſionem & mortem Chriſti fuit conuenientior ex parte Chriſti, per quem fuit facta redemptio ſeu liberatio, quàm ſi per ſolam diuinam miſericordiam populum liberaſſet.

SAVLVS.

Quærit quomodo ex parte Meſſiæ ſit conuenientior modus per paſſionem, quã per voluntatem Dei liberãtis populum.

HABEO mentem tuã circa hoc, quod modus liberãdi populum à peccato per mortem ſeu paſſionem Meſſiæ, ſit conuenientior ex parte Dei liberantis, quàm ſi Deus ſola ſua voluntate populum liberaſſet. Sed quia dixiſti, quòd prædictus modus etiam erat conueniẽtior ex parte Chriſti ſeu Meſſiæ, per quem facta eſt liberatio ſeu redẽptio. Idcirco volo, quòd hæc mihi oſtendas per autoritates ſeu rationes, ſi quas habes.

Ex duobus probat quòd ex parte Chriſti fuit conuenientior modus ſatisfaciendi per paſſionẽ ipſius.

PAVLVS. Quòd iſte modus liberationis ſeu redemptionis generis humani, ſcilicet, per paſſionem & mortem Meſſiæ, ſiue Chriſti ſit conuenientior modus ex parte ipſius Chriſti, per quem facta eſt redẽptio, quàm ſi ſolũ per Dei miſericordiã abſq; paſſione Chriſti hoc feciſſet, ſatis patet ex duobus. Primò ex dignitate redemptionis actiuè ipſi Chriſto homini per mortẽ & paſſionem ſuam attributa. *Primo ex parte dignitatis paſſionis.* Conſtat enim, quòd Chriſtus in ſcriptura dicitur redemptor, vt cũ dicitur Iſa.59. Veniet ad Sion redemptor, &c. *Iſa.59.d.20* quod cõmuniter etiam exponitur ab expoſitoribus tuis de Chriſto ſeu Meſſia, qui redemptor ſimpliciter, ſeu generaliter nuncupatur, quod ad magnam excellentiam ſeu dignitatẽ ipſius Chriſti pertinet. Si enim per ſolam diuinam miſericordiam Deus genus humanũ redemiſſet, nulla interueniente paſſione ſeu morte Chriſti, nulla ratio dictaret, quòd Chriſtus in quãtum homo redemptor diceretur, nec ei dignitas huiuſmodi redemptionis attribueretur. Vnde ex parte Chriſti manifeſtè patet, quòd hic modus redẽptionis, ſcilicet, per ſuã paſſionem, conuenientior ſit, quàm ſi fieret redemptio ſine ea, in quãtum per ipſam Chriſto homini attribuitur cauſalitas redẽptionis generalis, quæ excellentiſſima eſt. *Chriſto homini attribuitur cauſalitas redẽptionis.*

SAVLVS. Redẽptor totius humani generis, ſeu populi Dei nullus eſt niſi Deus. Legitur enim Iſa.43. Ego ſum Dominus & non eſt abſq; me ſaluator. *Iſa.43.b.11.* & infra.

&infra. Hæc dicit Dominus redéptor noſter Iſrael. Pſalmiſta etiam alloquens Deũ, dicebat: Redemiſti me Domine Deus veritatis. Conſtat autem, quòd eſſe Deum veritatis pertinet ſoli Deo, nõ autem Meſſiæ: & ideo dignitas redemptionis generalis ſolius Dei eſt.

Pſal. 30. a. 6.

Deus redemptor eſt omnium, tanquã prima cauſa.

PAVLVS. Cõcedo tibi, quòd Deus ſit redẽptor omniũ fidelium, tanquam prima cauſa omnium, quæ fiunt in vniuerſo. Sed ad Chriſtum hominem propriè pertinet eſſe redemptorẽ immediatè, & tãquam proxima cauſa, ſicut etiã in naturalibus, homo qui generat hominem dicitur propriè genitor eius, & tamen cum hoc Deus eſt genitor, tanquam cauſa prima & remota omnium. Et ideo ſi paſſio Chriſti non fuiſſet operata redẽptionem, nullo modo Chriſtus redemptor diceretur in quantum homo: ſicut nec de Moyſe dicitur, quòd fuit redemptor populi Iſraelitici de Aegyptiaca captiuitate, licet fuerit Dei miniſter in ipſa redemptione.

Chriſtus verò homo tanquam proxima cauſa.

Moyſes redemptor Iſraelitarum, non dicitur, licet fuerit miniſter Dei.

SAVLVS. Habeo mentẽ tuã in hoc: ſed quia dixiſti, quòd ex duobus patebat conuenientia redemptionis ex parte Chriſti, per quem facta eſt redẽptio: poſtquam dixiſti primum, reſtat vt dicas mihi ſecundum.

PAVLVS. Secundũ, per quod habetur, quòd conuenientior modus fuit ex parte Chriſti per ſuam paſſionem reddimere humanum genus, quàm ſi per ſolam miſericordiam Dei redimeretur, patet ſic. Scrutando enim ſcripturas, reperies, quòd mõdus, quo ſancti conſueuerũt placare Deum, vel ab eo maximas gratias impetrare, vel à plaga ab hoſtibus inferenda populum eruere, vel in obſeruatione legis diuinæ populũ cùm Deo cõfœderare, vel ab omnibus peccatis ſemel in anno populum mundare, ſemper fuit per oblationẽ ſacrificiorum præcipuè cum ſanguinis effuſione. De primo enim legitur Gen. 8. quòd Noë poſt diluuium ędificauit altare Domino, in quo holocauſta obtulit: per quã quidem oblationem holocauſtorũ Deus fuit placatus, & conceſſit, vt vltrà diluuium in mundo non veniret, ſequitur enim ſtatim ibidem: Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis. Et ait Dominus ad eũ: Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem. De ſecundo autem legitur Gen. 22. quòd Abraham poſtquam obtulit filium ſuum, quẽ ex mandato Dei volebat in holocauſtũ offerre, à quo fuit prohibitus per Angelum, & deinde arietẽ pro eo obtulit in holocauſtum: poſt huiuſmodi holocauſti oblationẽ, fuit ſibi facta repromiſſio per iuſiurãdum, quòd in ſemine ſuo benedicerentur omnes gẽtes, quæ fuit ſumma gratia conceſſa ſemini Abrahæ, & toti generi humano. Quæ quidem duo ſacrificia tam ſolenniſſima & fructuoſa, manifeſtum eſt, quòd non ſine ſanguinis

Omnia veteris legis ſacrificia per ſanguinis effuſionẽ fiebant, in qua Chriſti paſſio figurata erat.

De prima. Gen. 8. d. 20. Noë placauit Deũ per ſacrificium.

De ſecũdo. Gen. 22. c. 15. Per holocauſtum fuit Abrahæ facta repromiſſio benedicti ſeminis.

De tertio. Exod. 12. d. 22. *Libertatem habuit populus per aſperſionē ſanguinis agni.*

nis effuſiones fuerunt facta. De tertio etiā legitur Exo. 12. quòd per aſperſionem ſanguinis agni Paſchalis per poſtes & limina domorum liberabatur populus Dei à plaga ſeu peſte in Aegyptios inflicta ſeu inferenda: dicitur enim ibi. Videbo ſanguinē, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens, &c. De quarto etiam legitur Exod. 24. quòd poſt dationem legis in eius confirmatione Moyſes diſperſit ſanguinem holocauſtorū ſuper populum, vt confederatio inter Deum & populū per legem acceptā confirmaretur: dicitur enim ibi ſic: Ille verò, ſcilicet Moyſes, ſumptū ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus iis. De quinto etiā legitur Leu. 16. quòd in die expiationis, de quo dicitur ibidē: In hac die expiatio erit veſtra, atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris, coram Domino mundabimini. Summus ſacerdos intrans, ſcilicet, ſancta ſanctorum ſemel in anno diſtillabat de ſanguine ſacrificiorū ſuper propitiatoriū & coram propitiatorio. Ex quo patet, quòd per ſanguinis effuſionem ſeu aſperſionem populus ex inſtitutione diuina mundabatur. Ratio autem huius inſtitutionis declaratur in capitu. ſequenti, ſcilicet 17. vbi ſic dicitur: Quia anima carnis in ſanguine eſt, & ego illum, ſcilicet, ſanguinem dedi vobis, vt ſuper altari meo expietis pro animabus veſtris, quia ſanguis pro animæ piaculo ſit. Cùm igitur in redemptione populi per Chriſtum ſeu Meſſiam omnia prædicta, vel ipſis maiora concurrere debuerunt ſecundum omnes. Conuenietior ergo modus fuit, vt per aſperſionis præcioſiſſimi ſanguinis Chriſti ſacrificium humanū genus redimeretur. Quæ quidem aſperſio per ſingulas aſperſiones ſupradictas, tāquam perfectum per imperfectum fuit figurata, quàm ſi per ſolā Dei miſericordiam genus humanū redimeretur, ſecūdum quod nulla eſſet conformitas correſpondens ad præterita ſacrificia.

De quarto. Exod. 24. b. 8. *Confœderationem fecit Moyſes inter Deum & populū per aſperſionē ſanguinis in populum.*

De quinto. Leu. 16. f. 30 *Ex inſtitutione Diuina populus mūdabatur per aſperſionem ſanguinis.*

Leu. 17. c. 11

Aſperſiones ſanguinis ſupradicta Chriſti ſanguinem figurabant.

SAVLVS. Contra hoc, quod concludis, quòd conuenientior modus fuit, quòd per ſacrificium aſperſionis ſanguinis Chriſti humanum genus redimeretur, quā per ſolam Dei miſericordiam, quædā poſſunt rationabiliter obiici, & primo habeo expreſſam autoritatem, dicētem oppoſitum. Legitur enim Oſeæ 6. in perſona Dei. Miſericordiam volo, & nō ſacrificium, quod de directo opponitur tuæ concluſioni. Miſericordia enim, prout Propheta teſtatur, acceptabilior eſt Deo, quàm ſacrificium. Ex quo patet, quòd humanum genus redimi per ſolā miſericordiam Dei acceptabilius eſſet, quàm per ſacrificium.

Oſeę 6. c. 6. *Obiicit, quod per ſolam miſericordiam humanum genus redimere, erat Deo magis acceptum.*

PAVLVS. Autoritas tua non facit contra me. Concluſio enim mea loquitur de miſericor-

dia

Miſericordia humana ſola, ſine ſacrificio accepta eſt Deo, Sacrificium verò ſolum, ſine miſericordia Dei nō placet.

dia diuina: Propheta autē loquitur de miſericordia humana, cōparando eam ſacrificio per hominem Deo oblato: quæ cōparatio intelligi debet. Vnde ſenſus huius autoritatis eſt, quòd miſericordia humana ſola ſine ſacrificio accepta eſt Deo. Sacrificiū verò ſolū ſine miſericordia non eſt Deo acceptum. Nā cū miſericordia ſit effectus charitatis, ſequitur, quod ſola miſericordia ſemper ſit acceptabilis Deo. Sacrificium autem prout eſt actus exterior, cū ſit ſine miſericordia eſt ſine charitate, & per conſequens non eſt Deo acceptum, quod eſt manifeſtè verū, & hoc nullo modo repugnat cō cluſioni meæ. Hoc enim ſacrificium, de quo agimus, cum maxima miſericordia & charitate fuit oblatum, vnde & Deo acceptiſſimum.

Chriſti paſſio ex parte inferentis potius fuit maleficium, quàm ſacrificium.

S. A V L V S. Secundū dicta tua, paſſio ſeu mors Chriſti tui operata fuit ſalutem humani generis per modum ſacrificij, ſicut alia ſacrificia, quę allegaſti in veteri teſtamento operata fuerūt aliqua bona, ſed hoc videtur falſum. Nam qui offert ſacrificiū, aliquod ſacrū facit, prout ipſum nomē ſacrificij ſonat. Illi autem, qui Chriſtum occiderunt, magnam perpetrauerunt malitiam ſecundum te. Non ergo fecerūt aliquod ſacrum: & ideo potius debuit dici maleficium, quàm ſacrificium.

P A V L V S. Sacrificium paſſionis Chriſti ipſe Chriſtus ſe obtulit ex maxima charitate, nō autem illi ſacrificium illud obtulerunt, qui eum occiderunt, ex quorum parte paſſio fuit maximum maleficium.

Arguit paſſionē Chriſti non habere rationem ſacrificij ſecundum conformitatem ad vetera ſacrificia.

S A V L V S. Conformitas ſeu correſpondentia, quam aſſeris eſſe inter paſſionem Chriſti, quam dicis eſſe ſacrificium ad præterita ſacrificia veteris teſtamenti, quæ dicis præfiguraſſe hanc paſſionē, videtur eſſe nulla. In ſacrificiis enim veteris legis nunquam offerebatur caro humana, quinimo talia ſacrificia nephanda erāt. Dicitur enim in Pſalm. Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorū ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Ex quo patet, quòd paſſio ſeu mors Chriſti, non habet rationem ſacrificij ſecundum conformitatē ad ſacrificia antiqua. *Pſa. 105. f. 38.*

Veritas oportet, vt figuram excedat.

P A V L V S. Licet in ſacrificiis veteris teſtamenti non offerebatur caro humana, ex hoc non ſequitur, quòd non præfigurarēt ſacrificium paſſionis Chriſti, veritas enim oportet, quod excedat figuram, nec requiritur quòd veritas & eius figura ſint eiuſdem ſpeciei, nec etiam eiuſdem generis. Homo enim verus excedit ſuam figuram in pariete depictam, in tantum quòd homo verus eſt animal rationale & eſt in genere ſubſtantiæ, & eius figura depicta eſt quoddā accidens in genere qualitatis. Et ſic in propoſito, licet caro animalium non ſit eiuſdem rationis

cum

carne Chriſti, ſed ab ea diſtans: ſufficiens tamen eſt ad Chriſti carnem figurandam: nec erat cõueniens, quòd tanta multitudo hominum occideretur, ad præfigurandum mortem Chriſti, ſicut animalia, quæ ſacrificabantur. Eſſet enim cõtra miſericordiam ipſius Dei, qui ſolum Chriſtum voluit immolari pro ſalute totius mundi. Vnde non decebat diuinæ clemẽtiæ, quòd multi homines immolarentur, ſolùm ad figurandum immolationẽ Chriſti, ad quam figurandam ſufficiebat immolatio animalium ratione prædicta. Ad hoc autẽ quod dicis, quòd ſacrificare carnẽ humanam nephandum erat: iuxta illud Pſal. Effuderũt ſanguinem innocentem, &c. Reſpondeo, quòd illa ſacrificia erant nephãda, in quantũ fiebant contra mãdatum diuinum in honorem idolorum: vnde ibidem ſubditur. Quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Si autem aliqua caro humana ex mandato Dei, & per eius obedientiã ſacrificatã fuiſſet, hoc eſſet Deo acceptũ, vt patet in immolatione Iſaac Gen. 22. quę Deo fuit valde accepta & meritoria, vt ibi habetur.

Pſa. 105. f. 38

Quare erat nephandũ humanas carnes ſacrificare.

Gen. 22. c. 16.

SAVLVS. Licet Abrahã voluit immolare filium ſuum ex mandato Dei, non tamen eum immolauit, vt ibidem habetur. Vnde ex illa immolatione nõ poteſt ſumi argumentum, quòd immolare carnem humanam de mandato Dei eſſet Deo acceptum, neque meritorium.

PAVLVS. Si voluntas Abrahæ circa immolationem filij ex obedientia Dei fuit meritoria, vt eſt manifeſtũ, oportet dicire, quòd ſi ipſe Abraham nõ fuiſſet prohibitus per ſecũdum Dei mãdatum ab immolatione, ſed ex primo mandato Dei immolaſſet filium, quòd illa immolatio eſſet valde meritoria. Radix enim & fundamentum meritii in voluntate conſiſtit. Dicunt enim doctores tui frequenter, quòd Dominus cor vult ſeu acceptat. Et intelligunt per cor voluntatem hominis, in qua radix meriti præcipuè conſiſtit, vt dictum eſt.

Radix meritis in voluntate conſiſtit, vt patet in Abrahã volente filiũ ſacrificare.

SAVLVS. Licet aliqualiter oſtendiſti, quòd per mortẽ ſeu paſſionem Meſſiæ populus redimeretur à peccato, vt videtur aliqualiter dicere verba Iſa. 53. hoc tamẽ intelligitur per modum ſatiſfactionis, vt iam ſupra dixeras, ſic quòd ille per ſuam paſſionem pro alijs ſatiſfaceret, nunquam tamen legitur, quòd paſſio ſua per modum ſacrificij alios liberaret.

Iſa. 53. a. 4.

Quarit an Chriſti paſſio per modum ſacrificij alios liberet.

PAVLVS. In prophetia Zachariæ vbi ad literam agitur de primo aduentu Meſſię, etiam ſecundũ tuos doctores in cap. 9. vbi dicitur: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, &c. poſtquam dixerat, & diſperdã quadrigam ex Effraim, ad oſtendendum, quòd nõ habebat Chriſtus triumphare vi armorum, ſed miraculorũ virtute & doctrina pacifica, de quo dicit: Et loquetur pacem

Zach. 9. b. 9

pacem gentibus,&c. In eodem contextu ſubditur. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu vbi non erat aqua. quæ quidem verba ad literam diriguntur ipſi Regi Meſſiæ, de quo ibidem agitur. Cui quidem Meſſiæ Propheta alloquens dicit: Tu autē in ſanguine teſtamenti tui, ſcilicet in ſanguine tuo, qui effuſus eſt, emiſiſti vinctos tuos, id eſt eduxiſti antiquos patres in limbo inferni detentos, qui dicitur lacus propter eius profunditatem, in quo non eſt aqua, ſicut nec ignis inferni, ſed erant ibi detenti, vſque ad aduētum redemptoris.

Meſſias per ſanguinem ſuum eduxit vinctos, cuius ſanguinis effuſio ſacrificiū eſt.

Ex qua autoritate manifeſtè habes, quòd Meſſias per ſanguinē ſuum, qui dicitur ſanguis teſtamenti redēpturus erat, ſeu educturus detentos in lacu ſupradicto: qui quidem ſanguis teſtamenti manifeſtè pertinet ad ſacrificium, quod communiter in veteri lege per ſanguinis effuſionē perficiebatur, prout ſupra deductum eſt.

Replicans contra prædicta, duo querit.

S A V L V S. Duo præſupponis in hac allegatione, quę nō ſufficienter probata ſunt. Primū præſupponis, quia cùm dicitur: In ſanguine teſtamenti tui, intelligitur ſanguis Chriſti, quod non conſonat literæ: debuiſſet enim dicere ſecundum mentem tuam, in ſanguine tuo, non autem in ſanguine teſtamenti tui. Secundo præſupponis patres fuiſſe in limbo detentos ante aduentum Meſſiæ, quod non probas, & vt credo non poſſes probare per autenticas ſcripturas.

Sanguis Chriſti eſt teſtamenti ſanguis, quia per ipſum nouum teſtamentū fuit confirmatum.

P A V L V S. Ad primū reſpōdeo, quòd ſanguis Chriſti, de quo hîc loquitur dicitur ſanguis teſtamenti, in quantū per ipſum ſanguinem fuit confirmatum nouum teſtamentum, ſicut per aſperſionē ſanguinis holocauſtorum factam per Moyſen, confederatus fuit populus cū Deo in cōfirmatione legis veteris. Exo. 24. Secundum verò, quod obiicis, ſcilicet de patribus ante aduentum Chriſti in limbo exiſtentibus, requirit ſingulare ſcrutinium ſcripturarū, de quo ad præſens ſuperſedendū eſt, vt de eo fiat inter me & te, Deo duce, ſingularis diſcuſſio.

Exo. 24. b. 8

Replica.

S A V L V S. Placet mihi, vt fiat ſingularis diſcuſſio de hoc, quod aſſeruiſti, ſcilicet, quòd patres antiqui debebāt eſſe in limbo ante aduentum Meſſiæ, ſed reſponſio tua ad primum meum obiectum, in qua tu dicis, quòd ſanguis Chriſti tui dicitur ſanguis teſtamēti, in quantū per ipſum ſanguinē nouum teſtamentum confirmatum fuit, non cōſonat dictis tuis. Dixiſti enim ſupra, quòd ſanguis Chriſti fuit ſacrificiū, quo expiabatur ſeu redimebatur populus à peccato. Nunc autē aſſeris, quòd ſanguis Chriſti tui fuit cōfirmatiuus noui teſtamenti, & de hoc dicis intelligi illud Prophetæ. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui: ſed iſta nō videntur ſtare ſimul.

Aliud

Aliud eſt enim cõfirmare teſtamẽtum, & aliud eſt expiare peccatum, vt de ſe patet.

Chriſti paſſio diuerſos effectus fecit.

PAVLVS. Paſſio Chriſti, in qua ſanguis eius effuſus fuit, plures habet effectus ad inuicem compatibiles: ex quibus poteſt habere diuerſas nominationes: Nam ſicut in rebus naturalibus vnam & eandem rem videmus habere diuerſos effectus, ex quibus diuerſimode poſſet denominari,

Similitudo.

Sol enim illuminat, calefacit & exſiccat: ex quibus effectibus denominari poſſet calefactiuus, illuminatiuus, & exſiccatiuus. Sic dicendum eſt de paſſione Chriſti ſeu eius ſanguine, quæ multos effectus ſalutiferos circa humanum genus habet, ex quibus ſanguis Chriſti, & etiam ipſe Chriſtus denominatur.

Paſſio Chriſti habet effectum ſatiſfactionis.

Nã in quantum cõſideratur illa paſſio, in carne Chriſti, ſic habet effectum ſatiſfactionis ſeu redemptionis in quantum per eam ſeu per ipſum ſanguinem Chriſti liberamur à ſeruitute peccati, ſecundum quam cõſiderationem Chriſtus dicitur redemptor, vt dictum eſt.

Habet effectum ſacrificij, ideo Chriſtus eſt Sacerdos.

In quãtum verò per ipſam paſſionem ſeu ſanguinem Chriſti, genus humanum Deo reconciliatur: ſic habet effectũ ſacrificij, & ſic dicitur ſanguis teſtamenti: ſecundum quam conſiderationem Chriſtus dicitur ſacerdos, ſecundum illud Pſalm.

Pſalm. 109. b. 4.

Tu es Sacerdos in æternum. quod de Chriſto intelligitur ad literam. Habes igitur ex ſupradictis quòd iſte modus liberandi à peccato, per mortem ſeu paſſionẽ Chriſti ſic vt fuit conuenientior ex parte Dei liberãtis, quàm ſi Deus ſola ſua voluntate populum liberaſſet, vt ſupra fuit deductum.

Corrolariũ ex omnibus iam dictis.

Sic ex parte Chriſti, ſeu Meſſiæ, per quem facta eſt liberatio, ſeu redemptio, prædictus modus cõuenientior fuit. Nam ſi per ſolam Dei miſericordiam genus humanum liberatum fuiſſet abſque Chriſti paſſione, tunc Chriſtus homo, non diceretur redẽptor humani generis: nec etiã Sacerdos in æternum, vt iam oſtenſum eſt.

CAPITVLVM XI.

In quo oſtenditur, quòd modus liberationis populi Dei à peccato per paſſionem & mortem Chriſti fuit conuenientior ex parte populi liberati, quàm ſi per ſolam miſericordiã diuinam, populus liberatus fuiſſet.

SAVLVS.

Quærit rationem ex parte populi liberati.

HAbeo mẽtem tuam in duabus conuenientiis ſupradictis: quarum vna ſumitur ex parte Dei liberantis, alia verò ex parte Meſsię, per quẽ facta eſt liberatio ſeu redẽptio. Reſtat ergo vt oſtendas mihi tertiũ quod præſupoſuiſti, ſcilicet quòd ex parte hominis liberati ſeu redẽpti, conuenientior modus fuit hominem liberari per mortem & paſſionem Chriſti, quàm per ſolam Dei miſericordiam.

PAVLVS. Multæ enim rationes ſunt hoc quod quæris oſtendentes ſecundum autoritates noſtrorum doctorum ſeu ſanctorum,

ctorum: ſed ſcio te illas non recipere: ideò vnam tantum allegabo, quam credo eſſe conſonã dictis Prophetæ: quæ quidem ratio talis eſt. Si genus humanũ per ſolam Dei miſericordiã fuiſſet à peccato liberatum, paſſione Chriſti non interueniẽte: ex tali liberatione homo non haberet exempla tam ſalutifera, & ad humanam ſalutẽ neceſſaria, ſicut in paſſione ſeu morte Chriſti perfectè habuit. In paſſione enim Chriſti nobis fuit oſtẽſum, maximum exemplum obedientiæ, quæ in ſacris eloquiis ſacrificiis præponitur, vt habetur 1. Regum. 15. Nulla autem obediẽtia maior vel ſimilis legitur: quàm quod Chriſtus ſeu Meſſias Deo Patri obediret, ſe voluntariè offerendo crudeliſsimę morti. In paſſione Chriſti etiam exemplũ humilitatis perfectę nobis proponitur: per quã quidem virtutem, ſcilicet, humilitatis, gratia Dei, quę maximũ donum eſt, nobis datur: iuxta illud Prouerb. 3. Manſuetis Deus gratiam dabit. Neque enim maior, nec tanta manſuetudo legitur, quã quòd Chriſtus ſanctus ſanctorum & excellẽtior Angelis factus, vt ſupra oſtenſum eſt: impiorum poteſtati ſeu tyranni di ſemetipſum humiliaret. Quæ quidem virtutes & multæ alię in paſsione ſeu Cruce Chriſti exẽplariter ad ſalutem noſtrã ſunt oſtenſæ. Ex quo patet, quod ex parte hominis liberati conuenientior modus fuit, vt homo per paſſionem Chriſti, in qua tot exẽpla ſalutifera nobis proponuntur liberaretur, quàm ſi per ſolam Dei miſericordiam ſine talibus ſalutiferis exemplis fuiſſet liberatus.

Chriſtus in paſſione ſua maximum dedit, obedientia & humilitatis exemplum.

1. Reg. 15. c. 22.

Prou. 3. a. 3. Maximum quoque paruitatis exẽpli in Chriſti paſſione.

SAVLVS. Indica mihi, ſi habes aliquam autoritatem ſacræ Scripturæ, hoc quod dicis oſtendentem.

PAVLVS. Habeo vnam autoritatem breuiſſimã, in qua hoc quod dixeram compendioſè demonſtratur. Ille enim Propheta magnus, ſcilicet Iſaias, qui paſſionem Chriſti & eius ſalutiferos effectus, expræſſius quàm alij Prophetæ in cap. 53. ſupra ſæpè allegato, prænoſticauit cùm dixiſſet: Liuore eius, ſcilicet Chriſti paſſi, ſanati ſumus, ibidem immediatè ante prędixit: Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. quod meum propoſitum compendioſiſsimè concludit. Diſciplina enim pacis noſtrę non eſt alia, quàm illa doctrina, per quam pacem ſpirituale con ſequimur: in qua quidèm pace ſalus conſiſtit, ſed hęc diſciplina pacis noſtrę eſt ſuper eũ: in quãtũ ipſe illã doctrinam pacis noſtrę verbo & exẽplo docuit, vt ſupra dictum eſt: & ideo: Liuore eius ſanati ſumus. non ſolũ effectiuè & meritoriè, ſed etiam doctrinaliter. Quã quidẽ doctrinã ſalutiferã ſic exemplariter homo non habuiſſet, ſi abſque paſſione & morte Chriſti per ſolã Dei miſericordiam fuiſſet à peccato liberatus, vt dictum eſt.

Iſai 53. a. 5.

Omnia prædicta hac autoritate confirmat.

Salus in pace conſiſtit.

Liuore Chriſti ſanati ſumus non ſolum effectiuè & meritoriè, ſed etiam doctrinaliter.

Diſtin-

DIſtinctio ſexta, de Scrutinio ſcripturarum, circa extenſionem redemptionis, ſeu ſalutis per Chriſtum factæ, an illa, ſcilicet compræhendat tantum contemporaneos ſibi & poſteros, vel etiam ſe extēdat ad Patres & alios fideles, qui ab antiquo præceſſerunt. Et continet ſex capitula.

In capitulo primo, ponuntur aliquæ rationes ſeu autoritates, quibus oſtēditur, quòd ſancti antiqui, qui fuerunt ante aduentum Chriſti, non fuerunt in Limbo detenti, vſque huc, quod fuiſſent per Chriſtum redempti.

In ſecundo capitulo præſupponitur, oppoſitū, ſcilicet, quòd peccatū primi parētis in poſteros tranſiuit: & quòd ſancti ſupradicti propter hoc peccatum detenti fuerunt in Limbo, vſque ad paſſionē Chriſti: quòd quidem præſuppoſitum per autoritatem Iſaiæ probatur, & contra probationem arguitur: & finaliter ſoluitur, concludendo ex dicta autoritatè tria huic propoſito pertinentia.

In tertio capitulo, vlterius altercatur ſuper iſta autoritate Iſaiæ: oſtendendo ex ea ſtatum antiquorum patrum, poſt mortem ante aduentum Meſſiæ: ad cuius confirmationem inducuntur aliæ autoritates apud Hebræos autēticæ.

In quarto capitulo, inducuntur aliæ autoritates, ex quibus cōprobatur, quòd ſancti antiqui teſtamenti poſt mortē nō ibant ad paradiſum, vbi eſt locus beatorum, nec etiā ad gehennam, ſed ad quēdam locum, qui à doctoribus Hebræorum ſuburbium paradiſi vocatur: non obſtante quòd prædicti ſancti deceſiſſent ab hac vita mundi, non ſolùm à peccato actuali, ſed etiam originali.

In capitulo quinto datur ratio, quare quædā pœnalia, quæ fuerūt impoſita humano generi per peccatum Adæ, non fuerunt ammota per paſſionem Chriſti, per quā fuit indultū peccatū originale;

In ſexto capitulo, arguitur diuerſimode, contra ea quæ dictà ſunt de peccato originali, & ſoluuntur argumenta.

CAPITVLVM I.

In quo ponuntur aliquæ rationes ſeu autoritates, quibus oſtēditur, quòd ſancti antiqui, qui fuerunt ante aduentum Chriſti, non fuerunt in Limbo detēti, vſque huc quod fuiſſent per Chriſtum redempti.

SAVLVS.

AVdio quod ſentis circa conuenientiā modi redēptionis populi per paſſionē Chriſti tui: ſed quia inter dicta tua ſupra allegaſti, illud dictū Zach.9. Tu autem in ſanguine teſtamenti emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. quod quidem dictum expoſuiſti de antiquis Patribus, quos dicebas fuiſſe in Limbo inferni detentos vſq; adhuc quòd ſanguis Chriſti tui fuit effuſus in eorum redemptionē. Quæ quidē aſſertio tua eſt mihi valde incredibilis, tanquam repugnans autoritatibus ſacris, & rationi naturali inconſona. Idcirco de hoc volo vt fiat inter nos ſingularis diſcuſſio.

Arguit pātres non fuiſſe ante aduentum Meſſiæ in Limbo.

Zach.9.c.11

PAVLVS. Placet mihi vt hæc diſcuſſio fiat: ſed allega in primis quomodo prædicta aſſertio repugnet ſacris autoritatibus, & deinde procedemus ad rationes.

SAVLVS. In proceſſu ſacrarum ſcripturarum reperio, quòd multi ſancti & iuſti præceſſerunt in tempore tempus aduentus Chriſti tui, & eius paſſionem, vt patet de primis Patriarchis, de quorum numero fuit Abraham Patriarcha, qui tātæ iuſtitię fuit corā Deo, vt ipſe Deus de ipſo Abrahā defuncto, talia teſtaretur: Eo quod obedierit Abraham voci meæ & cuſtodierit pręcepta & mandata mea, & cęrimonias legeſque ſeruauerit. Geneſ. 26. Cui quidem Abrahæ in vita ſua fuit à Deo dictum: Tu autem ibis ad Patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona. Geneſ. 15. Dic mihi obſecro, quomodo poſſet dici de tanto Patriarcha, quòd per tanta tempora poſt mortem fuerit detētus in limbo inferni. Vbi ergo eſt iuſtitia diuina, ad quam pertinet nullum bonum irremuneratum relinquere? ſi Abraham qui omnia præcepta diuina, cęrimonias & leges cuſtodierat, vt ex teſtimonio diuino ſupradicto approbatur, nō ſtatim poſt mortem aſſumeretur ad gloriam ſuam, quę eſt propria merces iuſtorum, ſed potius eum quaſi in carcere detentum, per tanta annorum curricula relinqueret? Vbi eſt etiam veritas diuina, quæ Abrahæ pręLdixit: Ibis ad patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona? Si enim ipſe Abraham non ad diuinam viſionem in qua eſt vera pax, fuit aſſumptus tēpore mortis ſuæ: ſed in limbo fuit inferni recluſus: ſic non in vera pace iuiſſet ad patres, ſed nec in ſenectute bona ſepultus, vt eſt manifeſtum. Idem dicendum eſt de aliis ſanctis, vt de Moyſe & Aaron & Samuel teſtatur Pſalmus. Cuſtodiebant teſtimonia eius, & præcepta eius: quæ dedit illis. Si ergo iſti poſt hanc vitam non ſtatim ad glorioſam vitam volauerunt, ſed per quam plurimos annos vſque ad aduentum Chriſti tui fuerunt in limbo inferni detenti, oportet te alterum duorum concedere, aut quòd Deus non eſt iuſtus, cum nō reddat vnicuique ſecundum opera ſua, aut quod prædicti, non fuerunt iuſti nec ſancti coram Deo, quorum vtrumque ſacræ ſcripturæ teſtimoniis manifeſtè repugnat.

Gen. 26. b. 5.

Gen. 15. c. 15

Pſa. 98. a. 7.

Arguit contra iuſtitiā diuinam eſſe, quòd ſancti Patres detinerētur in limbo, vſque ad aduentū Chriſti.

Arguit etiā eſſe contra diuinam veritatem: illos tandiu in limbo degere.

CAPITVLVM II.

In quo præſupponitur oppoſitum, ſcilicet, quòd peccatum primi parentis in poſteros tranſiuit: & quod ſancti ſupradicti, propter hoc peccatum detenti fuerunt in limbo, vſque ad, &c.

PAVLVS.

Reſponſio ad obiectiones factas.

AD hoc quod aſſertio mea quam dicis eſſe incredibilem, & autoritatibus ſacris repugnantem, & rationi naturali inconſonam, tanquam vera & nulli veritati cōtraria ſeu inconſona ſolidetur ſeu fundetur: oportebit vt tibi vnum præſupponā, quod ſecūdum veritatem fidei catholicæ firmiter eſt tenendū:

& etiam per ſacras ſcripturas & doctores tuos eſſe verum comprobatur. Quod quidem præſuppoſitum tale eſt, quòd primum peccatum primi hominis, de quo legitur Geneſ. 3. originaliter tranſit in poſteros. Ex quo ſequitur quòd Abraham & Moyſes, & alij quicunque Patriarchæ ſeu Prophetæ, quantumcunque ſancti non fuerunt immunes ab huiuſmodi peccato, ſed illud contraxerunt per originem, & ideo iuſtitia diuina in eis ſaluatur, etiam ſi eos non aſſumeret poſt mortem ſtatim ad gloriam, ſed eos in limbo detentos relinqueret, vſque quo illud peccatum primi parentis, & impedimentum introitus regni cæleſtis inde proueniens ſufficienter fuiſſet per ſanguinem Chriſti ſublatum, iuxta illud Zacha. 9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu. prout ſupra fuit allegatum.

Gen. 3. a. 6.

Originale peccatum cū tranſeat in omnes, nemo ſanctorū Patrum fuit ab eo liberatus.

Zach. 9. c. 11

SAVLVS. Hæc reſponſio tua nō videtur ſufficere ad mea ſoluendum obiecta, ſed potius alia ſuperaddere inconuenientia, quod patet primo ſic. Nam illud quod præſupponis, quòd peccatum primi hominis originaliter tranſit in poſteros, non fundas niſi in autoritate tuæ catholicæ fidei, quam vt noſti non recipio, nec recipere teneor: ſed quia dicis, quòd etiam per ſcripturas à me recipiendas, illud prȩſuppoſitū cōprobatur eſſe verum: ideo illud debuiſſes mihi primo allegare tanquam à me recipiendum, non autem catholicam fidem, quam nunquā recepi: & ſic prȩſuppoſitum tuū ad prȩſens nullius momenti eſt, quoad me nec ſolum prȩſuppoſitum tuum, non probatur per ſacrȩ ſcripturȩ autoritates, ſed etiam manifeſtè ſacrȩ ſcripturȩ contradicis. Dicere enim quòd peccatum primi parentis traducitur ad poſteros per originem, eſt manifeſte contra ſacrȩ ſcripturȩ autoritatē. Dicitur enim Ezech. 18. Filius nō portabit iniquitatem patris, quod eſſet manifeſtè falſum, ſi iniquitatem primi parentis poſteri ſui ab eo, vt aſſeris contraherent.

Nititur oſtēdere peccatum originale tranſire in poſteros eſſe contra ſcripturam ſacram.

Ezech. 18. d. 20.

PAVLVS. Ad primum tibi reſpondeo, quòd quia doctores noſtri clarius, tradunt iſtam materiam quam tui: idcirco nō tibi allegaui primo autoritates à te recipiendas. Nunc autem volo tibi oſtendere quòd illud principale quod ſentiunt doctores noſtri circa peccatum originale concordat multis autoritatibus à te recipiendis, circa quod tibi allego primo illū Prophetam euangelicum Iſaiam, qui de omnibus ad Chriſtū pertinentibus multa tradidit documēta. Ipſe enim Propheta in 43. cap. hoc de quo agimus expreſſe tradidit populo Iſraelitico dicens: Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui prȩuaricati ſunt in me: & cōtaminaui alias, prophanaui principes ſanctos, & dedi ad internitionem Iacob

Reſpōſio ad obiectiones & probat per Iſaiam originale peccatū trāſire ad poſteros.

Iſa. 43. c. 27

 & Iſrael

& Iſrael in blaſphemiam. Hęc ille. Quæ quidem verba, ſi eorum verum ſenſum literalem rectè ſcrutatus fueris, propoſitum meum manifeſtè oſtêdunt. Adã enim, qui fuit primus pater, ſimpliciter manifeſtè peccauit, primum præceptum diuinum ſibi datum tranſgrediendo. Gen. 3. Propter quod quidem peccatũ principes ſancti, ſcilicet Patriarchæ & alij iuſti ab eo deſcendentes fuerunt contaminati, eo quod fuerunt ſeparati à Deo, diuina viſione carentes, ſicut contaminati à templo ſeparabãtur.

De peccato Adã quomodo tranſeat in poſteros.

Sicut peccato contaminati à tẽplo ſeparabantur in lege, ita originali peccato, contaminati ſeparãtur à diuina viſione.

SAVLVS. Ex hac autoritatę non habes propoſitum tuũ propter duo. Primò, quia hoc quod dicitur: Pater tuus primus. ſecundũ doctores noſtros non intelligitur de Adam, ſed de Abraham, qui vocatus fuit à Deo pater multarum gentium. Geneſ. 17. & præcipue primus pater fidelium. Vnde communiter dicitur, pater fidei, eo quod fuit primus in publicatione diuini nominis: vt habetur Gen. 17. Qui quidem pater Abrahã peccauit, dubitans de diuino promiſſo quando dixit: Domine Deus, quomodo poſſum ſcire quod poſſeſſurus ſum eam. Geneſ. 15. Secundo quia hęc expoſitio tua non cõcordat cum hoc quod ſequitur. Et interpretes tui præuaricati ſunt in me, quod intelligitur de Aaron, & Moyſe, qui præuaricati ſunt ad aquã contradictionis. Nume. 20. Quę quidem præuaricatio non tranſiuit in poſteros, ſicut nec peccatum Abrahæ, & ideo benè conſonant ad inuicem iſta duo peccata prædicta, nõ autem peccatum Adæ, quod vt aſſeris ad poſteros tranſiuit.

Pater tuus primus, an de Adã, vel de Abrahã intelligatur

Gen. 17. a. 5

Abraha peccatũ dubitationis de diuina promiſſione

Gene. 15. b. 18.

Interpretes tui Moyſes & Aaron, fuerunt qui præuaricati ſunt ad aquas contradictionis.

Num. 20. b. 12.

PAVLVS. Primum quod dicis Abraham peccaſſe dubitando de diuino promiſſo, & quod de eo intelligitur illud Iſa. Pater tuus primus peccauit. nõ poteſt ſtare: tum quia Abraham nunquam legitur fuiſſe improbatus de aliquo peccato, & multo minus de infidelitate ſeu dubitatione in fide, ſed potius in hac viſione Geneſ. 15. eius fides commendatur cum ibidem pręmittitur: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Tum quia in hoc quod dicit Domine Deus quomodo ſcire poſſum, quòd poſſeſſurus ſum eam, etiam ſecundum doctores tuos non quærebat dubitando de diuino promiſſo, ſed quęrebat à Deo, vt reuelaretur ſibi per quem cultum diuinum conſeruaretur illa terra promiſsionis in ſemine ſuo. Vnde & ibidem fuerunt ſibi reuelatę ſpecies animalium, ex quibus ſacrificia in futuro erant fienda in tẽplo. Subditur enim ibi: Accipe tibi vitulum. per quæ quidem ſacrificia debito modo Deo oblata conſeruanda erat poſſeſsio terræ promiſsionis. Tum in illa reuelatione Abrahæ facta Deus firmauit pactum cum Abrahã, vt habetur ibidem, concedens ei quod iret ad Patres ſuos in pace.

Reſpondit primæ obiectioni & oſtẽdit Iſaiæ dictum, non poſſe de Abraham ĩntelligi, primo quia credidit.

Gen. 15. b. 6

Secundò quia quærebas à Deo per quẽ cultum diuinũ poſsit cõſeruare terram promiſſionis, in ſemine ſuo.

Tertio quia Deus firmauit pactum cum Abraham.

pace. Vnde nullo modo dicendum eſt de Abraham, quòd peccauit peccato ſupradicto. Reſtat igitur quòd cum dicitur: Pater tuus primus peccauit. intelligitur de primo patre ſimpliciter, ſcilicet de Adam, cuius peccatum non ſolùm expreſsè traditur in litera. Geneſ. 3. vt dictũ eſt; ſed etiam quòd pœna illius peccati in ſua poſteritate tranſiuit. Omnia enim pœnalia, quæ in prædicto capit. Geneſ. 3. continentur, quæ fuerunt à Deo diffinita propter peccatum Adæ. Vnde cum dicitur: Maledicta terra in opere tuo, &c. In labore comedes. ſimiliter quod dictum eſt mulieri: In dolore paries filios, &c. omnia tranſierũt in poſteros, vt habemus per rei euidentiam, & per conſequens peccatum ipſius Adæ tranſiuit in poſteritatem, quoad culpam aliàs eſſet dare pœnam ſine culpa, quod eſt inconueniens. Similiter quod dicis ſecundo, quòd hoc quod dicitur: Interpretes tui præuaricati ſunt in me, intelligitur de Aaron & Moyſe, qui peccauerunt ad aquam contradictionis, Numer. 20. nullo modo conſonat rationi, licet quidam ex noſtris hoc videatur ſentire. Tum quia Moyſes & Aarõ nunquam leguntur interpretes dici in ſcriptura ſacra: ſicut de Eſdra legitur Nee. 8. qui legem Domini populo exponebat, ſed potius dicuntur Prophetæ Domini. Conſtat autem quòd gratia prophetandi diſtinguitur à

Iſai. intellexit de Ada peccate.

Gen. 3. c. 17

Si pœnalitates peccati tranſierunt ad poſteros, manifeſtum eſt peccatũ trãſire quo ad culpam, aliàs pœna ſine culpa daretur.

Ad ſecundum reſpondis oſtendẽdo qui fuerint interpretes, qui præuaricati ſunt.

Nehe. 8.

Prophetãdi gratia diſtinguitur à gratia interpretandi.

gratia interpretãdi. Multi enim interpretãtur ſcripturas ſacras, qui non prophetant, & è contra: Tum quia præuaricari addit ſuper rationem peccandi: importat enim tranſgreſsionem legis præ aliis, vt habetur per autoritatem catholicõis, quod nõ poteſt dici de Aarõ & Moyſe, quorum peccatum ad aquam cõtradictionis non fuit ita graue, vt præuaricatio debeat dici, vt patet benè conſideranti illud capitulum. Nume. 20. vbi de hac materia agitur: Tum quia eorum peccatum non fuit commiſſum, circa legis interpretationem, vt litera hîc videtur ſonare. Cum enim hîc dicitur: Interpretes tui præuaricati ſunt. videtur intelligendum quòd in ipſa interpretatione fuerunt præuaricati.

Præuaricari plus eſt quam peccare.

SAVLVS. Si hoc quod dicitur: Interpretes tui præuaricati ſunt in me. non intelligitur de Aaron & Moyſe, vt dicebamus: Dic ergo tu de quibus intelligendum eſt, & vt litera conuenientius intelligatur, oportet, quòd aſſignes mihi aliquod peccatum correſpondens peccato Adę, in hoc quod trãſeat ad poſteros, hoc enim ſonat litera, cũ quaſi pro pœna, vtriuſque peccati ſubdit: Et contaminaui principes ſanctos.

PAVLVS. Verum dicis in hoc, quod Propheta in dicto capit. facit mentionem de duobus peccatis, quæ ad poſteros tranſierunt, ſimiliter & de pœnis illis peccatis correſpõdentibus.

Vera interpretatio loci. Iſai. 43. vbi de duobus peccatis loquitur Propheta.

Primum de peccato Adæ.

Primum enim peccatum fuit, peccatum Adæ, quod tranſiit ad poſteros per originem, vt iam dixi, de cuius peccati pœna eidem correſpondenti, dicit Propheta: & cõtaminaui principes ſanctos. Et eſt ſenſus, quòd propter peccatum de quo dixerat: Pater tuus primos peccauit. principes ſancti, ſcilicet, Patriarchæ & alijiuſti ab Adam deſcendentes, qui de diuino conſortio gaudere debuiſſent, fuerunt à Deo prophanati, diuina viſione carentes tanquam prophani. Secundum verò eſt peccatum Phariſęorum, qui fuerunt doctrinæ Talmudicæ inuentores, per quam quidem doctrinam legem diuinam interpretati ſunt peruersè: & ideo propriè dicũtur interpretes, & præuaricatores. Interpretes quidem quia non legem dederunt, nec ſuam doctrinam tradunt vt Prophetæ, ſed vt legis expoſitores ſeu interpretes. Et ij quidem propriè dicuntur præuaricati in Deum, quia præ aliis tranſgreſsionem legis cõmiſſerunt per falſam legis interpretationẽ, quam in ſuis poſteris vſq; in hodiernum diem trãſportarunt, de quorum falſa & peruerſa doctrina plura ſcripſi in additionibus Iſaiæ. cap. 34. & Zachar. 5. vide ibi, & Domino dirigente fortè inter me & te, erit de hoc ſingulare colloquium. De cuius peccati pœna Propheta ſubdit: Et dedi ad interuitionem Iacob, quod fuit impletum per Romanos, quę illam nationẽ Phariſaicam, quæ Iacob ſolo nomine dicitur, cum templo & ſuis cæremoniis ad interemptionem dederũt, & principes eorum in blaſphemiam, quia ſunt condemnati per totum orbem tanquam blaſphemi, quod totum fuit in vindictã ſanguinis Chriſti, qui per falſas interpretationes Phariſæorum effuſus fuit: de qua vindicta ſanguinis Chriſti, Domino concedente, plenius loquemur. Et ſic habes hæc duo peccata denuntiata per Prophetam, quæ in poſteros tranſierũt, licet diuerſimode: quia primum per originem, ſecundum verò per imitationem: habes etiam ibidem pœnas eis correſpõdentes, ſimiliter in eodẽ cõtextu reperies, ſi recte ſcrutatus fueris, principalia remedia, vtriuſque peccati ſupradicti.

Secundum peccatũ fuit Phariſæorũ qui fuerunt doctrinæ Talmudicæ inuentores, quorum peccatum vſque hodie ad ſuos tranſiit ſicut peccatum Adæ.

Autor citat ſe ipſum in additionib' in cap. 34 Iſaie, & Zachar. 5.

Corolariũ ex dictis.

SAVLVS. Placet mihi, vt de doctrina Phariſaica & Talmudica, quam reputo ſanctam & veram, ſeorſum loquamur, ſimiliter & de vindicta Chriſti, quam dicis eſſe factam per Romanos, quia iſta nõ propriè ſpectãt ad pręſens colloquium, vbi principaliter agimus de peccato originali: ſed quia in hoc capit. Iſaiæ, non fit mentio de paſſione Chriſti, vt dicis, nec etiam de remediis horum peccatorũ, prout tu videris aſſerere: idcirco volo quòd mihi iſta amplius declares.

PAVLVS. Si bene ſcrutatus

Propheta in perſona Dei conqueritur de poenis quas pro peccatis hominum patitur.

tus fueris hoc capit. propriè ibidem inuenies hæc duo quæ petis. In hoc enim capit. omiſsis multis cauſa breuitatis quæ ibi traduntur, manifeſtè reperies, quòd ibi Propheta in perſona Dei ſeu Chriſti conquæritur de tribulationibus ſeu pœnis, quas pro eorum peccatis paſſus fuit. Dicitur enim ibi populo in perſona Dei ſic: Verumtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis. quia Deus pro peccatis populi expiandis formam ſerui accepit, quod nullo modo de Deo, talis ſeruitus poſſet verificari ſecundum deitatem, vt ſequitur vltra: Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. quia peccata humani generis fuerunt occaſio, vt laborem paſsionis Chriſtus ſuſtineret: vt in cap 53. aliàs allegato. Et ſic habes quòd in hoc capit. fit mentio de Paſſione Chriſti. De remediis autem horum peccatorum in principio ſequentis capituli, ſcilicet 44. Propheta manifeſtè ait, dicens: Noli timere ſerue meus Iacob, &c. quaſi dicat, licet peccata, ſupradicta grauia ſint, nec per purum hominem poſſent remediari, ſed per verum Deum, de quo ſtatim ſupra dixerat: Ego ſum qui deleo peccata tua, &c. Tamen per aquam baptiſmalem & effuſionem Spiritus ſancti, iſta ſunt remedianda, de quo dicit: Effundam aquam ſuper ſitientem, &c. & vltra: Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam. Quæ quidem omnia conſonant propoſito meo, eo modo quo Philoſophus dicit: Omnia conſonant vero. 1. Ethicorũ. Sed quia per ſingula contenta in hoc capit. diſcurrere eſſet valde tędioſum, & fortè minus vtile: ideo ex omnibus in his capit. contẽtis ſufficit mihi tria colligere.

Seruire Dei quid ſit.

Remedia peccatorum ponit Iſai. 44.

Phil. 1. Ethi.

Tria colligit ex c. 43. Iſa. & 44.

Vnum eſt quòd per peccatum primi parentis, principes ſancti fuerunt contaminati, id eſt, prophanati, de quo dicit: Pater tuus primus peccauit & contaminauit principes ſanctos. Secũdum eſt quòd pro populi peccatis, Deus ſeu Chriſtus fuit ſeruus, ſimiliter & paſſus. De quo dicit: Seruum me feciſti in peccatis tuis, & tribuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Tertium eſt quòd peccata fuerũt remediãda, per effuſionem aquæ & ſpiritus. De quo dicit: Effundam aquam ſuper ſitientem, & effundam ſpiritum meum ſuper ſemẽ tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.

Primũ quòd per peccatũ omnes fuerunt profanati.

Secundum quod pro peccatis Chriſtus factus eſt ſeruus.

Tertium, quod peccata per effuſionẽ aquæ & Spiritus remedium debebant habere.

CAPITVLVM III.

In quo, vlterius altercatur ſuper prædictam Iſaiæ autoritatem, oſtendendo ex ea ſtatum antiquorum patrum, poſt mortem ante aduentum Meſſiæ ad cuius confirmationem inducuntur aliæ autoritates apud Hebræos autenticæ.

SAVLVS.

Habeo mentem tuam de cõtẽtis in hoc cap. Iſai. ſed dimiſsis

Iterum arguit & oſtēdere nititur quod principes ſancti non dicantur Patriarchæ & Prophetæ.

miſsis aliis quę non ſunt pronūciande inter me & te agenda, ſcilicet de Phariſaica doctrina, & huiuſmodi in hoc de quo agimus, ſcilicet, de peccato primi parentis: video manifeſtè contra te illud verbum quod hic dicitur: Et contaminaui principes ſanctos. quod exponis de peccato primi parentis in eos deriuato, quod non conſonat rationi: nam principes ſancti, ſcilicet, Patriarchæ & Prophetæ: per hoc peccatum non remanſerunt contaminati, cum de eorum ſanctitate & iuſtitia, poſt eorum mortem pluries ſcriptura teſtetur: vnde non poſſet de eis verificari illud verbum: Et contaminaui principes ſanctos. ille enim qui eſt contaminatus, non verè dicitur de eo quod eſt ſanctus.

Iſaiæ verbum ſcilicet Contaminaui ſignificat potius prophanationē, quàm contaminationē.

· PAVLVS. Si bene conſideras verbum quod ibi ponitur in Hebraico, vbi nos habemus: Et contaminaui non ſignificat propriè contaminationem, ſed ſignificat prophanationē. Prophanum autem quandoque ſignificat idem quod contaminatum: quandoque verò ſignificat aliquid non ſanctum, licet nō ſit inmundum: ſicut homines laici dicūtur prophani, eo quod non ſunt in ſacris conſtituti, non tamen ex hoc ſunt immundi. Vnde prophanare quod in hoc loco dicitur à Propheta ſecundū Hebraicam veritatem, nō eſt intelligendum primo modo, ſed ſecūdo modo tantum, quod bene verificatur de Patriarchis & aliis iuſtis antiqui teſtamenti: qui licet non fuerunt immundi, ex deriuatione peccati originalis in eis, eo quod fuerunt ab eo mundati per ſacramētum circuncisionis, & ſacrificiis, & huiuſmodi, fuerunt tamē prophani, in quantum fuerunt à diuina viſione in alia vita ſeparati, vt dictum eſt.

Prophanum multipliciter dicitur.

Quomodo ſancti dicātur prophani.

Quæritur quomodo ſancti fuerunt per circunciſionem mundati, non tamen diuinā viſionem habuerunt.

· SAVLVS. In hoc quod modo dicis, præſupponis duo. Vnū eſt, quòd Patriarchæ & alij ſancti ſeu iuſti antiqui teſtamenti fuerunt mundati per ſacramentum circunciſionis à peccato originali. Aliud eſt quod aſſeris, prædictos ſanctos à diuina viſione in alia vita fuiſſe ſeparatos. Quæ quidem duo videntur ad inuicem contrariari. Nulla enim ratio eſt propter quam ſancti à diuina viſione poſt hanc vitā debuiſſent ſeparari, niſi propter maculam originalis peccati, quam dicis ipſos contraxiſſe. Sed ſi ab illa macula per ſacramentum circunciſionis ſunt mūdati, reſtat quòd huiuſmodi ſancti poſt mortem eſſent abſq; macula alicuius peccati, & per conſequens quòd ſtatim debuiſſent diuina viſione frui, & per cōſequens poſt hāc vitam non debent dici prophanati.

Synagoga benedictiones proprias habebat pro quolibet præcepto, quas dabant impleti.

· PAVLVS. Vtrumque prędictorū, quæ præſupoſui, habeo per autoritates à te recipiēdas. Primū enim habeo per autoritates totius Synagogæ tuæ, quę vt noſti habēt orationes ſeu benedictio-

dictiones proprias à magno tẽpore ante deſtructionem templi ordinatas, pro quolibet prçcepto diuino: ſic quòd quando aliquod præceptum impletur, dicitur propria benedictio correſpondens illi præcepto, vt habetur valde large in libro Talmudico, qui dicitur Baraoth, in capit. quod incipit Haroem. vnde cum ſacramentum circuucisionis circa aliquem in die octauo à ſua natiuitate, prout Deus Abrahç præceperat. Geneſ. 17. cap. impletur, tunc dicitur publicè in pręſentia omniũ circunſtantium à circuncidente, quædam benedictio ſub hac forma: Benedictus Dominus Deus noſter, qui ſanctificauit dilectum ex vtero, & præceptum in carne ſua poſuit, & poſteritatem ſuam ſignauit in ſigno fœderis ſancti: idcirco merito huiuſmodi Deus viuus, pars noſtra & fortitudo noſtra, mandauit erui dilectum ſemẽ ſanctum conſanguineitatem noſtram ab inferno, propter fœdus ſuum, quod in carne noſtra poſuit: Benedictus Dominus iniens pactũ ſeu fœdus. hoc in prædicta oratione. Ex qua habes manifeſtè quòd merito circũciſionis Deus mandauit, erui ab inferno circunciſum, quod non poteſt intelligi, niſi per hoc quod per huiuſmodi fœdus ſeu pactum, ſcilicet, circunciſionis debebãt erui circunciſi à peccato originali. Pueri enim octo dierum non poterant eſſe obnoxij alicui peccato actuali, ſed ſolum originali.

Talmud Baraoth, inc. Haroem.

Gene. 17. b. 10.

Benedictio quæ dabatur in circũciſione.

SAVLVS. Verũ eſt, quòd orationes ſtatutç pro pręceptis ſunt autenticç apud nos, tanquam à ſenioribus antiquis & Prophetis ordinatç, ſed ex hac oratione non poteſt fundare intentum tuum, tum quia in ea ponuntur verba obſcura, quç non benè declarantur, vt cum dicitur: Sanctificauit dilectum ex vtero, &c. quç verba indigent vlteriori declaratione, ad hoc vt inde poſſit ſumi argumentatio. Tũ quia in prędicta oratione habetur, quod circũciſi eruũtur ab inferno, non autem quod à Deo ſint ſeparati poſt hanc vitam, vt tu dicis.

PAVLVS. Verba prædictæ orationis ſatis ſunt clara, hiſtoriam quç exordium circunciſionis narrat cõſiderãti. Deus enim dedit ſacramentum circunciſionis Abrahæ, antequam Iſaac naſceretur, vt habetur, Geneſ. 17. & in eodem contextu; prænuntiauit ei natiuitatem Iſaac futuram, & ſtatim poſt præceptum ſupradictum Abraham quaſi centenarius circuncidit ſe, circuncidit etiam Iſmael filium ſuum, qui tunc erat 13. annorum, & totam familiam: Iſaac autem non fuit tũc circunciſus, cum nõdum fuerat natus, ſed in octaua die poſt natiuitatem ſuã, quod erat tempus proprium à Deo præſignatum circunciſus fuit: ex hoc Iſaac dicitur, ex vtero ſanctificatus, quia Abraham

Nota exordium circũciſionis.

Gene. 17. c. 19.

Tempore quo Deus circunciſionem inſtituit, Iſaac nondũ erat natus.

ham

Quomodo Iſaac ex vtero dicatur ſanctificatus

ham iam erat circunciſus antequam Iſaac genuiſſet, quod nõ poteſt dici de Abraham & Iſmaël. Vnde cùm dicitur: Deus ſanctificauit dilectum ex vtero, & pręceptum in carne ſua poſuit. comuniter intelligitur de Iſaac ratione prædicta. Alia verò contenta in prædicta oratione clara ſunt ex ſe & vera. Ad illud vero quòd dicis quòd ex prædicta oratione non habetur quòd iuſti eſſent ſeparati à diuina viſione poſt mortem, ſed ſolùm quod eruerentur per circũciſionem ab inferno: Concedo tibi, nec ego illam orationẽ induxi ad hoc probandum, ſed ſolum ad primum, ſcilicet, quòd pueri qui adhuc ſunt innocẽtes, cùm ſint in octaua die natiuitatis ſuę, eruũtur ab inferno per ſacramentũ circunciſionis. Quòd autẽ iuſti quantumcumq; ſancti ante aduẽtum Meſſiæ fuerunt à paradiſo, & perconſequens à diuina viſione ſeparati: ex aliis autoritatibus poſſes habere.

Reſpõſio ad replicam factam.

CAPITVLVM. IIII.

In quo inducuntur aliæ autoritates ex quibus comprobatur, quòd ſancti antiqui teſtamenti poſt mortẽ non ibant ad paradiſum, vbi eſt locus beatorum, nec etiam ad gehennam, ſed ad quendam locum, qui à doctoribus Hebræorum ſuburbium Paradiſi vocatur: non obſtãte quòd prędicti ſancti deceſſiſſent ab hac vita mundi, non ſolum à peccato actuali, ſed etiam originali.

SAVLVS. Allega mihi illas rogo.

PAVLVS. In gloſ. ſuper Geneſ. quæ dicitur Bereſith Rabba, ſuper illud verbum: Hę ſunt generationes cæli & terræ cùm crearentur. Geneſ. 2. Quidam ex antiquis doctoribus dicit, quòd res in primordio fuerunt creatę à Deo, ſecundũ plenitudinem ſeu perfectionẽ ſuam: & quando peccauit Adam diminuta ſunt & corrupta naturalia eius & vlterius non erũt reuertentes ad decentem ſtatũ, donec veniat filius Phares, de quo fit mentio Ruth vltimo. cum dicitur: Iſte ſunt generationes Phares. per filium autem Phares intelligit Meſſiam, qui de Phares deſcendit. Qui quidem Rabbi ſeu doctor fundat ibidem intentionem ſuã in quadam ortographia literali ſic. Nã iſta dictio Tholdoth, in Hebraico ſignificat, idem quod generationes in Latino. Quæ quidem dictio ſicut et multæ aliæ, conſueuerunt in Hebraico ſcribi dupliciter. Vno modo plenè, & hoc cum interponuntur in dictione literæ vocales, quæ ad hoc cõmuniter requirũtur. Alio modo ſcribuntur dictiones diminutę, & hoc cũ nõ interponuntur vocales cõmuniter requiſitę. Quo poſito, ſcrutante ſacras ſcripturas Hebraicas, manifeſtè patet, quòd hæc dictio Tholdoth ſcribitur plenariè ſolum in duobus locis, quorũ vnus locus eſt cũ dicit: Hę ſunt generationes

Bereſith Rabba. *Gen. 2. a. 4.* *Ruth. vlt. d. 18.* *Per filium Phares intelligit Rabba antiquus doctor Meſſiã* *Tholdoth, ſignificat generationem qua dictio in duobus locis plenariè ſcribitur, in cæteris vero diminute.*

nes cæli & terræ. Geneſ. 2, quod fuit dictum ante peccatum Adę. Secundus verò eſt cum dicitur: Heæ ſunt generationes Phares, Ruth. vltimo. Iſte duę Thol doth ſeu generationes ſolùm ſcribuntur plenariè, cum omnibus vocalibus requiſitis. Alię verò Tholdoth vbicunque ſcribuntur: ſcribuntur diminutæ, quia in qualibet deficit vna litera vocalis, quæ requirebatur ad hoc vt eſſet plenè ſcripta, vt cum dicitur: Hic eſt liber generationis Adam. Geneſ. 5. Et hęc generationes ſunt Noe. Geneſ. 6. Et heæ ſunt generationes filiorũ Noë. Geneſ. 10. Heæ ſunt generationes Sem. Geneſ. 11. Et heæ ſunt generationes Iſaac, Geneſ. 25. Et ſic de cæteris, quę omnes ſcribuntur diminutę, pręterquam prædictæ duę. Ex quo concludit doctor prædictus, quod dictum eſt, ſcilicet, quòd res humanæ, id eſt, homo in ſui creatione fuit in ſua perfectione creatus, & poſt peccatum diminutus, & ſic fuit vſque ad filiũ Phares, id eſt, Meſſiam.

Gen. 5. a. 1. Gen. 6. b. 9. Gen. 10. a. 1. Gene. 11. b. 10. Gen. 25. c. 19.

SAVLVS. Hæc concluſio non ſequitur ex illis premiſſis. Licet enim quandoque hæc dictio ſcribatur plenè, quandoq; diminutè in ſcripturis, non tamẽ ex hoc de neceſſitate ſequitur, id quod concludis.

PAVLVS. Hæc concluſio non videtur ſequi de neceſſitate literæ, vt tu dicis: nihilominus tenenda eſt autoritate doctoris, eam concludentis prǽſertim cum tui antiqui doctores illa quæ fuerunt eis tradita à Prophetis, applicabant quibuſdam mutationibus ſeu ſignis in ſacris eloquiis cõtentis, prout tu noſti frequenter faciunt. Fuerunt etiam & alij Rabbini ſeu doctores huic ſententię conformes, qui dicunt, quòd omnes patres fuerunt in ſuburbiis paradiſi, ante aduentum filij Phares.

Antiqui Patres fuerunt in ſuburbiis paradiſi, ante aduentum filij Phares.

SAVLVS. Dic mihi, qui ſunt alij doctores noſtri hoc ſentientes. Vt ex multorum teſtimonio intẽtio tua firmiùs fundetur.

PAVLVS. Quidam doctores tui de hac materia loquẽtes aſſerunt, quòd Prophetæ & ſancti Patres antiqui teſtamẽti deſcendebãt in infernum poſt hanc vitam, quod probant per hoc: nam Abrahæ fuit dictum à Deo, Geneſ. 15. Tu ibis ad Patres tuos: ex quo arguit Rabbi Rahamon: quòd quia patres Abrahæ fuerunt idolatræ, vt patet Ioſue. 24. Sequitur quòd Abraham qui ad illos patres iuit poſt mortem deſcendit ad infernum, vbi patres ſui erant. Idẽ dicit de Iſaac, de quo dicitur Geneſ. 35. Defunctus eſt Iſaac & mortuus, & additus eſt ad populos ſuos. Idem de Iacob, Geneſ. vltimo. Idem de Dauid. 3. Regum. 2. & dormiuit Dauid cum patribus ſuis. Ex quibus ſatis probatur quòd Patres ſancti antiqui teſtamenti poſt mortem non ibant ad paradiſum, vbi

Gen. 15. c. 15. *Rab Rahamon.* Ioſue. 24. a. 2. *Patres Abrahæ idolatræ fuerunt.* Gen. 35. d. 29. Gen. 49. d. 33. 3. Reg. 2. b. 10.

vbi Deus beatificè videtur à ſanctis, ſed patribus ſuis congregabuntur, quorum multi de primis fuerunt idolatræ, vt dictum eſt.

Arguit quòd Abraham fuiſſet damnatus ſi iuiſſet ad patres, ſcilicet, Thare qui fuit idolatra.

SAVLVS. Iſte doctor quē allegas crudeliſsimè ſe habet contra ſanctos noſtros antiqui teſtamenti: condemnat enim Abraham ad infernum, aſſerens quòd iuit ad patres ſuos poſt mortem, ſcilicet ad Thare, qui fuit idolatra, & ſic ex dicto iſtius, ſi ſic intelligatur vt tu dicis, ſequitur quòd pater Abraham & ſancti Patriarchæ ab eo deſcendentes, poſt mortem non ſolùm fuerunt ſeparati à diuina viſione, ſed etiam fuerunt in inferno, vbi nulla eſt redemptio, vbi fuit Thare & alij idolatræ prædeceſſores eorum: quod eſt omnino abſurdum, nec credo quòd ſit conſentaneum doctrinæ tuæ catholicæ.

PAVLVS. Abſit quòd ſecundum veram doctrinam catholicā, Abraham nec prędicti ſancti Patriarchæ in infernum deſcendiſſent poſt mortem ſicut Thare & alij ſimiles, qui fuerūt patres Abrahæ ſecundū carnē, ſed ſi benè ſcripturas de hoc loquentes ſcrutatus fueris, reperies quòd Abraham & Patriarchæ, licet poſt mortem nō fuerint in inferno vbi eſt locus damnatorum, non tamen aſcenderunt in cælum, vbi eſt locus beatorum: ſed fuerunt in inferno, non in loco pœnali ſicut dānati, ſed in loco in quo quamuis diuina viſione carebant, nullam tamen gehennalem ſentiebāt pœnam: erant etiam ibi ſecuri de viſione diuina beatificè habenda: qui quidem locus apud tuos doctores vocatur ſuburbiū paradiſi, vt dictum eſt, apud noſtros vero limbus, quæ nomina licet diuerſa ſint idem ſignificant vt dictum eſt.

In quo loco ſancti Patres fuerunt ante mortē Chriſti.

Limbum vocāt Hebrai. ſuburbiū paradiſi.

SAVLVS. Indica mihi, quomodo ſcripturas ſcrutando, hoc quod dicis reperiatur.

PAVLVS. Quòd autem Abraham, qui fuit primus in publicatione verę fidei, vt dictum eſt, non iuit ad locum beatorum ſtatim poſt mortem, ſatis patet per illud verbum ſupra allegatum, cùm à Deo fuit ſibi dictum: Tu ibis, ſeu Ingredieris ad patres tuos. Conſtat autem, vt iam dictum eſt, quòd patres ipſius Abrahæ Deos alienos coluerunt, vt ſupra allegatum eſt, & ſic ex hoc quod dicitur: Ingredieris ad patres tuos. manifeſtè habetur: quòd Abraham poſt mortem non erat iturus ad locum beatorum: non enim ibi erāt patres eius, ſed in hoc quod ſtatim ſubditur, in pace: habetur manifeſtè quòd Abraham non erat iturus ad locum damnatorum, vbi nulla eſt redemptio, nec per conſequēs pax: Si enim impiis in hac vita exiſtentibus non eſt pax, vt habetur Iſaiæ. 48. In perſona peccatorum Dauid etiam dicebat: Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorū. quanto magis

Abraham iuit ad locū pacis, nō tamen in locū beatorum.

Iſa.48.d.22 Pſal.37.a.4.

to magis impiis, qui poſt hãc vitam iam in termino damnationis exiſtũt, nulla poſsit eſſe pax: nihil enim habent nec ſpectant habere, quod ſuum appetitum quietet. Vnde ex hoc, quod fuit dictum Abrahæ quòd iturus ſeu ingreſſurus erat in pace, neceſſe eſt dicere quòd Abraham poſt mortem, quamuis non ſtatim iuit ad locum beatorum, nõ tamen ad locum damnatorum, poſt mortem erat iturus, ſed potius ad locum pacificum, vt dictum eſt. Et ſic ex iſta prænuntiatione Abrahæ facta ſanè intellecta, manifeſtè habes quòd Abraham poſt mortem non iuit ad infernum inferiorem, prout ſignificat locum damnatorum, de quo Pſalmus: Eruiſti animã

Pſa. 85. c. 13. meam de inferno inferiori. ſed ad locum à pœna immunem, & ſecurum de beatitudine habenda, quia in pace, de qua pace

Iſa. 57. a. 1. Iſaiæ. 57. Veniet pax & reſquieſcet in cubili ſuo, qui ambulat in directione, pax enim non habetur, niſi vbi appetitus quietatur. Idẽ dicendum eſt de aliis Patriarchis.

Replicat cõtra prædicta.

SAVLVS. Licet Abrahæ fuit dictum quòd eſſet iturus in pace poſt mortem: non tamen aliis Patriarchis legitur hoc dictum fuiſſe: & ſic ex prædicta autoritate non poteſt concludi, quòd de aliis ſanctis ſit idem dicendum in hac materia ſicut de Abraham.

PAVLVS. Licet de Iſaac non fuit dictum, quòd eſſet iturus in pace, tamen de ipſo defuncto legitur: Et additus eſt ad populos ſuos. Geneſ. 35. quod intelligitur de Abraham & aliis, qui in ſuo ſinu ſeu receptaculo erant, qui erant in pace cum Abraham, vt dictum eſt. Vnde nõ oportebat repetere in quolibet ſucceſſore, quòd erat iturus in pace, ſed ſufficiebat dicere, quòd iret ad populum ſuum vel cũ patribus ſuis additus ſeu aggregatus eſt: ex quo iam erat ibi Abraham collocatus tanquã pater fidelium, cui expreſsè fuerat dictum: Ibis in pace: vt dictum eſt.

Gene. 35. d. 29.

Solutio pro aliis ſanctis Patribus.

SAVLVS. Licet Abraham fuiſſet vnus de ſanctis Patriarchis, non tamen fuit primus eorum. Prior enim fuit Adam & Noë, & alij ſancti qui præceſſerunt Abraham: ideo non videtur ratio quare Abrahæ ſolo fuiſſet dictum: Ibis in pace. & nulli aliorum præcedentium.

Replicat & inquiret quare potius Abrahæ quã aliis patribus ſit dictum quòd iret in pace.

PAVLVS. Quamuis alij ſancti præceſſerunt Abraham in tempore, tamen inter omnes ſanctos Abraham fuit primus, in ſeparando ſe à cetu infidelium, vt habetur Geneſ. 12. Similiter in publicando nomen Domini, vt ibidem etiam fuit primus in recipiendo ſignaculum fidei in circuncisione. Geneſ. 17. Fuit etiam primus in recipiendo à Deo promiſſionẽ de Meſſia venturo. Geneſ. 22. Similiter fuit primus in habendo ſepulturam ſeparatam ab infidelibus. Geneſ. 23. Vnde non in merito Abrahæ

Licet alij ſancti præceſſerint Abraham tamen ipſe primus dicitur quia fuit ſeparatus.

Gen. 12. a. 1

Et in recipiendo ſignum.

Gene. 17. b. 10.

Et in promiſsione de Meſſia.

Gen. 22. d. 18.

Et in ſeparatione ſepulturæ.

Gen. 23. b. 9

Quare Limbus dicatur Sinus Abrahæ.

Abrahæ fuit expreſsè denuntiata pax poſt mortem: vt ex illa aliis ei adhærentibus intelligeretur concedi. Et ideo ſecundum doctrinam ſanctam ſummi magiſtri noſtri, ſanctorũ requies ſinus Abrahę dicitur eo quòd ſibi pax fuit poſt mortẽ denuntiata, in qua fideles olim requieſcebant, vt dictum eſt.

SAVLVS. Cùm enim Abraham & alij patres iuſti, qui præceſſerunt aduentum tui Meſſiæ, ab hac vita migrauerunt in ſtatu iuſtitiæ, vt ex teſtimoniis ſcripturarum patet, nec etiam fuit in eis macula originalis peccati: cùm per circunciſionem ab eo mundabantur, vt tu aſſeris: non videtur ergo ratio, quare huiuſmodi ſancti non ſtatim intrarent regnũ cęleſte poſt mortẽ: ſed in ſuburbio paradiſi detinerentur, vt ſupra dicis. Legitur Prou. 11. Seminãti iuſtitiam merces fidelis. Quæ quidem merces iuſtitię habetur in introitu regni cæleſtis, non ergo patribus iuſtitiã ſeminantibus detinenda eſſet, ſeu retardanda eorum merces.

Arguit & probare nititur, quod patres intrare debebant in paradiſum beatorum.

Prouer. 11. c. 18.

Ab ingreſſu regni cæleſtis impediebat peccatũ commune totius naturæ, quod per Chriſti paſſionem fuit deletum.

Gen. 3. d. 24

PAVLVS. Ab ingreſſu regni cæleſtis non ſolùm impediebat peccatum ſingulorum, ſed etiam peccatum commune totius naturę humanę: quod eſt peccatum primi parentis. Legitur enim Geneſ. 3. quòd poſt peccatum primi parentis collocauit Deus, Cherubim & flammeum gladium, atque verſatilẽ ad cuſtodiendum viam lignę vitæ. Et quia licet quilibet ſanctus per opera iuſtitiæ purgabatur à peccato, quantum ad emundationem proprię perſonæ, non tamẽ alicuius fides vel iuſtitia ſufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat reatus totius humanæ naturę. Qui quidẽ reatus per paſſionẽ Chriſti vniuerſaliter remotus eſt. Vnde Iſai. ſupra 53. Deus impoſuit in eum peccatum omnium noſtrorum. Idcirco ſancti vſq; ad eius paſſionem fuerunt impediti ab ingreſſu cæleſtis gloriæ. Et hoc eſt quod doctores tui aſſerunt dicentes, quòd ſancti erant in ſuburbio paradiſi, vſque ad aduentum filij Phares, vt ſuprà allegatum eſt.

Iſai. 53. b. 6.

CAPITVLVM V.

In quo datur ratio quare quædam pœnalia, quæ fuerunt impoſita humano generi per peccatum Adæ, non fuerunt amota per Paſsionem Chriſti, per quam fuit indultum peccatum originale.

SAVLVS.

Quærit cum peccatum ſit remotum per paſſionem Chriſti quoad culpam quare non quoad pœnam.

SI ita eſt vt tu aſſeris quòd per paſſionẽ Chriſti tui ſeu Meſſiæ remotum fuit peccatum originale quantum ad culpam ſeu reatum: quod quidem peccatum vt dicis pertinet ad totã naturam humanam, ſequeretur quòd peccatum prædictum per eandem paſſionem eſſet remotum, etiam quoad pœnam, cùm pœna non datur iuſtè, niſi pro culpa. Conſtat autem quòd pœnalia, quę à Deo fuerunt diffinita contra humanum genus propter

pter Adæ peccatum, adhuc remanent poſt paſſionẽ Chriſti tui ſicut antea. Remanet enim illud pœnale quod dicitur: In ſudore vultus,&c. Similiter cũ dicitur mulieri: In dolore paries filios,&c. Remanet etiam clauſura paradiſi terreſtris, quam ſupra allegaſti, quę omnia habetur Gen.3. Ex quibus manifeſtè patet, quòd peccatũ originale non fuit ablatum per paſſionẽ Chriſti tui quãtum ad pœnam, & per conſequens, nec quantum ad culpam.

Gen.3. d.24.

Redemptio per Meſſiã facta intelligenda eſt. ſpiritualiter.

PAVLVS. Si bene attendiſti ea, quæ ſupra tibi dixeram, cum de modo redemptionis per Meſſiam factæ ageremus, faciliter poſſes ad hoc quod nunc obiicis reſpondere: oſtẽdi enim tibi, quòd redemptio per Chriſtum promiſſa in prophetis erat intelligenda ſpiritualis, quæ eſt potior & perfectior, quam temporalis. Vnde victoria ſua in redimendo nõ debet intelligi per vim armorum, ſed ſua victoria intelligenda eſt prout vitia per virtutes vincuntur. Similiter & abundantia, ſeu affluentia bonorum, ſimiliter & libertas, quæ in ſuo aduentu leguntur promitti intelligendæ ſunt de abundantia bonorum ſpiritualium, ſcilicet virtutum. Similiter & libertas intelligitur de libertate à peccato, non autem à ſubiectione humana. Illa enim intelligenda ſunt fuiſſe promiſſa per Chriſtum, quæ requiruntur ad conſequutionem verę redemptionis, quæ in vltima beatitudine conſiſtit, non autem illa, quæ indifferenter ſe habent ad hoc, & multo minus, quæ quandoq; impediunt, ſicut eſt bonorum temporalium affluentia & huiuſmodi, prout ſupra eſt oſtenſum. Vnde in propoſito dicẽdum eſt, quòd per paſſionem Chriſti & eius veram fidem remotũ fuit peccatum originale quantũ ad culpã, quæ impedit conſequutionẽ vltimi finis, ſcilicet, beatitudinis. Illa autẽ pœnalia, de quib⁹ arguis, ſcilicet: In ſudore vultus tui,&c. & In dolore paries filios,&c. & huiuſmodi indifferẽtia ſunt ad conſequutionẽ vltimi finis, ſiue enim homo laborando comedat, ſiue non laborando, poteſt conſequi vltimum finem, ſi in cognitione Dei, & aliis ad hoc pertinẽtibus ſe habeat vt debet. Et ideo iſta nõ fuerunt ammota in redẽptione ſpirituali per Chriſtum facta.

Similiter victoriæ libertas, & affluentia bonorum, &c.

Quare pœnalia nõ fuerint ammota per Chriſti paſſionẽ.

SAVLVS. In pœna peccati Adę poſitus fuit gladius verſatilis, ad cuſtodiendũ viã ligni vitę, vt tu allegaſti Gen.3. hoc autem eſt ſpirituale vt videtur, & tamẽ remanet poſt paſſionẽ. Nullus enim legitur paradiſum terreſtrẽ intraſſe poſt paſſionẽ Chriſti tui, ſicut nec antea, niſi forte, qđ dicitur de Enoch & Helia, qui fuerũt ante paſſionẽ Chriſti tui.

Gen.3. d.24.

Replicat contra prædicta de clauſione paradiſi terreſtris.

Nota.

Quare paradiſus terreſtris maneat clauſus

PAVLVS. Intrare paradiſum terreſtrẽ nõ requiritur ad bonũ ſpirituale. Ita enim poteſt homo ibidem exiſtens peccare; ſicut extra exiſtens. Adam enim ibi peccauit, & ideo ammouere

iſtam clauſuram non requiritur neceſſariò ad vltimam beatitudinem conſequendam: ſecus autẽ de clauſura cæleſtis paradiſi, cuius ingreſſus requiritur ad verã beatitudinem conſequendã. Vnde & apertionem ianuæ cæleſtis paradiſi operata eſt paſſio Chriſti, non autem ammotionẽ clauſuræ paradiſi terreſtris.

CAPITVLVM VI.

In quo arguit diuerſimodè contra ea quæ dicta ſunt de peccato originali, & ſoluuntur argumenta.

SAVLVS.

Audio quomodo intendis fundare in autoritatibus, quòd peccatum primi hominis originaliter trãſiuit in poſteros, ſed adhuc remanet, vt reſpondeas mihi ad hoc quod legitur
Ezech.18. d.20. Ezech.18. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris. Si enim peccatũ primi parentis poſteri ſui ab eo per originem traxerunt, prædicta verba Prophetę eſſent maniſeſtè falſa.

Expoſitio illius autoritatis: Filius non portabit iniquitatem patris. PAVLVS. Quod dicitur à Propheta: Filius non portabit iniquitatẽ patris, verũ eſt. Non enim punitur filius ſpiritualiter pro peccato patris, niſi ſit particeps peccati eius, ſicut eſt in propoſito. Deriuatur enim primũ peccatũ patris per originem in filiũ, ſicut & peccatum actuale deriuatur à patre in filiũ per imitationem.

Arguit ex dictis, quòd anima traducitur per originem. SAVLVS. Ex hac tua reſpõſione ſequeretur, quòd anima humana, quæ eſt ſubiectũ culpę, traduceretur per originẽ, quod eſt contra textum ſacrę Scripturæ. Legitur enim Gen.2. vbi de creatione hominis agitur: Spirauit in faciem ſuam ſpiraculum vitę: per quod verbum ſecundum omnes intelligitur, quòd animà humana per creationem in corpore humano à Deo immediatè infunditur, & per cõſequens nõ traducitur per originem. conſequentia patet ex hoc, nam ſi culpa, quæ eſt quodam accidens in anima per originem traduceretur, oporteret quòd eius ſubiectum, ſcilicet anima per originẽ trãſiret: accidẽs enim nõ migrat de ſubiecto in ſubiectũ, ſecundũ ſententiam philoſophorum. Gen.2.b.7.

Defectus animæ redũdant in corpore, & ẽ cõuerſo. PAVLVS. Licet erroneũ eſt dicere, quòd anima rationalis traducatur cũ ſemine à parente in prolem: tamen quia corpus humanum eſt proportionatũ animę, defectus animæ redundat in corpus, & ẽ conuerſo. Vnde interdũ ex fatuis fatui generãtur. Et ideo nõ eſt neceſſariũ dicere, quòd ſi peccatum primi parẽtis per originẽ trãſit in prolẽ, quòd anima rationalis per originẽ traducatur à patre in filium.

Replicat cõtra prædicta, quòd peccatũ originale non eſt imputandum, &c. SAVLVS. Poſito, vt tu aſſeris, quòd aliqui defectus etiam animæ à parẽte tranſeunt in prolem per originẽ, talis deriuatio, ſeu tranſitus excludit rationem culpę, de cuius ratione eſt, quòd ſit voluntariũ. Dicit enim Philo. in 3. Ethic. quòd nullus increpat cęcum natum, ſed magis miſerebitur. Phil.3. Eth.

bitur. Si igitur poſteri ab Adam aliquam turpitudinem traherẽt per originem, tunc talis turpitudo, cum eſſet per naturam contracta non eſſet voluntaria, & per conſequens, nec increpabilis, nec etiam eſſet peccatum, de cuius ratione eſt, quòd ſit voluntarium.

Prima reſponſio. Aliquod eſt peccatũ non voluntariũ.

PAVLVS. Hęc conſequẽtia, quam vltimo infers dicens, quòd ſi turpitudo contracta ab Adam per originem non eſſet in eius poſteris volũtaria, quia tũc non eſſet peccatum: ſi bene conſideras inualida eſt, in actibus enim non voluntariis, ſed merè naturalibus, licet nõ ſit culpa increpabilis, cõtigit tamen ibi eſſe peccatum. Peccatum enim ſecundum rationem rectitudinis, vel deuiationis in ordine ad finem debitum conſideratur. Vnde actus naturalis, qui nõ habet rectitudinem ſecundum ordinẽ ad debitum finem, peccatum dicitur, licet non ſit voluntarium. Et ideo in propoſito peccatum originale, quod non eſt peccatũ perſonę ſed naturę, licet non habeat rationem increpabilis, eo quòd non eſt in poteſtate voluntatis ipſius prolis naſcentis, habet tamen rationem peccati in quantum deuiat à rectitudine finis.

Secunda reſponſio ad obiectionẽ.

Et præter hoc poteſt ad tuã obiectionẽ aliter reſpõderi, ſcilicet quòd huiuſmodi peccatũ habet rationẽ voluntarij, quod ſic patet. Licet enim inordinatio, quę eſt in homine ex Adã generata, nõ eſt voluntaria ex volũtate ipſius hominis generati, eſt tamen voluntaria ex parte ipſius Adę, qui mouet motionem generationis, omnes qui ex eius origine generantur, ſicut voluntas animæ mouet omnia mẽbra ad actum. Vnde ſicut actus vnius mẽbri, vt puta manus, non eſt voluntarius volũtate ipſius manus, ſed volũtate animę, quæ primo mouet membra, ſic iſtud peccatũ originale non eſt peccatum huius perſonę, niſi in quantum hęc perſona recepit naturã à primo parẽte, in quo hoc peccatum fuit voluntarium.

Replicat iterum de omnibus peccatis parentũ quod cõtraheremus ea.

SAVLVS. Si à primo parẽte peccatũ per originem contrahimus, in quantũ ab ipſo recepimus naturam humanam, eadem ratione peccata quotuncunque parentũ proximorũ contrahere mus. Conſtat autẽ, quòd fuimus in proximis parentibus, tanquã in quibuſdã noſtræ naturę principiis, ex quo ſequeretur, quòd innumerabilia peccata eſsẽt in homine quolibet, à ſuis parentibus tam proximis, quàm remotis cõtracta, quod eſt valde inconueniens, nec credo, quòd tui doctores hoc concederent.

Quare non cõtrahimus alia peccata præter originale.

PAVLVS. Secundum doctorum noſtrorum veram doctrinam nulla peccata proximorum parentum, nec etiã primi parentis, præter primum per originẽ traducitur. Cuius ratio eſt, nam homo in ſpecie idem ſibi ſimile generat, non autem ſecundum indiuiduum. Et ideo, ea quæ directè pertinent ad indiuiduum,

ſicut perſonales actus, & quæ ad eos pertinent non traducuntur à parentibus in filios. Non enim grammaticus traducit in filium grammaticę ſcientiam, quam nõ per ſolam naturam, ſed propriò ſtudio acquiſiuit, ea tamen quæ pertinẽt ad naturam ſpeciei traducuntur à parentibus in filios, niſi ſit defectus naturæ, occulatus enim, niſi natura deficiat, generat occulatum, illa autẽ, quæ ſunt pure perſonalia, vt actualia peccata, vt dictum eſt nullo modo traducuntur à parentibus in filios.

Replicat ad idem, quia peccatū primum Adæ fuit perſonale.

SAVLVS. Primum peccatum Adæ manifeſtũ eſt, quòd eſt perſonale, non tamen hoc habuit ex natura ſua ſpecifica, ſed ex proprio actu ſui liberi arbitrij. Vnde primum peccatũ Adæ non potuit traduci per originẽ, etiam ſecũdum te, ſicut nec alia peccata perſonalia ſua, vel aliorum parentum.

PAVLVS. Sicut ad perſonam pertinet aliquid ſecundũ ſeipſam, & aliud ex dono gratię. Ita etiam ad naturam poteſt aliquid pertinere ſecũdũ ſeipſam, ſcilicet, quod cauſatur ex principiis eius, & aliud ex dono gratiæ ſupernaturali: & hoc modo iuſtitia originalis, quàm nõ habuit natura humana ex ſuis principiis, habuit tamen per quodam donum gratiæ toti humanæ naturæ diuinitus collatum in primo parente, quod quidem donum primus homo per primum peccatũ amiſit. Vnde ſicut illa originalis iuſtitia traducta fuiſſet in poſteros ſimul cũ natura, ſi Adam non peccaſſet: ita & inordinatio oppoſita cum natura traducitur: vnde iſtud peccatũ non eſt perſonale, ſed naturæ. Alia verò peccata primi parentis, vel aliorum non corrumpunt naturam, quantum ad illud, quod naturæ eſt, ſed ſolum quantũ ad id quod perſonæ eſt, & ideò talia peccata non traducuntur.

Sicut Adæ iuſtitia originalis traducta fuiſſet in poſteros, ſi Adã non peccaſſet, ita & inordinatio cum natura traducitur.

Arguit iterum, quòd indiuidualia tranſeũt in filios.

SAVLVS. Licet homo nõ generat idem ſibi ſecundum indiuiduum, generat tamen ſibi ſimile ſecundum ſpeciem. Iracundus enim generat iracundum, velocitas etiam corporis & bonitas ingenij deriuantur ſæpe à parentibus in filios, ſpecialiter cùm natura parentum ſit fortis. Et ſic patet etiam, quòd indiuidualia tranſeunt à parentibus in filios. Et idem videtur dicẽdum de aliis peccatis Adæ & aliorum parẽtum, etiam præter primum peccatum Adæ.

Ratio quare aliqua accidentia pertineant ad diſpoſitionẽ naturæ, quæ quandoque traducũtur.

PAVLVS. Peccata parẽtum præter primũ ſunt purè perſonalia. Et ideo traducibilia non ſunt. Alia tamen accidentia, vt iracundia, velocitas & huiuſmodi, licet ſint accidẽtia indiuidualia: propagãtur tamẽ quandoq; in filios in quantũ ſunt pertinentia ad diſpoſitionem naturæ. Et ideo non eſt ſimilis ratio de talibus accidẽtibus indiuidualibus, & de perſonalibus peccatis.

Diſtinctio ſeptima, de Scrutinio ſcripturarum, circa regnum Chriſti. An, ſcilicet ſit illud, de quo reuelatũ fuit Danieli, quòd eſſet excellẽtius quatuor regnis præcedentibus, & quòd illa quatuor regna deſtrueret. An non. Et habet 13. capitula.

In cap. primo oſtenditur, quòd per viſionem Danielis de ſtatua in ſecundo capitulo contenta intelligitur, quòd per Chriſtum erat extirpanda idolatria de regnis principalibus mundi.

In ſecundo capitulo oſtenditur, quòd licet idolatria adhuc remaneat in aliquibus paruiſſimis regionibus apud homines beſtiales ſeu brutales, tamen cum in maiori parte ſeu principaliori totius orbis eſt per diuulgationẽ fidei Chriſti ablata, & quando ante aduentum Chriſti idolatria Chaldæorum, & aliorum regnorũ remanebat apud Romanos, etiã deſtructis regnis illis.

In capitulo tertio oſtẽditur, quòd viſio ſtatuæ applicatur primo aduentui Chriſti: viſio autem de beſtiis Dan. 7. applicatur ſecundo.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd licet cultus idolorum poſt paſſionẽ Chriſti, in quibuſdam partibus mundi remãſit, tamen totus ſimul intelligitur ammoueri per percuſionem lapidis ſine manibus abſciſſi.

In cap. quinto oſtenditur, quomodo intelligatur illud Dan. 2. Lapis, qui percuſſit ſtatuã factus eſt in montẽ magnũ.

In capitulo ſexto oſtenditur, quomodo exponendum eſt regnum ferreum, ſcilicet Romanũ habebat partẽ pedum & digitorum teſtæ figuli & partẽ ferream vt habetur Dan. 2.

In capit. ſeptimo oſtenditur, quòd regnum Chriſti, ſeu ipſius Eccleſiæ non eſt idem cũ regno Romanorũ, prout doctores falſi, ſcilicet phariſæi fingunt.

In cap. octauo oſtenditur, quòd ſummus Põtifex, in quo principaliter reſidet Eccleſiaſtica poteſtas, licet quandoque vtatur mundana & tẽporali poteſtate, ſcilicet armorum potentia & huiuſmodi, non tamen talis poteſtas eſt eſſentialis in Eccleſia, ſed accidentalis.

In cap. nono oſtenditur, quòd Eccleſia habuit ſuũ eſſe perfectum, ſcilicet ſpirituale tempore Apoſtolorum, & aliorũ diſcipulorũ, antequam poteſtatem temporalem à Cæſare accepiſſet.

In cap. decimo oſtenditur, quòd Chriſtus docuit verbo & exemplo, quòd beatitudo humana conſiſtit in contẽptu terrenorũ & adheſione ad cæleſtia, quã doctrinam eius veri diſcipuli ſequuti ſunt & quod in primitiua Eccleſia, quando nullam poteſtatẽ mundanam fideles habebant perfectiores viri, vt plurimũ inueniebãtur in Eccleſia, quã nũc quãdo poteſtatibus & regnis mundanis Eccleſia abũdat. Ex quibus cõcluditur, quòd regnũ Romanorũ & regnũ Chriſti, ſeu Eccleſiæ nullo modo ſunt idẽ ſed diuerſa.

In capit. vndecimo oſtenditur, quòd per cornu paruulũ affixum quartæ beſtiæ nõ intelligitur Chriſtus noſter, prout Iudæi falſe exponunt.

In cap. duodecimo oſtenditur, quòd per cornu paruulũ ſupradictum intelligitur Antichriſtus ſecundum veram catholicorum expoſitionem.

In cap. tredecimo oſtẽditur, quòd ex hoc quod dicitur de cornu paruulo, quòd loquitur cõtra excelſum, & putabit mutare tẽpora & legẽ, quæ verba falſe Iudæi applicant ad verũ Chriſtũ, ſumitur ordo ad tractandũ de quibuſdam, quæ ſunt magnæ arduitatis in hoc opuſculo.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quòd per viſionem Danielis in 2. & 3. cap. de ſtatua intelligitur, quòd per Chriſtum erat extirpanda Idolatria de regnis principalibus mundi.

SAVLVS. PRAEDICTIS ad præſens omiſſis, reuertamur ad alia, quę pertinent ad examinationẽ Chriſti tui, ſcilicet adſcrutandũ per ſcripturas. Vtrùm ille fuit Meſſias in prophetis promiſſus, an non. Ad quod occurrit mihi validum argumentum cõtra te, quod ſumitur ex reuelationibus Danieli factis: in quibus Deus oſtendit illi excellentiam regni, quod daturus erat Chriſto ſuo: quamquidem excellentiã nunquam habuit Chriſtus tuus. Ex quo habetur manifeſtè, quòd non fuit ille Chriſtus à Deo promiſſus.

Quærit de regno Chriſti.

PAVLVS. Propone mihi illud argumẽtũ clarè, vt ſciã quantæ virtutis ſit.

SAVLVS. Scrutatus ſum Danielem in 2. cap. vbi expreſſè reperio, quòd regnũ Chriſti habebat cõterere, ſeu diminuere regnũ Chaldæorũ & alia tria regna ſibi ſuccedentia: legitur enim ibi, quòd lapis abſciſſus ſine manibus, qui eſt Chriſtus, de quo ibidem dicitur: Suſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrũpetur, & tale habebat comminuere, ſeu cõterere ferrum, teſtam, es, argentum & aurũ. quę ſecũdum omnes expoſitores ſignificãt regnũ Chaldæorũ, & tria alia regna ſibi ſuccedẽtia. Sed cõſtat, quòd regnũ Chriſti tui non cõminuit prædicta tria regna præſertim regnũ Chaldęorum, Medorũ & Gręcorũ, cùm iam per magna tempora ante ſui aduentũ fuerunt deſtructa: ergo regnum Chriſti tui nõ eſt illud regnum, de quo dicitur ibidẽ, quod eſſet à Deo ſuſcitandum, & quod in æternũ non corrumperetur.

Dan. 2. & 44.

Mouet dubium quomodo Chriſtus cõtriuerit regna, quæ diu antea fuerunt deſtructa.

PAVLVS. Si viſionem Danielis, quam allegas ſic ſuperficialiter intelligis, argumentum tuum pari modo & fortè amplius millitat contra te. Si enim per lapidem abſciſſum ſine manibus Meſſiam quẽ tu expectas intelligis, quem credis Deum cæli ſuſcitaturum, & quòd eius regnum in æternum non corrũpetur, &c. quomodo de ipſo poteſt expectare, quòd ipſe conterat, ſeu comminuat regnum Chaldæorũ, Medorũ & Græcorũ, quę iam à maximis tẽporibus ante tẽpus præſens fuerunt deſtructa, immo quorũ memoria ferè iã nõ eſt, niſi fortè in hiſtoriis antiquis. Vnde ſi verus Meſſias, quẽ colo & adoro, nõ potuit cõterere ſcũdum te regnũ Chaldęorũ & alia tria regna, eo quod iam fuiſſent per magnum tempus ante ſui aduentũ deſtructa, quãto magis Meſſias, quem ſpectas, cuius eſſe in rerum natura per 1435. annos poſt aduentum Chriſti

Ratio expoſitionis prædicta autoritatis vera retorquẽdo in Saulum.

Chriſti noſtri adhuc nō apparet, non poteſt prædicta regna conterere, quæ iam à longioribus & valde remotioribus temporum curriculis ſunt annullata & ferè obliuioni tradita. Vnde ſi de vero Meſſia, ſcilicet Chriſto meo non poteſt verificari, quòd contriuit regna Chaldæorū, Medorū, & huiuſmodi propter eorum antiquā, & præteritam deſtructionē, à fortiori de tuo Meſſia non poſſe hoc verificari cuius tempus valdè remotius eſſet à tempore deſtructionis prædictorum regnorū. Sed ſi diligēter ſcrutatus fueris verum ſenſum viſionis per te allegatū, manifeſtè reperies, quòd propriè applicatur vero Chriſto meo: pro cuius declaratione ſcire debes, quòd in Regno Chriſti & Eccleſiæ ſuæ debuit idolatria ab vniuerſo, vel à maiori & principaliori parte eius extirpari, quod fuit ſingulariſſimū in primo aduentu Chriſti. Nam hactenus tempore Moyſi, & aliorū prophetarum, licet magnalia virtute Dei fiebāt, nō tamen hoc vitiū, ſcilicet idolatriæ potuit extirpari, nedum à gentilibus, ſed etiā ab ipſo populo Iſraelitico, in cuius præſentia Deus fecit magnalia in Aegypto, terribilia in mari rubro, & in deſerto panem cæli non ſine magnis miraculis dedit eis, quibus non obſtantibus in eodem loco vbi legem à Deo ſuſceperant, & verba eius de medio ignis audierant, quibus eis præcipiebat: Nō habebis deos alienos præter me Exo. 20. Ibi, ſcilicet in Oreb vitulū fecerunt conflatilē, & adorauerūt ſicut patet Exo. 32. Similiter in tēporibus Iudicū & Regū in Regno Iſrael, & etiā Iudæ nō ceſſabant immolare & ſacrificare diis alienis, Prophetis proclamātibus, & monentibus, & ſigna & prodigia cōtra eos mouētibus frequēter, vt in hiſtoriis ſacris patet euidenter. Sed poſtquā Chriſtus noſter venit in mūdum, & eius fides per orbem diuulgata fuit, & ſequentibus ſignis per ſuos diſcipulos & martyres confirmata, excluſa eſt idolatria ſimpliciter à tota republica mundi, vel ab eius maiori parte, prout fuit prophetatum in diuerſis locis, & ſpecialiter Iſa. 2. vbi loquens de tempore Meſſiæ, cū dicit: Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mōs domus Domini in vertice montium, &c. Et infra loquens Propheta de doctrina Chriſti per gentes ſuſcipienda, dicit: Ibunt populi multi, & dicent: Aſcendamus ad mōtem Domini, et docebit nos vias ſuas, &c. & infra ibidem Propheta oſtendens, quòd tempore ſui aduentus tota terra erat repleta idolis, dicens: Et repleta eſt terra eius idolis, opus manuum eius adorauerūt, opus quod fecerunt digiti eorum. Et idem infra prænoſticans, quòd huiuſmodi idola per ipſum, & ſuos ſequaces eſſent proiicienda, ſubdit: In die illa proiiciet homo idola argētiſui, & ſimulachra auri ſui, quæ fecerat ſibi, vt ea ado-

Idolatria in Regno Chriſti ab vniuerſo, vel maiori & principaliori parte eius extirpata fuit, id quod prius nunquā fuit factum.

Exo. 20. a. 3.

Exo. 32. a. 4.

Iſa. 2. a. 2.

ea adoraret. Ex quibus patet intentum, ſcilicet, quòd in nouiſſimis diebus, per quod dies Meſſiæ intelliguntur etiam ſecundū tuos magiſtros, erāt Idola proiicienda, quibus antea vniuerſum erat plenum. De hac igitur materia agitur in hac viſione Danielis quam tu allegas. In qua viſione quatuor Regna præcedentia Regnum Chriſti, ſcilicet, Chaldæorum, Medorum, Græcorum & Romanorum figurantur per vnam ſtatuam quadripartitam: Nam ſtatua communiter deſignat Idolatriā. Simulachra enim dæmonum cōmuniter per idolatricas ſtatuas colebātur. Quòd etiā patet Dan. 3. de ſtatua quā fecit Nabuchodonoſor: et quia omnia Regna mundi ante aduētum Chriſti, licet inter ſe eſſent multum differentia, & etiam aduerſantia. In hoc tamen conueniebant omnes, vt cultum Deo debitum creaturis impenderēt: iuxta illud Pſalm. Omnes dij gētium dæmonia. Idcirco propriè deſignabātur omnia regnā principalia in vnica ſtatua, quæ Idolatriā deſignat propter ipſorum conueniētiam in cultu Idolorū: ſed quia ipſa regna erāt inter ſe diuerſa in ritibus & aliis proprietatibus & modis viuendi, idcirco particularia mēbra huius ſtatuæ erant de diuerſis materiis, vt pote de auro & argento, & teſta, & huiuſmodi: ſimiliter & differebant in formis, quia aliqua pars ſtatuæ erat caput, alia brachia, & huiuſmodi, ad deſignandum varietatem inter huiuſmodi regna. Vnde ad propoſitū tui argumenti applicando, licet regnū Chriſti ſeu Eccleſiæ non cōminuit Regnum Chaldæorū, ſeu Perſarum & huiuſmodi, quantū ad ipſorum mundanam poteſtatem, quæ iam tranſiuerat, cōminuit tamen ea quantum ad cultū Idolorum, in quantum diuulgata fide Chriſti in orbem per eius diſcipulos & eorum ſucceſſores euacuata eſt cultura dæmonum à toto ferè mūdo, ſcilicet, à maiori & principaliori parte eius, vt dictum eſt, quod rectè præſignatur à Daniele per percuſſionem lapidis ſine manibus: nam abſque humana potentia lapis, qui eſt Chriſtus, ſtatuā, ideſt Idolatriam diminuit, tam antiquam, ſcilicet Chaldæorum, quā alias ſuccedentes, vt dictum eſt.

Quatuor regna præcedentia regnum Chriſti verum ſenſum viſionis Dan oſtendit expoſitio.

Statua communiter deſignat idolatriam.

Pſal. 95. b. 5.

Oſtendit, quòd licet ad mundanam poteſtatē Chriſtus non cōminuerit regna comminuit quantū ad idolatriam.

Lapis ſine manibus, ideſt abſque aliqua humana potentia.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quòd licet Idolatria adhuc remaneat in aliquibus paruiſſimis regnis apud homines beſtiales, ſeu brutales, tamē pro maiori parte & principaliori totius orbis, eſt per diuulgationem fidei Chriſti ablata, & quòd ante aduentum Chriſti Idolatria Chaldæorū, & aliorum regnorum remanebat apud Romanos etiam deſtructis regnis illis.

SAVLVS.

Qværdam interponis in hac tua reſponſione, quæ nō videntur continere veritatem, vel ſaltem aliquā requirunt probationem. Primum eſt quod dicis Idolatriam hodie eſſe excluſam

Arguit contraria. Primū, quia non eſt ablata idolatria in toto orbe.

ſam à toto orbe: quod credo eſſe falſum. Nam non eſt dubium, quod hodie ſint aliqui etiam inter Chriſtianos & Sarracenos, qui hoc vitio abutuntur, ſcilicet idolatria, ſaltem in latebris & ſecretis, ſicut etiã multi ſunt, phitones, diuinatores, & huiuſmodi, quę ad ſuperſtitionem Idolatriæ pertinent, & vt à quibuſdã narratur in aliquibus extremis terræ hoc vitium adhuc publicè manet.

Secundum, quia dicit, quòd per fidem Euangelij ſine humano brachio.

Secundum eſt, quia dicis quòd per diuulgationem fidei Chriſti tui hoc vitium fuit amotum ſine humano brachio, quod tamen non probas.

Tertiũ, quia idolatria Chaldæorũ non erat tẽpore Chriſti.

Tertiũ, quia dicis, quòd Idolatria, qua vtebãtur Chaldæi adhuc remanebat tempore Chriſti tui, quòd nõ videtur rationi conſonum. Nam communiter cum aliquis populus deſtruebatur, ſimul cũ eo deſtruebantur & dij eius. Vnde Iſa. 36. ex parte Regis Aſſiriorum ſe iactantis de victoria quarundam gentium dicebat. Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt Deus Sapharnaim? &c. quaſi dicat: Sicut deuaſtaui gentes illas, ſic & eorum deos.

Iſa. 36. d. 19

PAVLVS. Ad primum, quod obijcis de Idolatria dicendo, quòd adhuc manet in orbe ſaltem in latebris & abſcõſis, vel etiam publicè in extremis terrę.

Mala ſecreta iudicio Dei reſeruãtur.

Reſpondeo, quòd mala, quæ in occulto fiunt ſolius Dei iudicio reſeruãtur: iuxta illud Deut. 29. Abſcõdita Deo noſtro ſunt, ſcilicet, à ſolo Deo iudicanda. Vnde de talibus nõ agimus hîc.

Deut. 29. d. 32.

Cum ſit paucitas locorũ de illis non eſt habenda ratio.

De iis autẽ quę dicis, quòd in extremis terræ publicè fiunt, dicendum, quòd illa ſunt valde modica reſpectu terrarum & regionũ, vbi nulla Idolatria viget. Nã terra, quę à veris Chriſtianis, & etiam ſciſmaticis poſſidetur, ſimiliter à Sarracenis, Turcis & Tartaris occupatur, maximam partem terræ obtinet, in tantum quod illud, quòd remanet eſt valde modicum reſpectiuè, & vbi viuunt homines beſtiales, & quaſi ſemibruti, de quibus non eſt facienda mentio: quia quod modicum eſt ſecundum Philoſophum pro nihilo reputatur, & etiam in illis partibus extremis non compelluntur homines ad Idolatrandũ, ſicut tẽpore Chaldęorũ hoc fiebat, vt patet Dan. 3. Similiter tempore ſuccedentiũ Romanorum regnorum, vt patet de Romanis, qui multipliciter perſequebãtur fideles Chriſti, vt ſuis diis, ſeu dęmonibus immolarent.

Philoſo.

Dan. 3.2.4.

Homines nunc non cõpelluntur ad idolatriam ſicut tempore antiquo.

In partibus igitur mũdi extremis, vbi idolatria adhuc manet, prout refertur à fide dignis, nõ compelluntur homines ad hoc ſicut nec puniũtur Idolacolentes, ſed vnuſquiſque ad ſuum arbitrium ad hoc relinquitur.

Ad ſecundũ

Ad ſecundum autem in quo petis à me probationes de hoc, quod per diuulgationem fidei Chriſti Idolatria fuit amota, ſine humana potentia, &c. tibi reſpõdeo ſic, quòd per ſacras autoritates & hiſtorias alias autẽticas eſt manifeſtum, quòd tempore illorum quatuor regnorum vniuerſa-

uerſalium, quorum regnum Romanorum eſt quartum, idolatria per totum orbem extēdebatur. Conſtat etiam per fideliſſimam & publicam famam & hiſtoriarū communem narrationem, quòd per magnum tempus antequam ſecta Sarracenorū inciperet ceſſauit idolatria modo prædicto, ſed nulla poteſtas humana fuit intermedia inter Romanos & Sarracenos, quę hoc vitium ammoueret, vt eſt manifeſtum. Reſtat autem, quòd per poteſtatē Chriſti, & ſuorum diſcipulorum prædicationem, & martyria teſtificātia veritatem hoc fuit iuxta prophetarum vaticinia concluſum. Ad tertium verò, quod dicis nō eſſe veriſimile, quòd idolatria Chaldæorum remanſiſſet poſt eorum deſtructionem, &c. tibi reſpōdeo, quod de Regno Romanorum, quòd fuit vltimū prædictorum quatuor regnorū, legitur in hiſtoriis autenticis, quòd omnia ſimulachra gentiū colebat, de cuius memoria adhuc remanet Romæ templum Pantheon, in quo alias communiter omnia idola colebantur, & poſtea hodie feſtum omniū ſanctorum ibidem celebrātur: & ſic patet, quòd ſtatua, de qua Daniel loquitur, ſcilicet idolatria in ſua erat integritate cum percuſſa fuit per lapidem abſciſſum ſine manibus, ſcilicet Chriſtum: hoc teſtatur litera Danielis ſanè intellecta, cum ipſe Daniel quatuor partes prænunciauit in prædicta ſtatua, forma & materia diſtinctas, quæ quatuor regna ſupradicta figurabant, quæ tamen partes ad inuicem per ſucceſſionem continuabantur, in deſtructionem tamen illius ſtatuæ, totam ſimul deſignauit deſtructā, ſeu deſtruendam. Non enim dixit, quòd antea fuerat caput deſtructum, & poſtea brachia, & ſic de aliis, ſed ſimul ad lapidis percuſſionem tota ſtatua fuit deſtructa, quod prædictam veritatem teſtatur.

Sine humana potentia per poteſtatem Chriſti amota fuit idolatria.

Ad tertium

Roma omnia ſimulachra gentiū colebat, quod Pantheon teſtatur.

Statua Danielis tota ſimul fuit destructa ad illum lapidis.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd viſio ſtatuæ applicatur primo aduentu Chriſti, viſio autem de beſtiis Danielis 7. applicatur ſecundo aduentui.

SAVLVS.

IN alia viſione Danielis, ſcilicet, quatuor beſtiarum, quę in cap. 7. continentur: quæ quidē viſio de eadem materia loquitur, de qua & ſupradicta viſio, ſcilicet ſtatuę. In vtraq; enim viſione agitur, de quatuor regnis ſupradictis ad inuicem ſuccedētibus, & de regno Meſſiæ ſeu Chriſti omnia regna illa ſuperante, & tamē in iſtis duabus viſionibus, quæ de eadem re loquuntur videntur, quędā de eſſentialibus variari. Primo enim in prima viſione, prout tu dicis omnia quatuor regna, quæ per ſtatuam deſignantur ad lapidis percuſſionem ſimul fuerunt deſtructa. In ſecunda verò viſione in qua quatuor regna per quatuor beſtias deſignantur, non ſimul, ſed ſucceſſiuè vidētur quatuor

Dan. 7. a. 16

Differentia inter illas Danielis viſiones.

tuor prædicta regna deſtrui,ſcilicet,vnum poſt aliud: vnde dicitur de prima beſtia ante ortũ ſecundę,legitur:Aſpiciebã donec euulſę ſunt alę eius & ſublata eſt de terra. ex quo patet,quòd ante fuit ſublata prima beſtia quã ſecunda ſurgeret:idem videtur intelligendum de aliis. Item in prima viſione per lapidis percuſſionem fuerunt quatuor regna deſtructa. In ſecunda verò viſione per filiũ hominis venientem in nubibus cæli fuerunt omnia deuicta, vt patet in capit.7. Dic ergo rogo,quomodo tollis cõtrarietates ex iſtis viſionibus, quæ de eadem re loquuntur, & tamen quædam contraria videntur interponere,vt dictum eſt.

Licet Meſſiæ regnum vnum ſit,dupliciter tamen loquimur ſecundum duplicem aduentum.

PAVLVS. Sicut dixeram tibi ſupra,cùm de tempore aduẽtus Chriſti agerem, duplex eſt aduentus Chriſti: vnde licet regnum Chriſti ſecũdum ſe vnum, & idem eſt,dupliciter tamen de eo ſcripturę loquuntur ſecundũ huiuſmodi duplicem ſui aduentum: ex quo diuerſi effectus erãt producẽdi circa rem publicam mundanam: nam ſicut in primo eius aduẽtu diuulgata eius fide idolatria erat extirpanda modo prędicto,de quo agitur in prima viſione Danielis ſupradicta: ſic in ſecundo eius aduẽtu tota mundana poteſtas erat ammouẽda, ſubiiciẽdo illam omnino diuino imperio: de quo Zach. vlt. Erit Deus Rex ſuper omnem terrã, in die illa erit vnus Dominus, & nomen eius vnum. et Sopho.3.

Zach. vlt. b.9.

Sopho.3. b.9.

Tunc reddam populis labiũ electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant ei humero vno. In quibus,& in aliis Propheticis loquutionibus prænoſticationibuſq; tota poteſtas humana publica erat auferẽda, & ſubiicienda diuinæ poteſtati, intelligitur hoc impleri in ſecundo aduentu Meſſiæ. In hac igitur ſecunda viſione Propheta agit de aduentu Chriſti ſecundo, & de huiuſmodi effectu ſuo circa mũdanam poteſtatem pœnitus auferendam. In qua quidem viſione prædicta quatuor regna præcurrentia ſecundum Chriſti aduentũ conuenienter figurantur, non per ſtatuam, quæ idolatriam ſignat, cùm iam idolatria ammota erat per primũ aduentum, vt dictum eſt, ſed figurãtur per varias beſtias & feroces, per quas deſignantur varię ferocitates & tyrannica dominia diuerſa ipſorum regnorum, prout expoſitores communiter tradunt: & quia poteſtas mundana quatuor regnorũ prędictorũ nõ ſimul, ſed ſucceſſiuè fuit ammota, prius enim perdiderunt monarchiam Chaldæi, quàm Perſę, & ſic de aliis. Ideo in ſecunda viſione, vbi agitur de poteſtate mundana, non ſimul, ſed ſucceſſiuè quatuor beſtiæ fuerũt deſtructæ. Sed in prima viſione ſimul ſtatua fuit diminuta: quia per primum aduentum, fide Chriſti diuulgata per orbẽ, tota idolatria tam præteritorum, quàm pręſentium fuit deſtructa modo prędicto.

Expoſitio ſecundæ viſionis, in qua Daniel agit de ſecũdo aduentu Meſſiæ.

Secundum. 20. Ad ſecundum verò, quod quçris quare in prima viſione regnum Chriſti figuratur per lapidem abſciſſum ſine månibus: in ſecunda verò viſione figuratur Chriſtus per filium hominis venientē in nubibus, ſatis patet reſponſum ex prædictis. In prima enim viſione loquitur de primo aduentu, in quo Chriſtus propriè figuratur per lapidem ſine manibus abſciſſum: tū quia eius conceptio & natiuitas ſecūdum carnem, non ex virili ſemine producta fuit, prout veritas fidei noſtræ tradidit: tum quia nō per potētiam corporalem ſtatuam, ſcilicet idolatriā deſtruxit, ſed per diuinam. In ſecunda verò viſione, quæ aduentum ſecundum ſignat, vt dictum eſt, propriè deſignatur per filium hominis veniētem in nubibus cæli, quia in magna poteſtate & maieſtate vēturus eſt ad iudicium.

Cauſa quare in prima viſione Meſſias per lapidem, in ſecūda per filiū hominis ſignificatur.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd licet cultus idolorum poſt paſſionem Chriſti in quibuſdam partibus mundi remanſit, tamen totus intelligitur ſimul ammoueri per percuſſionem lapidis ſine manibus abſciſſi.

SAVLVS.

SIcut poteſtas mundana quatuor regnorum prædictorū nō fuit ſimiliter ammota ſed ſucceſſiuè, ſicut tu aſſeris & bene, ſic idolatria nō fuit ſimul ammota, ſed ſucceſſiuè, quia poſt aduētum Chriſti tui per magnum tēpus durauit idolatria in diuerſis & magnis mundi partibus, vnde etiam in tēpore Coſdroe regis Perſarum, qui per magnum tempus fuit poſt aduentum Chriſti tui, idolatria adhuc vigebat, vt etiam hiſtoriæ tuç teſtantur, quç non concordant expoſitioni tuç ſupradictæ, in qua dicis, quòd ſimul deſtructa fuit idolatria à toto orbe, ſeu à maiori parte totius orbis, ſeu principaliori ammota.

Arguit idolatriam mā ſiſſe tempore regis Coſdroe, qui fuit poſt Chriſtum.

PAVLVS. Licet verum eſt, quòd cultus idolorum per aliquod tempus etiā poſt paſſionem Chriſti, in quibuſdam partibus mundi notabilibus remāſit: tamē idolatria dicitur ſimul ammoueri à mūdo, eo quod per virtutem paſſionis Chriſti principalis autoritas idolatriæ, ſcilicet, diabolica fuit ammota, ſeu valde debilitata. Vnde paſſione imminente, ipſe dixit: Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras Ioan. 12. quod intelligitur de diabolo, cuius poteſtate & verſutia homines in idolatriā incidebāt: & quia ab huiuſmodi diaboli poteſtate per paſſionē Chriſti, quç ſemel celebrata eſt homo fuit liberatus. Idcirco per ſolam percuſſionem lapidis, ſine manibus abſciſſi idolatria dicitur ſimul eſſe ammota. Poſſet etiam intelligi percuſſio huius lapidis fuiſſe impleta tempore Conſtantini, quando Chriſtus, qui lapis abſciſſus ſine manibus dicitur, vt iā dictum eſt, percuſſit Cçſarem lepra, per cuius percuſſionem & miraculoſam ſanationem tota ſtatua

Per mortem Chriſti idolatria fuit deſtructa, quando diaboli poteſtas fuit ablata.

Ioan. 12. c.

Lapidis percuſſio fuit facta tempore paſſionis. Vel dici poteſt, quòd percuſſio lapidis, quæ ſtatuam cōfregit, tempore Conſtātini fuerit impleta.

ſtatua idolatriæ fuit dirupta, Cæſare præcipiente, vt omnia phana idolorum per orbem deſtruerentur, vt plenius iſta continentur in ſua hiſtoria. Secus eſt de poteſtate mundana prædictorũ regnorum, quæ fuit ammota ſucceſſiuè tam ante aduẽtum Chriſti quàm poſt. Quæ quidem ſucceſſiua deſtructio durabit vſque ad tempus Antichriſti, quando Chriſtus ſecundo veniẽs totam deſtruet mũdanam poteſtatem, vt iam dictum eſt.

S A V L V S. Miror cũ mihi allegas autoritatem Euangelij tui quas, vt ſcis, nõ teneor recipere, præſertim cùm ſint contra me, ſicut nec tu autoritates noſtrorum doctorũ reciperes contra te.

P A V L V S. Quia tu contra expoſitionem meã de viſione ſtatuæ obiicis: in quo actu pro cedis vt arguens, conuenienter ego poſſum, vt reſpondens allegare autoritatem ſummi magiſtri mei: non enim per meã reſponſionem te intẽdo obligare, ſicut nec mihi in reſpõdendo neceſſitas incumbit te obligãdi ad tenendũ reſponſionem meã. Vnde ſolum prædictam autoritatẽ allego ad meam ſaluandam expoſitionẽ, quod ſufficit per hoc quod autoritatibus apud me autenticis mea expoſitio eſt cõſona. In aliis verò altercationibus noſtris, vbi procederem vt arguens contra te, tibi concedo, quòd non debeo allegare autoritates doctorum noſtrorum, ſicut nec hactenus feci, nec facere intendo.

S A V L V S. Contra autoritatem magiſtri tui per te allegatam reperio experientiã contrariã. Diabolus enim adhuc hodie poteſtatem ſuam in hominibus exercet animas tentãdo, & corpora lędendo, vt eſt manifeſtum, quod nõ credo te negare, & etiam in actibus idolatricis in multis partibus mundi illudẽdo, quod eſt contrarium illius dicti per te allegati, ſcilicet: Princeps huius mundi eiicietur foras. *Arguit probans adhuc diabolũ magnam habere poteſtatẽ*

P A V L V S. Licet nũc diabolus poteſt Deo permittente homines tentare quantũ ad animam, & vexare quantum ad corpus etiam per idolatriam illudere, eſt tamen huiuſmodi nũc prę paratum remedium per paſſionem Chriſti, in qua homo ſe poteſt tueri contra hoſtiš impugnationes, ne deducatur in interitũ æternæ mortis: & quicunque ante paſſionem Chriſti diabolo reſtiterunt per fidẽ paſſionis Chriſti fiendę hoc facere potuerunt. Nullus tamen tunc potuit diaboli manus euadere, vt ſcilicet nõ deſcenderet in infernum, iuxta illud Pſal. Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem & liberabit animam ſuam de manu inferni. Sed poſt paſſionẽ Chriſti poſſunt homines ab hoc virtute paſſionis tueri. *Remedium præſentiſſimũ ad diaboli vires cõfringendas eſt Chriſti paſſio.* *Pſalm. 88. b. 49.*

CAPITVLVM V.

In quo oſtēditur, quomodo intelligatur illud Dan. 2. Lapis, qui percuſſit ſtatuam, factus eſt in montem magnum.

SAVLVS.

Dan. 2. g. 45. *Quomodo intelligatur Prophetia, quòd lapis factus ſit mons magnus.*

DEclara mihi ſecundum expoſitionem tuam, quid eſt illud quod dicitur in prima viſione, quòd lapis, qui percuſſit ſtatuam factus eſt in montem magnum, quòd nō videtur propriè reſpondere ad deſtructionē idolatriæ ſecundum tuam expoſitionem, proprius enim dixiſſet, factus eſt in templum, ſeu ſanctuarium, vel in aliud ſonans fidē, ſeu ſacram doctrinam. Paſſio enim Chriſti tui per quam dicis, quòd homines poſſunt tueri à diaboli ca poteſtate nō operatur talem tuitionem per modum montis magni, ſed potius per modū adhæſionis ad fidem verā, & vitæ rectitudinē, prout credo, quòd tu etiam concedis.

PAVLVS. Verum dicis in hoc, quod paſſio Chriſti liberat homines à diabolica poteſtate in quantum adherent veræ fidei crucifixi & eius veſtigia ſequuntur, & propriè illud intelligitur per illud, quod legitur in viſione Danielis ſupradicta, cū dicitur, quòd lapis qui percuſſit ſtatuam factus eſt in montē magnum. In his enim verbis alludit Daniel huic, quod dicitur Iſa. 2. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium & eleuabitur ſuper colles & fluēt ad eum omnes gentes. quaſi dicat Daniel: Iſte lapis ſtatuam percutiens factus eſt ille mons magnus & eleuatus, de quo loquitur Iſa. In quo monte aſcendentes docentur de viis Domini & de ſemitis eius, vt ibidem habetur: inter quas vias Domini, & eius ſemitas, vna de principalioribus eſt idolatriam reſpuere & abiicere, vnde ibidē legitur: Et idola penitus cōterentur. & infra: In die illa percutiet homo idola argenti ſui. prout ſupra fuit allegatum propriè igitur ad denotandum eiectionē idolatriæ, quæ per deſtructionē ſtatuę deſignatur, Daniel prędixit, quòd lapis, qui percuſſit ſtatuam factus eſt in montem magnum, ſcilicet in illū mōtem ab Iſaia iā ante per magnū tempus Prophetatum, de quo etiam monte multa ſub eiſdem verbis ſicut Iſaias per Miche. 4. fuit prophetatum.

Iſa. 2. a. 2. *Concordat Danielē cū Iſaia.*

Mich. 4. a. 1.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtēditur, quomodo exponendū eſt, quòd regnū ferreū, ſcilicet Romanorum habebat partem pedum & digitorum teſtæ figuli & partem ferream, vt habetur Dan. 2.

SAVLVS.

SEcundum iſtam expoſitionē tuā volo ſcire, quomodo intelligas, quòd regnum quartū, ſcilicet ferreum, per quod tu intelligis regnum Romanum, habebat partem pedum & digitorum teſtæ figuli & partem ferream

Petit expoſitionē illius, quo ſcilicet regnum ferreum, id eſt Romanorū erat deſtruēdum.

ream,& cætera quæ ad hoc pertinent.

PAVLVS. Circa hoc,quod petis diuerſimodè ſe habent expoſitores, ſed in hoc volo ad præſens ſequi expoſitores tuos, quibus in hoc ſatis conſonat expoſitio mea. Dicunt enim, quòd regnantibus Romanis tempore Machabæorum fuerunt confœderati ad inuicem Romani & Iudæi, quod etiam Ioſephus hiſtoriographus tuus largè tradit, quam quidem cōfederationem Daniel vocat regnum diuiſſum, eo quod erant difformes in ritibus & cultibus diuinis, vt eſt manifeſtū non tamē in partes æquales in fortitudine & robore, quia pars Romana erat fortiſſima: & ideo eam vocat ferreã, Iudæorum verò debiliſſima, quam teſteam vocat: & quia iſtæ duæ nationes ad inuicem voluerunt matrimonio cōmiſceri tempore Herodis Aſcolonitæ, qui voluit habere in vxorem quandam de genere Machabæorū, quod tamen matrimonium nō habuit effectum, vt ex hiſtoriis Ioſephi patet: idcirco de iis duabus partibus diuiſionis, & earum cōmixtione, dicit: Quia autem vidiſti ferrum mixtum teſta, commiſcebūtur quidem humano ſemine, vt ſed non adhærebunt ſibi, ſic ferrum non poteſt miſceri teſtę. Et quia in illis temporibus, ſcilicet Romanorum, Iudæorum & Herodianorum, qui fuerunt regna corruptibilia, ſuſcitauit Deꝰ regnum Chriſti incorruptibile, quī quidem Chriſtus natus eſt in Bethleem Iudæ tēpore Herodis regis, in quo tēpore Cæſar imperabat: idcirco immediatè ſubdit: In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in ęternum non diſſipabitur, &c.

Ioſephus. Romani & Iudæi tempore Machabæorum fuerunt confederati.

Herodes Aſcalonita voluit habere vxorem de genere Machabæorum.

Matth.2.a.1

CAPITVLVM VII.

In quo oſtenditur, quòd regnum Chriſti, ſeu ipſius Eccleſiæ non eſt idem cum regno Romanorum, prout doctores falſi, ſcilicet Phariſæi fingunt.

SAVLVS.

SEcundum doctores noſtros regnum Chriſti tui, ſeu eius Eccleſiæ vnum, & idem eſt cum regno Romanorum: et ideo cū regnum Romanorum deſtruendum erat ſecundum viſionē Danielis per regnum cæli incorruptibile à Deo ſuſcitandum, ſcilicet per regnum Meſſiæ, eadem ratione & regnum Chriſti tui, quod eſt idem cū regno Romanorum deſtruendū eſt per Meſſiam. Quòd autem regnum Eccleſiæ tuæ ſit idem cum regno Romanorū, prout doctores noſtri dicunt, ſatis patet ex hoc: nã regnum Eccleſię Chriſti tui principaliter ſumpſit poteſtatem atque initium dominij à Romano Imperio, ſcilicet à Conſtantino ſecundum omnes hiſtorias. Qui quidem Conſtantinus imperialem poteſtatem & autoritatem tribuit Silueſtro ſummo Pontifici, & eius ſucceſſoribus, qui hodie eadem autoritate vrbem obtinent

Arguit regnum Meſſiæ ſeu Eccleſiæ idem eſſe cum Romano regno, ideo æternū eſſe non poteſt.

tinent Romanā. Qui quidē Cōſtātinus, vt quidā referūt, compulit, ſeu coegit plurima regna, vt acciperent fidē Eccleſiæ Chriſti tui. Et ſic patet, quòd idē eſt regnū Eccleſiæ & regnū Romanū, per quartā beſtiā in viſione Danielis deſignatum, & per conſequens per verū Meſſiam ſicut expectamus deſtruendum.

PAVLVS. Verū eſt, quod doctores tui Phariſæi finxerunt, quòd regnum Romanorū & regnum Eccleſiæ Chriſti eſt vnum & idem regnum, quam quidem fictionē ſic diſſeminauerunt per totam plebem tuā, quòd omnes hoc tenēt, vocantes regnū Chriſti noſtri regnum Romanorū nequam. Quæquidem fictio ab eis fuit fabricata, vt euaderēt impugnationem efficacem, quæ contra eos militat ex hac viſione Danielis de qua agimus ſumptā. Per hanc enim viſionem cōſtat, quòd beſtia quarta, per quā ſecundū omnes deſignatur Romanum imperium, ſeu regnum, deſtruēda erat per regnum à Deo cæli ſuſcitandū, ſcilicet regnum Meſſiç. Ex quo ſequitur, quòd ſi regnū Eccleſiæ & regnū Romanorū eſſent duo regna diſtincta, quòd regnū Eccleſiç ſuccedens regno Romanorū eſſet regnum veri Meſſiæ, quòd manifeſtè opponitur pertinatiæ tuæ ſecundū quā credis, quod regnū Eccleſiç nō eſt regnum Chriſti. Sed falſitas huius fictionis manifeſta eſt ex hoc. Nam regnū Eccleſiæ ſeu regnum Chriſti non eſt regnum mundanum, ſeu terrenum, ſicut regnum Romanum, vel aliud de cæteris regnis huius mūdi. Vnde & Chriſtus noſter expreſſè dicit Ioā. 18. Regnū meū non eſt de hoc mundo. Quç quidem autoritas ſola ſufficit ad cogendum fideles, vt ponant differentiā ſubſtātialem inter regnū Eccleſiæ & cætera regna ſupradicta in hoc, ſcilicet, quòd cçtera regna ſunt terrena, ſeu mundana, vel temporalia, regnū vero Chriſti & Eccleſiæ ſuæ nō eſt mundanum ſed cçleſtæ, vel ſpirituale ſeu diuinum, vnde & communiter in ſacris literis noſtris vocatur regnū cælorū, & regnū Dei & huiuſmodi. Sed quia tu & infideles tui ſimiles, has ſacras autoritates nō recipitis. Idcirco per euidentiam rationis oportet vos de hoc conuincere. Ex multis enim ſaltē ex duobus euidēter patet eſſentialis differentia inter regna mundana, ſeu tēporalia & regnū Chriſti ſeu Eccleſiç, quorū vnum ſummitur ex poteſtate traddita ſummo principi Eccleſiç, ſcilicet ſummo Pōtifici. Ordinatio enim populi, ſecundū ſententiā Phil. in 3. Polit. prçcipuè pēdet ex maximo principatu. Cōſtat autem, quòd maximus principatus Eccleſiç in poteſtate conſiſtit ſummi pontificis. Quæ quidem poteſtas eſt ligandi animas atq; ſoluendi: ſecundum, quam ſummus Pontifex & Eccleſia creditur à fidelibus habere claues Regni cælorum, vt habetur Matthæi 16.

Sed

Probat Eccleſia regnū non eſſe idē cum regno Romanorū.

Regnum Eccleſiæ nō eſt mundanum ſed ſpirituale, & celeſte.

Ioā. 18. c. 36.

Quare Eccleſia regnū calorum dicatur.

Ex duobus oſtēditur in ter diuerſitas inter regna mundanā & regnum Eccleſiæ.

Phil. 3. Polit.

Matth. 16. c. 19.

Sed conſtat, quòd talis poteſtas non eſt mundana ſeu temporalis, neque ſimilis poteſtati Imperij Romani, vel aliorum Regnorum, ſed omnino ab eadem ſeparata, ſicut res corporalis à ſpirituali.

SAVLVS. Licet in tuo euãgelio, hæc poteſtas ligandi atq; abſoluẽdi animas aſſeratur tuo Summo Pontifici tradi, non tamen hoc à me creditur, nec à doctoribus meis, & ideo fruſtra cõtra me, talẽ autoritatẽ allegas.

PAVLVS. Bene credo quòd tu & tui ſimiles non credunt, prædictam poteſtatem clauium fuiſſe datã Eccleſiæ Chriſti, ſeu Summo Põtifici, licet forte hoc poſſes reperire per diligẽs ſcripturarum ſcrutinium. Legitur

Iſai. 22. c. 22 enim Iſaiæ. 22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerũ eius, & aperiet & non erit qui claudat: & claudet & non erit qui aperiat. Quæ verba recte intelligẽti adhoc adaptantur, ſed ſiue ea ſic intelligas ſiue nõ nõ curo ad præſens. Sufficit enim mihi ad aſſignandam differentiam eſſentialem inter regnum Romanorum & regnum Eccleſię: quia regnum Romanorũ in virtute armorum & ſecularium legũ dominabatur orbi, vt in ſuis hiſtoriis eſt manifeſtum: Regnum autem Eccleſiæ Chriſti, per poteſtatem Põtificalem ſupradictam ſuos regit ſubditos, & hoc ſufficit ad ponendam diſtinctionem inter potentiã Romani Cæſaris & Summi Pontificis poteſtatem, in tantum quòd non poſſunt dici vnum & idem Regnum, ſicut nec in rebus naturalibus illa quę proprię & per ſe habent diuerſas potẽtias, nõ poſſunt dici vna & eadem res.

Romanorũ Regnum in poteſtate armorum fundatum eſt, Regnum vero Eccleſiæ per poteſtatem pontificalem.

CAPITVLVM. VIII.

In quo oſtenditur, quòd Summus Pontifex, in quo principaliter reſidet Eccleſiaſtica poteſtas, licet quandoque vtatur mundana ſeu temporali poteſtate, ſcilicet armorum potentiã & huiuſmodi, non tamen talis poteſtas eſt eſſentialis ſed accidentalis.

SAVLVS.

Licet verum ſit quòd Sũmus Põtifex tuus dicatur, vti poteſtate ligandi & ſoluendi animas, quam quidem poteſtatem ſecũdum te veraciter habet, ſecundum me autem iactat ſe habere quod nõ habet: quomodo cumque tamẽ rei veritas in hoc ſe habeat manifeſtum eſt, quòd ipſe ſummus Pontifex tuus etiã vtitur armorum poteſtate & legum ſuarum, quæ humanæ ſunt, inſtitutiones. Ex quo manifeſtũ eſt, quòd eius poteſtas eſt mundana ſicut poteſtas Cęſaris, à quo ſcilicet, Cęſare talẽ poteſtatẽ mũdanam accepit, ſicut & imperialẽ autoritatẽ. Vnde & idẽ regnum dici debet, ſicut eadem poteſtas eſt quæ per ſucceſſionem gratuitę donationis proceſſit à Conſtantino in Silueſtrum, & eius ſucceſſores cum poteſtate ipſius donantis.

Obiicit quod ſummus Pontifex eo quod vtatur armorum poteſtate ſit eius poteſtas mundana.

PAVLVS. Licet verum

P eſt

Poteſtas Sũmi Pontificis eſſentialiter non eſt temporalis, licet accidẽtaliter quandoque vtatur armis.

Duplex poteſtas eſſentialis & accidentalis.

eſt quòd ſummus Pontifex vtatur quandoque armorum poteſtate: ex hoc non ſequitur quòd eius poteſtas eſſentialis ſit mundana vel temporalis. Nam ſicut in rebus naturalibus frequẽter videmus vnam & eandem rem habere duas poteſtates: quarũ vnam habet ex forma ſua ſpecifica, & illa eſt propriè eſſentialis poteſtas ſua, aliam vero habet accidentaliter ex aliquo extrinſeco ſuperuenienti ſuæ eſſentię, & illud tale non eſt proprium rei nec principale in ipſa, quia poteſt adeſſe vel abeſſe pręter ipſius rei corruptionem, ſicut ſunt accidentia. Sic pari modo conſiderandum eſt circa Eccleſię Chriſti poteſtates: nam illa poteſtas pontificalis Eccleſiæ, ſcilicet, ligandi & ſoluendi animas, eſt poteſtas eius eſſentialis & propria. Aliam verò poteſtatem quam exercet in vi armorũ & huiuſmodi nõ eſt poteſtas Eccleſiæ eſſentialis, ſed accidentalis, vnde ex hoc quod huiuſmodi poteſtate accidentali vtatur, ſcilicet mundana, non poteſt dici vnum & idem Regnum cum Regno Romanorum. Nam poteſtas mundana in Cæſare erat eſſentialis & propria, per ſolam enim illam dominabatur & regebat ſubditos ſuos. Secus eſt in Eccleſia Chriſti, in quà talis poteſtas mundana eſt merè accidentalis & non eſſentialis, vt dictum eſt.

Poteſtas Eccleſiæ, ligandi & ſoluendi eſt eſſentialis & propria Eccleſiæ.

CAPITVLVM. IX.

In quo oſtenditur, quòd Eccleſia habuit ſuũ eſſe perfectum, ſcilicet ſpiritale tempore Apoſtolorum, & aliorum diſcipulorum, antequam poteſtatem temporalem à Cæſare accepiſſet.

SAVLVS.

Ex quo tunc concedis quòd vtraque poteſtate prædicta vtitur Eccleſia tua, ſcilicet, mundana & pontificali: vnde poſſes mihi oſtendere quòd hęc poteſtas Pontificalis ſit eſſentialis ſibi, & quod poteſtas mundana ſit ſibi accidentalis: oportet enim quòd hoc mihi oſtendas clarè, vt poſsis tuum intentum fundare.

PAVLVS. Quòd poteſtas temporalis ſeu mundana ſit in Eccleſia accidentalis manifeſtè patet, ex hoc: nam quicquid aduenit rei poſt ſuum eſſe perfectum, eſt ei accidentale: omne enim tale poteſt adeſſe & abeſſe preter ſui corruptionem, vt eſt manifeſtum, ſed poteſtas mũdana & temporalis aduenit Eccleſiæ poſt ſuum eſſe perfectum ſeu completum, ergo, &c. Aſſumptum patet ex hoc quod Eccleſia Chriſti habuit ſuum eſſe perfectum à tempore paſſionis ipſius Chriſti, quando ſolam poteſtatem pontificalem habebat, in quo ſtatu durauit per magnũ tempus, vſque ad Conſtantinum, & tunc mundanam ſeu tẽporalem poteſtatem à Cæſare habuit prout tu dicis. Ex quo eſt

Eccleſia habuit ſuum eſſe perfectum à tempore paſsionis Chriſti, quando poteſtatem Pontificalem habuit.

Mundanã poteſtatẽ à Conſtãtino accepit Eccleſia.

eſt manifeſtum, quòd poteſtas illa temporalis ſeu mundana accidentalis eſt in Eccleſia; cùm poſt ſuum eſſe perfectum habuit illam.

SAVLVS. Quomodo potes aſſerere quòd Eccleſia tua habuit ſuum eſſe perfectum tẽpore Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum tui Chriſti, antequam poteſtatem mundanã ſeu temporalem à Cæſare accepiſſet: hoc enim eſt manifeſtè falſum, tãquam inconſonum omnibus hiſtoriis de hoc loquentibus. Conſtat enim etiam per tuos hiſtoriographos, quòd à tempore paſſionis Chriſti tui, uſque ad tempus Cõſtantini Imperatoris incluſiue, omnes iſti, ſuper quos nomẽ Chriſti tui inuocabatur viuebant abiectè, & ſub magnis perſecutionibus tã Iudæorum quam Gentilium, intantum quòd nomen Chriſti tui & ſuorum erat apud omnes execrabile, & omnes ſui fideles à cæteris nationibus affligebantur vſque ad mortem: ita quòd non ſolùm dominio carebant, ſed etiam erant deterioris conditionis quam alii ſerui. Serui enim a dominis ſuis tuebãtur ne occiderentur ab aliis, ſed Chriſtiani pro tempore ſupradicto exiſtentes, etiam à dominis ſuis torquebantur, & vſque ad mortem per varia tormenta occidebantur. Vnde ridiculum videtur dicere, quòd Eccleſia Chriſti tui habuit ſuum eſſe perfectum tempore Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum prout tu dicis. Sufficeret enim tibi dicere quòd Eccleſia tui Chriſti in illis tẽporibus incipiebat, quaſi non habens totius ſui eſſe perfectionem: ſed tunc incœpit habere ſuum eſſe perfectum cùm poteſtatem tẽporalem ſeu mundanam à Cæſare accepit. Vnde illa poteſtas à Cæſare accepta propriè dicitur eſſentialis in tua Eccleſia: per illam enim ſuũ perfectum eſſe habuit, ſicut etiam hodie per illam habet ſuam perfectam dignitatem, prout eſt notum rectè veritatem conſiderantibus. Vnde patet, quòd Regnum Eccleſiæ Chriſti tui, & Regnum Romanorũ cuius poteſtatem temporalem accepit, per quam nomen regni accipere, ſucceſſione gratuita habuit, eſt vnum & idem Regnum vt dicebam.

Arguit probando quòd ſtatus Eccleſia vſque ad Conſtantinum erat abiectus.

Eccleſia per quatuorcentos annos vſque ad tempora Silueſtri, fuit maximè afflicta ex hoc tamẽ nõ habetur quòd careat ſua perfectione.

PAVLVS. Concedo tibi, quòd Apoſtoli & alij diſcipuli Chriſti, à tempore paſsionis ſuę vſque ad tempus Silueſtri Papæ, quod quidem tempus durauit per 400. annos & vltra, in toto illo tempore valde abiectè viuebant, & in magnis periculis & tormentis, vſque ad ſanguinis effuſionem vitam ſuam conſumabant; nullum dominium tẽporale habentes, ſed duriſſimã patientes ſeruitutem. Sed ex hoc non ſequitur quòd concludere intendis, ſcilicet quòd Eccleſia Chriſti non habuit ſuum perfectum eſſe, ſeu ſuam dignitatem perfectam, vſque ad hoc

Ex eo quod fuerit Eccleſia afflicta, nō ſequitur illam nō habere ſummã eſſe perfectionem.

quod temporalem poteſtatem à Cæſare accepit. Nam vt tibi ſuperius, ſi memor es, dixeram, bona per Chriſtum promiſſa, ſpiritualia ſunt tantum, non temporalia, quæ quidem bona, ſcilicet ſpiritualia, excedunt in dignitate & vera vtilitate omnia temporalia bona. Vnde quia poteſtates ſeu regna humana, mere temporalia ſunt: idcirco, vt iam tibi dixeram, Chriſtus fatetur nõ pertinere ad ipſum in ſuo primo aduentu regnum mundanũ. Vnde Ioan. 18. Regnum meum nõ eſt de hoc mundo. & de hoc expreſsius loquens diſcipulis ſuis, de maioritate contendentibus, Lucæ. 22, ſic dicit: Reges gentium dominantur eorũ, & qui poteſtatem habent, benefici vocantur: vos autem nõ ſic, ſed qui maior eſt in vobis, ſit ſicut qui miniſtrat, &c. Ex quo patet, quòd dignitas Eccleſiaſtica, propriè loquendo nõn in maioritate temporali conſiſtit: nec ſolùm in hoc, ſed in aduerſitatibus mũdi pro nomine Chriſti patienter tollerandis, dignitas Eccleſiaſtica propriè proſperatur. Vnde quidam doctor de noſtris antiquis dicebat: Hoc proprium habet Eccleſia, vt dũ perſecutionem patitur floret, dũ opprimitur creſcit, dum cõtemnitur proficit, dum læditur vincit, dũ arguitur intelligit, tunc ſtat dum ſuperari videtur. Hæc ille.

Ioã. 18. f. 36.

Lucæ. 22. f. 25.

Hilar. lib. 8. de Trini.

Eccleſia floret in perſecutionibus.

CAPITVLVM X.

In quo oſtenditur, quòd Chriſtus docuit verbo & exemplo, quòd beatitudo humana conſiſtit in contemptu terrenorũ, & adheſione ad cæleſtia: quam doctrinam eius veri diſcipuli ſequuti ſunt: & quòd in primitiua Eccleſia, quando nullam poteſtatem mundanam fideles habebant, perfectiores viri vt plurimũ inueniebantur in Eccleſia, quàm nunc, quando regnis & poteſtatibus mundanis Eccleſia abundat. Ex quibus cõcluditur, quòd regnum Romanorũ & regnũ Chriſti, ſeu Eccleſiæ nullo modo ſunt idem ſed diuerſa.

SAVLVS.

NON alleges mihi rogo doctores tuos, quia ſcis nullam habent autoritam apud me, niſi fortè in quantum rationem continent.

PAVLVS. Seire debes, quòd in Dialecticis diſputationibus, vel in iudiciariis altercationibus contencioſis ſemper creditur homini contra ſe, licet non credatur ei pro ſe: & ideo dum Chriſtus noſter & ſui diſcipuli concedant ad ipſos nõ pertinere regna nec dominia temporalia, ſed potius perſequutiones & maximas tribulationes ſuſtinere, manifeſtum eſt quod in hoc ſit credẽdum ſibi, cum ſit cõtra eos, præſertim quia quòd dehac materi verbo dixerũt, operis teſtimonio comprobauerũt.

Homini cõtra ſe dicenti ſemper creditur in iudicio forē ſi non tamē pro ſe.

SAVLVS. Declara mihi iſta quę dicis, ſcilicet, quòd magiſter tuus & eius diſcipuli verbo docuerũt & facto oſtenderunt.

PAV-

Verbo & opere docuit Christus Beatitudinem, non in bonis temporalibus, ſed in eorum cõtemptu, & in perſecutionibus patienter, pro Chriſto tolerandis conſiſtere.

PAVLVS. Quod autem magiſter meus Chriſtus docuit, clarè & publicè quòd beatitudo quæ eſt vltimum à rationabili creatura deſiderabile, non ſolũ nõ conſiſtebat in bonis tẽporalibus, ſed potius in temporaliâ bona amittendo ſeu odiendo: & perſecutionem vſque ad mortem pro ſuo nomine ſuſtinendo, manifeſtè patet ex hoc. Nã in ſuo principali ſermone quem in monte ore proprio diſcipulis & multitudini populorum prædicauit apertè dixit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: Beati qui lugẽt: Beati mites, &c. & infrà: Beati eritis cùm perſequuti vos fuerint homines, & cum ſeparauerint vos, &c. in quibus & multis aliis manifeſtè docuit, quòd beatitudo, quód eſt vltimum deſiderabile, non in bonis terrenis, ſed in cæleſtibus conſiſtit: & per conſequens diſcipulos ſuos in quibus Eccleſiæ fundamenta conſiſtunt, ad hanc beatitudinem ſpiritualem dirigebat, quæ in contemptu terrenorum pro amore cæleſtium cõſiſtit. Quam quidem doctrinam ipſe Chriſtus, exemplo manifeſtè per vitam ſuam, & mortem cõfirmauit ſacratiſsimam: quod in proceſſu primitiuæ Eccleſiæ, ſcilicet, à tempore Apoſtolorũ, vſque ad tempus Silueſtri Papę maximè claruit, quãdo nulla poteſtas mundana erat apud fideles, & tamen tunc Eccleſia maximè proſperabatur in ſpiritualibus bonis. Florebat enim in frequentibus & triumphalibus martyriis, cum pro fide Chriſti ſuſtinenda omnes ſummi Pontifices, qui fuerunt à Petro, vſq; ad Silueſtrum, qui fuerunt 35. numero ferè, & multitudo magna prælatorum & religioſorũ; & etiam ſimplicium vtriuſque ſexus, pro Chriſti nomine tormenta, & tyrannorum rabiem, vſque ad acerbiſsimam mortẽ gaudenter ſuſtinebant. Ex quibus manifeſtabatur quòd virtus fidei & charitatis, quæ ſunt vera & maxima bona ſpiritualia in Eccleſia Chriſti in eodem tempore maximè abundabant, & ſic patet quod Eccleſia Chriſti plus proſperabatur in bonis ſpiritualibus tempore illarũ perſequutionum, quãdo temporalem poteſtatem non habebat, quàm cũ poſtea fideles Chriſti magnas poteſtates ſæculares & mundana dominia obtinuerunt. Nunc enim & ſi virtutes per miſericordiam diuinam nunquam ex toto deficiunt in Eccleſia, non tamẽ ſub eodem feruore & gradu cõmuniter reperiuntur, ſicut in primitiua Eccleſia quando humiliter abſque tẽporalibus dominiis curſum huiuſmodi vitę finiebant. Ex quo patet manifeſte quod tibi dicebam, ſcilicet, quòd Eccleſia Chriſti iam in ſuo eſſe perfecto & completo erat, quando ſibi aduenit temporalis poteſtas, & ſic talis poteſtas in Eccleſia non propria ſeu eſſentialis, ſed accidentalis eſt, vt ex

Matt. 5. a.

Eccleſia, in ſpiritualib9 maximè ditabatur quã do ei temporalia deficiebant.

Eccleſia martyribus florebat.

A Petro vſque ad Silueſtrum triginta & quinque Põtifices fuerunt omnes martyres.

Virtutibus fidei & charitatis proficiebat Eccleſia.

Virtutes licet nunc in Eccleſia ſint, non tamen cum tãto charitatis feruore.

De donatione Conſtantini, grauiſſima quæſtio verſatur, quæ adhuc ſub iudicibus eſt.

dictis patet. Et nota quòd, ſecũdum opinionem quorundam iuriſperitorum, Conſtantinus nõ potuit transferre dominium tẽporale ſeu imperiale ſummo Põtifici: ſecũdum alios vero licet hoc potuerit, nõ tamen debuit: ſed quicquid ſit de hoc, ſi Eccleſia Christi, ſcilicet ſummus Pontifex cum ſuo ſacro Colegio, & ſancta Synodo vniuerſali approbante, dimitterẽt ſeu renũciarẽt libere dominia ſeu poteſtates ſeculares, ſimiliter & poſſeſſiones & omnia quæ Eccleſia olim habuit à Cõſtantino Cæſare, ſic quòd Eccleſia remaneret omnino ab huiuſmodi temporalibus, ſicut tempore Apoſtolorũ expedita, nõ credo quòd alicui vero catholico eſſet dubium, quin Eccleſia Christi eſſet tantę dignitatis & verè perfectionis ſicut nunc eſt. Ex quibus patet, quòd huiuſmodi mũdana dominia poſſunt adeſſe & abeſſe, Eccleſię Christi ſine ipſius corruptione, & ſic ſunt ei accidẽtalia. Secus eſt de Regno ſeu Imperio Romanorum, à quo ſi poteſtates temporales remouerentur, Regnum remaneret penitus deſtructũ: & ideo manifeſtũ eſt, quòd Regnum Romanorũ & Regnũ Christi ſeu Eccleſiæ nullo modo ſunt idẽ, ſed diuerſa prout tibi propoſui.

Eccleſia ſine temporalibus relictis eſſet tãta dignitatis ſicut nũc eſt, nõ tamẽ eſſet tantæ potentiæ ad cohercẽdos rebelles (quod maximè expedit) vt nunc eſt.

CAPITVLVM. XI.

In quo oſtenditur, quòd per cornu paruulum affixum quartæ beſtiæ non intelligitur Christus noſter, prout Iudæi falsè exponunt.

SAVLVS.

Licet verum ſit, quod Regnũ Romanorum & Regnũ Eccleſiæ Christi tui, non ſint omnino idem ſed diuerſa, Regnum tamen Christi tui ſeu Eccleſiæ ſuę habet quãdam dependentiã cum Imperio Romano, quod propriè in reuelatione facta Danieli. 7. de quatuor beſtiis ſignificãtibus quatuor Regna ſupradicta ſignificatur. In ipſa enim viſione per quartam beſtiam ſecundũ omnes intelligitur Regnũ Romanorum. In qua quidẽ quarta beſtia cornu paruulũ apparuit, quod videtur propriè figurare Regnũ Christi tui ſeu Eccleſiæ ſuę, vt patet ex multis. Primò quia Regnũ Eccleſię tui Christi habuit initiũ infimũ, ſeu humile: quod patet de Christo tuo, qui vitam pauperẽ geſſit. Similiter de Eccleſia tua primitiua, eius veſtigia ſequente, prout tu ſupra affirmaſti, quæ quidẽ paupertas ſeu humilitas figuratur in prædicto cornu, cũ dicitur de eo quod eſt paruulum. Ex quo patet quòd illud cornu non erat ita magnum ſicut alia cornua beſtiæ, ſicut nec tua Eccleſia habuit, tam magnum initium in poteſtate, ſicut alia quatuor Regna. Secundò, quia cornu iſtud paruulum erat fixum in quarta beſtia, in quo manifeſtè figuratur Eccleſię tuæ colligatio cum Imperio Romano: quæ quarta beſtia eſt & eius deriuatio ab eo, vt factum eſt in Conſtantino & Silueſtro. Tertiò quod maius & for-

Dan. 7. c. 16.

Nititur probare cornu paruulum quarta beſtia affixũ regnũ Christi figurare quod probat.

Primo.

Secundo.

Tertio.

& fortius eſt, quia Chriſtus tuus manifeſtè docuit multa denotãda pluralitatem in diuinis, exprimendo tres perſonas diſtinctas, realiter eſſe in diuinis: quod eſt manifeſtè non ſolũ contra vnitatem diuinam, quę etiam à Prophetis demonſtratur vel ſaltem conceditur, ſed etiam contra au toritatem diuinæ ſcripturæ ex-
Deut. 6. a. 4 preſſam. Deuter. 6. Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. Similiter edocuit identitatẽ Dei & hominis, intãtum quòd ipſe Chriſtus tuus, qui verus homo erat, etiam ſecundum te fatebatur, ſe verum eſſe Deum, quod tu concedis & prædicas: quod eſt contra ſummam ſimplicitatẽ diuinam quæ etiam ratione naturali à Philoſophis demonſtratur. Ideo propriè figuratur per prædictum cornu, de quo dici-
Dan. 7. g. 25 tur in prædicta reuelatione Danielis: Et ſermones contra Excelſum loquitur. quid enim per Excelſum intelligi debet in hoc loco, niſi ipſe Deus, de quo Pſal
Pſal. 46. a. 3. mus: Excelſus ſuper omnes gentes Dominus. Quid magis contra Deum quis loquitur, quam qui contra ſuam ſummam ſimpliciſſimam vnitatem pluralitatẽ rerum diſtinctarum ei attribuit. Similiter & corporalitatẽm, ſeu humanitatem creatam in Deum creatorem aſſumi, & hominem verum Deum aſſeruit: & ſic patet manifeſtè quod Chriſtus tu⁹
Arguit Chriſtũ legis Moſaica, fuiſſe prauerſorẽ. ſermones contra Excelſum loquutus eſt. Similiter multa docuit contra legem Moſaycam, & contra eius doctores, qui quidẽ erant Phariſæi ipſam legem Moſaicam docentes, & ad literam obſeruãtes, vt patet per proceſſum Euangelij tui, & potius conſtat per euidentiam facti. Nã tu & fideles qui Chriſti tui veſtigia ſequimini totam legem Moſaicam frangitis, neglĩgẽdo pręcepta in eadem contenta lege, tã affirmatiua quã negatiua, vt diſcurrendo per ſingula patet, & ſic de magiſtro tuo prænunciatur in Daniele: Putabit quod poſſit mutare tempora & legẽ. Vnde notanter dicit, putabit *Dei ſoli⁹ eſt mutare leges, quas ipſe ſtatuit.* quòd poſſit mutare, quia ſecundũ rei veritatẽ ſolius Dei eſt mutare legẽ quã ipſe condidit. Vnde licet hoc putauit non tamen potuit hoc facere eo modo quo dicitur: Illud poſſumus quod de iure poſſumus. Dicitur autem quòd putauit, quòd poſſit mutare tempora. Nam Chriſtus tuus aſſeruit quòd tempus aduentus Saluatoris impletũ erat tempore ſuo, quod tamẽ non eſt verũ, quia ſaluator noſter nondum venit: & ſic vides manifeſtè quòd Chriſtus tuus eſt ille qui ſermones contra Excelſum loquitur, & putabit quòd poſſit mutare tempora & legem, & perconſequens ille eſt propriè figuratus per cornu paruulum, quod apparuit in quarta beſtia, quod deſtruendum eſt ſimul cum eadem beſtia quarta, ſcilicet Romano Imperio, per Regnum Meſſiæ venturi quẽ firmiter ſpecto, vt in eodem cap. Danie. habetur.

Danielis viſio de quarta beſtia in 7 cap. contēta intelligēda eſt de aduentu Chriſti ad iudicium.

PAVLVS. Si bene conſideras verum ſenſum verborum Danielis, quæ allegas, non rectè ea exponis ſed extortè. Conſtat enim in iis quæ ſunt dicta ſupra quòd hæc viſio Danielis de quarta beſtia, in 7. cap. contenta, in qua quarta beſtia ex toto deſtruenda prænuntiatur, & filius hominis prophetatur veniens in nubibus cæli, &c. totũ hoc intelligitur implendum in aduentu Chriſti ſecũdo, in quo venturus eſt in maieſtate ſua & poteſtate magna ad iudicium: non autem de primo aduentu, in quo humiliter non poteſtate mundana, ſed tanquam lapis abſciſſus ſine manibus denuntiatur venturus. Vnde non poteſt Chriſto ſecundum primum ſuũ aduentum applicari, quòd figuretur in cornu paruulo affixo, in quarta beſtia. Item de hoc cornu paruulo legitur in eodem capit. quod faciebat bellum cum ſanctis, ſeu contra ſanctos & preualebat eis, quod nullo modo poteſt verificari de Chriſto, de quo nuſquam legitur feciſſe bellum, præſertim cõtra ſanctos.

Replicat & dicit, quod bellum contra ſanctos facere, eſt bellum Iudæis inducere.

SAVLVS. Quòd Chriſtus tuus fecerit bellum contra ſanctos, exponitur ſecũdum doctores noſtros, eo quod fecit bellũ cõtra Iudęos, quibus prænaluit, quia occaſione ſua, vt ſupra dicebã, diſperſi & abiecti & quaſi deſtructi ſunt.

PAVLVS. Licet verum ſit quòd Iudæi ſunt diſperſi & quaſi deſtructi, occaſione Chriſti noſtri, eo quod non receperunt eum, ſed potius repulerũt & occiderunt: ex hoc tamen nõ ſequitur quòd Chriſtus fecerit bellum contra eos: bellum enim non dicitur niſi vbi ſit pugna inter partes adinuicem dimicantes, quod hactenus non legitur factum inter Chriſtum ſeu ſuos fideles & Iudæos.

Bellum eſt inter partes ad inuicem dimicantes.

SAVLVS. Expoſitio mea de iſto cornu paruulo principaliter fundatur in hoc, quod de eo dicitur: Sermones cõtra Excelſum loquætur, & putabit mutare tempora & legem, &c. quod rectè applicatur Chriſto tuo, modo ſupradicto, inquantum loquutus eſt contra vnitatẽ Dei, & contra eius ſummam ſimplicitatẽ. Similiter putauit mutare legem Moſaicam, & tempora præfinita ad aduentum Meſſiæ. Vnde de iſtis volo, quòd ſatiſfacias mihi, ſi potes aliis dimiſſis: in iſtis enim pendent ea quę ſunt principalia in tota controuerſia noſtra.

PAVLVS. Verum dicis in hoc quod in his quæ obiicis cõtra Chriſtum noſtrum principaliter pendet noſtra controuerſia: & ideo de iſtis eſt diligenter agẽdum. Vnde expediti de hac diſtinctione in qua ſumus, placet mihi quòd diſcutiamus de ſingulis ſupradictis.

Harum rerum declarationem remittit autor ad Diſtinctionem ſequentem.

CAPI-

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quòd per cornu paruulum ſupradictum intelligitur Antichriſtus, ſecūdum veram catholicorum expoſitionem.

SAVLVS.

HOC quidem opto, ſed volo vt prius dicas, quomodo exponitur illud de cornu paruulo, ſecundum doctores tuos, & ſic expediti de huiuſmodi reuelatione Danielis ad ſupradicta, quæ in hac materia magnę arduitatis ſunt Deo diſponente accedamus.

PAVLVS. Ad declarationē huius quod petis, duo ſunt pręſupponenda. Primum eſt in viſione in 7. cap. Danielis, contenta de aduentu Chriſti ſecundo, & de eius effectu, circa mundanā poteſtatem pœnitus auferendam, de quo ibidem agitur, vt ſupra oſtēſum eſt in 3. capit. huius diſtinctionis. Secundū eſt, quod per quatuor beſtias in hac viſione contētas deſignātur omnes poteſtates tyrānicę famoſę, quę fuerunt & erunt à principio mūdi, vſque ad finem. Prima enim beſtia in ſecunda ætate incœpit à Nembroth qui fuit primus oppreſſor hominum, & qui primo regnauit in Babylonia & Chaldæa, vt habetur Geneſ. 10. Quę quidem poteſtas tyrannica cōtinuata eſt per Aſſyrios & alios, vſque ad Nabuch. Per quartā verò beſtiam deſignatur tota poteſtas tyrannica & mundana, incipiendo à Regno Romanorū, vſque ad finem mundi, ſeu vſque ad Antichriſtum incluſiue.

Per quatuor beſtias Danielis, quatuor tyrannicæ poteſtates deſignantur.

Prima beſtia Nembroth, qui primus regnauit in Babylonia & Chaldæa. Gen. 10. b. 10.

Poteſtas tyrannica Nēbroth continuata fuit per Aſſyrios vſque ad Nabuc.

SAVLVS. Circa illa quæ primo pręſupponis, replicare non intendo, quia ſupra de hoc habuimus colloquium, in capitulo per te allegato, ſed ad pręſuppoſitum tuum ſecundum aliqua videntur dicenda, & ſpecialiter contra illud quod dicis ſignificari per primam beſtiam. Nam ſecundum planum ſenſum literæ Danielis, prima beſtia nō videtur incipere niſi à Nabuch. ſicut & in viſione ſtatuæ, prima pars illius ſtatuę, ſcilicet caput, quæ correſpondet primæ beſtiæ à Nabuch. incœpit, cui Daniel dicebat: Tu es caput aureum, &c. Danie. 2. Similiter ergo videtur dicendum de prima beſtia, quòd, ſcilicet incœpit à Nabuch. non autem à Nēbroth, de quo non fit mentio in iſtis reuelationibus Danielis. Item de hoc quod dicis quod poteſtas tyrannica per Nembroth incœpta, continuata eſt per Aſſyrios & alios vſque ad Nabuch. non allegas aliquam autoritatem ſeu rationē in quibus hoc fundes. Et ideo præſuppoſitum tuum in hoc manet ſine fundamento. Item in hoc agimus, ad habendam veram expoſitionem de cornu paruulo fixo in quarta beſtia, ad quod nihil refert an prima beſtia incipiat à Nembrot, prout tu dicis, vel à Nabuchdo. prout litera videtur ſonare. Superfluum videtur ergo hoc introducere de extenſione ſignificati per pri-

Arguit contra ſecundū ſuppoſitum.

Dan. 2. f. 38.

mambeſtiã, quod nihil facit ad propoſitum.

PAVLVS. Inter expoſitores noſtros quidã ſunt, qui per primam beſtiam Regnum Chaldeorum ſignificatũ dicũt incipere a Nabuch. ſicut tu dicis. Secũdum alios verò incipit à Nembroth, vt dixi: quę quidẽ expoſitio, ſcilicet ſecunda, magis placet mihi, eo quod Nẽbroth fuit primus Rex in Babylonia & Chaldæa, vbi poſtea regnauit Nabuch. De quo quidẽ Nembroth ſingulariter & primo legitur, quòd fuit oppreſſor hominum. Quę quidẽ oppreſsio tantę ferocitatis fuit, quòd vtebatur in Prouerbiũ, vt habetur Gen. 10. Et quia iſta quatuor regna, de quibus hîc fit mentio conueniũt in hoc quod quodlibet fuit affligẽs iuſtos ſeu fideles cum quadã ferocitate. Idcirco rationabile videtur, quòd cum de Chaldęis ageretur in quantũ fuerunt oppreſſores iuſtorũ ſeu fidelium, quod in tali narratione non prętermitteretur Nembroth, qui fuit primus Rex Chaldæorũ, & de cuius tyrãnica poteſtate priˢ facta fuit in diuinis ſcripturis mẽtio. Nec eſt ſimile quantum ad hoc de viſione ſtatuæ, quia ibi dictũ fuit, ſupra agebatur de hiis quatuor Regnis in quantum cõueniebant in cultu idolorum, in quo Nabuch. fuit principaliter excedens, voluit enim ſibi vſurpare honorem diuinum, in tantum quòd fecit ſibi ſtatuam auream magnam, in qua adoraretur ab vniuerſis populis mundi, Danielis 3. cuius ſimile non legitur factũ ante ipſum Nabuch. Et ideo rationabile fuit vt ab ipſo tanquam à capite inciperet figuratio idolatrarũ. In hac autem viſione de quatuor beſtiis in qua non agitur de idolatria ſed de tyrannica poteſtate & ferocitate quatuor Regnorum prædictorum non immerito initium ſumi debet à Nembroth Rege Babyloniæ, de cuius tyrannica ferocitate, primò facit diuina Scriptura mentionem, vt dictum eſt. Ad aliud verò quod obiicis dicens quòd nõ probo poteſtatem tyrannicam per Nembroth inceptam continuatam fuiſſe per Aſſyrios & alios vſque ad Nabuch. Dicendum quòd ſatis legitur de Senacherib Rege Aſſyriorum: qui quidem Aſſyrij exiuerũt de terra Sanaar, ſcilicet, Chaldæa, vt legitur Geneſ. 10. quòd inuaſit multas regiones, & tranſtulit nationes de ſuis propriis patriis ad alienos, vt habetur Iſaiæ. 18. & 19. Vnde præſumendum eſt, quòd etiam alij de illis partibus Orientalibus ſuccederent imitatores huiuſmodi tyrannicę ferocitatis, licet ſcriptura de his non faciat mẽtionem, eo quod non eſſent tantæ poteſtatis ſicut Nembroth, & Nabuch. qui in hoc multum excedebant: propter hoc enim Regna iſta figurantur per beſtias monſtruoſas, vt puta in Leæna cum aliis, quod non eſt in rerum natura, adde-

Regnũ per primam beſtiam ſignificatũ à Nẽbroth incæpit, qui fuit primus Rex in Babylonia & Chaldæa.

Gen. 10. b. 10.

Chaldei oppreſſores iuſtorum fuerunt & Nẽbroth primus eorum oppreſſor.

Nabuchdo. voluit ſibi diuinos honores impendi.

Dan. 3. a. 4.

Probat tyrãnicam poteſtatem per Nembroth inceptã, & continuatã per Aſſyrios vſque ad Nabuch.

Continuata fuit per Senacherib.

Aſſyrij exierunt de terra Sanaar, ſcilicet Chaldæa

Gen. 10. Iſai. 18. & 19.

ad denotandum quòd eorum ferocitas erat ſingularis tanquam monſtruoſa. De aliis verò intermediis oppreſſoribus ſeu tyrãnis, qui non ad tantũ ferocitatis gradũ attingebant, nõ fuit facta mẽtio, ſed præſumẽdũ eſt, quòd non defuerunt oppreſſores, hominum in illis partibus ex quo non fuerunt principales oppreſſores deuicti vel ſuperati per alios. Talia enim vitia ex quo incipiunt non conſueuerunt ceſſare, niſi fortiter eis reſiſtatur: quod non legitur factũ fuiſſe circa Chaldæos, vſque ad tempus Perſarum, ſeu Medorum. Ad illud quod tu dicis quòd ad expoſitionem de cornu paruulo nihil refert, an prima beſtia incipiat à Nebroth, vel Nabuch, &c. Reſpondeo quòd licet hoc non faciat ad iſtud propoſitum de neceſſitate, facit tamen de congruitate. Nam ſi per primam beſtiã ſignificantur omnes tyrannicæ poteſtates à principio mũdi vſque ad Nabuch incluſiue: congruum eſt vt per quartam beſtiam deſignentur omnes tyrannicæ poteſtates, incipiendo à Regno Romanorum vſque ad Antichriſtũ incluſiuè. Qui quidẽ Antichriſtus erit verſus finẽ mundi. Congruum enim eſt, vt fines ſermonum proportionentur ſuis principiis, ſeu initiis.

Tyrannicũ vitiũ ſemel inceptũ finem facere neſcit, niſi ei reſiſta[tur].

Per quartã beſtiam intelliguntur omnes tyrãnicæ poteſtates à Regno Romanorũ, vſque ad Antichriſtum incluſiuè.

SAVLVS. Dic ergo mihi, quomodo exponis hanc reuelationem circa quartam beſtiam, cuius ſignificationem dicis eſſe duraturam vſq; ad finem mũdi.

PAVLVS. Per quartam beſtiam communiter ſecundum omnes intelligitur Regnũ Romanorum. Quæ quidem beſtia quarta non nominatur proprio nomine ſicut aliæ præcedentes, vt puta Leæna vel Pardus, & huiuſmodi, eo quod ferocitas eius eſſet valde deformis propter magnam durationem temporis huius beſtiæ. In qua quidem duratione varie & variè ferocitates contingerũt, & in futuro contingent: & ideo non bene poſſent per proprium nomen alicuius beſtiæ deſignari. De ſeuitia autem huius beſtiæ contra fideles dicit, quòd eſt terribilis & mirabilis & fortis nimis. Dicit enim de ea, quòd diſſimilis erat cæteris beſtiis, eo quod ferocitates præcedentiũ Regnorũ excedebat, quod ſatis patuit in perſequutione fideliũ tã Apoſtolorũ quam Martyrum. Quæ quidem perſecutio à Nerone vſque ad Conſtantinum non ceſſauit, ſed continuata eſt per quadringẽtos annos. Dicitur etiam de hac beſtia quòd habebat cornua decẽ, per quę cõmuniter intelligũtur, decẽ Reges, in quos Reges ſecundũ quoſdã Romanum Regnũ diuidetur ante mũdi finẽ, ſic vt ſimul erunt decem Reges circa mundi finem. Poteſt etiam intelligi hoc de multitudine poteſtatũ, quę in proceſſu temporis ſucceſſiue fuerũt, & erunt in hoc imperio: & ſumitur hîc numerus determinatus, pro indeterminato ſicut Zachar. 8.

Quarta beſtia non nominatur proprio nomine, vide cauſam.

Romani ferocitate cætera regna ſuperabant.

Romanorũ perſecutio durauit à Nerone vſque ad Conſtantinum, nempè quadringentos annos.

Appre-

Apprehendent decem homines de omnibus linguis gentium, per quod intelligitur multitudo hominum. Vnde per hæc decē cornua intelliguntur varia & diuerſa Regna, quæ ab exordio Regni Romanorum vſque ad finem mundi in vniuerſo erant regnatura, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè: inter quæ poſſet intelligi regnum Mahometi, quod magnam partem occupat vniuerſi. Inter quæ quidem cornua diligenter conſiderabat Daniel illud cornu paruulum, quod ortum eſt de medio eorum, per quod intelligitur Antichriſtus qui dicitur paruulus, quia erit de genere Iudæorum, qui iam à magnis temporibus, ſcilicet, à paſsione Chriſti & citra ſunt in maxima deiectione & vilitate. Et iſte Antichriſtus deſcēſurus eſt ab eis, non à nobilibus eorū, vt puta de tribu Iuda, vel de tribu Sacerdotali, ſed de tribu Dan, de qua nunquam fuerunt Reges nec Sacerdotes ſeu doctores vel principes. Et ideo figuratur à Patriarcha Iacob. Geneſ. 49. In colubrem vel cęraſtē quæ ſunt animalia venenoſa & peſtifera, quod quidem cęraſte, dicitur eſſe animal venenoſum, habēs cornu in capite. Et ſic verba Danie. in hoc loco poſsūt alludere verbis Patriarchæ ſupradictis. De ipſo etiā cornu dicitur: Et ecce oculi quaſi hominis erāt in cornu iſto. quod dupliciter poteſt exponi. Vno modo ad excludendam ab eo diuinitatem, quaſi dicat, licet antichriſtus faciet tanta mirabilia vt ab aliquibus credatur Deus, tamen erit homo purus. Alio modo poteſt exponi hoc quod dicitur, quaſi hominis; ad excludendum ab eō rectam ſeu virtuoſam humanitatē, quaſi dicat: iſte Antichriſtus, tanta diabolica fraude eſt imbutus, quòd non debeat dici homo, ſed quaſi homo. Dicit etiam de eo, & os loquens magnalia, quia iactando ſe de his quæ non poteſt facere, tam promittendo quàm minando magnalia loquætur. De iſto cornu etiam dicit, quòd loquætur cōtra Excelſum, quia tota eius doctrina nephanda erit ad blaſphemandum de Chriſto, qui eſt excelſus ſuper omnes. Vnde & proprium nomen ſuum eſt Antichriſtus, id eſt, contra Chriſtum. Dicitur etiā de eo quod putabit mutare tēpora & leges. Nam tēpus quod fuit aſſignatū ad aduētum Chriſti, primū per 70. hebdomadas Danielis, quod iam tranſiit in præteritum, vt dictū eſt, putabit mutare in futurum, vt ipſe Antichriſtus credatur venire in tēpore aſſignato per Prophetas, vt ſic habeatur pro vero Chriſto, quod eſt falſiſſimum. Similiter putabit mutare legem gratiæ, ſcilicet Euangelicam, in cęrimonias legales, quę poſt paſsionē Chriſti & ſui Euāgelij diuulgationem ſunt mortiferæ: illas putabit mutare, id eſt, viuificare: quod quidē cornu ſimiliter cū quarta beſtia in qua

Per decem cornua decē Reges deſignantur, vel per decem multitudo poteſtatum intelligit numerus determinatus, proinde terminato.

Zac. 8. d. 23.

Mahometi vnum ex decē cornibus.

Antichriſtus cornu paruulum, quia vilis.

Antichriſtus de tribu Dan.

Geneſ. 49. c. 17.

Cęraſtes cornu habēs in capite.

Concordat duas Prophetias, ſcilicet, Iacob, & Danielis.

Antichriſtus quare quaſi homo dicatur.

Antichriſti doctrina.

qua eſt affixum interibit: quod ſignificat totam poteſtatem tyrannicam per verum Chriſtum, ad iudicium venientem deſtruẽdam & tradendam ad comburẽdum igni, ſcilicet infernali; & tunc iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Iſta & plurima alia quę ad expoſitionem huius viſionis Danielis, ſpecialiter circa quartam beſtiam pertinent traduntur à doctoribus noſtris, quę licet propriè conſonent literæ & veritati, non tamẽ allego ea contra te vt arguens. Scio enim quòd poſſes negare multa de his quæ dicta ſunt, ſed vt ſcias quomodo expoſitores noſtri iſtam exponunt prophetiam. Vnum tamen ex dictis accipio quod facit contra te, quod nullo modo negare poſſes, ſcilicet, quod hoc cornu paruulum de quo dicitur: quod loquętur contra excelſum & putabit mutare tempora & legẽ, erit circa diẽ iudicij & finẽ mũdi, vt manifeſtè litera teſtatur. Vnde nullo modo poſſet hoc intelligi de Chriſto noſtro, prout tu intendebas, à cuius tempore natiuitatis tranſiuerunt 1452 anni, à natiuitate ſua, & nondum ſtatim finis.

CAPITVLVM XIII.

In quo oſtẽditur, quòd ex hoc quod dicitur de cornu paruulo, quod loquetur cõtra excelſum, & putabit mutare tẽpora & legem. Quæ verba falsè Iudæi applicant ad verum Chriſtum, ſumitur ordo ad tractandum de quibuſdam, quæ ſunt magnæ arduitatis in hoc opuſculo.

SAVLVS.

QVICQVID ſit de tempore aduentus ſeu apparitionis iſtius cornu paruuli, adhuc video quòd illa quæ de ipſo cornu dicuntur propriè adaptantur Chriſto tuo, ſpecialiter illud quod dicitur de eo, quòd loquætur contra excelſum, & putabit mutare tempora & legem. Chriſtus enim tuus contra vnitatem Dei & ſummam eius ſimplicitatẽ loquutus eſt. Similiter & putabit mutare legem Moſaycam, &c. Et ideo ſi vales reſponde mihi ad iſta, quę ſunt maioris arduitatis, quam quæcumque alia inter me & te tractanda.

Arguit Chriſtum mutaſſe tempora & legem.

PAVLVS. Verum eſt vt dicis, quòd iſta ſunt diligenter inter me & te diſcutienda. Et ideo conuenit, quòd de ſingulis eorum per ſe inter nos tractetur, & detur ordo tractandi, ſcilicet, de quo primo, & de quo ſecundo, & ſic de aliis: quem quidem ordinem ad tuum beneplacitum committo.

Ex argumenti propoſitione elicit ordinem dicendorum, in ſequenti diſtinctione.

SAVLVS. Quia noſtra cognitio communiter procedit à magis notis ad minus nota. Ideo ordo tractandi ſeu diſcutiendi prædicta, quem mihi committis videtur talem eſſe debere, ſcilicet, vt prius de mutatione legis Moſaycę, quam tuus Chriſtus putauit mutare agamus: deinde de pluralitate quã docuit eſſe in diuinis: & conſequenter de incarnatione ſeu incorporatione Dei: quę omnia

A magis notis ad minus nota.

ſunt

ſunt manifeſtè cõtra ſcripturas diuinas.

P A V L V S. Placet mihi, quòd iſte ordo teneatur. Et ideo dic de primo.

D*iſtinctio octaua de Scrutinio ſcripturarum, circa innouationem diuinę legis tempore Meſſię. Et continet ſexdecim capitula.*

In capitulo primo oſtenditur, quòd legi Moſaycæ poſſet aliquid addi vel diminui, licet per aliquas autoritates Iudei nituntur oppoſitum probare.

In capitulo ſecundo oſtẽditur, quòd Deus promiſit dare populo Iſraelitico nouam legem, aliam à lege Moſayca.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd lex noua, ſcilicet lex Meſſiæ, eſt excellentior reſpectu legis Moſaycæ; & quòd lex Moſayca dicitur, eſſe vana reſpectu legis Meſſię, nec ex hoc tollit, quòd lex Moſayca nõ ſit ſancta & à Deo data.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd Deus ſuſcitaturus erat de medio Iſrael alium Prophetam legiſlatorem pręter Moyſen.

In capitulo quinto oſtenditur, quòd, licet in aliquibus præceptis Moſaycę legis videatur dici, quòd ſunt in perpetuum obſeruanda: tamen ſecundum Hebraicam veritatem hoc non eſt intelligendum de perpetuitate abſoluta, ſed tantummodo limitata ſecundum durationem debitam Moſaycę legis.

In capitulo ſexto oſtenditur, quòd terminus durationis legis Moſaycę eſt lex noua, quę data eſt, per Chriſtum; & quod lex Moſayca non obligat vltra illum terminum, quantum ad ea, quę in ipſa lege Moſayca continentur, quę non ſunt de lege naturæ, & quòd ex hoc non ſequitur, quod lex Moſayca non fuerit à Deo data.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd licet lex Moſayca quo ad plurima pręcepta in eadem contenta, non obligat tempore legis nouę, eſt tamen perutilis ad multa, quia omnia in eadem contenta ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

In capitulo octauo oſtenditur, quòd in duobus preceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetę, ſecundum ſententiam Saluatoris.

In capitulo nono oſtẽditur, quòd ſecundum quoſdam doctores Talmudicos, multitudo pręceptorum Moſaycę legis in paucis, vel etiam in vnum conſiſtunt, quod etiam concordat cum dicto ſaluatoris ſupradicto.

In capitulo decimo declaratur, de quibus mãdatis Moſaycę legis intelligendum eſt verbum Chriſti dicentis: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19. cap.

In capitulo vndecimo oſtenditur, quę ſint illa pręcepta Moſaicę legis, quę dicuntur moralia, quorum duratio eſt perpetua in hac vita, & quę ſint iudicialia ſeu cęrimonialia, quorum duratio in lege noua terminatur.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd cęrimonialia & iudicialia pręcepta, ſunt quædam determinationes moralium præceptorum, & quòd illa licet ſint inſtituta à Deo tamen ſunt mutabilia autoritate diuina ſine præiudicio immutabilitatis ipſius Dei. Quæ quidem mutatio cærimonialium & iudicialium habetur etiam per doctores Talmudicos.

In capitulo decimotertio oſtenditur,

quòd fideles Chriſti non ſunt redarguẽdi de tranſgreſſione præcepti de idolatria, eo quod adorãt ſculptilia & imagines, contra Iudæos qui eos communiter Idolatras eſſe exiſtimant.

In capitulo decimoquarto oſtẽditur, quòd fideles Chriſti non ſunt tranſgreſſores præcepti de obſeruatione Sabbati, prout Hebræi falsè exiſtimant, & quòd dies Dominica ſucceſſit Sabbato in hac obſeruatione.

In capitulo decimoquinto oſtẽditur, quòd præceptum de circuncisione corporali non obligat fideles Chriſti, ſicut Iudæi falsè exiſtimant, ſed ceſſat cum aliis cærimonialibus veteris legis.

In capitulo decimoſexto oſtenditur, quomodo intelligendum ſit illud verbum Malach. vltimo: Mementote legem Moyſi ſerui mei.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quòd legi Moſaycæ poſſet aliquid addi vel diminui, licet per aliquas autoritates Iudæi nituntur oppoſitum probare.

SAVLVS.

Arguit in lege Moyſi non eſſe aliquid innouandũ addẽdo ſeu minuendo.

SCrutando ſcripturas reperio quòd lex diuina quę data fuit per Moyſen, non erat innouanda, nec mutanda, cùm in præceptis eius non eſſet aliquid addendũ ſeu diminuẽdum. Legitur enim

Deut. 4. Deutero. 4. Et nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas & ingrediens poſſideas terram, quam Dominus Deus Patrum veſtrorũ daturus eſt vobis. Non addetis ad verbum quòd vobis loquor, neque auferetis ex eo. Ex qua autoritate & aliis ſimilibus manifeſtè habetur quod dictum eſt, ſcilicet, quòd lex Moſayca non erat aliquo modo innouanda nec addendum ei erat aliquid in præceptis eius ſeu diminuendũ. Conſtat autem quòd magiſter tuus vel ſaltem eius diſcipuli, eius autoritate totum oppoſitum fecerunt; quod patet diſcurrendo per præcepta diuina prædictæ Moſaycæ legis tam affirmatiua quã negatiua; quæ pro maiori parte à tuis fidelibus non ſeruãtur: quem quidẽ diſcurſum, per particularia ad præſens omitto, ſed ſolum volo à te quęrere in generali, quomodo poteſtis aſſerere; quòd lex noua tradita per magiſtrum veſtrum ſit à Deo data, cùm principaliter lex Moſayca conſiſtit, in præceptis in eadẽ contẽtis, quibus non eſt addendum nec minuendum vt dictum eſt.

Quomodò lex noua nõ fuit à Deo adueniens.

PAVLVS. Ad hoc quod obiicis, omiſſis ad præſens quibuſdam aliis quibus ratio tua euacuari poteſt, volo tibi breuiter reſpondere ſic. Si bene attẽdis per autoritatem quam allegas, ſolùm prohibentur ſubditi, ne addant nec diminuant propria autoritate ad præcepta diuina in lege Moſayca contenta. Sed per hoc non tollitur quin Deus vel etiam aliquis Propheta, habens diuinam poteſtatẽ ad hoc faciendum, poſſet addere vel

Exponit autoritatẽ prædictã quomodo legi Moſaycæ poteſt addi & quomodo erat innouanda.

vel diminuere ad pręcepta per Moyſen data, hoc enim proprię intelligitur per verba autoritatis à te allegatę. Dicit enim: Nõ addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo. Quæ quidem verba ad populũ Iſraeliticum diriguntur, vt patet in litera. Vnde illis prohibet addere vel auferre, quibus illa verba diriguntur, non autem ad Deum, cui non loquitur, nec ad aliquem Prophetam ad hoc diuinam autoritatem habentẽ. Non enim dixit: Non addatur ad verbum, neque auferatur ex eo, ſed dixit: Non addetis neq; auferetis ex eo, ſcilicet, vos Iſraelitici quibus loquor: ſecus eſt de Deo qui ſemper eſt liber, & poteſt ſemper addere ad verbum per ipſum datum, vel ex eo auferre. Idem dicendum eſt de Propheta, qui ad hoc haberet diuinam poteſtatem.

Replicat cõtra predictam reſpõſionem. SAVLVS. Licet concedẽdum ſit, quòd Deus poteſt addere vel diminuere ad verbũ ſeu præceptum per ipſum datum, cùm eius poteſtas non eſt limitata, ſed eſt infinita: nullus tamẽ Propheta hoc facere poſſet, nec credẽdum eſt quòd aliquis habeat ad hoc diuinam autoritatem: non enim in toto proceſſu veteris teſtamenti reperitur, quòd Deus promitteret ſe alicui daturum talem autoritatẽ, ſcilicet, immutandi Moſaycam legem, vel aliquid addendi, ſeu diminuendi ex eius præceptis, neque etiam de Meſſia promiſſo vt credo hoc legitur. Et ideo magiſter tuus vel eius diſcipuli qui pręcepta Moſaicę legis minime obſeruãt, dici debent hoc facere potius temeraria præſumptione, quam diuina autoritate.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quod Deus promiſit dare populo Iſraelitico, nouam legem aliam à lege Moſaica.

PAVLVS.

De promiſſit dare populo ſuo aliam legem à lege Moyſi. DIcere quòd nullus Propheta poteſt habere diuinam autoritatem ad hoc quod poſſit addere ad verbum ſeu præceptum per ipſum datum, vel ex eo diminuere: ſi bene cõſideras derogatorium eſt diuinæ omnipotentię, quæ poteſt libere dare ſeu concedere ſuam autoritatem cui voluerit ad diſpenſandũ ſeu innouandum in ſuis pręceptis. Sed quia dicis, quòd licet Deus hoc poſſet facere, nunquam tamen fecit nec promiſit ſe facturum. Ideo volo tibi oſtẽdere oppoſitum, ſcilicet, quòd Deus promiſit dare populo Iſraelitico nouam legem aliam ab illa quam dedit eis: cum exirent de Aegypto, quæ eſt lex Moſaica: ſimiliter quòd Deus promiſit ſuſcitare Prophetam de medio Iſrael, qui eſſet legiſlator ſicut Moyſes.

SAVLVS. Oſtende mihi hoc quod dicis per ſacras autoritates.

PAVLVS. Quod autẽ promiſſit Deus dare populo legem nouam

Hier.31.f.31 nouam aliam à lege Moſaica clarè habetur Hiere.31. vbi ſic dicit: Ecce dies venient, dicit Dñs, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cùm patribus eorũ, in die qua apprehendi manum eorum, vt educe-*De noua lege per Moſſiam dãda.* rem eos de terra Aegypti: pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorũ, dicit Dominus: ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: *Duo in prædicta autoritate ponuntur.* Dabo legem meã in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribã eam: & ero eis in Deum. Ex qua autoritate duo expreſsè haben-*Primum.* tur. Vnum eſt, quòd Deus daturus erat legem nouam aliam ab illa, quam dederat patribus eorum cum educeret eos de terra *Secundum.* Aegypti. Aliud eſt, quòd hęc lex noua alio modo erat danda, quam antiqua. Nam erat ſcribẽda in cordibus, ſicut antiqua fuit ſcripta in tabulis lapideis, ad denotandum firmitatem ſeu ſtabilitatem ſecundæ legis, ſcilicet nouæ, & infirmitatem ſeu inſtabilitatem antiquam, de qua dixerat, pactum quod irritum fecerunt.

SAVLVS. Vnde habes, quòd per pactum nouum, quod hîc dicitur, intelligatur lex noua: dictio enim, quę hîc ponitur in Hebraico, vbi tu habes pactũ, eſt Berith, quod non ſignat legẽ ſolùm, ſed etiam teſtamentum, & fœdus ſeu pactum.

PAVLVS. Licet verum eſt, quòd Berith in Hebraico, quandoque ſignificat pactum vel fœdus, frequenter tamen ſignificat legem, quę eſt quodammodo fœdus ſeu pactum inter Deum legem inſtituẽtem, & hominem recipientem legem, præſertim vbi dicitur de illo Berith ſcribi ſicut hîc dicitur: Et in cordibus eorum ſcribam eam. in talibus enim ſemper Berith ſignificat legem. Exod. enim 34. de Moyſe, quãdo decem mandata legis, quæ data fuerunt in monte Sina, in quibus principaliter lex Moſaica conſiſtit, dicitur in perſona ipſius Moyſi: Et ſcripſi ſuper tabulas verba Berith. decem ſcilicet verba. In quo loco habes manifeſtè, quòd Berith accipitur pro lege in tabulis ſcripta. Similiter Deut.29. vbi dicitur: Hæc ſunt verba Berith, quæ mandauit Dominus Moyſi ſcandere cum filiis Iſrael in terra Moab, præter illud Berith, quod ſcidit cum eis in Oreb. Berith enim ibi ſignificat legem. Vnde & in libro, qui dicitur Mequilda, ſuperiſtis & ſimilibus concluditur non eſt Berith, niſi lex. Vnde & in datione legis, quando Deus Moyſi præcipiebat monere populum ad legem ſuſcipiendam in monte Sinay. Exodi 19. ſic legitur: Dic domui Iacob: Vos vidiſtis, quę fecerim in Aegypto, &c. ſubdit: Et nunc ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis Berith meum, ideſt legem, eritis mihi in peculiũ, &c. Vnde manifeſtum eſt, quòd in

Berith licet pactum ſignificet frequenter tamen ſignificat legem.

Exod.34. d.28.

Deut.29. a.1.

Exod.19. a.4.

Berith nouum lex noua, quę ſecũdũ Talmudicos excellentior eſt Moſaica.

hoc loco, vbi Hieremias in perſona Dei dicit: Feriam Berith nouum: & poſtea ſubdit de hoc Berith: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam. quod per hoc Berith nouum, lex noua intelligatur quod fuit intẽtum. Vnde & magiſtri tui, ſcilicet doctores Talmudici, manifeſtè dicunt, quòd lex danda per Meſſiam debebat eſſe excellentior, quàm lex Moſaica.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd lex noua, ſcilicet lex Meſſiæ, tam excellentior eſt reſpectu legis Moſaicæ, quòd lex Moſaica dicitur eſſe vana reſpectu legis Meſſiæ: nec ex hoc tollitur, quòd lex Moſaica ſit ſancta & à Deo data.

SAVLVS.

Allega doctores Talmudicos, hoc dicentes.

Eccleſ. c. 2. Gloſſa Rabbi Hiſin.

Lex Meſſiæ eſt tãto excellentior, quòd lex Moyſi dicatur vana.

PAVLVS. In gloſſa Eccleſiaſt. 2. ſuper illud verbum: Vade quæſo, &c. Et ſequitur: Ecce ipſum vanitas. Rabbi Hiſin, quia dicit omnis lex, quam tu addiſcis in ſeculo iſto habet, ideſt vanitas eſt reſpectu legis ſeculi venturi; per quam legem ſeculi venturi, intelligitur lex

Eccl. 11. c. 8.

Meſſiæ. Vnde infra Eccleſiaſt. 11. ſuper illud: Si annis multis vixerit homo, & in omnibus eis lętetur. gloſſa in lætitia, ſcilicet legis, quicquid pręceſſit erit habel, ideſt vanitas. Gloſſ. omnis lex quam homo addiſcit in hoc ſeculo habel, ideſt vanitas eſt, reſpectu legis Meſſiæ. Habes ergo ex iſtis manifeſtè duo: vnũ eſt, quòd lex Meſſiæ eſt alia à lege Moſaica: non enim compararentur iſtæ leges adinuicem ſi eſſent tantum vna lex. Secundum eſt, quòd lex Meſſię tam excellẽtior eſt lege Moſaica, quòd ipſa lex Moſaica, quaſi vanitas eſt reſpectu legis Meſſiæ, vt autoritates ſupradictæ manifeſtè ſonant.

SAVLVS. Miror quomodo poſſes dicere de lege Moſaica, quòd ſit vana, cùm quamplurimæ autoritates ſacræ Scripturæ teſtantur, ipſam legem eſſe ſanctam, & à Deo datam, quòd etiam, vt credo, tu & tui conceditis.

Lex Moſaica ſancta, & à Deo data tamen dicitur vana, & nota cauſam.

PAVLVS. Nullus negare debet, quòd lex Moſaica eſt ſancta, quia fuit à Deo data, poteſt tamen dici vana, in quãtum per eam homines nõ conſequebãtur finem ad quẽ fuerunt creati, ſcilicet ad vitam æternam & glorioſam. Omnis enim medicina quantuncunque bene ordinata, ſi tamen homo eam ſumẽs non conſequitur per eam ſanitatem intentam, vana dicitur: Quod autem per legem Moſaicam homines non conſequebantur finem ad quẽ creati fuerunt, ſcilicet vitam glorioſam, ſatis patet ex iam dictis in diſt. 6. capit. 2. & aliis ſequentibus: & ideo dicitur vana reſpectu legis Meſſię, per quam homines prædictum finem conſequuntur. Et notanter doctores tui dicunt, legem

Moſaicam

Moſaicam eſſe vanam reſpectu legis Meſſię, quia reſpectu aliarum legum mundi non debet dici vana, in quantum lex Moſaica diſponit ad legem Meſſiæ, per quam finis humanę vitæ habetur.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd Deus ſuſcitaturus erat de medio Iſrael alium Prophetam legiſlatorem præter Moyſen.

SAVLVS.

Habeo mentem tuam circa hoc quod Deus daturus erat legem nouam aliam à lege Moſaica: ſed quia dixiſti amplius, quòd Deus promiſſit ſuſcitare Prophetā de medio Iſrael, qui eſſet legiſlator ſicut Moyſes. Ideo volo, vt mihi oſtendas vnde hoc habeas.

Deut. 8. c 18.

PAVLVS. Hoc quod petis habetur ſatis manifeſtè Deuter. 18. vbi legitur: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi: qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtam. Ex quibus patet propoſitum, ſcilicet, quòd ſuſcitaturus erat Deus aliquem Prophetam cui tenebātur credere omnia, quę eis ex parte Dei erat dicturus ſeu pręcepturus ſicut & Moyſi, vnde tali Prophetę ex parte Dei credendum erat, & obediendum legi per eum datę, ſicut & Moyſi obedierunt & legi eius: & ſic talis propheta ſuſcitandus debebat eſſe legiſlator ſicut Moyſes.

De medio Iſrael erat Deus ſuſcitaturus aliū prophetam Moyſi ſimilem.

SAVLVS. Si bene fuiſſes ſcrutatus hanc autoritatem cum pręcedentibus adiunctam, non inde intentum tuum concluderes. In hoc enim loco non agitur de Propheta, qui eſſet legiſlator, ſed de Propheta futura denuntiante, quod patet manifeſte ex continuatione literę ad immediatè pręcedentia: volebat enim Deus excludere à populo Iſraelitico diuinationes ſuperſtitioſas, quibus Chananęi communiter vtebantur. Vnde dicebat eis: Gentes iſtę quarum poſſidebis terram, augures, & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es: & immediatè oſtendebat eis qualiter inſtitutum erat à Deo, quòd populus Iſraeliticus haberet notitiam futurorum ſibi ad ſalutem & ad bonum ſtatum populi oportunam, ſeu congruam, ſcilicet per prophetam à Deo ſuſcitandum: et ideo ſubdit ſtatim, prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies. quaſi dicat: non oportet te quęrere cognitionem futurorum tibi pertinentium ab auguribus, ſeu diuinatoribus, quia Deus ſuſcitabit tibi Prophetam de fratribus tuis, à quo iſta poſſes ſcire licitè, quod fuit impletum in proceſſu temporis per diuerſos Prophetas

Replicatio contra prædicta.

Deut. 18. c. 14.

tas Dei, vt patet in hiſtoriis ſacræ Scripturæ. Vnde in iſta autoritate nulla fit mentio de legiſlatore, ſeu de legis datione, prout tu vis, ſed ſolùm de Propheta futura denuntiante, & ſic non habes ex hoc loco propoſitum tuum.

PAVLVS. Bene arguis in hoc, quod ex continuatione verbi per me allegati àd præcedentia ſumi debet ſenſus huius verbi. Vnde & apud doctores noſtros, intelligentia dictorum ex cauſis eſt ſummenda dicendi, & hanc rationem recolo me vidiſſe in quadam epiſtola tui magiſtri Rabbi Moyſes, ad Iudæos Affricanos, qui de mora aduentus ſui Meſſiæ, & de aliis in lege contentis murmurabant ſeu dubitabant, & inter alia ex hoc loco intendebant concludere, quòd aliquis Propheta erat à Deo ſuſcitandus ad dandam legem, quos ipſe confutabat dicens eis, quòd hîc non agitur de Propheta legiſlatore, ſed de Propheta futura denuntiante, ad quod allegabat prędictam rationem tuam. Sed re vera, tam tu quam magiſter tuus ſupradictus in hoc loco defeciſtis ſcrutinio, quod ſic patet. Nam in capitulo præallegato bis agitur de Propheta ſuſcitando, primo cùm dicit. Prophetam de gẽte tua & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Domin⁹ Deus tuus ipſum audies: & in hoc loco indubiè agitur de Propheta futura denuntiante, quod patet ex continuatione ad immediatè præcedentia, ſcilicet, vbi dicitur: Gentes iſtæ quarum poſſidebis terram augures, & diuinos audiunt, tu autem, &c. Ex quo manifeſtè patet, quòd talis Propheta dicitur eſſe ſuſcitandus ad ſupplendum defectum diuinatorum & huiuſmodi, prout tu allegaſti, & bene quantum in hoc loco. Sed in hoc eodem capitulo legitur. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, &c. In quo loco, ſcilicet ſecundo, loquitur de Propheta legiſlatore, quod manifeſtè patet ex continuatione immediatè præcedente, vbi expreſsè loquitur de legiſlatione. Dicitur enim ſtatim ante ſic: Vt petiſti à Domino Deo tuo in Oreb, quando contio congregata eſt, atque dixiſti: Vltra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar, & ait Dominus mihi bene omnia ſunt loquuti, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetur q; ad eos omnia, quæ præcepero illi, qui autem verba, quæ loquetur audire noluerit, ego vltor exiſtam. Patet igitur ex huiuſmodi continuationis ſerie, quòd quia in datione legis in Oreb populus fuit territus ex igne maximo, & aliis terribilibus ibi occurrentibus, in tantum, quòd à Deo petiuit, quòd amplius non loqueretur eis per illum modum, ne more-

Intelligẽtia dictorum ex cauſis dicendis eſt ſumẽda.

Rab. Moyſ. in Epiſtola ad Iudæos Africanos.

In dicto ca. bis agitur de Propheta ſuſcitãdo.

Deut. 18. c. 15.

Oſtendit de beri intelligi autoritas de Propheta legiſlatore.

Exod.20. c.19. Deut.5.c.15

mererentur. Vt patet Exod.20. & Deu.5. Idcirco dicit hîc quòd Deus concedit ſibi, vt iam non cum talibus terroribus legē eis daret, ſed per Prophetam, verū hominem ſicut Moyſes, in cuius ore poneret ſua præcepta, & Deus eſſet vltor cuiuſcūque inobedientis: & iſte eſt ſenſus planus literæ correſpondens immediatè præcedenti, vt patet rectè cōſideranti: vnde ratio mea nō accipitur ex primo loco, vbi dicitur: Prophetā ſuſcitabo. quia ibi de Propheta futura denuntiāte agitur, prout tu vis, ſed ratio mea fundatur in hoc quod dicitur ſecundo: Prophetam ſuſcitabo eis. quòd loquitur de Propheta legiſlatore, prout eſt manifeſtum ex dictis.

CAPITVLVM V.

In quo oſtenditur, quòd licet in aliquibus præceptis Moſaicæ legis videatur dici, quòd ſunt imperpetuum obſeruanda, tamen ſecūdum Hebraicam veritatem, hoc non eſt intelligendum de perpetuitate abſoluta, ſed tantummodo limitata ſecundum durationem debitam Moſaicæ legi.

SAVLVS.

Arguit perpetuitatem præceptorū veter. legis.

ASſertio tua de innouatione ſeu mutatione legis Moſaicæ, ſimiliter, & Propheta legiſlatore ſuſcitando, quātumcunq; videantur facere pro te, ſunt tamen autoritates ſacræ manifeſtè teſtātes de multis præceptis Moſaicæ legis, quæ duratura erant in æternū ſeu imperpetuū: quæ quidē præcepta à tuis fidelibus minimè obſeruātur, vt patet de ſabbatho, de quo Exod.31. Et cuſtodiēt filij Iſrael ſabbathum ad faciendum ſabbathum in generationibus ſuis pacto ſempiterno. Idem de Paſchate Exod.12. Erit dies iſta vobis ad memoriale, & ſolennizabitis ipſam lege ſempiterna. Idem de ſolennitate Pēthecoſtes, & de feſto tabernaculorū, & de die expiationis. Leuit.23. & 24. idem de ſacrificiis in prædictis ſolennitatibus faciendis, & de pane propoſitionis in ſingulis ſabbathis coram Domino proponendo. In quibus & in quampluribus aliis cęrimonialibus & etiam iudicialibus conſimiles dictiones ponuntur, quibus manifeſtè oſtenditur, quòd in æternum ſeu ſempiternum erant illa præcepta obſeruanda. Vnde licet concedatur tibi, quòd alia lex noua à lege Moſaica erat danda, & quòd alius legiſlator præter Moyſen erat ſuſcitandus, non tamen ex hoc ſequitur, quòd alia lex eſſet danda, quæ eſſet contraria legi Moſaicæ, præcipiendo vel permittendo fieri quod lex Moſaica prohibuit, nec etiam quòd aliquis legiſlator ſuſcitandus erat à Deo, qui legi Moſaicæ modo prædicto contradiceret, hoc. enim eſſet de directo contra ſacras autoritates prædictas teſtantes de prædictis præceptis & aliis ſimilibus, quòd in perpetuum, ſeu ſempiternum erāt duratura.

Exo.31.c.13 &16.

Exod.12. c.14.

Leuit.23.a.3 &.24.b.8.

Quod lex contraria legi Moyſi danda non erat.

Duplex eſt durationis perpetuitas, quædam abſoluta, quædam verò limitata.

PAVLVS. Ad hanc tuam obiectionē ſufficienter euacuandam oportet primo ſcrutari dictiones, quę in lingua Hebraica perpetuitatē durationis ſonant, quæ ſunt in duplici differentia: nam quædam earum ſignificant perpetuitatem durationis abſolutam, ſcilicet ſine fine, quędam verò perpetuitatem durationis ſignificant nō ſemper abſolutā, ſed quādoq; periodicam, ſeu limitatam ad aliquem ambitum tēporis determinatum. Secundo diſcurrendum eſt per præcepta ſupradicta per te allegata & ſimilia, ad videndum, quę illarum dictionum in eis ponuntur perpetuitatem durationis ſignificantium, ſcilicet an ſit de illis primo modo dictis, ſcilicet, quæ perpetuitatem abſolutam ſignificant. Vel de illis ſecūdo modo dictis, quæ perpetuitatē ſignificant nō ſolū abſolutā ſed periodicā, vel limitatam. Quantum ad primum attendendum, quòd ſecundum Rab. Necach. libr. Saraſmy. qui quidem liber apud Hebręos habetur, ſicut Catholicō apud nos, dictiones perpetuitatem ſignificantes abſolutam ſunt plures, quarū vna eſt Sela: vnde in Pſal. vbi dicitur: In ſecula ſeculorum laudabunt tē. vbi nos habēmus in ſecula ſeculorū, in Hebræo habetur Sela. Alia dictio ſignans perpetuitatem abſolutā eſt Necali. Vnde in Pſal. vbi dicitur: Viuet adhuc in æternū. vbi nos habemus in æternum, in Hebraico habetur Necali. Dictio verò ſignās perpetuitatem durationis limitatam, ſeu periodicā, eſt hęc dictio Helā, quæ propriē ſignat in Hebræo ſicut hæc dictio ſeculum in latino: ſeculum enim, non ſemper importat durationis perpetuitatem abſolutā, ſed quandoq; limitatam ſeu periodicā, prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui coniungitur. Vnde cùm coniungitur alicui dictioni ſignanti rem, cuius duratio limitatur per vitam hominis, tunc tale helam ſeu ſeculum ſignificat totum ambitum durationis vitæ ipſius hominis. Si autem coniungatur alicui dictioni ſignanti rem, cuius duratio eſt ſecundum ſtatum vnius gentis, tunc helam ſignificat totum ſeculum ſeu totam durationem illius gentis. Exemplum primi: Deut. c. 15. de ſeruo empticio, de quo legitur: Et accipies ſubulam & dabis eam in aure eius & in portam, & erit tibi ſeruus helam. id eſt in ſeculum. Quod quidem ſeculum importat totam vitam ſuam, non enim poteſt ſeruus ei vltra illum terminum ſeruire. Vel poteſt intelligi per totam vitam ſerui, nō enim poteſt ſeruus, poſtquam mortuus eſt ſeruire. Et ſic manifeſtum eſt, quòd non ſignificat perpetuitatem durationis abſolutam, ſed durationem vitę illius domini, quòd eſt ipſius ſeculū, uel etiam illius ſerui. Similiter 1. Regum. 1. Anna dicebat de Samuele filio ſuo: Et adducā eū, & apparebit in te faciem Domini, & habi-

Rab. Necach in lib. Saraſmy. Perpetuitatem abſolutam multa dictiones oſtendunt.

Sela perpetuitatem abſolutam notat.

Necali, quoque perpetuitatem abſolutam notat.

Pſal. 83.

Helam in Hebræo ſeculum ſignificat, quòd aliquando durationem perpetuāre tat aliquando verò limitatam.

Deut. 15. c. 17.

1. Reg. 1. b. 11.

Rabb. Salo.

Numer. 8. d. 24.

Leuitæ tenebantur ſeruire in templo à 25. anno vſq; ad quinquageſimū.

&hahitabit ibi ad helam, ideſt in ſeculum, quod exponit Rabbi Salo. vſque in ſeculum lęuitarū, ſcilicet, vſque ad quinquageſimum annum. Legitur Numer. 8. quòd Lęuitę tenebantur ſeruire in templo, ſeu in tabernaculo à 25. anno ſuæ ætatis vſq; ad 50. & hoc eſt quod dicebat Anna de Samuele, quòd ſtaret in tabernaculo, vſque in ſeculum, ſcilicet Lęuitarum prædictum. Nō enim poteſt dici, quòd in æternū, vel in perpetuum ibi debebat ſtare.

Hie. 2. d. 20.

Exemplū ſecūdi Hiere. 2. vbi dicitur: Ab helā, ſcilicet à ſeculo, cōfregiſti iugum, &c. In quo loco ſeculum intelligitur de tempore durationis illius gentis, nō autem de duratione ſeculi abſoluta, & hoc quantùm ad primum.

Autoritates ſacræ Scripturæ, quæ dicunt legē Moſaicam perpetuò duraturā nō ponunt dictionem perpetuitatem notantes.

Quantū verò ad ſecundū manifeſtè reperies, quòd in prędictis autoritatibus per te allegatis, ad probandū perpetuitatē durationis Moſaicę legis, vel pręceptorū eius, nunquam ponitur dictio aliqua ſignans perpetuitatē abſolutam, ſcilicet Necali, vel Sela & huiuſmodi, ſed ſolùm in eis ponitur hæc dictio helam, quę quādoq; ſignificat perpetuitatem periodicam, ſeu limitatam, ſicut hæc dictio ſeculum, & eſt ſenſus, quòd illa præcepta duratura erant per totum ſpacium durationis Moſaicę legis, non autem vltra.

Replicat probans helam in ſacra Scriptura ſignificare perpetuitatem non limitatam.

SAVLVS. Hęc dictio helā multoties ſignificat in ſcriptura æternitatem durationis, cùm enim dicitur in Pſal. In æternum Domine permanet verbū tuū. in Hebraico dicitur in helā permanet verbum tuum. Similiter cum dicitur: Et veritas Domini manet in æternum. vbi dicitur in æternum, in Hæbręo ponitur in helam. Manifeſtum eſt autem, quòd verbum Dei ſimiliter, & eius veritas non habeat durationem limitatam, ſed abſolutam, quod eſt cōtra ſuperius per te dicta.

Pſal. 118.

Pſa. 116. in 2.

PAVLVS. Si bene verba mea conſideraſti, hoc quòd nunc dicis nō facit contra me. Dixi enim, quòd ſeculum ſeu helam non ſemper importat durationem abſolutam, ſed quandoque limitatā, prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui coniungitur. Vnde cùm hæc dictio helam coniungitur rei habēti certum temporis ambitū, tunc talis dictio ſignificat perpetuitatem ad talem ambitum pertinentem, ſicut de ſeruo emptitio dicitur Deuter. 15. & de aliis ſupradictis. Cùm autem hæc dictio helam coniungitur rei cui pertinet duratio æterna, tunc importat æternitatis durationem. Vnde ſicut ſeculum, ſeu helam leuitarū terminatur in quinquageſimo anno, & ſeculum ſerui emptitij terminatur in vita ſua, vel domini ſui, & ſeculum gentis Iſraeliticæ terminatur in duratione ſtatus illius gentis, ſic ſeculū diuinū, quod eſt interminabile cōmenſuratur ętęrnitati. Vnde cū dicitur de Deo in Pſal. à ſeculo tu es Deus, intelligitur ab ęterno,

Deut. 15. c. 17.

Quādo hæc dictio Helā coniungitur rei cui pertinet duratio æterna tunc æternitatem dicit.

Seculum diuinum æternitati commēſuratur.

ęterno, eo quod duratio ad Deũ pertinens eſt æterna. Et ideo in autoritatibus per te allegatis, vbi habetur quod aliqua lex Moſaica, vt puta lex de ſabbatho obſeruanda, & de Paſchate, & huiuſmodi erat duratura in helam, intelligendum eſt in ſeculo legis Moſaicæ pertinenti, non autem vltra.

SAVLVS. In autoritatibus per me allegatis contra te hæc dictio helam interpretanda eſt in ſempiternum, ſic enim interpretati ſunt trãſlatores tui, vt patet per tranſlationẽ cõmunem apud te & tuos autẽticam: vnde non decet te aliter in prædictis locis eam interpretari.

Aliter procul dubio loqueretur piſsimus D. Paulus Burgẽ. de traſlatione vulgata, ſi poſt Cõc. Trid. ſcripſiſſet: interpretare tamẽ hũc locum, prout infra D. Hiero.

PAVLVS. Licet verum ſit, quòd trãſlatores noſtri interpretati ſunt hanc dictionem helã per æternum, ſeu ſempiternum in autoritatibus, quæ loquuntur de obſeruatione ſabbathi, & quorundam legalium præceptorũ, non tamen cum eis tenendũ eſt, ſed potius ſtandum eſt cum veritate Hebraicæ literæ, probatum eſt enim ſupra, quòd hæc dictio helam non ſemper ſignificat ſpatium ſeu durationem æternam, ſed durationem rei, cui coniungitur congruentem. Et ideo in hoc loco nõ eſt tenendum cum tranſlatione noſtra communi, cũ ſtare nõ poſſit cum Hebraica veritate, nec cum catholicorũ determinatione.

SAVLVS. Quomodo ergo poſſes ſaluare interpretatores tuos, præſertim Hieronymum, qui tantæ autoritatis eſt apud te.

Perpetua dicuntur, quę complẽt terminum ſibi poſſibile.

PAVLVS. Beatus Hieronymus loquitur in hoc loco more communi ſeu vulgari, quo dicũtur perpetua illa, quę cõplent terminum ſibi poſſibilem, ſeu debitum, vt cùm dicitur communiter in inſtrumentis publicis ad perpetuam rei memoriam. Similiter in collationibus beneficiorum conſueuit dici canonicè, & in perpetuum. Quæ quidẽ perpetuitas non eſt abſoluta, ſed ad ſuum debitũ, ſed poſſibilem terminũ limitata, & iſto modo trãſlatio Hiero. eſt intelligenda in hoc loco, cùm enim dicit de obſeruatione ſabbathi, quòd eſſet æterna ſeu perpetua, & ſic de aliis intelligendum eſt de perpetuitate durationis legi Moſaicæ pertinente.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtenditur, quòd terminus durationis legis Moſaicæ eſt lex noua, quæ data eſt per Chriſtum, & quòd lex Moſaica non obligat vltra illum terminum quantum ad ea, quæ in ipſa lege Moſaica continentur, quæ non ſunt de lege naturæ, & quòd ex hoc non ſequitur, quòd lex Moſaica non fuerit à Deo data.

SAVLVS.

Quęritur terminus legis Moſaicæ.

NVllus terminus durationis legitur aſſignat⁹ fuiſſe Moſaicæ legi, vt ad illum terminum referri poſſit helam ſeu ſeculũ, ſicut fuit terminus aſſignatus læuitis ad ſeruiendum in templo, ſeu in tabernaculo, vt dictũ eſt. Similiter

Similiter in ſeruo emptitio ad ſeruiendum domino ſuo: & ideo hęc dictio helam, quę ponitur in obſeruatione ſabbathi, ſeu circuncisionis, & huiuſmodi, interpretanda eſt ſecundum durationem totius ſeculi præſentis, ſcilicet vſque ad finẽ mũdi, prout cõmuniter intelligitur apud nos.

PAVLVS. Verũ eſt, quòd tu & tui non creditis aliquẽ terminum fuiſſe poſitum in hac vita durationi Moſaicæ legis. Vnde per hanc dictionem helam, in obſeruatione præceptorum legalium poſitã, intelligitis durationem perpetuã abſolutè. Quẽ quidem errorem nonnulli eorũ, qui fidẽ Christi receperunt ſunt ſequuti, vt patet in primitiua Eccleſia, quãdo quamplurimi, ritè baptizati, legalia obſeruabant, contra quos Apoſtolus noſter Paulus in ſuis efficaciter ſcripſit epiſtolis. Qui quidem morbus peſtiferus antiquitus, adhuc inter hæreticos pullulat modernos, cuius tamen falſitas manifeſta eſt. Nam lex Moſaica ex Dei ordinatione non erat obligatoria ad ſemper, ſed tantum ad terminum à Deo præfixum, ſcilicet vſque ad legem Meſſiæ promiſſi. Quod ſic patet: nam vt ex ſupradictis habetur, Deus promiſſit ſe daturum populo Iſraelitico legem nouam aliam à lege Moſaica, prout habetur Hier. 31. Quæ quidem lex noua in multis habebat excellere legem antiquam. Et primo in modo dandi, quia lex Moſaica data fuit in tabulis lapideis, lex verò noua erat in cordibus ſcribenda, vt habetur ex autoritate Hiere. præallegata, per quod deſignatur legis nouæ maior ſtabilitas, in quo quodammodo aſſimilatur legi naturę, quę indelebiliter in cordibus imprimitur. Secũdo, quia lex Moſaica quantum ad illa quę in ea continentur, quæ non ſunt de lege naturæ, nõ obligabat ad eius obſeruantiam niſi ſolã gentem Iſraeliticã, cui ſoli data fuit. Vnde in Pſalm. de Deo dicitur: Annuntiãs verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael, non fecit taliter omni nationi, &c. ſed lex noua quę eſt lex Christi, ſicut & lex naturæ omnes nationes obligat. Vnde Iſai. 42. de Christo & eius legẽ dicitur: Donec ponam in terra iudicium, & legem eius inſulæ ſpectabunt. Tertio, quia lex Moſaica, quantum ad ſupradicta, ſcilicet quę non ſunt de lege naturę, nõ obligabat ſubditos ſuos vbique, ſed ſolùm in terra promiſſionis. Vnde Deut. 4. Scitis, quòd docuerim vos pręcepta atque iuſtitias ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus, vt faciatis ea in terra quã poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis & implebitis opere. & infra eodem cap. Mihiq; mandauit eodem tempore, vt docerẽ vos cęremonias, & iudicia, quę facere deberetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. Similiter & Deut. 5. poſtquam Moiſes repetiuit pręcepta decalogi, & ea quę contigerunt tempore dationis legis,

In primitiua Eccleſia quidam decepti legalia obſeruabant.

Lex Moſaica non erat obligatoria poſt legem Meſſiæ.

Hier 31. f. 33

In multis lex noua antiquam excelebat.

Primo in modo dandi legem.

Lex noua legi naturæ aſſimilatur in hoc, quod indelebiliter in cordibus imprimitur

Secundo, quia lex illa Iſraelitis tantum obligabat.

Pſa. 147. a. 19.

Iſa. 42. a. 4.

Tertio, quia lex illa obligabat tantũ in terra promiſſionis.

Deut. 4. a. 5.

Deut. 5. d. 31

ſubdit. Tu verò hîc ſta mecum: & loquar tibi omnia mandata & cærimonias atque iudicia, quæ docebis eos, vt faciant ea in terra, quam dabo eis in poſſeſſionem. Ex quibus & multis ſimilibus manifeſtũ eſt, quòd lex Moſaica, quantum ad ea, quę in ea continebantur, quę nõ eſſent de lege naturę, non obligabant ad omnem locum, ſed ſolum in terra promiſſionis. Lex verò noua, ſcilicet Chriſti, ſicut & lex naturæ obligabat vbique, de qua Malach.1. poſtquam dicit de reprobatione ſacrificiorum veteris legis, dicit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra. ſtatim ſubdit: Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnum eſt nomen meum in gẽtibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Ex quo patet manifeſtè quod ſacrificia Deo oblata, quę nullo modo erant in veteri lege accepta, niſi in tẽplo, vel tabernaculo, quæ in terra promiſſionis erant ſita, poſtea debebant Deo eſſe accepta, vbique, ſcilicet ab ortu ſolis vſq; ad occaſum. Quarto, quia lex Moſaica tẽporalia bona promittebat in prẽmiũ ſuę obſeruantię, & pœnas tẽporales in pœnã trangreſſionis eius, quod patet Leui.26. & 28. & in multis aliis locis. Lex verò noua, vt patet per eius diſcurſum, ſpiritualia bona promittit, ſcilicet regnum cælorum, & pœnas, ſpirituales comminatur,

Mala.1.c.10

Quarto, quia lex Moſayca tẽporalia bona promittebat.

Leuit.26. & 28.

vt eſt gehenna ignis. Conſtat autem etiam apud Philoſophos, quòd bona ſpiritualia incomparabiliter excedunt temporalia, & è contra de malis oppoſitis. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quia lex Moſaica dabatur populo rudi adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionẽ, quę futura erat in tempore nouę legis. Vnde Rab. Moy. Aegyptius, in ſua expoſitione, ſuper librum Sãhedrin cap. Helech. ponit exemplum ad huiuſmodi remunerationes temporales promiſſas intelligendum de puero, qui prouocatur ad diſcendum literas per aliqua parua munuſcula, quę ſunt in eius affectu: conſequenter cùm attingit ętatem, in qua ad honores afficitur, prouocatur ad diſcendũ per hoc, quod promittitur ſibi gradus magiſterij, vel doctoratus. Conſequenter verò, cùm attingit ad cognitionẽ, quòd per virtutem ſcientiæ anima magis perficitur, tendit ad diſcendum amore ipſius ſcientię ſeu perfectionis, & ſic in propoſito. Nam populus Iſraeliticus, cui lex fuit data, rudis erat, & non erat in eius affectu, niſi cupiditas terrenorũ, & ideo per bona terrena ſeu temporalia inducebatur ad obſeruationẽ præceptorum legis. Sed tempore Meſſię, quando diuinorũm cognitio magis debebat eſſe in mũdo. De quo tempore Iſa.11. Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquę maris cooperientes, tunc lex noua per ipſum danda

Ratio diuerſitatis illarum legum.

Rab. Moyſ. Aegyptius ſuper li. Sãhedrin cap. Helech. Exemplum notandum.

Iſa.11.b.

non

non habebat inducere ad ſui obſeruantiam per bona temporalia, quæ minima ſunt, & quaſi nulla reſpectu bonorum ſpiritualium. Quapropter magiſtri tui dixerũt, quòd omnis lex, quam tu addiſcis in hoc ſeculo, ſcilicet in ſeculo veteris legis, vana eſt reſpectu legis Meſſiæ, vt ſupra fuit allegatum. Ex quo patet, quòd tempus durationis veteris legis dicitur ſeculũ per ſe, & vocabatur ſeculum, ſcilicet helam prius reſpectu ſeculi Meſſię, quòd dicitur futurũ. Vnde Rab. Moiſ. in ſuo Deut. libro de Iudicibus, titu. de Regibus capit. 12. dicit: Non eſt inter helam, ideſt ſeculum iſtud & tempus Meſſię, niſi ſubiectio Regnorũ. Ex quo patet manifeſtè, quòd ſecũdum ipſum tempus veteris legis vocatur helam, ſeu ſeculum per ſe diſtinctum à diebus Meſſię. Vnde in illo ſeculo tantum à diebus Meſſiæ diſtinctio lex Moſaica obligabat. Et ſic intelligenda eſt hæc dictio helam in obſeruatione præceptorum legalium poſita, lex autem noua, ſcilicet Chriſti, obligat ad ſemper, ſicut & lex naturæ. Ex quibus habes, quòd legi Moſaicæ fuit terminus præfixus ſuæ durationis, ſcilicet lex noua, in quam terminatur, & ad quam diſponit, & in quam ordinatur, ſicut imperfectum ad perfectum.

Rab. Moiſ. lib. de Iudicibus tit. de Regib. c. 12.

Lex noua obligat ad ſemper, ſicut lex naturæ.

SAVLVS. Video quòd circa legem Moſaicam quædam concedis, quę non poſſunt ſimul ſtare: concedis enim ipſam fuiſſe datam à Deo, & tamen dicis quòd eſt imperfecta. Quæ quidem duo nõ poſſunt ſimul ſtare: teſtatur enim ſcriptura Deut. 32. quòd Dei perfecta ſunt opera. Item aſſeris, quòd lex Moſaica non obligabat ad ſemper, ſed ſolùm in ſeculo terminato ſeu limitato, quod non pertinet ad opus Dei. Legitur enim Eccl. 3. quòd omnia opera, quę fecit Deus perſeuerant in æternũ, & ſic iſta duo incõpatibilia ſunt, ſcilicet, quòd illa lex ſit à Deo, & tamen, quòd non perſeueret in æternum.

Deut. 32.

Arguit legẽ Moyſi eſſe perfectã, & ſemper durare.

Eccleſ. 3. c. 14.

PAVLVS. Ad primũ reſpõdeo tibi, quòd perfectum poteſt dici dupliciter. Vno modo illud, quod eſt perfectum ſimpliciter, prout pertinet ad ſpeciẽ, ſeu naturam ſuam. Alio modo dicitur perfectum nõ ſimpliciter, ſed ſecundum temporis conditionem. Primo modo dicitur homo eſſe perfectus ille, qui attingit ad perfectionẽ humanæ ſpeciei iã in ætate perfecta. Secũdo modo dicitur perfectus puer, qui ſecundum temporis conditionem attingit perfectionẽ humanæ ſpeciei non autem ſimpliciter: & iſto modo certa præcepta, quæ pueris dantur ſunt quidem perfecta ſecundum conditionem eorũ, quibus dantur, & ſic non fuit perfecta ſimpliciter: & talia fuerunt præcepta legis, ſcilicet perfecta ſecundum conditionem populi rudis, cui dabatur. Ad ſecundum reſpondeo, quòd in illa autoritate Eccleſi. quę dicit: Omnia quę fecit Deus perſe-

Perfectũ dupliciter dicitur.

Optima ſimilitudo.

Expoſitio autoritatis Eccl. 3. c. 14.

perſeuerant in æternum. Vbi in trāſlatione noſtra dicitur in ęternum, in Hebręo habetur in helā, id eſt in ſeculum, quod non ſignificat durationem æternam, ſeu perpetuam, ſed periodicam & limitatam, vt dictum eſt, quod verificatur de quolibet ente: vnūquodq; enim durat, ſeu perſeuerat in ſeculo ſuæ durationis à Deo terminato, & iſte eſt verus ſenſus & planus illius autoritatis, falſum enim eſſet dicere, de quolibet ente à Deo facto, quòd perſeuerat in æternum. Vnde & de lege Moſaica verum eſt dicere, quòd perſeuerat in helam, id eſt in ſeculo ſuo, prout iam ſupra fuit oſtenſum.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtēditur, quòd licet lex Moſaica, quoad plurima præcepta in eadem contenta non obligat tempore legis nouæ, eſt tamen perutilis ad multa; quia omnia in eadem contenta ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

SAVLVS.

Infert legē Moſaicam inutilē eſſe.

SI lex Moſaica nō perſeuerat, niſi in ſeculo ſuo, quod quidē ſeculum ſecundum te in legē nouam terminatur, ſequitur quòd lex Moſaica, ſecūdum te, qui credis legem nouam iam veniſſe, iam non perſeuerat, & ſic eſt iā omnino inutilis, nec obligat ad aliquid faciendum, neque vitandum, quòd eſt inconueniens manifeſtè. Nam ſecundum hoc lex Moſaica, ad quid occuparet mēbranas veſtras, & quare in Biblio tecæ volumine includeretur, cū ad nihilum valeret vltra, illud enim cuius ſeculum iam prætериit definit eſſe, & in nihilum redigitur.

PAVLVS. Abſit à mente fidelium credere, quòd lex Moſaica eſt inutilis, etiam poſt aduētum legis nouæ, nec etiam aſſerere licet, quòd lex Moſaica etiam tempore gratiæ non obligat ad aliquid faciēdum, neque vitandum: iſta enim ſunt à veritate catholica omnino aliena. Primum patet ſic: dicere enim, quòd lex Moſaica, vel etiā alia, quæ in canonicis libris veteris teſtamenti continentur, ſunt inutilia poſt legem nouam, eſt de directo contra Apoſtolum noſtrū, quem in Doctorem gentium habemus, qui vniuerſaliter dicit: Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Illa enim, quæ ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt, manifeſtè ſunt nobis vtilia, quod etiam diſcurrendo hoc poteſt haberi, diſcurrendo dico, nō per ſingula generū; quia eſſet valdè difficilè, ſed per genera ſingulorum, vel eorum plurima. Conſtat enim, quòd ea quæ in ſacra Scriptura antiqui teſtamenti continētur ſunt in quadruplici differentia. Quia ſunt vel hiſtorialia, vt ea quę narrant geſta, quæ antiquis temporibus contigerunt, vel ſunt prophetica, & hoc diuerſimodè, quia aut de præterito, vt cū Moyſes prophetauit de creatione mundi Geneſ. 1. cuius notitiam non potuit

Lex Moſaica in canonicis libris cōtenta poſt legē nouā eſt vtilis, & ad noſtram doctrinā ſcripta.

Scripta in veteri teſtamento ſunt, in quadruplici differētia.

Primo hiſtorialia.

Secūdo prophetica.

Geneſ. 1.

tuit habere, niſi per diuinam reuelationem. Aut de futuro, vt cùm Prophetæ prophetant de aduentu Meſſię, & etiam de multis aliis quorum aliqua pro tunc erant futura nunc autem impleta, alia verò adhuc ſunt implenda in futuro.

Tertio ſapientialia.

Vel ſunt ſapientialia, vt ea quæ pro maiori parte in libris Salomonis continentur.

Quarto legalia.

Vel ſunt legalia, vt præcepta affirmatiua vel negatiua, quę pręcipuè in pentatheuco continentur.

Vtilitas hiſtoriarum ſacræ Scripturæ.

Hiſtorialia autem, quæ narrātur in ſacris ſcripturis, magnā nobis præſtant vtilitatem: ſicut ex hiſtoria diluuij, quæ narratur Geneſ. 7. informamur de prouidentia diuina, & eius iuſtitia, per quam Deus omnia animata puniuit, & Noe iuſtum cum ſua poſteritate reſeruauit. Similiter ex hiſtoria Sodomorum iuſtitiam diuinam per malorum punitionem percipimus, & eius miſericordiā per euaſionem Loth, precibus ſeu meritis Patriarchæ Abrahæ cognoſcimus. Idem de ſubmerſione Aegyptiorū, & liberatione filiorum Iſrael ab eorum ſeruitute, & de multis aliis iuſtitiis Dei, quibus iniuſti puniuntur, iuſti verò remunerantur, plenè cognoſcitur: & de talibus in ſcripturis ſacris contentis intelligi poteſt illud Pſal. Iuſtitiæ Domini rēctæ lętificantes corda, tales enim hiſtorię rectè narratæ iuſtorum corda lętificant. Iuxta illud Pſal. Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Dñe, & conſolatus ſum.

Pſal. 18. c. 9. — *Pſal. 118. 52.*

Prophetiæ vtilitas.

Ex Propheticis autē in ſacris ſcripturis veteris teſtamenti multa nobis ad doctrinam noſtram accomoda accipimus. De creatione enim mundi, quam Moyſes prophetizauit, habemus verām fidem de hoc, quòd mundus nō fuit ab æterno, nec à ſeipſo, nec ab alio, niſi tantùm à Deo de nihilo productus, in quo nonnulli Philoſophorum errauerūt, oppoſitum aſſerentes. Similiter, & de aduentu Saluatoris tunc futuro, quam multa noſtræ ſaluti accommoda per prophetica vaticinia percipimus. Vnde & de talibus poteſt verificari illud Pſal. quod de ſacra Scriptura dicit: Teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis. Talia enim prophetica teſtimonia ſapientiam pręſtant paruulis, ſcilicet hominibus, quorum cognitio naturalis communiter ad talia cognoſcenda non niſi reuelatione diuina attingit.

Pſal. 18. b. 8.

Sapientialia magnam cō ferunt vtilitatem, &c.

Sapientialia verò in ſacris ſcripturis contenta magnam nobis conferunt vtilitatē, quãdoq; in cognitione diuinorū, quandoq; vero in cōmendatione morum, & vitiorū extirpatione, vt patet ipſa diligenter intuenti: de quibus poteſt dici illud Pſalm. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

Pſal. 118. 130

Legalia etiā nunc maximè nobis cōferunt.

Pręcepta verò legalia, ſcilicet Moſaicę legis etiam tempore legis nouę maximè nobis conferūt, quorum quędam ſunt maxima, tanquam communia & prima pręcepta legis naturę, ſcilicet: Diliges Dominum Deum tuum ex toto

corde

Deut.6.a.5. corde tuo. Deut. 6. &: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Leuit.19. d.13. Leuit.19. quæ ſunt per ſe nota rationi humanæ, vel per naturam, vel per fidem. Quæ quidem præcepta licet ſint duo propter diuerſitatem obiectorum, ſunt tamen vnum ex vnitate finis: quia Deus diligendus eſt propter ſe, & proximus propter Deum. Ad quod quidem præceptum de dilectione præcepta decalogi referuntur, ſicut cōcluſiones ad principia communia: & ideo de iſto præcepto, ſcilicet dilectionis propriè intelligitur illud Pſalm. Pſal.18.c.9. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Sicut enim per lumen corporale viſibilia cognoſcuntur corporalia, ſic per iſtud præceptum alia ſupradicta cognoſcuntur eſſe iuſta. Quæ quidem præcepta, ſcilicet tam prima, quæ per ſe ſunt rationi humanæ nota per naturam vel per fidem, vt dictum eſt, quàm alia, ſcilicet præcepta decalogi, quæ ex principiis communibus manifeſta conſideratione cognoſci poſſunt in lege noua, omnino ſunt obſeruanda. Vnde & magiſter & ſaluator noſter de primis Matth.22. d.40. duobus dicit Matt.22. In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. De præceptis verò Matth.19. c.17. decalogi dicit Matt.19. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata Dei. Nullus igitur ſanę mentis aſſerere poſſet, quòd lex vetus, in qua huiuſmodi præcepta ſaluti humanæ neceſſaria à Deo fuerunt data, inutilis ſit tēpore legis nouæ, nec etiam dici poteſt, quòd præcepta legis Moſaicæ de quorum numero prædicta præcepta ſunt non obligent tempore gratiæ.

Præcepta de dilectione licet duo ſint, ſcilicet dilectio Dei & proximi vnum tamē eſt ex vnitate finis.

Quomodo lex Moyſi, quantum ad aliqua obligat tempore gratiæ.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd in duobus præceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetæ ſecundum ſententiam ſaluatoris.

SAVLVS.

Dicta magiſtri tui per te nūc allegata videntur rationabiliter impugnāda, & primò primum, ſecundò ſecūdum. Primū enim manifeſtè diſcordat cū toto proceſſu præceptorum in lege & in prophetis contentorū: in quo quidem proceſſu non ponitur aliqua pendētia vnius præcepti ad alterum, ſed quodlibet illorum ponitur tanquam à Deo præceptum per ſe, ſine aliqua pēdentia ad alterum. Dicere ergo quòd in duobus præceptis de dilectione, ſcilicet Dei & proximi, tota lex pēdeat & prophetę eſt, omnino ſacræ Scripturę inconſonum. Item iſtud præceptum de dilectione nō ponitur inter præcepta decalogi, nec de eo videtur in decalogo facta fuiſſe mentio: ſimiliter, nec legitur fuiſſe datum ante dationem legis. Dicere ergo, quòd præcepta decalogi referuntur ad præceptū de dilectione, quod nō fuit datum ante quam decalogus daretur, & quòd decalogus ſe haberet ad præceptum de dilectione, ſicut concluſiones ad principia communia, nullam videtur continere

Quaritur quomodo ex duobus charitatis præceptis tota lex pendeat cū vnum præceptum nō pēdeat ex alio.

Præceptū de dilectione non eſt in decalogo.

tinere rationem, & ſic illud dictum magiſtri tui, in quo dicit, quòd in illis duobus præceptis de dilectione Dei & proximi tota lex pendet & Prophetę, remanet vacuum & inane.

Dupliciter pendent cætera diuinæ legis præcepta à dilectione. Primo ex veritate.

PAVLVS. Ad primum, quod obiicis contra doctrinam magiſtri mei, dicentis, quòd in duobus pręceptis, ſcilicet de dilectione Dei & proximi, tota ſeu vniuerſa lex pendet & Prophetæ, tibi reſpondeo, quòd hoc dictum eſt veriſſimum, ſicut & cætera alia quæ in mei magiſtri & ſaluatoris doctrina habetur. Nã in duobus præceptis de dilectione ſupradictis cætera præcepta diuina pendent dupliciter: vno modo ex veritate, ſicut concluſiones in ſuis principiis. Nam ſicut in ſpeculatiuis veritas concluſionum dependet ex veritate ſuorum principiorum, ſic & in practicis ratio particulariũ agendorum pendet ex ratione ſuorum principiorum.

Ex hoc quod Deus ſit ſuper omnia diligendus, ſequitur quòd non ſit alius Deus colendus, & ſic de reliquis mandatis.

Ex hoc enim quod Deus eſt ſuper omnia diligendus, ſequitur quòd non eſt alius Deus colendus, nec eius nomen in vanum ſumendum, & ſic de aliis pręceptis in Deum ordinãtibus: & ſic patet, quòd pręcepta in Deum ordinantia manifeſtè pendent ex pręcepto de dilectione Dei modo prædicto.

Præcepta, quæ ordinãt ad proximũ pendẽt à dilectione proximi.

Idem eſt dicẽdum de præceptis ordinantibus in proximum, vt cũ dicitur: Nõ occides: Nõ mœchaberis, &c. ſcilicet, quòd omnia illa dependent ex ratione iſtius pręcepti: Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum. ſicut ratio concluſionum pendet ex ratione ſuorum principiorũ.

Secundo modo. Obſeruatio mãdatorũ ſi ſine dilectione fiat præmiũ non meretur.

Alio modo pręcepta diuina in ſacris eloquiis contenta pẽdent ex ratione ſuorum principiorum, in duobus præceptis de dilectione ſupradictis, ſcilicet in præmio debito facientibus illa pręcepta: nullum enim præmium debetur cuſtodientibus diuina pręcepta, niſi in dilectione Dei fundetur, ſeu radicentur: quod patet ſic. Nam Exod. 20. in prohibitione idolatrię Deus promittẽs pœnas trãſgreſſoribus, & prẽmia obſeruantibus ſubdit: Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ eorum, qui oderunt me, & faciẽs miſericordiã in millia, his qui diligunt me & cuſtodiũt præcepta mea. *Exod. 20. a. 5.*

Corelariũ reſponſiuũ ad primum argumentũ.

Ex quo patet manifeſtè, quòd Deus præmiat per ſuã miſericordiã cuſtodientes ſua pręcepta, ſi tamen diligunt eum, & & oppoſitũ de tranſgreſſoribus. Et ſic habes, quòd præmia debita cuſtodientibus præcepta diuina pendent ex dilectione Dei, quam qui non habet per cuſtodiam aliorum pręceptorum nullum præmium cõſequetur: & ſic tota lex quantum ad rationẽ prę mij & per conſequens meriti dependet in duobus præceptis de dilectione ſupradictis.

Reſponſio ad ſecundũ.

Et per hoc patet reſponſio ad ſecundũ obiectum tuũ, in quo dicit, quòd pręcepta decalogi non referuntur ad pręceptum de dilectione, eo quod

eo quod nõ fuit datum antequã decalogus daretur, nec in decalogo fit mẽtio de huiuſmodi præcepto. Nam manifeſtum eſt per autoritatem prędictam, quòd in decalogo fit mentio de huiuſmo di pręceptis, ſcilicet de dilectione Dei, quę requiritur ad conſequendam Dei miſericordiam in cuſtodientibus pręcepta diuina. Vnde dicit: Faciẽs miſericordiã cum iis, qui diligunt me & cuſtodiunt præcepta mea. & ſic habetur expręſſa mentio de dilectione Dei neceſſaria ad præmia cõſequenda: non tamẽ ponitur dilectio Dei per modum præcepti hîc in decalogo, ſed preſupponitur, tanquam per ſe notũ per naturam, vel per fidẽ, vt dictũ eſt, ponitur tamen dilectio Dei per modũ pręcepti. Deut. 6. vbi hoc pręceptum explicitè & perfectè traditur. Similiter & pręceptum de dilectione proximi Leuit. expræſſius ponitur.

Præceptũ de dilectione Dei nõ ponitur expreſſe in decalogo, quia præſupponitur.

Deut. 6. a. 5.

Leuit. 19. d. 18.

SAVLVS. Sicut dilectio Dei requiritur ad conſequendã Dei miſericordiã in cuſtodientibus pręcepta diuina, vt in autoritate per te allegata videtur cõtineri, ſic cuſtodia præceptorũ diuinorũ requiritur in diligẽtibus Deũ ad conſequendã Dei miſericordiã, vt patet per autoritatẽ per te allegatam, in qua dicitur: Faciẽs miſericordiam his, qui diligunt me, & cuſtodiunt pręcepta mea. Vnde nõ magis pendet cuſtodia præceptorũ in dilectione Dei ad eius miſericordiã conſequendã, quàm dilectio Dei in cuſtodia pręceptorũ eius. Vnde ſecũda ratio tua, in qua dicis, quòd pręcepta diuina pẽdent in duobus pręceptis de dilectione Dei quantum ad premium non videtur valere ratione prædicta.

PAVLVS. Pręceptũ de dilectione Dei prout explicite & perfectè traditur Deut. 6. Omniũ pręceptorũ diuinorum cuſtodiam includit. In hoc enim quod dicitur: Ex todo corde, præcipitur, quòd tota noſtra intentio feratur in Deum. Ex hoc autem, quod dicitur: Ex tota mẽte, & infra, præcipitur, quòd intellectus noſter ſubdatur Deo incredẽdis quę eſt tota mẽte Deũ diligere, & Deum diligere debemus ſine obliuione. In hoc autem, quod dicitur: Ex tota anima, pręcipitur quòd appetitus noſter obediat Deo. Et ſic patet, quòd ad impletionem huius pręcepti requiritur cuſtodia cęterorũ mandatorum Dei: ſed in cuſtodia mãdatorum Dei ſeorſum ſcripta nõ includitur dilectio Dei: poteſt enim homo cuſtodire mandata Dei, vt puta: Non ſint tibi dij alieni: Honora patrem, &c. ſine hoc quod diligat Deũ, vel quod hoc faciat ex dilectione ſeu charitate Dei, & iſta faciens non dicitur tranſgreſſor præceptorum illorum, quę ſic obſeruat, quamuis non habeat habitum charitatis, ſiue dilectionis Dei, neq; hoc faciat ex amore Dei. Ex quibus patet, quòd cuſtodia mandatorum Dei includitur in præcepto de dilectione Dei, & nõ ẽ cõtra: & ſic

Deut. 6. a. 5. *Nota expoſitionem.*

Præceptum de dilectione Dei, prout traditur Deut. 6 omnium præceptorum includit cuſtodiam.

&ſic tota lex, ſcilicet præcepta legis, pendent in præcepto de dilectione Dei, & proximi mo-
Correlariũ reſponſiuũ.
do prædicto. Vnde ſi benè ſcrutatus fueris dicta doctorum tuorum reperies, quòd nõnulli eorum aſſerunt multitudinem prę-ceptorum Moſaicę legis in paucis, vel etiam in vno tantum ſubſiſtere ; quod ſatis conſonat prædictis.

CAPITVLVM IX.

In quo oſtenditur, quòd ſecũdum quoſdã doctores Talmudicos, multitudo prę-ceptorum Moſaicę legis in paucis, vel etiã in vnum conſiſtunt, quod etiã concordat cum dicto Saluatoris ſupradicto.

SAVLVS.

Allega mihi obſecro doctores noſtros, hoc quod dicis aſſerentes.

PAVLVS. In libro qui dicitur Matoth. di. quæ incipit: Iſti ſunt qui flagellantur. quidã doctor Talmudic⁹ homine Rabbi Caniblai dicit, quòd præcepta Moſaicæ legis ſunt 613. quorũ affirmatiua ſunt 248. negatiua verò ſunt numero. 365. & quòd venit Dauid & conſtituit prædicta, 613. præcepta in 11. vt habetur in Pſalmo: Domine quis habitabit, &c. vbi dicit de illo: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, &c. Qui facit hæc non commouebitur in æternum. Ex quo infert quòd in illis 11. præceptis affirmatiuis & negatiuis, quæ in illo Pſalmo continentur, conſiſtit vis omniũ

Lib. Matoth diſt. quæ incipit, iſti ſunt qui flagellãtur. Rab Caniblai.

Præcepta legis Moſaicæ ſunt ſexcenta & tredecim.

Pſalm. 14.

Affirmatiua ſunt 248. negatiua vero ſunt. 365.

Dauid concluſit in vndecim, in

præceptorum Moſaicæ legis, quantum ad prẹmium ẹternum: nam ſecũdum ipſum Dauid, qui facit illa. 11. tantum ſecurus eſt de hoc quòd nõ commoueatur in æternum. Sequitur in eadem autoritate: Venit Iſaias & conſtituit ea ſuper ſex. Iſai. 33. Ambulans in iuſtitiis & loquens veritatem, &c. Sequitur: Ipſe in excelſis habitabit. In qua autoritate Iſai. ponuntur ſex opera meritoria, ſuper quibus concludit, quòd faciens talia excelſa habitabit, ſcilicet in prẹmio æterno; Et ſequitur vltra in prẹdicta autoritate: Venit Michæas & conſtituit ea ſuper tribus. Mich. 6. Annuntiaui tibi homo: quid eſt bonum, & quid Dominus petit à te, vtique facere iudicium & diligere pietatẽ, & humiliter ambulare cum Deo tuo. Vnde in iſtis tribus tantũ ſecundũ Michęam omnia præcepta Moſaicę legis conſiſtũt: cum dicit, quod Deus nihil aliud petit ab homine niſi iſta tria. Et ſequitur vltimò in eadem autoritate: Venit Abacuc, & conſtituit ea ſuper vnum tantum. Vnde Abac. 2. Iuſtus in fide ſua viuit. Habes igitur autoritate prædicti doctoris tui, quòd tota multitudo præceptorũ Moſaicæ legis in ſolo vno conſiſtit. Vnde non mireris de verbis Saluatoris noſtri dicentis, quòd in duobus præceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetæ.

Iſai. 33. c. 15. cõcluſit in 6.

conſtituit ſuper tribus. Mich. 6. b. 8.

Abac 2. a. 4. poſuit ſuper vnum.

SAVLVS. Multum diſcordat hęc autoritas per tè allegata

R ab auto-

Arguit & probare nititur, quòd autoritas Christi ſit cōtraria autoritati Abacuc.

ab autoritate magiſtri tui: ipſe enim dicebat, quod in duobus preceptis de dilectione ſupradictis tota lex conſiſtit. Abacuc autem dicit in vno: itē illud vnū preceptū aſſignatum ab Abacuc eſt de fide, illud autem magiſtri tui eſt de dilectione, quæ ſunt diuerſa præcepta.

PAVLVS. Licet autoritas doctoris tui in prædictis, quæ tu allegas, videatur deuiare à veritate magiſtri mei, eo quod magiſter meus in duobus præceptis dicit pēdere totam legem, & doctor tuus dicit in vno tantum. Similiter in hoc quod magiſter meus declarat illud præceptum in quo lex pendet, eſſe preceptum de dilectione & doctor tuus dicit ipſum eſſe de fide, adhuc ſufficeret tibi quòd ſecundum doctores tuos multitudo preceptorum Moſaicæ legis reducitur ad pauca vel ad vnum tātum, quod erat intērum meū. Sed adhuc ſi bene conſideras ad eundem intellectum reduci poſſunt verba Euangelica magiſtri mei cum verbis Propheticis Abacuc. Nam fides meritoria, de qua agimus, ſupra intelligenda eſt cum dilectione Dei, ſine qua nullus actus poſſet eſſe meritorius, vt patet per autoritatem Exod. ſupra allegatam vbi dicitur: Faciens miſericordiam diligentibus me. Et ideo fides in qua homo viuit vita ſpirituali intelligenda eſt quòd ſit formata in charitate ſeu dilectione Dei. Duo etiam præcepta de dilectione vnum ſunt, vt dictū eſt ſupra: quia in vnū & eundem finem referuntur, & ideo verba Abacuc dicentis, quòd iuſtus in fide ſua viuit, intelligēda ſunt de fide formata in charitate. Cuius charitatis duo ſunt præcepta, quę ad vnum reducūtur, vt dictum eſt. Et ſic patet, quòd prima dicta mei magiſtri dicentis, quòd in illis duobus pręceptis de charitate tota lex pendet & Prophetę, ſtant in ſuo vigore, tanquam veriſsimum, impugnationibus tuis non obſtantibus.

Concordāt verba Abacuc, cū verbis Christi.

Fides de qua agit Abacuch eſt illa fides que per dilectionē operatur.

Duo precepta de dilectione vnū ſunt poſtquā ad vnū finē diriguntur.

CAPITVLVM. X.

In quo declaratur, de quibus mandatis Moſaicę legis intelligendum eſt verbū Christi dicentis: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19.

SAVLVS.

AVdio quod ſentis circa dictum magiſtri tui de preceptis de dilectione Dei, ſed circa ſecundum dictum ſuum quod dicit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Math. 19. amplius inſiſtere nos oportet. Videtur enim ex hoc dicto quòd ad habēdam vitam æternam oportet ſeruare mandata legis Moſaicæ de qua intendit, licet enim ibi exēplificet de preceptis decalogi, non tamen ex hoc intelligi debet, quod alia mandata excludere intendat, præſertim cum alibi vniuerſaliter loquēs dicit: Non veni ſoluere legē, ſed adimplere. Ex quo manifeſtè patet, quòd mādata Moſaicę legis nō

Matth. 19. c. 17.

Matt. 5. c. 17.

erant

erãt ſoluẽda per ipſum, ſed implenda: cuius oppoſitũ per te & alios diſcipulos ſuos vbique docetur, etiam impletur opere, cũ omnia ferè mãdata diuinę legis, quæ per Moyſen data fuerũt, penitus euacuauit opere & ſermone, docendo, ea nõ eſſe obſeruanda, quod non ſolũ eſt contra doctrinam Propheticã, in cuius fine per Malachiam dicitur: Mementote legis Moyſi ſerui mei, cui mandaui in Oreb cærimonia & iudicia. ſed etiam eſt contra doctrinam Euangelij tui, vt ex dictis patet.

PAVLVS. Si es memor illorũ quæ fuerunt ibi oſtẽſa in capitulis præcedentibus huius diſtinctionis, faciliter habere poſſes tuorũ obiectorum ſolutionẽ. Habes enim ex dictis ſuperius, quòd præcepta Moſaicæ legis, præſertim ea quæ nõ ſunt de lege naturę, nõ erãt perpetuò obſeruanda, & quòd terminus durationis Moſaicę legis, vltra quã lex Moſaica non obligat in prædictis, eſt lex noua, quæ data eſt per Chriſtũ. Ex quibus ſequitur, quòd dictum Chriſti dicentis: Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata. ſi intelligatur de omnibus mãdatis Moſaicæ legis, oportet illud reſtringere ad tẽpus durationis Moſaicę legis, in quo lex Moſaica obligabat ad omnia pręcepta in eadẽ contẽta; infra quod tẽpus neceſse erat ad habendã vitã ęternam, omnia mãdata ſeruare, & in eodem tempore Chriſtus locutus fuit illa verba: ſi autem cùm dicitur ſerua mãdata, intelligatur de mandatis decalogi vel de aliis moralibus in lege Moſaica contentis. Quę quidem moralia mãdata, cũ pertineãt ad legem naturę in perpetuum durant, tunc intelligendum eſt dictũ Saluatoris ſe extendere ad omne tempus. In omni enim tẽpore huius vitę ſeruanda ſunt mandata decalogi, & alia moralia in lege Moſaica contenta.

Quomodo & quando obligabant precepta legis Moſaicæ.

Mandatã moralia in perpetuum durant.

CAPITVLVM. XI.

In quo oſtenditur, quæ ſint illa præcepta Moſaicæ legis quę dicũtur moralia, quorũ duratio eſt perpetua in hac vita; & quę ſint iudicialia ſeu cærimonialia; quorũ duratio in lege noua terminatur.

SAVLVS.

MAndata legis Moſaicę indiſtinctè datur ſeu indifferenter: non enim circa ea diſtinguitur quòd eorũ ſit pręceptũ morale ſeu pertinens ad legem naturę, vel quod eorum ad hæc non pertineat: & ideo hæc diſtinctio, quã ponis circa pręceptorum diuinæ legis durationẽ, nõ videtur eſſe certa ſed potius ambigua. Vnde pręcepta Moſaicæ legis videtur eſſe omnia perpetua vel nulla. Dicere enim quòd quędam eorũ ſunt perpetuò duratura, & quædam non, non videtur habere rationem nec autoritatem.

PAVLVS. Mãdata Moſaicæ legis nõ fuerunt data indifferenter, vt tu dicis: nam quædam eorum, vt ſunt pręcepta decalogi, fuerunt data, ſoléniori modo, quam

Decalogi præcepta ſolenniori modo, datã fuerunt quã alia legis præcepta, & quare.

quã alia. Et primo in hoc quod illa tantũ fuerunt à Deo data toti populo. Alia verò præcepta fuerunt data Moyſi, qui poſtea ea dedit populo, vt habetur expreſsè Deu.5. vbi facta repetitione præceptorũ decalogi ſtatim ſubdit: Hæc verba, loquutus eſt Dominus ad omnẽ multitudinẽ veſtrã, in mõte de medio ignis, infrà in eodẽ cap. de aliis præceptis dicit ſic: Tu verò hîc iſta mecum, & loquar tibi omnia mandata & cerimonias atque iudicia quę docebis eos. Item pręcepta decalogi fuerunt ſcripta à Deo in tabulis lapideis, vt patet Exo.31. Alia verò præcepta non ſic ſed in rotulo a Moyſe fuerũt ſcripta. Item præcepta decalogi fuerunt poſita in arca teſtamẽti, quę fuit collocata in Sãctaſan ctorum, vt habetur 3.Reg.8. vbi ſic dicit: Non erat aliquid in arca, niſi tantum duę tabulæ lapideę, quas poſuit ibi Moyſes ſeruus Dei in Oreb. Ex quibus maniſeſtè habetur maxima excellẽtia pręceptorum decalogi, cum pręcepto de dilectione Dei in eis incluſo: vt ſupradictum eſt, reſpectu aliorum præceptorũ Moſaycæ legis. Vnde & illa præcepta, ſcilicet decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia, & percõſequẽs perpetuo duratura. Cætera verò diſpẽſabilia & nõ perpetua, niſi ſint de lege naturę vt moralia pręcepta.

Deut.5.c.22
Primò.
Secundò.
Exod.31.d.18.
Tertiò.
3.Reg.8.b.9.
Ex omnibus infert quod Praecepta decalogi ſunt indiſpenſabilia, & aeterna.

SAVLVS. Pręter pręcepta decalogi quorũ excellentia patet ex dictis ſunt multa alia pręcepta in Moſayca lege, de quibus non habetur certitudo neque regula ad hoc vt ſciatur an ſint de lege naturę, vel non.

PAVLVS. Pręcepta quę ſunt de lege naturę ſunt illa quę ex dictamine naturalis rationis habentur, quorum aliqua ſunt quòd ſtatim poſt modicam conſiderationem poſſunt approbari, vel reprobari, per communia principia naturaliter omnibus cognita vel per fidẽ, vt ſunt pręcepta decalogi ſupradicta. Quędam vero ſunt ad quorum iudicium requiritur conſideratio diuerſarum circunſtantiarũ, quas conſiderare diligenter nõ eſt cuiuſlibet ſed ſapientum, ſicut cum dicitur: Coram cano capite cõſurge. & huiuſmodi: cuius ſimile contingit in ſpeculatiuis, ſcilicet, quòd cõſiderare particulares concluſiones ſcientiarũ quę ex primis principiis ſpeculatiuis deducuntur, non pertinet ad omnes ſed ad ſolos Philoſophos, & ideo in talibus ſępe cõtingunt errores in ſpeculatiuis, in ducẽdo à primis principiis ad concluſiones pręſertim longinquas, & ſimiliter cõtingit in operabilibus. Nã vt ait Philoſophus in 1. Ethicorum: Bona autẽ & iuſta de quibus ciuilis intendit tãtã habent differentiam & errorẽ, vt videãtur lege ſola eſſe, natura autem non. Vnde conſiderandũ eſt diligenter ſingula pręcepta, an, ſcilicet, deducãtur rectè ex primis principiis iuris naturalis, an non, & ſic poteſt cognoſci

Praecepta naturalia quae ſint.
Ariſtot. 1. Ethic.
Modus diſcernẽdi quae ſint praecepta naturalia moralia & iudicialia, &c.

gnoſci, quæ illorum ſint præcepta moralia ad ius naturale pertinētia, & quæ non poſſunt etiam cognoſci præcepta, quę nō ſunt de lege naturæ in hoc, quod ante legis dationē indifferēs erat, an ſic vel aliter fieri deberēt, & tūc talia manifeſtum eſt non eſſe de iure naturę, vt quod quis habeat duas ſorores coniunctas ſibi matrimonialiter, prout Iacob legitur habuiſſe. Gene. 29. quod tamen prohibitū fuit in lege Moſaica, vt habetur in Leui. Habes ergo ex prędictis, quòd præcepta moralia in lege Moſaica contenta, quorum præcepta præcipua ſunt decalogi, cum pręcepta de dilectione in eis concluſa ſunt perpetuò duratura, cùm pertineāt ad legem naturæ quę perpetua eſt: cęterá verò præcepta vt cęrimonialia & iudicialia non ſunt perpetua, ſed eorum duratio fuit tantum in ſeculo Moſaicę legis, de quo ſupra fuit dictum.

Gene. 29. d. 31.

Præcepta decalogi cum pertinent ad legē naturæ ſunt perpetua. Cærimonialia & iudicialia nō.

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quòd cærimonialia & iudicialia præcepta ſunt quædam determinationes moralium præceptorum, quòd illa licet ſint inſtituta à Deo, tamē ſunt mutabilia autoritate diuina, ſine præiudicio mutabilitatis ipſius Dei. Quę quidem mutatio cærimonialium & iudicialium habetur etiā per doctores Talmudicos.

SAVLVS.

Dic mihi quæ ſunt illa quæ dicūtur cærimonialia, & quæ iudicialia, & conſequenter vnde habes, quòd illa non fuerunt perpetuò duratura.

PAVLVS. Præcepta cęrimonialia ſunt illa quæ determinant pręcepta moralia ad Deū, ſicut pręcepta ſacrificiorum & ſacerdotum, de quibus dantur multa præcepta in Leuit. in pluribus capitulis. Similiter & præcepta quæ dabantur de abſtinētia ciborum. Leuit. 11. & de abſtinendo ab aliquibus veſtimētis. 19. Similiter quod præcipitur de fimbriis faciendis per angulos palliorum. Nume. 15. quę & multa alia ſimilia ordināttur ad Deū, per cultum debitum ſecundum ſtatū illius populi, ſub lege exiſtentis. Iudicialia verò dicuntur illa pręcepta quę ſunt determinationes moralium pręceptorū in his quę pertinent ad ordinationem hominum ad inuicem, de quibus agitur Exod. 21. & in aliis locis: quę quidē pręcepta, non habēt vim obligandi, ex ſola ratione, ſed ex inſtitutione, & ſub quolibet iſtorum generum, ſcilicet pręceptorum cęrimonialium & iudicialium, ſunt multa pręcepta differentia numero & etiam ſpecie, de quibus magiſter tuus Rab. Moyſ. largè tractat in tertia parte ſui libri, de directione perplexorum reddēs rationem literalem de ſingulis. Sed noſtri doctores magis propriè ea tradunt reddendo rationem ſingulorum, non ſolum literalem ſed etiam figuralem.

Præcepta cærimonialia, ſunt illa quæ determinant moralia ad Deū.

Leui. 11. a. 3. & 19. d. 19.

Nume. 15. d. 38.

Iudicialia præcepta determinant moralia, quoad ordinationē hominum inter ſe. Exod. 21.

Rab. Moyſ.

SAVLVS. Dic mihi ergo, cùm pręcepta prędicta, tam cęrimonialia

monialia quàm iudicialia diſtinguuntur à moralibus præceptis, vt per te eſt aſſertum: quare dicuntur iſta præcepta cærimonialia ſeu iudicialia determinationes præceptorum.

PAVLVS. Hoc quod petis tibi oſtendam exemplificando, per aliqua præcepta particularia, vt ex iis poſsis de aliis iudicare, & primo de cærimonialibus, de quorum numero ſunt ſacrificia. Conſtat, quòd de iure naturæ eſt ſacrificare Deo, prout Philoſophi etiam tradũt. Nã in qualibet gente & ritu ſacrificatur Deo vero vel putatiuo: & ſic patet, quòd ſit de iure naturæ, quod omnibus eſt commune; ſed determinare circa ſacrificia certo modo facta, in certo loco, & cum certis circunſtantiis & miniſtris, hoc non eſt de iure naturę, quia iſta diuerſimodè fiunt in diuerſis locis & gentibus. Vnde certa determinatio talium non pertinet, ad ius naturæ, nec per conſequens ad moralem doctrinam. Ideo tales determinationes dicuntur cærimoniales, non morales. Similiter in iudicialibus, quòd latro reſtituat ablatũ, eſt de iure communi omnibus, & ideò hoc eſt morale. Sed quòd aliquod furtum reſtituatur in duplum, aliud verò in quadruplum & huiuſmodi, vt Exo. 22. hoc non eſt de iure naturę, ſed ex inſtitutione, & ideò non dicitur præceptum morale ſed iudiciale: & ſic eſt intelligẽdum de aliis determinationibus iuris naturalis, quæ non ſunt ſeruãda in lege noua, ſicut nec ſunt de iure naturæ, ſed ex inſtitutione.

Ius naturæ eſt Deo ſacrificare.

Cærimonia ſe ius eſt determinare in ſacrificiſ modum, locum & circunſtantias.

Ius commune eſt reſtituere ablatum, reſtituere in duplũ, eſt iudiciale.

Exo. 22. a. 4

SAVLVS. Licet iſta pręcepta tã cærimonialia quã iudicialia non ſint de iure naturali, ſunt tamen ex inſtitutione diuina, nõ autẽ humana: inſtitutiones autẽ diuinę immutabiles debent eſſe, quia vt legitur Nume. 23. Non eſt Deꝰ, vt filius hominis vt mutetur. & ideo doctores noſtri dicunt ea eſſe perpetuò duratura. Vnde Rab. Moyſ. in lib. de Iudicibus, tit. de Regibus, in cap. 11. vbi loquitur de Meſſia, ſicut dicit: Lex iſta, ſcilicet Moſaica, cerimonialia eius, & iudicialia eius, nõ ſunt mutabilia in ſeculũ, nec in ſeculum ſeculi, nec eſt addẽdum ſuper ea, nec diminuendũ: & quicunq; addit vel diminuit, vel extrahit verba pręceptorũ à ſenſu ſuo literali, indubiè eſt impius & periurus. Hæc ille.

Arguit leges à Deo inſtitutas, immutabiles eſſe.

Nume. 23. c. 19.

Rab. Moyſ. lib. de Iudic. Tit. de Regibus c. 11.

PAVLVS. Leges à Deo inſtitutę mutari poſſunt ſine mutatione ipſius Dei inſtituentis. In prima enim ętate ex inſtitutione diuina non erat hominibus licitum ędere, niſi de terra naſcentibus, vt habetur Geneſ. 1. & tamen in ſecunda ætate, poſt diluuium fuit eis licitum comedere animalia, vt habetur Gen. 9. Ex quo patet, quòd Deus immutabilis manens ſtatuta ſua prout diuerſis congruit tẽporibus mutat. Ex dictis autem magiſtri tui Rab. Moyſ. non poteſt ſumi contra me efficax argumentum, vt ſępe

Leges quas Deus inſtituit, mutare poteſt, ſine ipſius mutatione.

Gen. 1. d. 29

Gen. 9. a. 3.

ſæpe eſt dictum ſupra, præſertim cũ in primo cap. huius diſtinctionis fuit oſtenſum, quòd legi Moſ. nec poſſet aliquid addi, vel diminui, & etiam prout in cap. 5. oſtenſum eſt: licet in aliquibus præceptis Moſaicæ legis videatur dici, quòd ſint perpetuò obſeruanda, non tamen intelligendum eſt, de perpetuitate abſoluta, ſed tantummodò limitata, ſecundum durationem Moſaicę legis prætaxatam. Sunt etiam aliqui doctores tui antiquiores, quam R ab. Moyſ. qui dicunt expreſsè de quibuſdam præceptis cærimonialibus legis veteris quòd non erant duratura in perpetuũ, & ſimiliter eſt dicendum de aliis.

Aliqui Hebrai, dixerũt cærimonialia non eſſe perpetua.

SAVLVS. Allega mihi rogo illos doctores noſtros, hoc ſentientes.

PAVLVS. In lib. Bereſith. Rabba. Gen. 41. exponendo illud Pſal. Dominus ſoluit cõpeditos ſic dicitur: Omnis beſtia quę immunda reputata eſt in ſeculo iſto, ſcilicet tẽpore legis, Deus ſanctus & benedictus faciet eã, mundam in futuro: quemadmodũ fuerant munda primitus filiis Noë, quibus dictum eſt. Gen. 9. Sicut olus herbę dedi vobis omnia, quemadmodum olus fuit mundũ omnibus, ſic etiã omne animal, & beſtiæ fuerunt mundę eis, ſcilicet filiis Noë, ita quoque in futuro tẽpore Deus erit abſoluturus, quicquid prohibuit. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd ſecundum doctores tuos, omnia prohibita in veteri lege, quòd ab eis vocatur ſeculũ, id eſt ſeculum legis Moſaicæ, erant ſoluẽda tempore futuro, ſcilicet Meſſiæ, & idem dicendũ eſt de aliis cęrimonialibus, quæ non habent maiorem rationem manendi quam illa.

In Lib. Bereſith.

Gen. 9. a. 3.

Sicut animalia fuerunt munda filiis Noe, ita in futuro tempore erit, ſcilicet tẽpore Meſſie.

CAPITVLVM. XIII.

In quo oſtenditur, quòd fideles Chriſti nõ poſſunt eſſe redarguẽdi, de tranſgreſſione præcepti de idolatria, eo quòd adorant ſculptilia & imagines contra Iudæos, qui eos communiter idolatras eſſe exiſtimant.

SAVLVS.

ET ſi dimittamus loqui de cærimonialibus, ſeu iudicialibus, de quibus poſſes aliqualiter ſubterfugere, quomodo tamẽ poſſes euadere manifeſtam tranſgreſsionẽ veſtrã circa quędam pręcepta decalogi, quę tementariè inter vos nõ obſeruantur, immo violatur & non obſeruantur à tuis fidelibus. Decalogus autem fuit datus ſolẽniter à Deo, vt ſupra per te fuit allegatũ, & eius pręcepta perpetuò ſunt obſeruanda, non enim data fuerunt cũ aliqua limitatione tacita vel expreſſa, vt patet, Exo. 20. vbi eorũ datio primo, narratur ſecundo, Deut. 5. vbi ipſa datio, decalogi à Moyſe repetitur.

Exo. 20. a. 3.

Deu. 5. a. 6.

PAVLVS. Oſtende quomodo aliqua pręcepta decalogi à fidelibus violantur, ſeu non obſeruantur.

SAVLVS. Duo pręcepta de principalioribus decalogi, in prima tabula contẽtis, ſcilicet pręceptum

præceptũ de prohibitione idolatriæ, quod apud vos eſt primũ præceptum, apud nos verò ſecũdum. Similiter & præceptum de obſeruatione ſabbathi, apud vos tertiũ, apud nos verò quartũ, manifeſtũ eſt quòd tui fideles neutrũ eorũ ſeruãt, ſed ea cõmuniter, & publicè tranſgrediũtur.

PAVLVS. Oſtende mihi quod dicis, primo de precepto idolatrię, & cõſequenter procedem᷒ ad preceptũ de ſabbatho.

In præcepto contra idolatriã tria prohibẽtur.
Primum.

SAVLVS. In præcepto de prohibitione idolatrię ſupradicto, tria legũtur eſſe prohibita. Vnum eſt, quòd nullus accipiatur in Deũ, niſi ſolus Deus, ille, ſcilicet quia eduxit populũ Iſraeliticũ de Aegypto, quod patet ſic: nã cum dixiſſet: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. & ſtatim ſubdit: Non ſint tibi alij dij corã me. Secundũ eſt quòd nullus faciat ſculptile, nec imaginem eorum qui in cælo ſunt, nec in terra, &c. quod patet, cùm dicitur: Nõ facias tibi ſculptile, &c. Tertium eſt, quod nihil talium ſculptilium, ſeu imaginum adoretur quod patet cũ ſequitur: Non adorabis ea neq; coles. quodlibet autem iſtorum trium tranſgrediũtur fideles tui manifeſtè, habent enim in Deum Chriſtum tuum, qui quidẽ licet concedatur quòd fuit Meſſias, non tamẽ eſt ille Deus, qui eduxit populũ Iſraeliticũ de Aegypto. Vnde manifeſtum eſt, quòd recipiẽdo illum Meſſiam in Deũ, eſtis tranſgreſſores illius prohibitionis in qua dicitur: Non ſint tibi alieni dij coram me. Item eccleſiæ & oratoria veſtra plena ſũt ſculptilibus & ſimulachris, atque hominũ imaginibus, quod eſt manifeſtè contra prohibitionem ſecundam, in qua dicitur: Non facias tibi ſculptile. Item prædicta ſculptilia, ſeu ſimulachra adoratis & colitis, & ſic manifeſtè tranſgredimini tertiam prohibitionem, in qua dicitur: Non adorabis, nec coles ea, &c.

Secundum.
Tertium.
Tria obiicit cõtra catholicos.
Primum.

Reſponſio primo obiectioni, in qua Chriſti diuinitatem oſtendit.

PAVLVS. Præceptum de prohibitione idolatrię, in decalogo contentum, obſeruatur à fidelibus prout decet, obiectionibus tuis non obſtantibus. Nã habendo Chriſtum noſtrum in Deũ, non tranſgredimur prohibitionem diuinã, in qua dicitur: Non ſint tibi dij alieni corã me. Ipſe enim Chriſtus ſecundũ veritatem catholicæ fidei, eſt verus Deus, ſicut & verus homo: & ideo ipſe eſt, qui eduxit populum Iſraeliticũ de terra Aegypti, ſimiliter creauit cælum & terram, & legem dedit Moyſi in monte Sinai: & ideo ſecundum deitatem ipſius, ſecundum quã omnia prædicta ei competunt, ipſum habemus in Deũ, nec habemus ſecundum hoc, niſi vnũ Deum, & ſic non tranſgredimur prędictam prohibitionem.

Chriſtus verus Deus & homo qui eduxit populum.

SAVLVS. Audio verba tua, quæ tamen non comprehendun tur ab intellectu humano, quomodo enim poſſet non ſolũ verificari, ſed etiam intelligi ſeu ima-

imaginari quòd vna & eadẽ res ſit creator & creatura, finitum & infinitum, & multa alia incõpoſſibilia, quæ in prædicta tua aſſertione includuntur.

PAVLVS. Certũ eſt, quòd iſta quæ ad deitatem Chriſti pertinent tibi videtur impoſſibilia: ſed quia vt ſupra dixi tibi, quia de hoc myſterio, quod ſingularem difficultatem in credendis importat maximè apud te, quia nondum lumine fidei es illuſtratus, infra eſt tractandum, vbi inter me & te eſt agendũ de deitate Chriſti. Ideo ad præſens de hoc ſuperſedeamus, vſque ad proprium locum. Sed de ſecundo in quo dicis, nos trãſgreſſores eſſe ſecundæ prohibitionis, in qua dicitur; Non facias tibi ſculptile, &c. Ex hoc, quòd in oratoriis & eccleſiis noſtris ſunt ſimulachra ſculptilia, & hominum imagines, & huiuſmodi: reſpondeo tibi, quod illa prohibitio ſecunda de non faciendo ſimulachra, & imagines ordinatur, in ſequentem prohibitionẽ, ſcilicet tertiam in qua dicitur: Non adorabis ea neque coles.

Reſpondit ſecundæ obiectioni de imaginibus, quæ prohibitio ordinatur ad tertiam prohibitionem, ſcilicet ne adorentur.

Facere enim imagines vel ſimulachra non ad adorãdum ea, ſeu colendum, ſed ad repræſentandum aliquam veritatem vtilem ad contemplandum de diuinis myſteriis, ſeu miraculis, & de aliis ſimilibus, quę non inducunt errores, ſed ad mores proficiũt, non intelligitur eſſe prohibitũ in hoc præcepto de prohibitione idolatriæ.

Quare imagines ponuntur in templis.

SAVLVS. Litera ſimpliciter prohibet facere huiuſmodi ſculptilia, etiam ſi non adorẽtur neque colantur: non enim dicit, non facies ſculptile ad adorandũ, ſed precise prohibet: Nõ facies ſculptile. Vnde reſpõſio tua non habet locum.

PAVLVS. Si bene conſideras, neceſſe eſt vt prohibitio de faciẽdo ſimulachra, & imagines intelligatur modo prędicto, ſcilicet, quòd talia non fiant vt adorẽtur ſeu colantur. Cõſtat enim in fabricatione tabernaculi. Exodi. 25. quòd duo Cherubim erãt ſupra propitiatorium, cum alis extenſis, qui quidem erant in forma humana; & mutuo ſe reſpiciebant, & iſta erant in Sancta ſanctorũ in loco ſanctiori cęteris, vbi dabãtur diuina reſpõſa. Vnde Num. 7. dicitur, quòd cũ ingreſſus eſſet Moyſes in tabernaculũ fœderis, audiebat vocẽ loquẽtem ſibi de medio duorũ Cherubim. Aduerte igitur, ſi imagines humanę ponebãtur in loco tam ſanctiſsimo vbi ſedes Dei repræſentabatur, quomodo poſſes dicere, quòd fieri imagines ſimpliciter prohibentur in decalogo. Vnde oportet te concedere, quod dixeram, ſcilicet quòd ſolum prohibẽtur fieri vt adorentur ſeu colantur vt Deus, nõ autẽ ſi alia ratione, accommoda ſeu vtili fiant.

Exo. 25. b. 18.

Cherubim duo erãt in templo, formam humanam habentes.

Nume. 7. e. 89.

Imagines facere, nõ eſt prohibitum.

SAVLVS. Reſponſio tua non valet, quia nõ probas quòd Cherubim eſſent imagines humanæ. Secundo quia nõ oſtẽdis

quòd tales imagines, ſcilicet humanę, in illo loco, aliquid vtile ſpiritualiter repręſentarent.

PAVLVS. Quod autē imagines illorum, Cherubim eſſent humanę, habentes alas extenſas in Sācta ſanctorum ſatis declaratur. 3. Reg. 7. vbi in fabricatione tēpli legitur: Sculpſit quoq; in tabulatis illis quæ erant Cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinē hominis ſtantis. Et idem, 2. Paralip. 4. Ex quibus manifeſtè patet, quòd Cherubim erant imagines humanæ, & in tranſlatione Chaldaica dicuntur iuuenes, & ſic habes primum quod quęrebas. Ad ſecundum verò quod quæris, vt oſtendā tibi quid tales imagines ſpiritualiter repręſentarent: Reſpōdeo quod propitiatoriū repręſentabat ſedem Dei, & Deus erat ibi, quaſi loquens Moyſi, vt dictum eſt: idcirco Cherubim circūſtantes repręſentabant angelos, qui aſſiduè aſſiſtūt Deo. Vnde Iſa. 6. cū dicitur: Vidi Dn̄m ſedentē ſuper thronum, &c. ſequitur Seraphim ſtabant ſuper eum ſex alę vni, & ſex alæ alteri. Similiter & Danie. 7. de Deo dicitur: Millia millium aſſiſtebant ei, ſcilicet angelorum. Vnde ad hoc, quod Moyſes vel ſummus ſacerdos, intrans Sancta ſanctorum eleuaret mentem ſuam in diuinorum contemplationem, conueniens erat vt eſſet ibi repræſentatio diuinæ maieſtatis in propitiatorio, quaſi ſuper thronum ſedentem, cum aſſiſtētia angelorum, qui frequenter in imagine humana conſueuerunt apparere, vt deſignetur eorum intelligētia; ſimiliter & cum alis, vt deſignetur eorum promptitudo & acceleratio ad exequendum diuina mandata; vt patet Dan. c. 7. & in Pſalmo, dicitur: Et aſcendit ſuper Cherubim & volauit. Imagines autem leonum intra Sanctaſanctorum ponebantur; vt ſummus Sacerdos illuc intrans ad orandum: haberet memoriā de Regno Iudę, quod erat principale in Iſrael. Illa enim tribus portabat in vexillo ſuo leonem. Vnde de Iuda dicitur, Geneſ. 49. Catulus leonis Iuda. & inter orationes quas ſummi Sacerdotes intrantes Sanctaſanctorum faciebant; vna de principalioribus eſt. Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. vt habetur in libro Ionathæ. In qua oratione pro perſeuerantia Regni Iudæ orabat, & etiam pro aduentu Meſsiæ. Ibi enim dicitur: Donec veniat qui mittendus eſt: & de illo verificatur: Surgit leo de tribu Iuda. & ſic habes quòd imagines ponebantur, in veteri lege in loco ſanctiori, & etiam rationes quas petiſti.

3. Reg. 7. d. 29.

2. Para. 4. a. 1.

Chaldaica tra'atio habet, quod Cherubim erāt iuuenes.

Propitiatorium refere bat ſedē Dei Cherubim repræſentabāt angelos.

Iſai. 6. a. 2.

Dan. 7. c. 10.

Ponebantur imagines in propitiatorio, vt ſummus Sacerdos eleuaret mentem in diuinorū cōtemplationē

Dan. 7. c. 10. Pſal. 17. b. 11.

Leonū imagines in templo poſitos referebāt Iudaicum populum.

Tribus Iuda in vexillo leonem ferebat.

Gen. 49. b. 9.

Sacerdos orabat pro perſeuera tione Regnī Iudæ, & prò aduētu Meſsie.

Ionathas.

SAVLVS. Si in ſculptilibus ſeu ſimulachris non prohibetur factio, ſed ſola adoratio; ſuffeciſſet hoc ſolum prohibere, dicendo, nō adores ſculptilia neq; coles ea, ſuperfluū ergo fuit dicere: Non facias tibi ſculptile. ſi factio ſola ſculptilium non eſſet prohibita.

PAV-

PAVLVS. Non eſt ſuperflua illa prohibitio de factione ſculptiliũ, quia qui facit ſculptile & illud adorat eſt tranſgreſſor duorum præceptorum. Si autẽ adorat ſculptilia iam facta, quæ ipſe non fecit, eſt tranſgreſſor vnius præcepti tantum: qui autẽ facit & non adorat, nec cum intentione adorandi hoc facit, nõ eſt tranſgreſſor alicuius præcepti: & ſic habes planum ſenſum harum prohibitionum, ex quo non potes non arguere de earũ trãſgreſsione. Simulachra enim & imagines, quæ communiter fiunt in oratoriis noſtris, nõ adorantur neque colũtur vt Deus; ſed fiunt principaliter ad hoc vt hominibus præſertim ſimplicibus ad memoriã reducãtur, geſta & facta ſanctorũ virtuoſa ſeu meritoria, vt inde excitetur ad laudem Dei, & ad eorum imitationẽ: hoc enim eſt perutile cõmuniter deſiderantibus iuſtè viuere. Vnde Iſai. 51. Audite me, qui ſequimini iuſtitiam & quærẽtes Dominum, intuemini Abrahã patrem veſtrũ, &c. Si igitur conſiderare ſeu intueri Abrahã oculo mẽtali cõſulitur ſeu præcipitur à Propheta, ad ipſi imitationẽ Abrahe depingere Abraham cũ immolatione Iſaac perutile eſt ad reducendũ memoriẽ virtutẽ ipſius Abrahẽ, & eius obedientiam ad Deum. Ex viſis enim ſecundũ Philoſophum mouetur animus. Vnde ad iſtã finẽ imagines ſanctorum, in Eccleſiis noſtris ponũtur, ſcilicet vt eorũ opera virtuoſa memoriẽ reducãtur, vt per hoc prouocentur homines ad ſanctorũ imitationẽ, nõ autẽ ponũtur imagines prędictę ad hoc quod adorẽtur vt Deus.

Imagines nõ adorant vt Deũ ſed ad memoriam per eas reuocanus ſanctorum geſta, vt illa imitemur.

Iſai 51. a. 2.

Philoſo.

Imagines in Eccleſia ponũtur, vt eorum virtuoſa ſancto rum opera videamus, & imitemur.

SAVLVS. Et ſi nõ imagines ponantur in oratoriis veſtris, prout tu aſſeris, ad hoc quòd adorentur, adorantur tamen de facto, vt eſt manifeſtũ: & ſic eſtis tranſgreſſores prædictæ prohibitionis diuinæ, in decalogo contentę, communiter & frequẽter.

Arguit quod adorẽtur imagines.

PAVLVS. Non omnis adoratio facta, creaturis eſt prohibita, ſed ſolũ adoratio illa quę ſoli Deo debetur, quę apud nos vocatur latrię. Si enim nulla adoratio poſſit, licitè creaturis fieri, Abrahã amicus Dei non adoraſſet filios Heth, quod tamẽ legitur feciſſe: Gen. 23. Neq; Dauid, qui fuit ſanctus adoraſſet Saulẽ, quod tamen fecit: vt habetur 1. Reg. 24. & ſic de aliis multis. Ex quibus conſtat, quòd aliquã adoratio poſſit fieri creaturis, & talis adoratio apud vos vocatur, adoratio duliẹ: adoratio tamen latrię ſoli Deo eſt exhibenda, non autem creaturis in quantum ſunt creaturę, & ideo adoratio, quam nos exhibemus ſanctorum imaginibus non eſt intelligenda adoratio latrię, ſed duliæ, quæ creaturis excellentibus poteſt ſine peccato exhiberi, vt patet exemplis prædictis.

Adorare creaturas, non eſt prohibitum ſed latria adorare.

Gen. 23. b. 7

1. Reg. 24. c. 9.

Adoratio dulia hominibus fit. Adoratio latria, ſoli Deo.

SAVLVS. Video quòd indifferenter adoratis Deũ & ſanctorũ veſtrorum imagines, & quod durius eſt quòd crucẽ & imaginẽ

Deut.6.a.5. corde tuo. Deut.6. &: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Leuit.19. d.15. quæ ſunt per ſe nota rationi humanæ, vel per naturam, vel per fidem. Quæ quidem prę-

Præcepta de dilectione licet duo ſint, ſcilicet dilectio Dei & proximi vnum tamē eſt ex vnitate finis.

cepta licet ſint duo propter diuerſitatem obiectorum, ſunt tamen vnum ex vnitate finis: quia Deus diligendus eſt propter ſe, & proximus propter Deum. Ad quod quidem pręceptum de dilectione pręcepta decalogi referuntur, ſicut cōcluſiones ad principia communia: & ideo de iſto præcepto, ſcilicet dilectionis propriè intelligitur illud Pſalm. Pſal.18.c.9. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Sicut enim per lumen corporale viſibilia cognoſcuntur corporalia, ſic per iſtud præceptum alia ſupradicta cognoſcuntur eſſe iuſta. Quæ quidem præcepta, ſcilicet tam prima, quæ per ſe ſunt rationi humanæ nota per naturam vel per fidem, vt dictum eſt, quàm alia, ſcilicet præcepta decalogi, quæ ex principiis communibus manifeſta conſideratione cognoſci poſſunt in lege noua, omnino ſunt obſeruanda. Vnde & magiſter & ſaluator noſter de primis Matth.22. d.40. duobus dicit Matt.22. In his duobus pręceptis tota lex pendet & Prophetæ. De præceptis verò Matth.19. c.17. decalogi dicit Matt.19. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata Dei. Nullus igitur ſanę mentis aſſerere poſſet, quòd lex vetus, in qua huiuſmodi pręcepta ſaluti humanæ neceſſaria à Deo fuerunt data, inutilis ſit tēpore legis nouæ, nec etiam dici poteſt, quòd pręcepta legis Moſaicæ de quorum numero prædicta præcepta ſunt non obligent tempore gratiæ.

Quomodo lex Moyſi, quantum ad aliqua obligat tempore gratiæ.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd in duobus præceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetæ ſecundum ſententiam ſaluatoris.

SAVLVS.

Dicta magiſtri tui per te nūc allegata videntur rationabiliter impugnāda, & primò primum, ſecundò ſecūdum. Primū enim manifeſtè diſcordat cū toto proceſſu præceptorum in lege & in prophetis contentorū: in quo quidem proceſſu non ponitur aliqua pendētia vnius pręcepti ad alterum, ſed quodlibet illorum ponitur tanquam à Deo pręceptum per ſe, ſine aliqua pēdentia ad alterum. Dicere ergo quòd in duobus pręceptis de dilectione, ſcilicet Dei & proximi, tota lex pēdeat & prophetę eſt, omnino ſacræ Scripturę inconſonum. Item iſtud præceptum de dilectione nō ponitur inter pręcepta decalogi, nec de eo videtur in decalogo facta fuiſſe mentio: ſimiliter, nec legitur fuiſſe datum ante dationem legis. Dicere ergo, quòd pręcepta decalogi referuntur ad præceptū de dilectione, quod nō fuit datum ante quam decalogus daretur, & quòd decalogus ſe haberet ad præceptum de dilectione, ſicut concluſiones ad principia communia, nullam videtur continere

Quaritur quomodo ex duobus charitatis præceptis tota lex pendeat cū vnum præceptum nō pēdeat ex alio.

Præceptū de dilectione non eſt in decalogo.

tinere rationem, & ſic illud dictum magiſtri tui, in quo dicit, quòd in illis duobus præceptis de dilectione Dei & proximi tota lex pendet & Prophetæ, remanet vacuum & inane.

Dupliciter pendent cætera diuinæ legis præcepta à dilectione. Primo ex veritate.

PAVLVS. Ad primum, quod obiicis contra doctrinam magiſtri mei, dicentis, quòd in duobus præceptis, ſcilicet de dilectione Dei & proximi, tota ſeu vniuerſa lex pendet & Prophetæ, tibi reſpondeo, quòd hoc dictum eſt veriſſimum, ſicut & cætera alia quæ in mei magiſtri & ſaluatoris doctrina habetur. Nã in duobus præceptis de dilectione ſupradictis cætera præcepta diuina pendent dupliciter: vno modo ex veritate, ſicut concluſiones in ſuis principiis. Nam ſicut in ſpeculatiuis veritas concluſionum dependet ex veritate ſuorum principiorum, ſic & in practicis ratio particulariũ agendorum pendet ex ratione ſuorum principiorum.

Ex hoc quod Deus ſit ſuper omnia diligendus, ſequitur qđ non ſit alius Deus colendus, & ſic de reliquis mandatis.

Ex hoc enim quod Deus eſt ſuper omnia diligendus, ſequitur quòd non eſt alius Deus colendus, nec eius nomen in vanum ſumendum, & ſic de aliis præceptis in Deum ordinãtibus: & ſic patet, quòd præcepta in Deum ordinantia maniſeſtè pendent ex præcepto de dilectione Dei modo prædicto.

Præcepta, quæ ordinãt ad proximũ pendẽt à dilectione proximi.

Idem eſt dicẽdum de præceptis ordinantibus in proximum, vt cũ dicitur: Nõ occides: Nõ mœchaberis, &c. ſcilicet, quòd omnia illa dependent ex ratione iſtius præcepti: Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum. ſicut ratio concluſionum pendet ex ratione ſuorum principiorũ.

Secundo modo. Obſeruatio mãdatorũ ſi ſine dilectione fiat præmiũ non meretur.

Alio modo præcepta diuina in ſacris eloquiis contenta pẽdent ex ratione ſuorum principiorum, in duobus præceptis de dilectione ſupradictis, ſcilicet in præmio debito facientibus illa præcepta: nullum enim præmium debetur cuſtodientibus diuina præcepta, niſi in dilectione Dei fundẽtur, ſeu radicentur: quod patet ſic. Nam

Exod. 20. a. 5.

Exod. 20. in prohibitione idolatriæ Deus promittẽs pœnas trãſgreſſoribus, & præmia obſeruantibus ſubdit: Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ eorum, qui oderunt me, & faciẽs miſericordiã in millia, his qui diligunt me & cuſtodiũt præcepta mea.

Corolariũ reſponſiuũ ad primum argumentũ.

Ex quo patet manifeſtè, quòd Deus præmiat per ſuã miſericordiã cuſtodientes ſua præcepta, ſi tamen diligunt eum, & &oppoſitũ de tranſgreſſoribus. Et ſic habes, quòd præmia debita cuſtodientibus præcepta diuina pendent ex dilectione Dei, quam qui non habet per cuſtodiam aliorum præceptorum nullum præmium cõſequetur: & ſic tota lex quantum ad rationẽ præmij & per conſequens meriti dependet in duobus præceptis de dilectione ſupradictis.

Reſponſio ad ſecundũ.

Et per hoc patet reſponſio ad ſecundũ obiectum tuũ, in quo dicit, quòd præcepta decalogi non referuntur ad præceptum de dilectione, eo quod

eo quod nō fuit datum antequā decalogus daretur, nec in decalogo fit mētio de huiuſmodi præcepto. Nam manifeſtum eſt per autoritatem prędictam, quòd in decalogo fit mentio de huiuſmodi pręceptis, ſcilicet de dilectione Dei, quę requiritur ad conſequendam Dei miſericordiam in cuſtodientibus pręcepta diuina. Vnde dicit: Faciēs miſericordiā cum iis, qui diligunt me & cuſtodiunt præcepta mea. & ſic habetur expręſſa mentio de dilectione Dei neceſſaria ad præmia cōſequenda: non tamē ponitur dilectio Dei per modum præcepti hîc in decalogo, ſed preſupponitur, tanquam per ſe notū per naturam, vel per fidē, vt dictū eſt, ponitur tamen dilectio Dei per modū pręcepti. Deut. 6. vbi hoc pręceptum explicitè & perfectè traditur. Similiter & pręceptum de dilectione proximi Leuit. expræſſius ponitur.

Præceptū de dilectione Dei nōn ponitur expreſſe in decalogo, quia præſupponitur.

Deut. 6. a. 5.

Leuit. 19. d. 18.

SAVLVS. Sicut dilectio Dei requiritur ad conſequendā Dei miſericordiā in cuſtodientibus pręcepta diuina, vt in autoritate per te allegata videtur cōtineri, ſic cuſtodia præceptorū diuinorū requiritur in diligētibus Deū ad conſequendā Dei miſericordiā, vt patet per autoritatē per te allegatam, in qua dicitur: Faciēs miſericordiam his, qui diligunt me, & cuſtodiunt pręcepta mea. Vnde nō magis pendet cuſtodia præceptorū in dilectione Dei ad eius miſericordiā conſequendā, quàm dilectio Dei in cuſtodia pręceptorū eius. Vnde ſecūda ratio tua, in qua dicis, quòd pręcepta diuina pēdent in duobus pręceptis de dilectione Dei quantum ad pręmium non videtur valere ratione prædicta.

PAVLVS. Pręceptū de dilectione Dei prout explicite & perfectè traditur Deut. 6. Omniū pręceptorū diuinorum cuſtodiam includit. In hoc enim quod dicitur: Ex todo corde, præcipitur, quòd tota noſtra intentio feratur in Deum. Ex hoc autem, quod dicitur: Ex tota mēte, & infra, præcipitur, quòd intellectus noſter ſubdatur Deo increrdēdis quę eſt tota mēte Deū diligere, & Deum diligere debemus ſine obliuione. In hoc autem, quod dicitur: Ex tota anima, pręcipitur quòd appetitus noſter obediat Deo. Et ſic patet, quòd ad impletionem huius pręcepti requiritur cuſtodia cęterorū mandatorum Dei: ſed in cuſtodia mādatorum Dei ſeorſum ſcripta nō includitur dilectio Dei: poteſt enim homo cuſtodire mandata Dei, vt puta: Non ſint tibi dij alieni: Honora patrem, &c. ſine hoc quod diligat Deū, vel quod hoc faciat ex dilectione ſeu charitate Dei, & iſta faciens nōn dicitur tranſgreſſor præceptorum illorum, quę ſic obſeruat, quamuis non habeat habitum charitatis, ſiue dilectionis Dei, neq; hoc faciat ex amore Dei. Ex quibus patet, quòd cuſtodia mandatorum Dei includitur in præcepto de dilectione Dei, & nō ē cōtra: & ſic

Deut. 6. a. 5.
Nota expoſitionem.

Præceptum de dilectione Dei, prout traditur Deut. 6 omnium præceptorum includit cuſtodiam.

& ſic tota lex, ſcilicet præcepta legis, pendent in præcepto de dilectione Dei, & proximi modo prædicto. Vnde ſi benè ſcrutatus fueris dicta doctorum tuorum reperies, quòd nōnulli eorum aſſerunt multitudinem præceptorum Moſaicę legis in paucis, vel etiam in vno tantum ſubſiſtere; quod ſatis conſonat prædictis.

Corrolariũ reſponſiuũ.

CAPITVLVM IX.

In quo oſtenditur, quòd ſecũdum quoſdã doctores Talmudicos, multitudo pręceptorum Moſaicę legis in paucis, vel etiam in vnum conſiſtunt, quod etiã concordat cum dicto Saluatoris ſupradicto.

SAVLVS.

Allega mihi obſecro doctores noſtros, hoc quod dicis aſſerentes.

PAVLVS. In libro quidicitur Matoth. di. quæ incipit: Iſti ſunt qui flagellantur. quidã doctor Talmudic⁹ homine Rabbi Caniblai dicit, quòd præcepta Moſaicæ legis ſunt 613. quorũ affirmatiua ſunt 248. negatiuã verò ſunt numero. 365. & quòd venit Dauid & conſtituit prædicta, 613. præcepta in 11. vt habētur in Pſalmo: Domine quis habitabit, &c. vbi dicit de illo: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, &c. Qui facit hæc non commouebitur in æternum. Ex quo infert quòd in illis 11. præceptis affirmatiuis & negatiuis, quæ in illo Pſalmo continentur, conſiſtit vis omniũ

Lib. Matoth diſt. quæ incipit, iſti ſunt qui flagellãtur. Rab Caniblai.

Præcepta legis Moſaicæ ſunt ſexcenta & tredecim.

Pſalm. 14.

Affirmatiua ſunt 248. negatiua vero ſunt. 365.

Dauid conclusit in vndecim, in

præceptorum Moſaicæ legis, quantum ad prēmium ęternum: nam ſecũdum ipſum Dauid, qui facit illa. 11. tantum ſecurus eſt de hoc quòd nō commoueatur in æternum. Sequitur in eadem autoritate: Venit Iſaias & conſtituit ea ſuper ſex. Iſai. 33. Ambulans in iuſtitiis & loquens veritatem, &c. Sequitur: Ipſe in excelſis habitabit. In qua autoritate Iſai. ponuntur ſex opera meritoria, ſuper quibus concludit, quòd faciens talia excelſa habitabit, ſcilicet in prēmio æterno. Et ſequitur vltra in prędicta autoritate: Venit Michæas & conſtituit ea ſuper tribus. Mich. 6. Annunciaui tibi homo quid eſt bonum, & quid Dominus petit à te, vtique facere iudicium & diligere pietatē, & humiliter ambulare cum Deo tuo. Vnde in iſtis tribus tantum ſecundũ Michęam omnia præcepta Moſaicę legis conſiſtũt: cum dicit, quod Deus nihil aliud petit ab homine niſi iſta tria. Et ſequitur vltimò in eadem autoritate: Venit Abacuc, & conſtituit ea ſuper vnum tantum. Vnde Abac. 2. Iuſtus in fide ſua viuit. Habes igitur autoritate prædicti doctoris tui, quòd tota multitudo præceptorũ Moſaicæ legis in ſolo vno conſiſtit. Vnde non mireris de verbis Saluatoris noſtri dicentis, quòd in duobus præceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetæ.

Iſai. 33. e. iſ
vocaſſiti ne.

conſtituit ſu per tribus. Mich. 6. b.

Abac. 2. d. poſuit ſuper vnum.

SAVLVS. Multum diſcor dat hęc autoritas per te allegata

Arguit & probare nititur, quòd autoritas Christi ſit cõtraria autoritati Abacuc.

ab autoritate magiſtri tui: ipſe enim dicebat, quod in duobus preceptis de dilectione ſupradictis tota lex conſiſtit. Abacuc autem dicit in vno: itē illud vnū preceptū aſſignatum ab Abacuc eſt de fide, illud autem magiſtri tui eſt de dilectione, quæ ſunt diuerſa præcepta.

PAVLVS. Licet autoritas doctoris tui in prædictis, quæ tu allegas, videatur deuiare à veritate magiſtri mei, eo quod magiſter meus in duobus præceptis dicit pēdere totam legem, & doctor tuus dicit in vno tantum. Similiter in hoc quod magiſter meus declarat illud præceptum in quo lex pendet, eſſe preceptum de dilectione & doctor tuus dicit ipſum eſſe de fide, adhuc ſufficeret tibi quòd ſecundum doctores tuos multitudo preceptorum Moſaicæ legis reducitur ad pauca vel ad vnum tātum, quod erat interum meū. Sed adhuc ſi bene conſideras ad eundem intellectum reduci poſſunt verba Euangelica magiſtri mei cum verbis Propheticis Abacuc. Nam fides meritoria, de qua agimus, ſupra intelligenda eſt cum dilectione Dei; ſine qua nullus actus poſſet eſſe meritorius, vt patet per autoritatem Exod. ſupra allegatam vbi dicitur: Faciens miſericordiam diligentibus me. Et ideo fides in qua homo viuit vita ſpirituali intelligenda eſt quòd ſit formata in charitate ſeu dilectione Dei. Duo etiam præcepta de dilectione vnum ſunt, vt dictū eſt ſupra: quia in vnū & eundem finem referuntur, & ideo verba Abacuc dicentis, quòd iuſtus in fide ſua viuit, intelligēda ſunt de fide formata in charitate. Cuius charitatis duo ſunt præcepta, quę ad vnum reducūtur, vt dictum eſt. Et ſic patet, quòd prima dicta mei magiſtri dicentis, quòd in illis duobus pręceptis de charitate tota lex pendet & Prophetę, ſtant in ſuo vigore, tanquam veriſſimum, impugnationibus tuis non obſtantibus.

Concordāt verba Abacuc, cū verbis Christi.

Fides de qua agit Abacuch eſt illa fides quæ per dilectionē operatur.

Duo precepta de dilectione vnū ſunt poſtquā ad vnū finē diriguntur.

CAPITVLVM. X.

In quo declaratur, de quibus mandatis Moſaicę legis intelligendum eſt verbū Chriſti dicentis: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19.

SAVLVS.

AVdio quod ſentis circa dictum magiſtri tui de preceptis de dilectione Dei, ſed circa ſecundum dictum ſuum quod dicit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Math. 19. amplius inſiſtere nos oportet. Videtur enim ex hoc dicto quòd ad habēdam vitam æternam oportet ſeruare mandata legis Moſaicæ de qua intendit, licet enim ibi exēplificet de preceptis decalogi, non tamen ex hoc intelligi debet, quod alia mandata excludere intendat, præſertim cum alibi vniuerſaliter loquēs dicit: Non veni ſoluere legē, ſed adimplere. Ex quo manifeſtè patet, quòd mādata Moſaicę legis nō erant

Matth. 19. c. 17.

Matt. 5. c. 17

erāt ſoluēda per ipſum, ſed implenda: cuius oppoſitū per te & alios diſcipulos ſuos vbique docetur, etiam impletur opere, cū omnia ferè mādata diuinę legis, quæ per Moyſen data fuerūt, penitus euacuauit opere & ſermone, docendo, ea nō eſſe obſeruanda, quod non ſolū eſt contra doctrinam Propheticā, in cuius fine per Malachiam dicitur: Mementote legis Moyſi ſerui mei, cui mandaui in Oreb cæremonia & iudicia. ſed etiam eſt contra doctrinam Euangelij tui, vt ex dictis patet.

PAVLVS. Si es memor illorū quæ fuerunt ibi oſtēſa in capitulis præcedentibus huius diſtinctionis, faciliter habere poſſes tuorū obiectorum ſolutionē. Habes enim ex dictis ſuperius, quòd præcepta Moſaicæ legis, præſertim ea quæ nō ſunt de lege naturę, nō erāt perpetuò obſeruanda, & quòd terminus durationis Moſaicę legis, vltra quā lex Moſaica non obligat in prædictis, eſt lex noua, quæ data eſt per Chriſtū. Ex quibus ſequitur, quòd dictum Chriſti dicentis: Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. ſi intelligatur de omnibus mādatis Moſaicæ legis, oportet illud reſtringere ad tēpus durationis Moſaicę legis, in quo lex Moſaica obligabat ad omnia pręcepta in eadē contēta, infra quod tēpus neceſſe erat ad habendā vitā ęternam, omnia mādata ſeruare, & in eodem tempore Chriſtus locutus fuit illa verba: ſi autem cùm dicitur ſerua mādata, intelligatur de mandatis decalogi vel de aliis moralibus in legē Moſaica contentis. Quę quidem moralia mādata, cū pertineāt ad legem naturę in perpetuum durant, tunc intelligendum eſt dictū Saluatoris ſe extendere ad omne tempus. In omni enim tēpore huius vitę ſeruanda ſunt mandata decalogi, & alia moralia in lege Moſaica contenta.

Quomodo & quando obligabant præcepta legis Moſaicæ.

Mandatā moralia in perpetuum durant.

CAPITVLVM. XI.

In quo oſtenditur, quæ ſint illa præcepta Moſaicæ legis quę dicūtur moralia, quorū duratio eſt perpetua in hac vita; & quę ſint iudicialia ſeu cærimonialia; quorū duratio in lege noua terminatur.

SAVLVS.

MAndata legis Moſaicę indiſtinctè dātur ſeu indifferenter: non enim circa ea diſtinguitur quòd eorū ſit pręceptū morale ſeu pertinens ad legem naturę, vel quod eorum ad hæc non pertineat: & ideo hæc diſtinctio, quā ponis circa pręceptorum diuinæ legis durationē, nō videtur eſſe certa ſed potius ambigua. Vnde pręcepta Moſaicæ legis videtur eſſe omnia perpetua vel nulla. Dicere enim quòd quędam eorū ſunt perpetuò duratura, & quædam non, non videtur habere rationem nec autoritatem.

PAVLVS. Mādata Moſaicæ legis nō fuerunt data indifferenter, vt tu dicis: nam quædam eorum, vt ſunt pręcepta decalogi, fuerunt data, ſolēniori modo, quam

Decalogi præcepta ſolenniori modo, data fuerunt quā alia legis præcepta, & quare.

quã alia. Et primo in hoc quod illa tantũ fuerunt à Deo data toti populo. Alia verò præcepta fuerunt data Moyſi, qui poſtea ea dedit populo, vt habetur expreſſè Deu.5. vbi facta repetitione præceptorũ decalogi ſtatim ſubdit: Hæc verba, loquutus eſt Dominus ad omnẽ multitudinẽ veſtrã, in mõte de medio ignis, infrà in eodẽ cap. de aliis præceptis dicit ſic: Tu verò hîc iſta mecum, & loquar tibi omnia mandata & cerimonias atque iudicia quę docebis eos. Item pręcepta decalogi fuerunt ſcripta à Deo in tabulis lapideis, vt patet Exo.31. Alia verò præcepta non ſic ſed in rotulo a Moyſe fuerũt ſcripta. Item præcepta decalogi fuerunt poſita in arca teſtamẽti, quę fuit collocata in Sãctã ſanctorum, vt habetur 3. Reg. 8. vbi ſic dicit: Non erat aliquid in arca, niſi tantum duę tabulæ lapideę, quas poſuit ibi Moyſes ſeruus Dei in Oreb. Ex quibus maniſeſtè habetur maxima excellẽtia pręceptorum decalogi, cum pręcepto de dilectione Dei in eis incluſo: vt ſupradictum eſt, reſpectu aliorum præceptorũ Moſaycæ legis. Vnde & illa præcepta, ſcilicet decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia, & percõſequẽs perpetuo duratura. Cætera verò diſpẽſabilia & nõ perpetua, niſi ſint de lege naturę vt moralia pręcepta.

Deut.5.c.22 · *Primò.* · *Secundò.* · *Exod.31.c.18.* · *Tertiò.* · *3.Reg.8.c.9.*

Ex omnibus infert quod Præcepta decalogi ſint indiſpenſabilia, & æterna.

SAVLVS. Pręter pręcepta decalogi quorũ excellentia patet ex dictis ſunt multa alia pręcepta in Moſayca lege, de quibus non habetur certitudo neque regula ad hoc vt ſciatur an ſint de lege naturę, vel non.

Præcepta naturalia quæ ſint.

PAVLVS. Pręcepta quę ſunt de lege naturę ſunt illa quę ex dictamine naturalis rationis habentur, quorum aliqua ſunt quòd ſtatim poſt modicam conſiderationem poſſunt approbari, vel reprobari, per communia principia naturaliter omnibus cognita vel per fidẽ, vt ſunt pręcepta decalogi ſupradicta. Quędam vero ſunt ad quorum iudicium requiritur conſideratio diuerſarum circunſtantiarũ, quas conſiderare diligenter nõ eſt cuiuſlibet ſed ſapientum, ſicut cum dicitur: Coram cano capite cõſurge. & huiuſmodi: cuius ſimile contingit in ſpeculatiuis, ſcilicet, quòd cõſiderare particulares concluſiones ſcientiarũ quę ex primis principiis ſpeculatiuis deducuntur, non pertinet ad omnes ſed ad ſolos Philoſophos, & ideo in talibus ſępe cõtingunt errores in ſpeculatiuis, inducẽdo à primis principiis ad concluſiones pręſertim longinquas, & ſimiliter cõtingit in operabilibus. Nã vt ait Philoſophus in 1. Ethicorum: Bona autẽ & iuſta de quibus ciuilis intendit tãtã habent differentiam & errorẽ, vt videãtur lege ſola eſſe, natura autem non. Vnde conſiderandũ eſt diligenter ſingula pręcepta, an, ſcilicet, deducãtur rectè ex primis principiis iuris naturalis, an non, & ſic poteſt cognoſci

Ariſtot. 1. Ethic.

Modus diſcernẽdi quæ ſint pręcepta naturalia moralia & iudicialia, &c.

cognoſci

gnoſci, quæ illorum ſint præcepta moralia ad ius naturale pertinẽtia, & quæ non poſſunt etiam cognoſci præcepta, quæ nõ ſunt de lege naturæ in hoc, quod ante legis dationẽ indifferẽs erat, an ſic vel aliter fieri deberẽt, & tũc talia manifeſtum eſt non eſſe de iure naturæ, vt quod quis habeat duas ſorores coniunctas ſibi matrimonialiter, prout Iacob legitur habuiſſe. Gene. 29. quod tamen prohibitũ fuit in lege Moſaica, vt habetur in Leui. Habes ergo ex prędictis, quòd præcepta moralia in lege Moſaica contenta, quorum præcepta præcipua ſunt decalogi, cum præcepta de dilectione in eis concluſa ſunt perpetuò duratura, cùm pertineãt ad legem naturæ quæ perpetua eſt: cętera verò præcepta vt cærimonialia & iudicialia non ſunt perpetua, ſed eorum duratio fuit tantum in ſeculo Moſaicæ legis, de quo ſupra fuit dictum.

Gene. 29. d. 31.

Precepta decalogi cum pertineant ad legẽ naturæ ſunt perpetua. Cerimonialia & iudicialia nõ. &c.

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quòd cærimonialia & iudicialia præcepta ſunt quædam determinationes moralium præceptorum, quòd illa licet ſint inſtituta à Deo, tamẽ ſunt mutabilia autoritate diuina, ſine præiudicio mutabilitatis ipſius Dei. Quę quidem mutatio cærimonialium & iudicialium habetur etiã per doctores Talmudicos.

SAVLVS.

DIc mihi quæ ſunt illa quæ dicũtur cærimonialia, & quæ iudicialia, & conſequenter vnde habes, quòd illa non fuerunt perpetuò duratura.

PAVLVS. Præcepta cęrimonialia ſunt illa quæ determinant præcepta moralia ad Deũ, ſicut præcepta ſacrificiorum & ſacerdotum, de quibus dantur multa præcepta in Leuit. in pluribus capitulis. Similiter & præcepta quæ dabantur de abſtinẽtia ciborum. Leuit. 11. & de abſtinendo ab aliquibus veſtimẽtis. 19. Similiter quod præcipitur de fimbriis faciendis per angulos palliorum. Nume. 15. quæ & multa alia ſimilia ordinãtur ad Deũ, per cultum debitum ſecundum ſtatũ illius populi, ſub lege exiſtentis. Iudicialia verò dicuntur illa præcepta quæ ſunt determinationes moralium præceptorũ in his quę pertinent ad ordinationem hominum ad inuicem, de quibus agitur Exod. 21. & in aliis locis: quę quidẽ præcepta, non habẽt vim obligandi, ex ſola ratione, ſed ex inſtitutione, & ſub quolibet iſtorum generum, ſcilicet præceptorum cærimonialium & iudicialium, ſunt multa præcepta differentia numero & etiam ſpecie, de quibus magiſter tuus Rab. Moyſ. largè tractat in tertia parte ſui libri, de directione perplexorum reddẽs rationem literalem de ſingulis. Sed noſtri doctores magis propriè ea tradunt reddendo rationem ſingulorum, non ſolum literalem ſed etiam figuralem.

Præcepta cærimonialia, ſunt illa quæ determinant moralia ad Deũ.

Leui. 11. a. 3. & 19. d. 19.

Nume. 15. d. 38.

Iudicialia præcepta determinant moralia, quoad ordinationẽ hominum inter ſe.

Exod. 21.

Rab. Moy.

SAVLVS. Dic mihi ergo, cùm præcepta prędicta, tam cęrimonialia

monialia quàm iudicialia diſtinguntur à moralibus præceptis, vt per te eſt aſſertum: quare dicuntur iſta præcepta cærimonialia ſeu iudicialia determinationes præceptorum.

PAVLVS. Hoc quod petis tibi oſtendam exemplificando, per aliqua precepta particularia, vt ex iis poſsis de aliis iudicare, & primo de cærimonialibus, de quorum numero ſunt ſacrificia. Conſtat, quòd de iure naturæ eſt ſacrificare Deo, prout Philoſophi etiam tradũt. Nã in qualibet gente & ritu ſacrificatur Deo vero vel putatiuo: & ſic patet, quòd ſit de iure naturæ, quod omnibus eſt commune, ſed determinare circa ſacrificia certo modo facta, in certo loco, & cum certis circunſtantiis & miniſtris, hoc non eſt de iure naturę, quia iſta diuerſimodè fiunt in diuerſis locis & gentibus. Vnde certa determinatio talium non pertinet, ad ius naturæ, nec per conſequens ad moralem doctrinam. Ideo tales determinationes dicuntur cærimoniales, non morales. Similiter in iudicialibus, quòd latro reſtituat ablatũ, eſt de iure communi omnibus, & ideò hoc eſt morale. Sed quòd aliquod furtum reſtituatur in duplum, aliud verò in quadruplum & huiuſmodi, vt Exo. 22. hoc non eſt de iure naturę, ſed ex inſtitutione, & ideò non dicitur preceptum morale ſed iudiciale: & ſic eſt intelligẽdum de aliis determinationibus iuris naturalis, quæ non ſunt ſeruãda in lege noua, ſicut nec ſunt de iure naturæ, ſed ex inſtitutione.

Ius naturæ eſt Deo ſacrificare.

Cærimoniale ius eſt determinare in ſacrificiis modum, locum & circunſtantias.

Ius commune eſt reſtituere ablatum, reſtituere in duplũ, eſt iudiciale.

Exo. 22. a. 4

SAVLVS. Licet iſta precepta tã cerimonialia quã iudicialia non ſint de iure naturali, ſunt tamen ex inſtitutione diuina, nõ autẽ humana: inſtitutiones autẽ diuinę inmutabiles debent eſſe, quia vt legitur Nume. 23. Non eſt De⁹, vt filius hominis vt mutetur. & ideo doctores noſtri dicunt ea eſſe perpetuò duratura. Vnde Rab. Moyſ. in lib. de Iudicibus, tit. de Regibus, in cap. 11. vbi loquitur de Meſſia, ſicut dicit: Lex iſta, ſcilicet Moſaica, cerimonialia eius, & iudicialia eius, nõ ſunt mutabilia in ſeculũ, nec in ſeculum ſeculi, nec eſt addẽdum ſuper ea, nec diminuendũ: & quicunq; addit vel diminuit, vel extrahit verba preceptorũ à ſenſu ſuo literali, indubiè eſt impius & periurus. Hæc ille.

Arguit leges à Deo inſtitutas, immutabiles eſſe.

Nume. 23. c. 19.

Rab. Moyſ. lib. de Iudicibus Tit. de Regibus c. 11.

PAVLVS. Leges à Deo inſtitutę mutari poſſunt ſine mutatione ipſius Dei inſtituentis. In prima enim ętate ex inſtitutione diuina non erat hominibus licitum ędere, niſi de terra naſcentibus, vt habetur Geneſ. 1. & tamen in ſecunda ætate, poſt diluuium fuit eis licitum comedere animalia, vt habetur Gen. 9. Ex quo patet, quòd Deus immutabilis manens ſtatuta ſua prout diuerſis congruit tẽporibus mutat. Ex dictis autem magiſtri tui Rab. Moyſ. non poteſt ſumi contra me efficax argumentum, vt ſępe

Leges quas Deus inſtituit, mutare poteſt, ſine ipſius mutatione.

Gen. 1. d. 29

Gen. 9. a. 3.

ſæpe eſt dictum ſupra, præſertim cũ in primo cap. huius diſtinctionis fuit oſtenſum, quòd legi Moſ. nec poſſet aliquid addi, vel diminui, & etiam prout in cap. 5. oſtenſum eſt: licet in aliquibus præceptis Moſaicæ legis videatur dici, quòd ſint perpetuò obſeruanda, non tamen intelligendum eſt, de perpetuitate abſoluta, ſed tantummodo limitata, ſecundum durationem Moſaicę legis prætaxatam. Sunt etiam aliqui doctores tui antiquiores, quam Rab. Moyſ. qui dicunt expreſsè de quibuſdam præceptis cærimonialibus legis veteris quòd non erant duratura in perpetuũ, & ſimiliter eſt dicendum de aliis.

Aliqui Hebrai, dixerũt cærimonialia non eſſe perpetua.

SAVLVS. Allega mihi rogo illos doctores noſtros, hoc ſentientes.

PAVLVS. In lib. Bereſith. Rabba. Gen. 41. exponendo illud Pſal. Dominus ſoluit cõpeditos. ſic dicitur: Omnis beſtia quę immunda reputata eſt in ſeculo iſto, ſcilicet tẽpore legis, Deus ſanctus & benedictus faciet eã, mundam in futuro: quemadmodũ fuerant munda primitus filiis Noë, quibus dictum eſt, Gen. 9. Sicut olus herbę dedi vobis omnia, quemadmodum olus fuit mundũ omnibus, ſic etiã omne animal, & beſtiæ: fuerunt mundę eis, ſcilicet filiis Noë, ita quoque in futuro tẽpore Deus erit abſoluturus, quicquid prohibuit: Hæc ille. Ex quibus patet, quòd ſecundum doctores tuos, omnia prohibita in veteri lege, quòd ab eis vocatur ſeculũ, id eſt ſeculum legis Moſaicæ, erant ſoluẽda tempore futuro, ſcilicet Meſſiæ, & idem dicendũ eſt de aliis cęrimonialibus, quæ non habent maiorem rationem manendi quàm illa.

In Lib. Bereſith.

Gen. 9. a. 3.

Sicut animalia fuerunt munda filiis Noe, ita in futuro tempore erit, ſcilicet tẽpore Meſſiæ.

CAPITVLVM. XIII.

In quo oſtenditur, quòd fideles Chriſti nõ poſſunt eſſe redarguẽdi, de tranſgreſſione pręcepti de idolatria, eo quòd adorant ſculptilia & imagines contra Iudæos, qui eos cõmuniter idolatras eſſe exiſtimant.

SAVLVS.

ET ſi dimittamus loqui de cærimonialibus, ſeu iudicialibus, de quibus poſſes aliqualiter ſubterfugere, quomodo tamẽ poſſes euadere manifeſtam tranſgreſsionẽ veſtrã circa quędam precepta decalogi, quę temerarie inter vos nõ obſeruantur, immo violãtur & non obſeruantur à tuis fidelibus. Decalogus autem fuit datus ſolẽniter à Deo, vt ſupra per te fuit allegatũ, & eius precepta perpetuò ſunt obſeruanda, non enim data fuerunt cũ aliqua limitatione tacita vel expreſſa, vt patet, Exo. 20. vbi eorũ datio primo, narratur ſecundo, Deut. 5. vbi ipſa datio, decalogi à Moyſe repetitur.

Exo. 20. a. 3.

Deu. 5. a. 6.

PAVLVS. Oſtende quomodo aliqua precepta decalogi à fidelibus violantur, ſeu non obſeruantur.

SAVLVS. Duo pręcepta de principalioribus decalogi, in prima tabula contẽtis, ſcilicet pręceptum

præceptũ de prohibitione idolatriæ, quod apud vos eſt primũ præceptum, apud nos verò ſecũdum. Similiter & præceptum de obſeruatione ſabbathi, apud vos tertiũ, apud nos verò quartũ, manifeſtũ eſt quòd tui fideles neutrũ eorũ ſeruãt, ſed ea cõmuniter, & publicè tranſgrediũtur.

PAVLVS. Oſtende mihi quod dicis, primo de precepto idolatrie, & cõſequenter procedem ad preceptũ de ſabbatho.

In precepto contra idolatriã tria prohibẽtur. Primum.

SAVLVS. In præcepto de prohibitione idolatriæ ſupradicto, tria legũtur eſſe prohibita. Vnum eſt, quòd nullus accipiatur in Deũ, niſi ſolus Deus, ille, ſcilicet quia eduxit populũ Iſraeliticũ de Aegypto, quod patet ſic: nã cum dixiſſet: Ego ſum, Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. & ſtatim ſubdit: Non ſint tibi alij dij corã me.

Secundum. Secundũ eſt quòd nullus faciat ſculptile, nec imaginem eorum qui in cælo ſunt, nec in terra, &c. quod patet, cùm dicitur: Nõ facias tibi ſculptile, &c.

Tertium. Tertium eſt, quod nihil talium ſculptilium, ſeu imaginum adoretur quod patet cũ ſequitur: Non adorabis ea neq; coles.

Tria obiicit cõtra catholicos. Primum.

quodlibet autem iſtorum trium tranſgrediũtur fideles tui manifeſtè, habent enim in Deum Chriſtum tuum, qui quidẽ licet concedatur quòd fuit Meſſias, non tamẽ eſt ille Deus, qui eduxit populũ Iſraeliticũ de Aegypto. Vnde manifeſtum eſt, quòd recipiẽdo illum Meſſiam in Deũ, eſtis tranſgreſſores illius prohibitionis in qua dicitur: Non ſint tibi alieni dij coram me.

Secundum. Item eccleſiæ & oratoria veſtra plena ſũt ſculptilibus & ſimulachris, atque hominũ imaginibus, quod eſt manifeſtè contra prohibitionem ſecundam, in qua dicitur: Non facias tibi ſculptile.

Tertium. Item prædicta ſculptilia, ſeu ſimulachra adoratis & colitis, & ſic manifeſtè tranſgredimini tertiam prohibitionem, in qua dicitur: Non adorabis, nec coles ea, &c.

Reſponſio primæ obiectioni, in qua Chriſti diuinitatem oſtendit.

PAVLVS. Præceptum de prohibitione idolatrie, in decalogo contentum, obſeruatur à fidelibus prout decet, obiectionibus tuis non obſtantibus. Nã habendo Chriſtum noſtrum in Deũ, non tranſgredimur prohibitionem diuinã, in qua dicitur: Non ſint tibi dij alieni corã me.

Chriſtus verus Deus & homo, qui eduxit populum.

Ipſe enim Chriſtus ſecundũ veritatem catholicæ fidei, eſt verus Deus, ſicut & verus homo: & ideo ipſe eſt, qui eduxit populum Iſraeliticũ de terra Aegypti, ſimiliter creauit cælum & terram, & legem dedit Moyſi in monte Sinai: & ideo ſecundum deitatem ipſius, ſecundum quã omnia prædicta ei competunt, ipſum habemus in Deũ, nec habemus ſecundum hoc niſi vnũ Deum, & ſic non tranſgredimur prædictam prohibitionem.

SAVLVS. Audio verba tua, quæ tamen non comprehenduntur ab intellectu humano, quomodo enim poſſet non ſolũ verificari, ſed etiam intelligi ſeu ima-

imaginari quòd vna & eadẽ res ſit creator & creatura, finitum & infinitum, & multa alia incõpoſſibilia, quæ in prædicta tua aſſertione includuntur.

PAVLVS. Certũ eſt, quòd iſta quæ ad deitatem Chriſti pertinent tibi videtur impoſſibilia: ſed quia vt ſupra dixi tibi, quia de hoc myſterio, quod ſingularem difficultatem in credendis importat maximè apud te, quia nondum lumine fidei es illuſtratus, infra eſt tractandum, vbi inter me & te eſt agendũ de deitate Chriſti. Ideo ad præſens de hoc ſuperſedeamus, vſque ad proprium locum. Sed de ſecundo in quo dicis, nos trãſgreſſores eſſe ſecundæ prohibitionis, in qua dicitur; Non facias tibi ſculptile, &c. Ex hoc, quòd in oratoriis & eccleſiis noſtris ſunt ſimulachra ſculptilia, & hominum imagines, & huiuſmodi: reſpondeo tibi, quod illa prohibitio ſecunda de non faciendo ſimulachra, & imagines ordinatur, in ſequentem prohibitionẽ, ſcilicet tertiam in qua dicitur: Non adorabis ea neque coles. Facere enim imagines vel ſimulachra non ad adorãdum ea, ſeu colendum, ſed ad repræſentandum aliquam veritatem vtilem ad contemplandum de diuinis myſteriis, ſeu miraculis, & de aliis ſimilibus, quæ non inducunt errores, ſed ad mores proficiũt, non intelligitur eſſe prohibitũ in hoc præcepto de prohibitione idolatriæ.

Reſpondit ſecunda obiectioni de imaginibus, quæ prohibitio ordinatur ad tertiam prohibitionem, ſcilicet ne adorentur.

Quare imagines ponuntur in templis.

SAVLVS. Litera ſimpliciter prohibet facere huiuſmodi ſculptilia, etiam ſi non adorẽtur neque colantur: non enim dicit, non facies ſculptilia ad adorandũ, ſed præciſe prohibet: Nõ facies ſculptile. Vnde reſpõſio tua non habet locum.

PAVLVS. Si bene conſideras, neceſſe eſt vt prohibitio de faciẽdo ſimulachra, & imagines intelligatur modo prædicto, ſcilicet, quòd talia non fiant vt adorẽtur ſeu colantur. Cõſtat enim in fabricatione tabernaculi Exodi. 25. quòd duo Cherubim erãt ſupra propitiatorium, cum alis extenſis, qui quidem erant in forma humana, & mutuo ſe reſpiciebant, & iſta erant in Sancta ſanctorũ in loco ſanctiori cæteris, vbi dabãtur diuina reſpõſa. Vnde Num. 7. dicitur, quòd cũ ingreſſus eſſet Moyſes in tabernaculũ fœderis, audiebat vocẽ loquẽtem ſibi de medio duorũ Cherubim. Aduerte igitur, ſi imagines humanæ ponebãtur in loco tam ſanctiſsimo vbi ſedes Dei repræſentabatur, quomodo poſſes dicere, quòd fieri imagines ſimpliciter prohibentur in decalogo. Vnde oportet te concedere, quod dixeram, ſcilicet quòd ſolum prohibẽtur fieri vt adorentur ſeu colantur vt Deus, nõ autẽ ſi alia ratione, accommoda ſeu vtili fiant.

Exo. 25. b. 18.

Cherubim duo erãt in templo, formam humanam habentes.

Nume. 7. c. 89.

Imagines facere, non eſt prohibitum.

SAVLVS. Reſponſio tua non valet, quia nõ probas quòd Cherubim eſſent imagines humanæ. Secundo quia nõ oſtẽdis

quód tales imagines, ſcilicet humanę, in illo loco, aliquid vtile ſpiritualiter repręſentarent.

PAVLVS. Quod autē imagines illorum, Cherubim eſſent humanę, habentes alas extenſas in Sāctaſanctorum ſatis declaratur. 3. Reg. 7. vbi in fabricatione tēpli legitur: Sculpſit quoq; in tabulatis illis quæ erant Cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinē hominis ſtantis. Et idem, 2. Paralip. 4. Ex quibus manifeſtè patet, quód Cherubim erant imagines humanæ, & in tranſlatione Chaldaica dicuntur iuuenes, & ſic habes primum quod quęrebas. Ad ſecundum verò quod quæris, vt oſtendā tibi quid tales imagines ſpiritualiter repręſentarent: Reſpōdeo quod propitiatoriū repręſentabat ſedem Dei, & Deus erat ibi, quaſi loquens Moyſi, vt dictum eſt: idcirco Cherubim circūſtantes repręſentabant angelos, qui aſſiduè aſſiſtūt Deo. Vnde Iſa. 6. cū dicitur: Vidi Dn̄m ſedentē ſuper thronum, &c. ſequitur Seraphim ſtabant ſuper eum ſex alę vni, & ſex alæ alteri. Similiter & Danie. 7. de Deo dicitur: Millia millium aſſiſtebant ei, ſcilicet angelorum. Vnde ad hoc, quod Moyſes vel ſummus ſacerdos, intrans Sancta ſanctorum eleuaret mentem ſuam in diuinorum contemplationem, conueniens erat vt eſſet ibi repræſentatiō diuinæ maieſtatis in propitiatorio, quaſi ſuper thronum ſedentem, cum aſſiſtētia angelorum,

3. Reg. 7. d. 29.

2 Para. 4. a. 1.

Chaldaica tra'atio habet, quod Cherubim erāt iuuenes.

Propitiatorium referebat ſedē Dei Cherubim repræſentabāt angelos.

Iſai. 6. a. 2.

Dan. 7. c. 10.

Ponebantur imagines in propitiatorio, vt ſummus Sacerdos eleuaret mentem in diuinorū cōtemplationē

qui frequenter in imagine humana conſueuerunt apparere, vt deſignetur eorum intelligētia; ſimiliter & cum alis, vt deſignetur eorum promptitudo & acceleratio ad exequendum diuina mandata, vt patet Daniel. 7. & in Pſalmo, dicitur: Et aſcendit ſuper Cherubim & volauit. Imagines autem leonum intra Sanctaſanctorum ponebantur, vt ſummus Sacerdos illuc intrans ad orandum, haberet memoriā de Regno Iudę, quod erat principale in Iſrael. Illa enim tribus portabat in vexillo ſuo leonem. Vnde de Iuda dicitur, Geneſ. 49. Catulus leonis Iuda. & inter orationes quas ſummi Sacerdotes intrantes Sanctaſanctorum faciebant; vna de principalioribus eſt. Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. vt habetur in libro Ionathæ. In qua oratione pro perſeuerantia Regni Iudæ orabat, & etiam pro aduentu Meſsiæ. Ibi enim dicitur: Donec veniat qui mittendus eſt: & de illo verificatur: Surgit leo de tribu Iuda. & ſic habes quód imagines ponebantur, in veteri lege in loco ſanctiori, & etiam rationes quas petiſti.

Dan. 7. c. 10.
Pſal. 17. b. 11.

Leonū imagines in templo poſitos referebāt Iudaicum populum.

Tribus Iuda in vexillo leonem ferebat.

Gen. 49. b. 9.

Sacerdos orabat pro perſeuerātione Regni Iuda, & pro aduētu Meſſiæ.

Ionathas.

SAVLVS. Si in ſculptilibus ſeu ſimulachris non prohibetur factio, ſed ſola adoratio, ſuffeciſſet hoc ſolum prohibere, dicendo, nō adores ſculptilia neq; coles ea, ſuperfluū ergo fuit dicere: Non facias tibi ſculptile. ſi factio ſola ſculptilium non eſſet prohibita.

PAV-

PAVLVS. Non eſt ſuperflua illa prohibitio de factione ſculptiliũ, quia qui facit ſculptile & illud adorat eſt transgreſſor duorum preceptorum. Si autẽ adorat ſculptilia iam facta, quæ ipſe non fecit, eſt tranſgreſſor vnius precepti tantum: qui autẽ facit & non adorat, nec cum intentione adorandi hoc facit, nõ eſt tranſgreſſor alicuius præcepti: & ſic habes planum ſenſum harum prohibitionum, ex quo non potes non arguere de earũ trãſgreſsione. Simulachra enim & imagines, quæ communiter fiunt in oratoriis noſtris, nõ adorantur neque colũtur vt Deus, ſed fiunt principaliter ad hoc vt hominibus præſertim ſimplicibus ad memoriã reducãtur, geſta & facta ſanctorũ virtuoſa ſeu meritoria, vt inde excitetur ad laudem Dei, & ad eorum imitationẽ: hoc enim eſt perutile cõmuniter deſiderantibus iuſtè viuere? Vnde Iſai. 51. Audite me, qui ſequimini iuſtitiam & quærẽtes Dominum, intuemini Abrahã patrem veſtrũ, &c. Si igitur conſiderare ſeu intueri Abrahã oculo mẽtali cõſulitur ſeu precipitur à Propheta, ad ipſi imitationẽ Abrahȩ depingere Abraham cũ immolatione Iſaac perutile eſt ad reducendũ memoriȩ virtutẽ ipſius Abrahȩ, & eius obedientiam ad Deum. Ex viſis enim ſecundũ Philoſophum mouetur animus. Vnde ad iſtũ finẽ imagines ſanctorum, in Eccleſiis noſtris ponũtur, ſcilicet vt eorũ opera virtuoſa memoriȩ reducã tur, vt per hoc prouocentur homines ad ſanctorũ imitationẽ, nõ autẽ ponũtur imagines predictȩ ad hoc quod adorẽtur vt Deus.

Imagines nõ adorant' vt Deũ ſed ad memoriam per eas reuocanus ſanctorum geſta, vt illa imitemur.

Iſai 51. a. 2.

Philoſo.

Imagines in Eccleſia ponũtur, vt virtuoſa ſanctorum opera videamus, & imitemur.

SAVLVS. Et ſi nõ imagines ponantur in oratoriis veſtris, prout tu aſſeris, ad hoc quòd adorentur, adorantur tamen de facto, vt eſt manifeſtũ: & ſic eſtis tranſgreſſores prędictæ prohibitionis diuinæ, in decalogo contentȩ, communiter & frequẽter.

Arguit quod adorẽtur imagines.

PAVLVS. Non omnis ado ratio facta, creaturis eſt prohibita, ſed ſolũ adoratio illa quȩ ſoli Deo debetur, quȩ apud nos vocatur latriȩ. Si enim nulla adoratio poſſit, licitè creaturis fieri, Abrahã amicus Dei non adoraſſet filios Heth, quod tamẽ legitur feciſſe. Gen. 23. Neq; Dauid, qui fuit ſanctus adoraſſet Saulẽ, quod tamen fecit: vt habetur 1. Reg. 24. & ſic de aliis multis. Ex quibus conſtat, quòd aliquã adoratio poſſit fieri creaturis, & talis adoratio apud vos vocatur, adoratio duliȩ: adoratio tamen latriȩ ſoli Deo eſt exhibenda, non autem creaturis in quantum ſunt creaturæ, & ideo adoratio, quam nos exhibemus ſanctorum imaginibus non eſt intelligenda adoratio latriȩ, ſed duliæ, quæ creaturis excellentibus poteſt ſine peccato exhiberi, vt patet exemplis prædictis.

Adorare creaturas, non eſt prohibitum ſed latria tantũ adorare.

Gen. 23. b. 7

1. Reg. 24. c. 10.

Adoratio dulia hominibus fit.

Adoratio latria, ſoli Deo.

SAVLVS. Video quòd indifferenter adoratis Deũ & ſanctorũ veſtrorum imagines, & quod durius eſt quòd crucẽ & imaginẽ

crucifixi veſtri ſumma adoratione adoratis, vt eſt manifeſtum.

Adoratio latriæ quid ſit, & quomodo fieri debeat.

PAVLVS. Vt clarius iſta intelligatur ſcire debes, quòd adoratio latriæ principaliter conſiſtit in corde, ſcilicet cùm homo cordialiter ſe ſubiicit Deo, adhærendo ei tanquam primæ veritati in credendis, & tradendo ſe ſuis obſequiis ſeu præceptis in agendis. Quod quidē verè fit cùm homo timorē Dei filialem ſeu ſanctum in corde habet. De qua adoratione dicit Pſalmus:

Pſal.5.b.8.

Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Talis enim adoratio mentalis cum timore Dei ſancto, qui permanet in ſeculum ſeculi fit, & in hoc principaliter conſiſtit vera adoratio: & quia naturale eſt, hominum ſignificare conceptus ſuos interiores per aliqua ſigna exteriora. Vnde Philoſophus in 1. Periarmenias: Voces ſunt earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. Ideo oportuit vt adoratio mentalis, quæ principalis eſt, per aliqua ſigna exteriora manifeſtaretur, vt putà per inclinationes corporales vel genuflexiones & huiuſmodi. Quę quidem ſigna exteriora nō eadem ſunt apud omnes, nec vbique & ſemper, ſed diuerſa ſecundū diuerſitatem temporum & regionum, voces enim ſeu loquutiones diuerſæ, ſecūdum diuerſitates linguarum in diuerſis tēporibus ſeu regionibus idem conceptus ſeu ſimiles ſignificant, & ſic eſt de adorationibus exterioribus, ſcilicet, quòd licet adoratio mentalis ſupradicta eadē ſit ſeu eiuſdē rationis apud omnes, adoratio tamen exterior, quę interiorē ſignificat adorationem, non eſt eadem, ſed diuerſa ſecūdum diuerſitatem temporū & regionum. Conſtat enim, quòd reuerētia, quę exhibēda erat locis ſacris tēpore antiquo, ſignificabatur, per amotionē calciamentorū, vt habetur. Exo. 3. & Ioſuę. 5. ſed à magnis iam temporibus talis reuerentia exterior non exhibetur locis ſacris. Ratio hui⁹ diuerſitatis eſt quòd ſigna exteriora non naturaliter ſed ad placitum ſignificant conceptus interiores, & ideo talia ſigna exteriora frequenter variantur. Vnde in propoſito inclinationes corporales ſeu genuflexiones, quæ fortè aliquando ſignificabāt adorationem latriæ interiorem, iam à magnis temporibus nō propriè hoc ſignificāt, ſed cōmuniter adorationem cōmunem tā latrię quàm dulię. Et ideo licitè poſſunt fieri tales adorationes exteriores creaturis excellentibus, vt ſanctis etiam potentibus, ſalua tamen rectitudine intentionis in conceptu interiori, ſecundum quā nunquam adoratio latriæ ſupradicta debet fieri niſi ad ſolum Deum: & hoc obſeruatur ſeu ſemper debet obſeruari apud catholicos, & ſic nō debent notari de tranſgreſsione prohibitionis prædictæ, ſcilicet, Nō adorabis ea, &c.

Philoſo.

Adoratio vera per ſigna exteriora oſtenditur.

Licet adoratio mentalis ſit eadem apud omnes, non tamen adoratio exterior.

Reuerentia tempore antiquo, exhibebatur locis ſacris calciamenta ſoluēdo.

Exod.3.b.5. Ioſue.5.d.15

Ratio diuerſitatis exterioris adorationis.

Genuflexiones, tam latriam, quam duliam ac rationē notans.

SAV-

SAVLVS. Quod dicis de adoratione Crucis & Crucifixi, quę, vt audiui à doctoribus tuæ gentis, adorantur adoratione latriæ, & tamen conſtat quòd non ſunt dij, ergo per talem adorationem manifeſtè tranſgredimini prohibitionem decalogi dicẽtis: Non adorabis ea.

De adoratione Crucis inquiris.

PAVLVS. In qualibet imagine poſſunt duo conſiderari. Vnum eſt, quid eſt illa imago ſecundum ſe. Aliud verò quid repræſentet talis imago. Primo modo crux vel crucifixus ligneus ſeu metallinus, & huiuſmodi non adorantur nec debẽt adorari, cum ſecundum ſe non ſunt aliud niſi res elementales & corruptibiles. Secũdo modo ſunt adorãda adoratione latrię, repræſentant enim Deum crucifixum, de cuius deitate, tractã dum eſt inter me & te vt dictũ fuit ſupra in multis locis. Vnde pręſuppoſito quod crucifixus ille quem reprę ſentat eſt verus Deus: manifeſtum eſt quod illa imago ipſum repræſentans inquantum talis, eſt adoranda, vt ipſe Deus, eodẽ enim motu mouetur animus in repręſentãte & repręſentato, in quantũ ſecũdo modo ſupradicto conſideratur.

In qualibet imagine duo conſiderantur, Primo quid ſit in ſe, ſecundo quid repræſentet. Primo modo non ſunt adoranda, ſed ſecundo.

Animus eodẽ mouetur modo in repræſentate & repræſentato.

CAPITVLVM XIIII.

In quo oſtenditur, quòd fideles Chriſti non ſunt tranſgreſſores præcepti de obſeruatione ſabbathi, prout Hebræi falsè exiſtimant, & quòd dies Dominica ſucceſsit ſabbatho in hac obſeruatione.

SAVLVS.

Duriſsimũ eſt quod pręſupponis, ſcilicet, quòd Deus verus fuit crucifixus: ſed quia de hac deitate tui Meſſiæ te offers tractaturũ placet mihi tollerare donec illud inter me & te tractetur, ſed ad prę ſens & ſi de fabricatione & adoratione imaginum aliqualiter poſſes euadere, nulla tamen tergiuerſatione cęlare potes, quòd eſtis manifeſtè trãſgreſſores pręcepti de ſabbatho, quod eſt quartum præceptum decalogi apud nos, tertiũ verò apud vos: apud omnes tamẽ vltimum prę ceptũ eſt primæ tabulæ, in qua præcepta ordinãtia ad Deum ponuntur. Conſtat tamen quòd omnia opera ſeruilia, tã mechanica quã alia in die ſabbathi operamini, nulla mentione facta de ſanctitate illius diei, tã ſolenniter in decalogo data & multipliciter in Pentathæuco & aliis libris Prophetalibus repetita.

PAVLVS. Obſeruationi ſabbathi ſuccedit apud nos obſeruatio Dominicæ diei, in qua nullũ opus ſeruile licitũ eſt facere, nec mechanica opera ſeu laborioſa operari, ſed eſt dies aſſignata ad vacãdũ Deo, ommiſſis ſolicitudinibus mũdanis in aliis diebus conſuetis, & ſic non ſumus huius præcepti tranſgreſſores, ſed potius præceptum illud adimpletur, præſertim per deuotos fideles, qui in feſtis ſeu diuinis ſolennitatibus non in vanitatibus ſeu theatris

Sabbatho ſuccedit Dominicæ dies, & quomodo obſeruare debeat.

occu-

occupãtur, ſed diuinis laudibus atq; ſermonibus vacant. Illi autẽ qui per oppoſitũ in huiuſmodi diuinis feſtis ſe habẽt, nõ ſunt dicendi ſabbathorũ obſeruatores apud te, nec etiã apud nos.

SAVLVS. Obſeruatio Dominici diei, quę apud vos cõſueuit, fieri non poſſet de iure diuino ſuccedere ordinationi ſabbathi in decalogo contentæ propter duo. Primum quia dies ſabbathi pręcipitur fieri in die ſeptima, vt exprę́ſſe habetur. Exo. 20.b.10. Exodi. 20. & Deut. 5. & in multis aliis Deu. 5.b.13. locis, Dominica autem dies eſt octaua, & ſic deficitis manifeſtè in obſeruatione huius præcepti quantum ad obſeruationis tempus. Secundum quòd in obſeruatione ſabbathi prohibentur, multa exprę́ſsè in litera, à quibus vos in Dominicis diebus nõ abſtinetis, vt decoctio ciborum & itineratio, quę prohibẽtur exprę́ſsè in ſabbatho, vt habetur Exo. 16.c.13 & 35.a.3. Exo. 16. Similiter & incendere ignem quę prohibẽtur in ſabbatho. Exo. 35. Vnde, dato quod obſeruatio Dñici diei ſuccederet obſeruationi diei ſabbathi, adhuc deficitis in ei⁹ obſeruatione, facientes illa quæ expræſsè prohibentur fieri in ſabbatho.

Preceptum de obſeruatione ſabbathi, partim eſt morale partim cari moniale.

PAVLVS. Circa pręceptũ de obſeruatione ſabbathi conſiderare debes, quòd hoc pręceptũ ad literã intellectum non totũ eſt morale, vt ſic ſemper obliget ſecundũ ſe totum, ſed partim eſt morale, & ſic obligat etiã in noua lege ſicut & cętera præcepta legis moralia: partim vero cærimoniale, & ſic non obligat in lege noua, ſicut nec alia cærimonialia, quorum obligatio vt ſupra dictum eſt termina tur ſecundum durationem Moſaicæ legis. Illud enim eſt morale in hoc pręcepto, ſcilicet quod homo deputet aliquod tempus rationale ad ſpirituale refectionem, qua mens hominis in Deo reficitur, ſicut deputatur aliquod tẽpus ad corporalem refectionẽ, vel ad alia humano corpori neceſſaria, & hoc manet tẽpore nouę legis in obſeruatione diei Dominicę. Quę quidem dies deputata eſt ad hoc vt homo vacet ab omni opere ſeruili, vt in Deo ſpiritualiter reficiatur: & hoc ſufficit ad moralitatẽ huiuſmodi præcepti obſeruãdi. Cęrimoniale autẽ in hoc pręcepto eſt determinatio tẽporis in diem ſeptimam, & quantum ad hoc non obligat hoc præceptũ in lege noua ſicut nec alia cærimonialia Moſaicæ legis, vt ſupra dictum eſt. Et ideo ad vacationem ab operibus ſeruilibus & refectione mentis in Deũ deputata fuit dies Dominica ex inſtitutione Eccleſiæ & conſuetudine populi Chriſtiani: quæ quidem dies ſecundum ſtatum nouæ legis fuit tempus congruũ ad huiuſmodi obſeruationẽ magis quam dies ſeptima.

In ſabbatho quid ſit morale.

Quid cærimoniale in ſabbatho.

SAVLVS. Quod alia dies præter ſeptimã inſtituta ſit ſeu deputata ad Dei obſequiũ in loco ſabbathi, ſic vt dies ſabbathi red-

reddatur prophana & non ſancta prout tu aſſeris, nullo modo fieri poteſt propter duo. Primū quia Deus ipſe benedixit & ſanctificauit diem ſeptimam, ſcilicet, diem ſabbathi. Geneſ. 2. & hæc fuit prima conſecratio ſeu ſanctificatio à Deo facta, licet enim Deus in operibus ſex dierum legatur aliquas creaturas benedixiſſe vt animalia & hominem, non tamen legitur aliquā benedixiſſe & ſanctificaſſe niſi diem ſeptimā, ſcilicet ſabbathi. Sanctificatio autem cuiuſcunq; rei conſiſtit in eius deputatione & applicatione ad diuina obſequia. Vnde Nume. 16. de Deo dicitur: Et ſanctum applicabit ſibi. nullus autem poſſet ammouere hanc ſanctificationem quam Deus ipſe ſanctificauit, vt patet de ſe. Secundum quia ratio huius ſanctificationis à Deo aſſignata, adhuc manet in eodem vigore ſicut tunc, quæ quidem ratio exprimitur ibidem, ſcilicet Geneſ. 2. vbi ſic dicit: Et benedixit Deus diei ſeptimo & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit: quę quidem ratio huius ſanctificationis eiuſdem efficaciæ eſt etiam poſt aduentū Meſſiæ ſicut prius, & ideo manere debet eius effectus.

Gene. 2. a. 3.

Licet ſex diebus benedixerit De' animalia & hominē, non tamen aliquam creaturā ſanctificauit præter ſabbathum.

Num. 16. a. 5

PAVLVS. Ad primū reſpondeo, quòd non eſt inconueniens, quòd aliquæ res à Deo ſanctificatæ reddantur prophanæ, & eis ſuccedant in ſanctitate aliæ res. Primogenita enim fuerunt à Deo ſanctificata, vt habetur Exo. 13. & loco eorū fuerunt ſanctificati Leuitę. Vnde Numero. 3. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego tuli Leuitas à filiis Iſrael, pro omni primogenito in filiis Iſrael, eruntque leuitæ mei, &c. Et ſic patet, quòd ſanctificatio primogenitorum per Deum facta tranſlata fuit in Leuitas, & ſimiliter intelligendum eſt de tranſlatione ſabbathi.

Non eſt inconueniens, quòd res ſanctificatæ reddantur aliquæ prophanæ, & loco earum aliæ res ſuccedāt.

Exo. 13. a. 2.

Leuitæ fuerunt ſanctificati loco primogenitorum.

Nume. 3. g. 45.

SAVLVS. Quòd ſanctificatio à Deo facta tranſeat de vno in aliud, ſic quòd vna res ſuccedat alteri in ſanctificatione, non eſt inconueniens, ſi vtrumq; fiat per diſpenſationem diuinā ſicut eſt de primogenitis & Leuitis per te allegatis. Ipſe enim De', qui ſanctificauit primogenita tranſtulit eorum ſanctificationē ad Leuitas, prout patet per autoritates per te allegatas. Sed nō ſic eſt de ſabbatho quod De' legitur per ſe ſanctificaſſe, & nuſquam legitur ſanctitatem ſuam deinde tranſtuliſſe in diem Dominicā: quod autē dicis hanc trāſlationē fuiſſe factam ex inſtitutione Eccleſię tuę & conſuetudine populi Chriſtiani, manifeſtū eſt nō valere. Inſtitutiones autē humanę ſeu conſuetudines nō poſſunt diuinam legem ſeu ſanctificationē tollere vt eſt manifeſtū,

PAVLVS. Præceptum de ſanctificatione ſabbathi quātum ad eius moralitatē, non obligat ad obſeruationem certi diei pluſquam alterius, ſed ſolùm aliquā diem,

Obſeruatio ſabbathi quoad morale nō obligat ad obſeruationē certi diei.

diem, & ideo inſtituta aliqua die ad huiuſmodi, ſanctificationem præceptum impletur prout eſt morale. Vnde Eccleſia non amouit ſanctitatem à die Sabbathi: ſed hęc ſanctitas inquantum fuit cęrimonialis quo ad determinationē certi tēporis fuit ammota ſicut & alia cęrimonialia. Inſtitutio autem diei Dominicæ per Eccleſiam & conſuetudinē Chriſtianam obligat ad Dominici diei obſeruationē, & in hoc Eccleſia nō tollit diuinam legē: quod patet per tale exemplū: Deus enim mandauit decimas dari de animalibus naſcentibus quod quidem pręceptum obligat ad hoc, quod homo det de decem agnis vnum, ſcilicet iſtū vel illum: non tamen obligat ad aliquem eorum determinatum: ſi autē homo vnum eorum determinatum aſſignet & ſeparet pro decima, tunc ille agnus ex tali aſſignatione humana eſt ſanctificatus tanquam decimatus Deo, nō tamen ex vi pręcepti; quia ex ſolo pręcepto nullus agnus determinatus erat dādus in decima; & ſic in propoſito.

Nota ſimilitudinem.

SAVLVS. Exemplum tuū non applicatur propoſito: nam Deus certā diem ſanctificauit, ſcilicet, illā ſeptimam, in qua requieuit ab operibus ſuis: & ideo talis ſanctificatio nō poteſt ammoueri ab eadē die per humanā inſtitutionem: in decimis autē non determinatur à Deo quę ſit illa pars quę in decimam eſt aſſignanda, ſed hoc relinquitur humanę aſſignationi, & ideo prius accipitur exemplum ad ſanctificationē Sabbathi de ſanctificatione primogenitorum, in qua De⁹ determinauit quòd primo aperiens vuluā eſſet ſanctificatum, & illud non poſſit in aliud mutari: & ſic intelligi oportet in Sabbatho in quo De⁹ certam diem aſſignauit, quę nullo modo in inſtitutione humana mutari debet.

Arguit contra ſimilitudinem.

PAVLVS. Si benè conſideras, diem illam quā Deus ſanctificauit fuit primum ſabbathū in quo primo ceſſauit Deus ab operibus, & illa nō poteſt mutari ſeu ammota fuiſſe. Alia verò ſabbatha ſequētia non ſic fuerūt à Deo propriè ſanctificata ſecūdum ſe ipſa, ſed in ſignum prioris ſabbathi à Deo ſanctificati: vnde cum dixiſſet Exod.31. Cuſtodiāt filij Iſrael ſabbathū, &c. ſubdit: Pactum eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael ſignumq; perpetuū: ſex enim diebus Dominus fecit cælum & terram, & in ſeptimo ab opere ceſſauit. Ex quo patet, quod ſabbatha, quæ fuerūt poſt primum ſabbathum, non fuerūt ſanctificata niſi in ſignum prioris ſabbathi: quod quidem ſignum perficitur per hoc, quòd vna certa dies determinata poſt ſex dies, aſſignetur in ſignum primi ſabbathi, in quo Deus requieuit, ad quod quidem ſignū ſatis ſufficit dies Dominica aſſignata per Eccleſiam, ad vacādum Deo poſt ſex dies ad labores humanos deputatos.

Primū ſabbatum fuit dies quam Deus ſanctificauit & alia ſequentia non ſic fuerunt ſanctificata, ſed in ſignū primi ſabbathi

Primus ſabbathus in deſerto celebratus fuit ſeptimus dies à deſcēſu mānæ deſcēſus autem nō legitur, quo die fuerit.

tatos. Vnde primum ſabbathū, quod legitur in deſerto, celebratum, fuit ſeptimus dies à deſcenſu mannæ: qui quidem deſcēſus non legitur fuiſſe in prima die hebdomadæ.

SAVLVS. Nō ſufficit ad hoc ſignum dies Dominica per tuam Eccleſiam aſſignata. Hæc enim dies eſt octaua à prima die, in qua Deus incœpit opus creationis, non autem ſeptima: Deus tamē ſeptimam ſanctificauit, cui quidem diei ſanctificatę correſpondent omnia ſabbatha ſequētia ſucceſſiuè, omnes enim ſunt ſeptimæ computādo ab exordio mundi.

PAVLVS. Si bene conſideras primum ſabbathū, quod legitur in deſerto celebratū, nō fuit ſeptima dies correſpondēns primo ſabbatho, quod fuit in mūdi exordio prout tu dicis, ſed fuit ſeptima dies à deſcenſu mannæ, qui quidem deſcēnſus non legitur incepiſſe in prima die hebdomadæ. Vnde ſic ſeptima dies computata à prima die deſcēſus mannæ concurrat cum die ſabbathi in primo exordio ſanctificati: immo probabilius poſſet dici, quòd dies prima, in qua manna deſcendit non fuit prima dies hebdomadæ, quæ dicitur vna ſabbathorum: nam in primis veſperis illius diei deſcendit coturnix & ſaturati ſunt carnibus, vt habetur Exod. 16. Conſtat autē, quòd ſi illa veſpera eſſet veſpera ſecunda diei ſabbathi non eſſet eis licitum occidere coturnices & parare eas. Ex quo patet, quòd dies immediatè præcedens deſcenſum mannæ non fuit dies ſabbathi, & per conſequens prima dies, in qua manna deſcendit nō fuit vna ſabbathorum. Ex quo patet, quòd primum ſabbathū in deſerto celebratū nō fuit correſpōdens primo ſabbatho, quod à Deo fuit ſanctificatum. Ex quo ſequitur, quòd in obſeruatione præcepti de ſabbatho, ſufficit obſeruare ſeptimā diem poſt ſex dies laboris, etiam ſi nō correſpondent ad primū ſabbathū mūdi, quod etiā patet in ſabbatho terrę. De quo Leu. 25. Sabbathizet terra ſabbathum Dño, ſex annis ſeres agrū tuū, &c. Septimo autem anno ſabbathū erit terrę requietionis Dñi. Idem de ſabbatho remiſſionis Deut. 15. In quibus manifeſtū eſt, quòd talia ſabbatha non correſpondent primo ſabbatho mundi, quod à Deo fuit ſanctificatū. Non enim Deus in ſex annis creauit mundū, & in ſeptimo requieuit, correſpondent tamen in ratione ſeptenarij, ſcilicet in memoriam creationis mūdi habendā, in quo Deus poſt ſex dies operationis requieuit in ſeptimo, & ſic poſt ſex annos culturę, eſt ſeptimū requiei terrę vel remiſſionis debitū, & hoc ſufficit obſeruari ad memoriā creationis mūdi habendā, ſine hoc quod ſabbatha correſpōdeant primo ſabbatho ſanctificato, pro vt tu exiſtimas.

Prima deſcēſu manna non fuit prima Sabbathi.

Exod. 16. c. 13.

Primū ſabbathum in deſerto celebratum non fuit ſeptima dies correſpondens primo ſabbatho mundi.

Leui. 25. a. 2.

Sabbathum terræ fuit ſabbathū remiſſionis.

Deut. 15. per totū cā.

SAVLVS. Secundū te ſufficeret ad obſeruātiam ſabbathi

computare ſex dies,incipientes à quacunque feria,ſiue eſſet prima,ſiue ſecũda,ſiue tertia,& huiuſmodi,& ſeruare ſeptimam diẽ tanquam ſabbathum, quod eſt abſurdum,quia ſic vnus celebraret ſabbathum in die lunæ,alius in die martis,& ſic de aliis.

Poſt ſex dies laboris tenentur, qui diem ignorãt celebrare ſabbathũ

PAVLVS. Si cõtingeret, quòd aliquis homo exiſtens in partibus valde remotis, vel ex aliqua alia cauſa neſciret,neque poſſet ſcire, quæ dies eſſet in qua tota cõmunitas celebraret diẽ ſabbathi,teneretur poſt ſex dies laboris qualitercunque cõputatos celebrare ſeptimũ diẽ, vt ſabbathum, & ſic determinatur à doctoribus tuis,prout Rabbi Moy.in 3.lib.ſui Deut.titu. de ſabbathò ponit:ſed ſciẽtibus cõputationem communem totius plebis non licet aliam ſibi facere ſeorſum,ſed ſeruare ſabbathum ab omnibus celebratum. Aliter enim eſſet magna cõfuſio & diſſenſio in celebratione ſabbathi.

Rab. Moyſ. in 3. li Deuter. titulo de ſabbatho.

Populi mores ſequi tenentur omnes.

Quærit cauſam mutationis ſabbathi in diem Dominicã, quæ eſt prima dies mũdi.

SAVLVS. Quare ergo fideles tui fecerunt ſibi nouã computationem incipiendo computare ſex dies operatiuos à ſecunda feria, vt ſic ſabbathum celebrarent in die Dominica: cùm tamen tempore tui Meſſię computabãtur ij ſex dies à die Dominica,quæ dicitur prima ſabbathorum, vt in multis locis patet tui Euangelij. Vnde igitur proceſſit talis nouitas in hac computatione,cùm ipſi ſciebant cõputationem hebdomadę communem totius plebis, & ſic non licebat eis facere aliam nouam, ſed ſabbathum ſeruare ab omnibus celebratum: ex hac enim nouitate ſequitur magna confuſio & diſſenſio, vt tu dicis in huiuſmodi obſeruatione.

Ratio obſeruationis Dominicæ diei, pro ſabbatho.

PAVLVS. Ratio autẽ huius quare dies Dominica ſucceſſit in obſeruatione ſabbathi talis eſt. Nam obſeruatio ſabbathi non ſolùm fuit in memoriã creationis mundi, prout Exod.20. dicitur,ſed etiam in memoriã eductionis de ſeruitute Aegyptiaca, prout habetur in decalogo repetito Deuter.5. vbi ſic dicit: Memento, quòd & ipſe fueris in Aegypto, & eduxerit te inde Dñs Deus tuus in manu forti & brachio extẽſo:idcirco pręcepit tibi, vt obſeruares diẽ ſabbathi. Sed cõſtat,quòd in diebus Meſſiæ nõ erat facienda memoria de eductione Aegypti propter reuerentiam maioris liberationis, quę per Meſſiã erat faciẽda. Vnde Hiere.16. Ecce dies venient, dicit Dñs, & non dicetur vltra viuit Dñs, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis,&c. Quę quidẽ prophetia nõ poteſt verificari de tẽpore liberationis à captiuitate Babylónica, prout quidã erroneè putauerunt, nam in templo ſecundo celebratur agnus Paſchalis in memoriam eductionis ab Aegypto, vt patet in lib. Tálmudico, qui dicitur Petahim, vbi tractatur de ágno Paſchali,ſed intelligẽda eſt neceſſario ð tẽpore Meſſię, in quo Iſrael erat liberandus à multo maiori ſeruitute

Exod.20. b.8.

Deu.5.b.12

Hiere.16. c.15.

Lib. Talmud. Petahim.

ſeruitute, quã à ſeruitute Aegyptiaca, in tantum quod iã redemptio Aegyptiaca nõ erat memoranda. Vnde quia ſabbathum primũ, ſcilicet antiquę legis in memoriam eductionis de Aegypto in parte erat celebratũ, quę quidem memoria erat caſſanda tẽpore Meſſię, vt dictum eſt, idcirco tranſlatum fuit de die illa ſeptima ad ſequẽtem diem, & hoc conuenienter. Nam prima ſabbathi eſt dies octaua computando à primo dierum omnium: ſex autem dies operatiui ſignificãt ſecundum omnes præſens ſeculũ, in quo nos oportet laborare. Quod quidem ſeculũ diuiditur in ſex ętates huius mundi, prout Rab. Moyſ. Gerundenſis ponit in prohœmio Geneſ. Sabbathũ verò ſignificat ſeptimam ætatẽ, quæ eſt ſeculum futurum, in quo animę beatorũ in Deo requieſcunt, quod doctores tui Talmudici vocãt ſeculum, quod totum eſt ſabbathũ. Octaua verò dies, Dominica ſignificat octauã ætatem, ſcilicet reſurgentium, quæ quidem reſurrectio incepit à noſtro Meſſia in vna ſabbathorum, quæ eſt dies Dominica, & ideo propriè & rationabiliter celebritati ſabbathinę ſucceſſit celebritas Dominicæ diei ex inſtitutione Eccleſię, & conſuetudine populi Chriſtiani: in hoc enim celebratur memoria creationis mundi, nã in qualibet ſeptimana vna tantũ dies Dominica celebratur, & ſic memoria creationis mundi, in qua in ſex diebus Deus fecit

Conuenienter ſabbathũ mutatur in diem Dominicum.

Vide cauſam.

Rab. Moyſ. Gerunden. in prohem. Geneſ.

Sex hebdomadæ dies ſignificant præſens ſeculum, in quo nos oportet laborare.

Sabbathum verò ſeculũ futurum, in quo animæ beatorum requieſcunt.

omnia, & in ſeptimo requieuit manifeſtè proteſtatur. Et iterũ, quia dies Dominica eſt octaua à primo dierum omnium, & in ipſa reſurrectio incepit, vnde dictũ eſt, & ſic in eadẽ reſurrectio celebratur, in qua eſt vltima & perfecta requies.

Octaua dies ſignificat octauam ætatem, ſcilicet reſurgentiũ, quæ incepit à Chriſto.

SAVLVS. Quicquid ſit de iſta ſucceſſione vnius ſabbathi ad aliud, quid potes dicere in modo obſeruationis, in quo dies Dominica debuiſſet ſuccedere ſecundum te, & tamen non ſic fit. Nam opera, quæ expreſsè prohibebãtur in ſabbatho, vt habetur Exo. 16. & in aliis locis tãquam licita non veremini facere in die Dominica, quam ſuccedere aſſeritis ſabbatho.

Arguit de operib⁹. quæ fiunt di? Dominica.

Exod. 16. d. 29.

PAVLVS. Opera, quę prohibẽtur in lege fieri in ſabbatho, vt decoctio ciborum, & egreſſio de loco, & huiuſmodi, manifeſtè pertinẽt ad cęrimonialia, quæ in lege noua non obligant, vt dictũ eſt ſupra. Illud autẽ eſt morale in obſeruatione ſabbathi, ſcilicet ceſſare ab operibus ſeruilibus, quę quidem opera ſeruilia propriè intelligũtur opera peccati. Nã vt oſtenſum eſt ſupra, ſubiectio ſpiritualis, per quam homo ſubditur peccato maior eſt, quã ſeruitus corporalis. Vnde facere opera peccati in die Dñica grauius eſt quã in die prophana. Dicũtur etiã opera ſeruilia, quib⁹ vnus homo ſeruit alteri, & hęc ſunt opera corporalia, quę ſi ſunt talia, vt impediant applicationẽ hominis ad diuina, nõ ſunt licita

In ſabbatho quæ opera ſeruilia non prohibẽtur, nota.

Ad cærimonialia pertinebant decoctio ciborũ, &c.

Morale eſt ceſſare ab operibus ſeruilibus, & præcipuè à peccato ceſſare.

Grauius eſt in feſto peccare, quàm aliis dieb⁹.
Opera ſeruilia ſunt, quibus vnus homo ſeruit alteri.

in lege noua, quia contrariantur obſeruationi ſabbathi, quæ propriè conſiſtit in vacando Deo. Opera autẽ corporalia, quę deſſeruiũt hominum neceſſitatibus communibus, & non contrarian tur prædictæ obſeruantię, vt decoctio ciborũ & huiuſmodi, non intelliguntur prohibita, niſi cęrimonialiter, & ideo in legẽ noua, non obligant, quia talium duratio non tranſit vltra ſeculum Moſaicæ legis, vt iam dictum eſt.

CAPITVLVM XV.

In quo oſtenditur, quòd præceptum de circunciſione corporali non obligat fideles Chriſti ſicut Iudæi falsè exiſtimant, ſed ceſſat cum aliis cærimonialibus veteris legis.

SAVLVS.

Circunciſio, quæ fuit data Abrahæ, & ſemini eius non ſubiacet ſeculo Moſaicæ legis in duratione. Nam Abrahæ data fuit per magnum tẽpus ante dationem legis Gen. 17. nec debet computari cum cærimonialibus Moſaicæ legis in duratione, ſed eius duratio manere debet durante fide Abrahæ, cui data fuit in ſignum fœderis. Quæ quidẽ fides, ſcilicet Abrahę, adhuc durat etiam ſecundum te: & ideo manifeſtum eſt, quòd fideles tui præcepti de circunciſione ſunt tranſgreſſores: præſertim cùm magiſter tuus circunciſus eſt: & etiam Apoſtolus tuus poſt paſſionẽ tui Meſſię circuncidit quẽdam ſuum diſcipulum. Ex quo manifeſtè patet, quòd circunciſio durare debet etiam poſt tuā legem nouam.

Geneſ. 17. b. 10.
Arguit de perpetuitate circunciſionis, eo quod fuerit Abrahæ data.

PAVLVS. Verũ eſt, quòd circunciſio data fuit Abrahæ, & ſemini eius in ſignũ fœderis, non in iuſtificationem. Non enim Abraham per circunciſionem iuſtificatus eſt, nec etiam per circunciſionem eſt Deo confœderatus: nam ante circunciſionem fuit per fidem iuſtificatus. Vndę habetur Geneſ. 15. vbi dicitur de eo: Credidit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. & de eo ſic iuſtificato legitur ibidẽ: In die illa pepigit Dominus cum Abrahā fœdus, &c. Ex quo patet, quod dictum eſt. Abrahæ autem iam ſic iuſtificato & confœderato cũ Deo, data fuit circunciſio in ſignum huius fœderis, & hoc eſt, quod dicitur Geneſ. 17. Circuncidetis carnem præputij veſtri, & erit ſignum fœderis inter me & vos. Vnde non eſt inconueniens, vt manente fide Abrahę, eius ſignum ceſſet, ſi cauſa ſubſit rationabilis. Non enim in ſigno prædicto iuſtitia Abrahæ & ſeminis eius conſiſtit, ſed in fide ipſius.

Circunciſio Abrahæ fuit data in ſignum fœderis nõ in iuſtificationẽ, quia fuit ante iuſtificatus credẽdo.
Gen. 15. b. 6
Geneſ. 17. b. 10.

SAVLVS. Non video, quę vel qualis eſſet ratio, qua ſignũ per ipſum Deũ Abrahę datũ ceſſare debeat, manẽte re principali cuius ſignũ eſt, ſcilicet fides.

PAVLVS. Eadẽ cauſa, qua cærimonialia Moſaicæ legis debuerunt ceſſare poſt aduentum Meſſiæ, vt dictum fuit ſupra, per eandem debuit circunciſio ceſſare. Nam præceptum de circun ciſione

Præceptum de circunciſione non fuit morale, quia nõ erat ex dictamine rationis, quod homo circuncidat ſe in ſignum fidei: circunciſio inter cærimonialia reputabatur in lege.

ciſione manifeſtum eſt non eſſe morale, non enim de dictamine naturalis rationis eſt, quòd homo circũcidat ſe in ſignum veræ fidei: alias enim Noë iuſtus, & alij iuſti ſeu ſancti, qui præceſſerunt Abraham, fuiſſent rei, quia non fecerunt circunciſionẽ. Vnde hoc præceptum licet datum fuit Abrahę, repetitũ tamen fuit in lege Moſaica inter cætera cærimonialia legis, vt dicitur Leui. 12. vbi hoc præceptum ponitur inter quædam legalia, quæ circa puerum natum debebant fieri. Vnde idem eſt iudicium de omnibus illis quãtum ad eorum durationem, ſcilicet, quòd non debet excedere durationẽ Moſaicæ legis ſupradictã: Chriſtus tamen cuſtodiuit hoc præceptum ſicut & cętera, quia nõ venit ſoluere legẽ, ſed adimplere Mat. 5. Similiter & Paulus circuncidit Timotheũ diſcipulum ſuũ poſt paſſionem Chriſti, & ante diuulgationem Euangelij, quia in illo tẽpore intermedio cærimonialia legis potuerunt obſeruari ſine peccato mortali, præſertim, vbi imminebat periculum de nõ obſeruando, ſicut erat in diſcipulo illo, eo quod eſſet filius Iudeæ, quæ adhuc non erat informata de ceſſatione legalium, ſicut & multi alij, qui tunc erãt ad fidem conuerſi. Paulus tamen nõ circũcidit Titũ, quia ex vtroque parente gẽtilis erat, & ideo non imminebat ſcandalum in eo de ommiſſione circunciſionis. Et circa hoc aduertere debes,

Leuit. 12. a. 3

Matt. 5. c. 17

Quod Paulus poterat Timotheũ circuncidere poſt Chriſti mortem, & quare id poterat.

Quare Titum nõ circũcidit Paulus.

quòd ſicut dictũ eſt ſupra quòd bona promiſſa per Chriſtũ ſunt ſpiritualia, ſic circunciſio in lege Chriſti non ceſſauit ex toto, ſed loco circunciſionis corporalis, quæ ſolùm cærimonialis eſt, nullam habens vtilitatem ſpiritualem, niſi in quãtum procedebat ex obedientia Dei, ſucceſſit circunciſio ſpiritualis, quæ accommoda eſt, & valde perutilis, & in ſcripturis magis commendata.

Licet carnalis circunciſio ceſſet, quia cærimonialis, nõ tamen ceſſat ſpiritualis.

SAVLVS. Dic, quæ ſit illa circunciſio ſpiritualis, quæ magis commendatur in ſcriptura, quàm circunciſio corporalis.

PAVLVS. In ſcripturis ſacris leguntur diuerſæ circunciſiones, quarum quædã ſunt corporales & quædam ſpirituales. Corporaliũ enim vna eſt, de qua agimus, ſcilicet circũciſio membri virilis, de qua Gen. 17. Maſculus cuius præputij caro circunciſa nõ fuerit delebitur anima illa de populo ſuo. Eſt etiã ſecũda corporalis, ſcilicet circunciſio labiorũ, per quam impeditur à recta & aperta loquutione, de qua Moyſes dicebat Exod. 6. Quomodo audiet me Pharao cũ ſim incircunciſus labiis. Eſt etiã tertia circunciſio & eſt ſpiritualis, per quam homo impeditur à ſuſceptione auditus fidei ſeu diſciplinę, & iſta dicitur circũciſio auris, de qua Hiere. 6. Cui loquitur & conteſtabor, vt audiat, ecce incircunciſæ aures eorum, & audire non poſſunt. Eſt etiam quarta circunciſio & eſt ſpiritualis, & iſta dicitur incircunciſio cordis

Diuerſæ circunciſiones in Scriptura ſacra leguntur.

Corporalis vna ſola.

Gen. 17. b. 10.

In membro virili.

Secunda in circunciſio labiorum.

Exo. 6. b. 12

Tertia in circunciſio auris.

Hie. 6. b. 10

Quarta circunciſio cordis.

 dis

dis,per quam homo per iniquas cogitationes cordis impeditur à dilectione Dei:contra quam in circūciſionem legitur Deut.30. Circuncidet Dominus cor tuū, & cor ſeminis tui,vt diligas Dominum ex toto corde. Conſtat autē, quòd ex iſtis incircūciſionibus ſpirituales ſunt deteriores. Deterius enim eſt, quòd homo non ſuſcipiat fidem Dei vel eius diſciplinam, ſeu quòd retrahatur ab eius dilectione, quàm quòd habeat labia impedita à recta loquutione, vel membri virilis incircunciſione. Vnde Hieremias Propheta, increpans populum Iſraeliticum,eis dicebat: Omnes gentes ſunt incircunciſę,& omnis domus Iſraelitica incircunciſi corde, quaſi dicat: Iſrael deterioris cōditionis factus eſt,quantum ad incircunciſionē quàm gētiles. Nā gentiles ſunt incircunciſi corporaliter, ſcilicet in membro virili, ſed domus Iſrael ſunt incircunciſi ſpiritualiter, ſcilicet in corde, per quam impediuntur à diuina dilectione & cuſtodia mādatorum Dei. Ex quibus habes, quòd in noua lege,licet ceſſauit circunciſio corporalis,quę nō erat in aliquo bona,niſi in quantum pręcepta,ſucceſſit tamen circunciſio ſpiritualis,quæ longè vtilior eſt, ſcilicet circūciſio cordis. Et nota, quòd adminiſtratio circunciſionis corporalis,quę in tua gente remanſit poſt Chriſtum adminiſtratur, ſic turpiter per doctrinam Phariſaicā,quę eſt valdè ignominioſa,& præter mentem literæ veteris teſtamenti,in qua præcipitur circunciſio, prout Raymundus Rabbi tuus,in ſuo Pugione,largè declarat,quod hîc cauſa breuitatis prætermittitur.

Deut.30. b.6.

Incircunciſiones ſpirituales deteriores corporalibus ſunt

Hierem. 9. g.26.

Iudei turpiter circunciſionem exercent Raymũdus.

CAPITVLVM XVI.

In quo oſtenditur, quomodo intelligendum ſit illud verbum Malach. vlt. Mementote legis Moyſi ſerui mei, &c.

SAVLVS.

TOta ratio tua ad excuſationem circūciſionis corporalis fiendæ in noua lege fundatur principaliter in hoc, quod præcepta Moſaicę legis, ſcilicet cærimonialia & iudicialia non obligabant in noua lege,ſed hoc eſt falſum manifeſtè:nā Malachias, qui fuit vltimus prophetarū veteris teſtamenti in vlt.capit.ſuæ prophetiæ,vbi agit de aduentu Meſſiæ,dicit: Ecce ego mitto angelum meum,&c. ſubdit verſus finem illius cap. Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mādaui ei in Oreb ad omnem Iſrael pręcepta,cęrimonialia & iudicialia. Ex quo patet, quòd præcepta iudicialia remanebant aduenien te Meſſia, & per conſequēs cærimonialia. Idem enim eſt iudicium de vtriſq; quantū ad hoc etiam ſecundum te.

Malach.vlt. a.4.

PAVLVS. Ad iſtam autoritatem reſpōdetur tibi, quòd aliud eſt dicere Seruate: ſeu cuſtodite legē Moyſi ſerui mei, & aliud eſt dicere: Memētote legis Moyſi ſerui mei. Primū enim dictum

Expoſitio autoritatis Malachiæ, in qua notãter dicit: Mementote, & non dicit cuſtodite.

ctum importat cuſtodiam præceptorũ legis, ad quã requiritur facere ea quę in lege pręcipiũtur, & vitare ea quę in lege prohibẽtur. Secundum verò dictum importat memoriam legis habendam, ad quã non requiritur prędicta obſeruantia ſeu cuſtodia præceptorum, ſed ſufficit habere memoriam de lege in mẽte, ad eius ſpiritualem intelligentiã percipiendam: vnde in hoc loco Propheta ad ſpiritualem intelligentiam legis per eius memoriã inuitat, non autẽ exhortatur ad eius obſeruantiam. Si enim Propheta ad obſeruantiã legalium perpetuò exortaretur, vtiq; dixiſſet: Seruate, ſeu cuſtodite legẽ Moyſi, quod nõ dixit, ſed: Mementote legis Moyſi. in quo intelligitur quod dictum eſt. Et nota, quòd hæc differentia inter cuſtodiã præceptorum, & memoriam eorum habere ponit Rabbi Moyſes Gerũdenſis in expoſitione ſua ſuper Penthateucum ſuper illud verbũ Exod. 20. Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices. Et illud verbum Deut. 5. Obſerua diẽ ſabbathi. dicens, quòd primum præceptum eſt verbum affirmatiuũ, quod ſolùm importat memoriam ſabbathi habendam: & ſecundum verbum eſt præceptum negatiuum de abſtinendis ab omnibus, à quibus abſtinendum eſt in ſabbatho. Et ſic prædicta autoritas Malachiæ magis facit cõtra te. Innuitur enim in ea, quòd memoria iudicialiũ legum & huiuſmodi ſufficit poſt aduentum Meſſiæ ſine eorũ cuſtodia. Poteſt etiam aliter reſpõderi ad tuam obiectionem. Nam cùm Malachias, licet fuiſſet vltimus prophetarum veteris teſtamenti, fuit tamen in primo tempore templi ſecundi, à quo tẽpore vſque ad Chriſtum fluxerunt pluſquã 400. anni, in quibus obſeruanda erat lex Moſaica. Vnde etiam ſi dixiſſet: Obſeruate legem Moyſi, &c. hæc verba intelligerentur implenda, in toto tempore illo 400. annorũ, quod tempus reſtabat futurum, vſque ad tempus Meſſiæ, & in illo tempore indubiè lex Moſaica erat ſeruanda, quantum ad omnia in eadem contenta, ſicut fuerat ante tempus dationis ipſius legis.

Rab. Moyſ. Gerunden.

Exod. 20. b. 8.

Deut. 5. b. 12.

Differentia inter cuſtodiam præceptorũ & memoriam eorum.

Alia reſponſio ad prædictam autoritatem.

Diſtinctio nona de Scrutinio ſcripturarum, circa ſacrum myſteriũ ſanctæ Trinitatis, & continet 17. capit.

In capitulo primo oſtenditur, quòd vnitas Dei credenda eſt apud Catholicos, prout teſtimonia ſcripturarum teſtantur, licet Iudæi aliter exiſtimant de fidelibus.

In capitulo ſecundo oſtenditur, quòd in diuinis, ſecundum Scrutinium ſcripturarum veteris teſtamenti, credendũ eſt eſſe aliquam pluralitatem realiter diſtinctam, ſimul cum vnitate eſſentiæ.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd autoritates veteris teſtamẽti, per quas pluralitatem diſtinctam in Deo eſſe ſimul cum vnitate eſſentiæ teſtantur, non ſunt exponendæ prout Iudæi hoc falsè exiſtimãt, vt veritatem Catholicæ fidei negare poſſint.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd ex au-

ex autoritatibus ſacris veteris teſtamẽti nõ tantum pluralitas, ſine alicuius numeri determinatione Deo attribuitur, ſed etiam in Deo oſtenditur pluralitas ſub trino numero.

In capitulo quinto oſtenditur, quòd etiam à doctoribus antiquis Hebræorũ hoc myſteriũ traditur, licet nõ ita expreſsè ſeu perfectè ſicut à noſtris doctoribus.

In capitulo ſexto oſtenditur, quòd nõ repugnat naturali rationi, quòd vna & eadem res ſit trina & vna.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd generatio ſeu paternitas & filiatio, quæ in diuinis eſſe dicuntur, non ſunt intelligenda ſecundum modum infimarũ creaturarum, ſed ſecundum ſimilitudinem ſupernarum, ſcilicet intellectualium, à quibus etiam ſimilitudo accepta, deficit à repreſentatione perfecta diuinorum.

In capitulo octauo oſtenditur, quòd primo in his procedendũ eſt, vt per Scrutinium ſcripturarum cognoſcamus an in diuinis ſit generatio, & deinde an hæc veritas in ſacra Scriptura reperta poſſit per rationes humanas impugnari, quod quidem ſcrutinium cum magna diligentia & deuotione agendum eſt.

In capitulo nono oſtenditur, quòd in diuinis eſt Filius genitus, & Pater generans, & hoc per autoritatem Pſal. dicẽtis: Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. non obſtantibus Iudæorum cauillationibus.

In capitulo decimo oſtenditur, quòd generatio in diuinis credenda eſt æterna ex autoritate Pſalm. dicentis de filio Dei: Erit nomen eius in ſecula, & ante ſolem permanet nomen eius. non obſtantibus Hebræorum cauillationibus.

In capitulo vndecimo oſtenditur, quòd Deus, qui creauit ſeu formauit vniuerſa habet filium, autoritate Prouerb. 30. vbi dicitur, quòd eſt nomen eius, & quòd nomen filij eius ſi noſti. nõ obſtantibus cauillationibus Hebræorũ.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd Spiritus ſanctus eſt alia perſona in diuinis præter perſonam Patris & Filij ex autoritate Pſal. dicentis: Verbo Domini cæli firmati ſunt, &c. non obſtantibus Hebræorum cauillationibus.

In capitulo tredecimo oſtenditur, quòd in diuinis eſt tertia perſona, ſcilicet Spiritus ſanctus, autoritate Iſa. 48. vbi dicitur: Et nunc Dominus miſit me & ſpiritus eius. quibuſdam Hebræorum cauillationibus non obſtantibus.

In capitulo decimoquarto exponitur autoritas Iſaiæ ſupradicta extensè, vt ex illa ſanè intellecta intentum probetur ſupradictum.

In capitulo decimoquinto oſtenditur per alias autoritates, quòd Spiritus ſanctus eſt Deus contra Hebræos, qui Spiritum ſanctum in ſcripturis contentum dicunt eſſe creaturã: & ſpecialiter exponitur ibi illud verbum Geneſ. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

In capitulo decimoſexto oſtenditur, quòd per hoc quod dicitur. In principio creauit Deus. intelligendum eſt ſapientia à Deo concepta, per quam Deus mũdum creauit.

In capitulo decimoſeptimo ponuntur quædam obiectiones Iudæorum contra veritatem generationis, quam fides catholica profitetur eſſe in diuinis: quæ quidem obiectiones ſoluuntur. In cuius fine declaratur, quòd in præſenti tractatu, vbi ſolum agitur de Scrutinio ſcripturarum, non eſt tractandũ de omnibus difficultatibus, quæ ad hoc myſterium pertinent.

CAP I.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quòd vnitas Dei credẽda eſt apud Catholicos, prout teſtimonia ſcripturarum teſtatur, licet Iudæi aliter exiſtiment de fidelibus.

SAVLVS.

VIDEO quid ſentis circa innouationem diuinæ legis: & quia ſupra inter nos fuit ordinatum, quòd conſequenter de his, quæ Chriſtus tuus fuerat loquutus cõtra Excelſum tractaremus, ſcilicet contra vnitatem Dei, prout fuerat prophetatum de cornu paruulo Dan. 7. quod adaptatur Chriſto tuo, vt ſupra dictum eſt diſtin. 7. cap. vltimo. Idcirco conuenit, quòd de hoc ad præſens diſcutiamus.

Dani. 7. c. 8.

PAVLVS. Dic mihi vbi inueniſti, quòd magiſter meus Chriſtus cõtra Deum excelſum fuiſſet loquutus, quòd tamen nõ credo quod reperire poſſes.

Arguit Iudæus contra Trinitatem perſonarũ.

SAVLVS. Immo ipſum, & ſuos diſcipulos per ſuam doctrinã ſeductos manifeſtè reperio, loquentes contra Deum excelſum, & primo ſic. Conſtat enim per Scrutiniũ ſcripturarũ, quòd verus Deus, qui cœlum & terram creauit, & populũ ſuũ de Aegypto eduxit, & legem in mõte Sinay dedit, quem omnes ſancti & Patriarchæ & Prophetæ coluerunt, vnum eſſe, non multos ſeu plures. Vnde Moyſes hanc fidem volens populum Iſraeliticum firmiter docere cùm eſſet in vltima ætate vitę ſuę. Deut. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. hanc veritatem etiam teſtantur omnia ſacra eloquia, in quibus omnia diuina nomina tam ſubſtantiua, quàm adiectiua ſeu appellatiua ſemper ſunt ſingularis numeri, vt cũ dicitur: Dominus Deus omnipotẽs. & huiuſmodi, proprium autẽ nomen Dei eſt, ſcilicet Thetragrammatho͂. De quo Exod. 3. Hoc eſt nomen meum in æternum, quod non ſolum eſt ſingularis numeri, ſed in tali forma poſitum eſt in Hebræo, quòd non poſſet multiplicari, vt patet cuicunq; in illa lingua perito: hoc etiã patet de verbis, quibus ſacra ſcriptura vtitur in diuinis. Vt cùm Deus loquitur, tanquam in prima perſona, vel cũ de Deo aliquis loquitur, tanquã de ſecunda perſona, vel cum de Deo quis loquitur, tanquam de tertia perſona. In ſingulis prædictis ſemper tales loquutiones fiunt per verba ſingularis numeri. Exemplum primi: vt cùm dicitur Exod. 20. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et Deu. 32. Videte, quòd ego ſum, & nullus alius præter me. Exemplum ſecundi, vt cùm Adam alloquẽs Deo. Geneſ. 3. dicebat: Vocem tuam Domine audiui in paradiſo. Exemplum tertij. In principio creauit Deus cælum & terram. In quibus loquutionibus & in cæteris omnibus nunquam in ſacra Scriptura Deus alicui loquens

Primo ex autoritatibus ſcripturæ.

Deut. 6. a. 4

In diuinis omnia nomina tã ſubſtãtiua, quã adiectiua, ſeu appellatiua ſunt ſingularia.

Arguit ex nomine Thetragramathon.

Exod. 3. c. 15

Verba, quibus ſcriptura loquitur de diuinis.

Exo. 20. a. 2

Deut 32. f. 39.

Gen. 3. b. 10

Gen. 1. a. 1.

quens, vel ipſi Deo loquens aliquis, vel de eo loquitur quis niſi per verba ſingularis numeri. Ex quo manifeſtè inſinuatur vnitas ſeu ſingularitas ipſius Dei. Hãc etiam veritatem non ſolùm ex ſacræ Scripturæ teſtimoniis, ſed etiam ex ratione naturali Philoſophi cognouerũt, cùm ex ſolo dictamine naturalis rationis primam cauſam, quæ non niſi Deus eſt, vnam eſſe aſſeruerũt & ſimpliciſſimam. Ille ergo, qui Deũ ſiue primam cauſam totius entis trinum eſſe fatetur ſiue trinam, indubiè contra Excelſum loquitur. Et ideo tibi ſupra dicebam, quòd illud cornu paruulum, de quo legitur Dan. 7. quod loquitur verba contra Excelſum, verè & propriè intelligi debet de Chriſto tuo, qui contra vnitatẽ Dei in ſcripturis apertè tradditã & per dictamen naturalis rationis inuẽtam expreſsè loquutus eſt modo prædicto.

Arguit ex ratione naturali, ex qua Philoſ. Deũ vnum eſſe cognouerunt.

P A V L V S. Non te oportebat laborare ad probandũ mihi vnitatẽ dei. Veritas enim Catholicę fidei omnes fideles Chriſti obligat ad credendum vnitatem Dei. Primus enim articulus noſtræ fidei hoc teſtatur, dicimus enim in ſymbolo noſtro. Credo in vnũ Deum. Vnde quicunque vnitatem Dei negaſſet, tanquam hæreticus à conſortio fidelium eſſet eiiciẽdus: & ideo de hoc non oportet te mecũ diſputare.

Vnum eſſe Deum fide credimus.

S A V L V S. Et ſi ore quandoq; confiteamini Dei vnitatẽ, cùm hoc tamẽ dicis, quòd Deus ſit trinus, ita quòd tres aſſeris eſſe diuinas perſonas diſtinctas, quod eſt manifeſtè contra diuinam vnitatẽ. Impoſſibile enim eſt aliquid eſſe vnum & trinũ, & ideo confeſſio veſtra de vnitate Dei eſt vana, cùm ſimul cũ hoc trinitatem in Deo aſſeritis.

Arguit contra trinitatẽ perſonarũ, quia quod unum eſt, trinum eſſe nõ poteſt.

C A P I T V L V M II.

In quo oſtenditur, quòd in diuinis ſecundum Scrutinium ſcripturarum veteris teſtamenti credendum eſt eſſe aliquam pluralitatem diſtinctam, ſimiliter & vnitatem eſſentiæ.

P A V L V S.

Non eſt inconueniẽs, quòd aliquid ſit vnum ſecũdum aliquid, vt puta ſecundum eſſentiam, & tamen ſint plures in perſonis, & hoc oportet cõfiteri de Deo ſecundum teſtimonia ſcripturarum. Si enim diligenter circa hoc ſacra eloquia ſcrutatus fueris, manifeſtè reperies, quòd ſicut in Deo vnitas eſt confitenda, ſic etiam attribuenda eſt in diuinis pluralitas, quòd manifeſtè patet ſacra teſtimonia ſcrutanti.

Vnitas Dei credẽda eſt cum pluralitate perſonarum.

S A V L V S. Indica mihi rogo teſtimonia ſacra, in quibus hoc quod aſſeris reperitur: oppoſitũ enim huius inuenio, prout iam tibi dixi.

P A V L V S. Per illa quibus tu conatus es mihi oſtẽdere vnitatem Dei per ipſamet poſſes intelligere pluralitatẽ in Deo eſſe confitẽdam, quod patet primo in no-

Scriptura ſacra tam in nominibus ſubſtantiuis, quàm appellatiuis, pluralitatem Deo attribuit.

in nominibus ſubſtãtiuis, quę de Deo dicuntur, in quibus ſacra Scriptura pluralitatẽ Deo attribuit, vt manifeſtè patet de hoc nomine Heloim, quod eſt nomẽ plurale iſtius nominis Heloah. Conſtat enim vnicuiq; linguam Hebraicam ſciẽti, quòd hoc nomen Heloah ſignificat ſingulariter Deum, ſicut hoc nomẽ Deus ſignificat in lingua noſtra. Similiter, quòd hoc nomen Heloim ſignificat idem quod Dij in noſtra lingua: manifeſtum eſt autẽ, quod ſacra Scriptura loquendo de Deo eum multoties vocat Heloim, vt cùm dicitur: In principio creauit Deus cęlum & terram. Ibi enim vbi nos habemus Deus, in Hebraico habetur Heloim, quòd ſignificat Dij, & ſub iſto nomine Heloim, quod eſt plurale huius nominis Heloah, nominatur Deus in toto opere ſex dierum, & in quamplurimis locis Scripturæ ſacræ. Ex quo patet, quòd per nomina ſubſtantiua ſignificatur Deus in ſcriptura ſub nomine plurali. Idem inuenitur in nominibus appellatiuis, vt eſt hoc nomen ſanctũ, & hoc nomen viuus vel viuens, quæ quidem nomina de Deo legũtur in Scripturis ſacris in plurali numero dicta. Vnde Ioſuę vlt. Propheta loquens de Deo dicebat populo: Non poteſt ſeruire Domino, quoniam Heloim ſancti eſt; non enim dixit Heloim ſanctus, ſed Heloim ſancti, quod idem ſonat apud nos ſicut Dij ſancti. Itẽ Hierem. 10. de Deo dicitur: Ipſi

Heloim eſt plurale à nomine. Heloah, & ſignificat Deũ. Heloim in Hebræo idẽ quod Dij in latinis.

Geneſ. 1. In principio creauit Heloim, id eſt Dij.

Idem eſt in appellatiuis quod in ſubſtantiuis, quæ de Deo loquuntur.

Ioſuæ vlt. c. 19.

Heloim ſancti, id eſt Dij ſancti.

Hierem. 10. b. 10.

enim Heloim viui & R ex ſempiternus. quod idem eſt, ac ſi dicat Dij viui, eo quòd Heloim, vt dixi ſignificat idem, ſicut Dij in lingua noſtra, & licet in traſlatione noſtra iſta nomina ponantur in ſingulari, ſcilicet Deus ſanctus, & Deus viuus, in Hebraica tamẽ veritate, vt noſti, in plurali numero ponuntur, vt dictum eſt. Ex quibus habes manifeſtè, quòd in ſacra Scriptura Deus nominatur ſub nominibus pluralis numeri, tam in ſubſtãtiuis nominibus quàm appellatiuis.

Licet in noſtra verſione hæc nomina ponantur in ſingulari, ſcilicet Deus ſanct', Deus viuus, in Hebræo ſunt in plurali.

SAVLVS. Ex his, quæ allegas non habes intentum. Nã in qualibet autoritate de iis per te allegatis reperies, quòd illa nomina diuina, tam ſubſtantiua, quàm appellatiua reguntur per verba ſingularis numeri, in quo manifeſtè euacuatur tua probatio. Nam ſi intẽtio ſacrę Scripturæ fuiſſet pluralitatem Deo attribuere, ſic nominibus diuinis pluralitatem ſignificantibus coniunxiſſet verba pluralis numeri, prout cõgruitas loquutionis requirit, quod tamẽ non fecit. Nã cùm dicitur: In principio creauit Deus cælum, licet li Deus ponatur in plurali, vt tu dicis, tamẽ hoc verbum creauit ſingularis numeri eſt, non enim dixit creauerunt ſed creauit, in quo denotatur, quòd licet Heloim ſignificet idem quod Dij, tamen non eſt ibi pluralitas ponenda, non enim dixit creauerunt ſed creauit. Similiter in illa autoritate, quam allegas de Ioſuæ dicente de Deo:

Arguit Iudæus, quòd in pronominib' de Deo ſemper ponitur verbum ſingularis numeri.

de Deo: Heloim ſancti eſt, manifeſtum eſt, quòd hoc verbũ eſt ſingularis numeri. Non enim dixit Heloim ſancti ſunt, ſed Heloim ſancti eſt, & ſic euacuatur tua probatio. Idem dicendum de illa autoritate Hierem. vbi dicitur: Ipſe eſt Heloim viui, nõ enim dicitur: Ipſi ſunt Heloim viui, ſed ipſe eſt: in quo manifeſtè demonſtratur, quòd non eſt ibi pluralitas, ſed ſola vnitas per verbum ſingulare ſignificata.

Fides ita cõfitetur in diuinis pluralitatem, vt vnitatem nõ excludat.

PAVLVS. Si rectè conſideras, hec euaſio tua nõ euacuat meam rationem, ſed eam etiam fortificat: nã fides noſtra catholica non ſic confitetur pluralitatem in diuinis, quòd vnitatẽ eſſentialem excludat, vt iam tibi dixeram, ſed cũ vnitate in eſſentia pluralitatem in perſonis profitetur, quam veritatem autoritates per me allegatę teſtantur, quæ in nominibus pluralitatẽ deſignat, & in verbo vnitatem: & ſic manifeſtè cũ veritate noſtræ fidei concordat, & hoc patet in prima autoritate totius ſacræ Scripturæ, quã tibi allegaui, ſcilicet: In principio creauit Deus cælum, &c. In hoc enim, quòd Deus ſub plurali numero, ſcilicet Heloim denominatur, oſtenditur pluralitas in diuinis. In hoc autẽ, quod ſingulare appoſſuit cũ ſubiungit: Creauit, manifeſtè oſtenditur vnitas eſſentiæ, præſertim cùm hoc verbum creauit includit verbum eſſentiale, ſcilicet eſt, vel fuit creans, & ſic manifeſtè denotatur eſſentialis vnitas in pluralitate, quod omnino conſonat veritati fidei noſtræ.

Cauſa quare cũ nomine plurali ponitur verbum ſingularis numeri.

Gen.1.a.1.

Eſſentialis vnitas Dei in pluralitate oſtẽditur.

SAVLVS. Antiqui noſtri ſæpe fuerunt impugnati ab hæreticis ſibi contemporaneis, volẽtes vnitatẽ Dei ſubuertere per iſtas nominationes diuinas, quæ ſub plurali numero quandoque in Scripturis ſacris reperiuntur, ſed noſtri cõuincebãt eos ex ſingularitate intellectą in verbis, quæ talibus nominibus adiungebãtur. Vnde ratione huius dicti: In principio creauit Heloim cælum & terram. vbi Heloim ponitur, quod ſignificat Deum in plurali, interrogauerunt hæretici, vt legitur, in quadam gloſſa antiqua ſuper Gen. à quodam doctore antiquo nomine Rabbi Cãlai, quot Dij creauerunt mundum, quibus reſpondit: Ego & vos quęramus in lege: in principio creauerũt Dij cælum & terram nõ eſt ſcriptum, ſed in principio creauit Dij, &c. & ſic tacuit hæreticus. Hęc ille. Ex quo patet, quòd ex ſingularitate iſtius verbi creauit conuictus fuit hæreticus, volẽs impugnare vnitatem Dei, per hoc quod nominatur Heloim, ideſt Dij, & iſto modo inueniuntur quamplurima dicta in geſtis doctorum noſtrorũ, quæ cauſa breuitatis ommitto.

Hæretici voluerunt ponere pluralitatẽ deorũ.

Rab. Cãlai.

PAVLVS. Licet ex dictis magiſtrorum tuorũ nõ poſſes aliquid contra me concludere, vt ſæpe dictum eſt, tamen in hoc volo tibi oſtẽdere, quòd ea quæ dicuntur hîc per tuos magiſtros, non faciunt contra me, ſed potius

Multi fuerunt hæretici articulum Trinitatis impugnantes.

potiùs pro me. Ad quod attēdere debes, quòd multi fuerunt hęretici, qui credebāt plures deos eſſe in mundo diſtinctos ſecundum naturam vel eſſentiā, quod eſt omnino falſum, etiam ſecundum veros Philoſophos fide carentes, & iſti tales hæretici volēbāt ex hoc nomine Heloim, per quod frequenter Deus nominatur in ſcripturis errorem ſuū concludere, ſcilicet quòd eſſent multi dij diſtincti ſecundū eſſentiam. Vnde cōtra hunc errorem ſufficienter reſpondebant magiſtri tui oſtendētes, quòd cum talibus nominibus pluralis numeri dictis frequenter de Deo, communiter ſemper adiungebantur verba ſingularis numeri, manifeſtè oſtendebatur, quòd nō erant multi dij natura differētes, quia ſic oporteret verba pluralis numeri adiungere talibus nominibus in plurali ſignificantibus, ſi enim pluralitas eſſentialis ſeu ſubſtantialis eſſet in diuinis: ita propriè verba pluralis numeri de Deo dicerentur ſicut & nomina pluraliter ſignificantia, ſicut cū aliquis loquēs de Socrate, vel Platone ſimul aliquid facientes per verba pluralitatē ſignificātia loqui debet dicendo, ij homines ſunt tales, vel talia operantur: quod tamen ſacra Scriptura maximè euitat de Deo loquendo. Nam ſicut nominat Deum pluraliter in nominibus ad deſignandum aliquam eſſe in Deo pluralitatem, non tamen adiūgit verba pluralia ſed tantum verbū ſingularis numeri, ad denotandum ſingularitatem ſeu vnitatem diuinæ eſſentię. Et ideo ſi bene attendis reſponſio magiſtrorum tuorum, ſicut verè euacuat errorem hęreticorum, multitudinem deorum ponentium, ſic verè fortificat, vel probat fidei catholicę veritatem, quæ quidem fides veriſſima, vt iam tibi dixerā, non multitudinem ſeu pluralitatem deorum ponit. Abſit, ſed veram vnitatem Dei fatetur, & tamen aliquam pluralitatem in diuinis aſſerit conformiter ad allegatas autoritates, in quibus verba ſingularis numeri coniungūtur nominibus pluralitatem ſignificantibus.

Nunquam Iudæi crediderunt plures eſſe Deos ſed tantum vnus.

SAVLVS. Autoritates prędictę, quas pro te allegas nō cōformantur tuæ fidei. Fides enim tua, vt ſæpe audiui à doctoribus & magiſtris tuis, licet pluralitatem Deo attribuat, non tamen confitetur, quòd ſint plures dij, ſed tantum vnus Deus. Per autoritates autē ſupradictas plures dij dicuntur. Cùm enim dixit: In principio creauit Heloim. idem eſt ac ſi diceret: In principio creauit dij, vt dictum eſt per te, quod eſt manifeſtè cōtra fidem tuā ſecūdum quod negas quòd ſint plures dij.

Pluralitas in diuinis cum verbo ſingularis numeri ſæpe inuenitur in ſcriptura.

PAVLVS. Verum dicis in hoc quòd ſecundum veritatē catholicam nō eſt concedendū, quòd in diuinis ſint plures dij, & hoc cum verbo ſubſtantiuo pluralis numeri, ſed bene conceditur pluralitas in diuinis cū verbo ſingula-

ſingularis numeri, vt cũ dicitur, quòd Deus eſt trinus: nam per ſingularitatem verbi eſſentialis vnitas eſſentiæ ſaluatur, & ſic eſt in omnibus autoritatibus per me allegatis, in quibus omnibus verbum eſſentiale ſingularis numeri ponitur, vel aliud verbum includens verbum eſſentiale.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd autoritates veteris teſtamenti, per quas pluralitatem diſtinctam in Deo eſſe ſimul cum vnitate eſſentiæ teſtantur, non ſunt exponendæ, prout Iudæi hoc falſè eſtimant, vt veritatem catholicæ fidei negare poſſint.

SAVLVS.

QVomodo poſſũt iſta à ratione naturali comprehẽdi, vel quid magis naturali rationi contrariari poſſet, quàm quod vna, & eadẽ res ſimpliciſſima, vna tantum res ſit & plures, certe & ſi hoc ſcriptura ſacra manifeſtè tradderet, potius eſſet exponenda quàm credenda, cũ duæ veritates ad inuicem cõtrariari non poſſint.

Trinitatis myſterium, licet ratione naturali comprehẽdi non poſsit non tamen rationi naturali cõtrariatur.

PAVL. Licet poſſé cõcedere tibi, quòd hoc myſteriũ, ſcilicet ſanctæ Trinitatis & vnitatis à ratione naturali cõprehendi nõ poſſet, cùm hoc excedat naturalem hominis rationem, nullo tamen modo concedendum eſt, quòd prædictum myſterium cõtrariatur naturali rationi humanæ. Licet enim vna & eadem res ſecundum idem non poſſet eſſe tãtum vna & plures, hoc autem intelligendum eſt cũ vna, & eadem res ſecũdum idem dicatur eſſe vna & plures, non autem cũ non ſecũdum idem dicatur vna & plures. Vnde homo eſt quodã vnum ſecundum ſuppoſitũ, non tamen ſecundum partes integrales ſeu eſſentiales: & licet hoc exẽplum de diuinis ex toto non competat, vbi nulla pars eſt alicuius totius, eſt tamen ſufficiẽs ad excludendam rationem tuã, in qua dicis, quòd contrariatur rationi naturali humanæ eãdem rẽ eſſe vnam & plures, cùm etiã hoc inuenitur in ipſis creaturis. In hoc autem, quod dicis, quòd etiam ſi Scriptura ſacra manifeſtè tradderet, quòd Deus eſt vnus, & quòd eſt pluralitas in Deo, quod hoc non eſt credendum, ſed potius exponendum, quęro à te quomodo hoc poſſes exponere ſine hoc, quod ſacræ Scripturę manifeſtè cõtradicas.

SAVLVS. Hoc poſſum exponere, prout antiqui noſtri expoſuerunt quaſdam autoritates, quæ videbantur aſſerere aliquã pluralitatẽ in diuinis, prout habetur in libro qui dicitur Sanhedrin, & etiam in Bereſith Rabba, & in aliis locis, vbi dicitur, quòd omnis locus, in quo dicitur Heloim, ſcilicet Deus, quia ſignificat aliquam pluralitatem intelligitur ipſe Deus & domus iudicij ſui, & ſic expoſuerunt illud, quod dicitur Oſeæ. 1. Et domui Iudæ miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. In qua autoritate, quia non dicitur: Et domui

Sanhedrin Bereſith Rab.

Hebræorũ expoſitiones denominib⁹ diuinis pluralitatẽ aliquam importantibus.

Oſeæ ůc. 7.

domui Iudæ miſerebor,& ſaluabo eos in me. apparet quòd ſit alius ille qui miſeretur, & alius ille qui ſaluat. Similiter cū dicit

Zachar.2. c.10.

Zach.2.Ego veniēs,&habitabo in medio tui,dicit Dn̄s, & applicabuntur multæ gētes ad Dominum,&c. In qua autoritate cū dicit:Ego veniens,& habitabo in medio tui.debuiſſet dicere, & applicabuntur gentes multæ ad me,ſed quia dicit ad Dominum apparet,quòd ſit alius ille Deus veniens ad habitandum in medio Hieruſalem,& alius ille, ad quem applicabuntur gentes,& ſic videtur eſſe pluralitas in Deo,& ſunt quamplurimę autoritates iſto modo loquentes in ſacra Scriptura. Ad cuius inconuenientiam tollendam expoſuerunt,quòd Deus in ſimilibus locis ſacræ Scripturæ intelligitur non ſolus Deus,ſed ipſe,& domus iudicij ſui,& ſic intelligitur, quòd illa pluralitas non eſt attribuenda Deo, ad quem pertinet ſumma vnitas & ſimplicitas, ſed ad domum iudicij ſui, qui ſunt ſummi angeli beati, qui ſemper aſſiſtūt Deo,& iſto modo, ſequē do veſtigia antiquorū noſtrorū poſſum reſpōdere ad autoritates per te allegatas ad oſtendendam pluralitatē in Deo,ſcilicet, quòd pluralitas in autoritatibus illis intellecta non eſt attribuenda ipſi Deo ſoli, ſed Deo & domui iudicij eius,qui ſunt plures, vt dictum eſt.

Secundum Hebræos in multis ſcriptura locis ſignificātibus pluralitatem Dei, intelligitur ipſe Deus & domus iudicij ſui.

Domus iudicij Dei ſunt ſummi Angeli.

PAVLVS. Si bene ſcrutaris ſcripturas nullo modo poſſes ſubterfugere ab autoritatibus per me allegatis per illā expoſitionē.Si enim cū dicitur: In principio creauit Heloim cælum & terram,&c. pluralitas intellecta per illam dictionem Heloim exponas domū iudicij ipſius Dei, ſequeretur, quòd Deus & domus iudicij ſui mundum creauerunt:& ſic non ſolus Deus eſſet creator mundi, ſed Deus & domus iudicij eius,quod eſt hæreticum etiam apud te. Et ſimiliter ſi illud quod dicitur Hiere. 10. Ipſe eſt Heloim viui & rex ſempiternus.exponas de Deo,& de domo iudicij eius, ſequeretur, quòd domus iudicij ipſius Dei eſt Rex ſempiternus totius mūdi, quod etiam eſt contra fidem tuam,teſtāte ſcriptura Deut.4. Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, quòd Dn̄s ipſe eſt Deus in cęlo ſurſum, & in terra deorſum,& non ſit alius. Vnde autoritates per me allegatę,quę pluralitatem Deo attribuunt nō poſſunt intelligi niſi de Deo tantum,non autem de domo iudicij eius,ſeu angelis eius, vt prædictum eſt,niſi fortè per domū iudicij Dei intelligantur perſonæ diuinæ,quę ſunt ipſe Deus ſecūdum veritatē fidei noſtræ,& ſic de eis,prout ſunt vnus Deus proprię verificatur. In principio creauit Deus,&c.Vnde ſi ſic exponis ceſſat contentio inter me & te,quantum ad hoc. Si autem per domum iudicij aliquid extrinſecum Deo intelligis, tunc nullo modo poſſet ſaluari autoritas

Inconuenientiam adducit cōtra falſam expoſitionem Iudeorum.

Gen.1.a.1.

Hiere.10. b.10.

Deut.4. f.39.

Per domum iudicij Dei intelligūtur perſonæ diuinæ.

toritas prædicta, vt dictum eſt.

SAVLVS. Scriptura ſacra ſæpe loquitur de Deo more humano, & ideo quandoq; attribuit Deo ea quæ propriè Deo non competunt, vt cùm dicitur

Gen. 11. a. 5. Geneſ. 11. Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, &c. & Geneſ. 18. Deus dicebat Abrahæ: Deſcendam nũc & videbo clamorem, &c. In quibus manifeſtũ fit, quòd Deo non competit deſcenſus, ſicut nec motus localis oportet hoc intelligere ſecundum morem humanum: homines enim volentes de aliquibus dubiis certificari condeſcendunt ad particularitates rerum diſcutiendas ſeu inueſtigandas, quod Deo non competit propriè, ſed ſimilitudinariè tantum. Vnde in propoſito, licet Deus ſolus mundum creauit, ponitur tamen in creatione mundi hoc nomẽ Heloim, quod ſignificat pluralitatem in Deo, vt intelligatur, quòd Deus creauit mundum cum conſilio domus iudicij eius, ſicut in humanis illa, quæ cum cõſilio magnorum fiunt creduntur ſapientius ſeu prudentius fieri. Vnde ex hac pluralitate non concluditur niſi illud quod dicitur Prouer. 3. Dominus ſapiẽtia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia, ſapientia illius erumpunt abiſſi, &c. hoc eſt dicere, quòd creatio mundi fuit facta cum magna prudentia ſeu ſapientia Dei, ſic vt illud quod cum magno conſilio & deliberatione fit, dicitur eſſe prudentiſſimè factum.

Gen. 18. c. 21.

More humano de Deo ſæpe ſcriptura loquitur.

Quomodo exponenda ſunt autoritates veteris teſt. ponẽtes pluralitatẽ cũ vnitate, &c.

Prou. 3. c. 19

PAVLVS. Licet verum eſt, quòd quandoque Scriptura ſacra loquatur de Deo more humano, hoc tamen fit ſemper ad tollendos aliquos errores de Deo, in quibus multi fuerunt ſeducti, non autem ad dandam occaſionem extendendi errores circa Deum. Vnde, quia circa prouidentiam diuinam erga gubernationẽ humani generis multi errauerunt antiqui, & etiam hodie errant, exiſtimãtes, quòd Deus non habet curam de regimine humani generis ſecũdum iuſtitiam, prout quidam dicebant. Vnde dicitur Iob. 22. Super cardines cæli ambulat, & nõ ſtra non conſiderat, idcirco ad ammouendos huiuſmodi errores ſcriptura loquitur de Deo, ſicut de homine, qui diligenter ſolicitus eſt ad inquirendam veritatem alicuius facti, & ideo dicit: Deſcendam & videbo, & huiuſmodi. Similiter, vt oſtendat, quòd Deo diſplicent hominum peccata, & cum zelo iuſtitiæ procedit ad eorum punitionem, attribuit Deo irã ſeu furorem metaphoricè dicendo: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. & ſic de ſimilibus: ſed ad hoc quia Deus mundum creaſſet ſapienter & prudenter, non expediebat dicere, quòd cũ conſilio domus iudicij extrinſeci mundũ creauerit, hoc enim præberet ſcandalũ erroris in cordibus audientium, qui ex hoc eſtimarẽt Deum

Scriptura ſacra, quare loquitur de Deo more humano.

Iob 22. b. 14

Deum indiguiſſe aliorum conſilio. Satis enim ſuficiebat dicere, quòd Deus ſapientia fundauit terram, prout in prouerbiis: & non attribuere Deo defectū indigentiæ conſiliariorum, quia vt ait Philoſophus in 3. Ethico: Conſiliamur in magnis, quaſi de nobis pſis diffindentes, quod de Deo aſſerere eſſet maximum inconueniens: & ſic reſponſio tua non ſufficit ad ſaluandā pluralitatem attributā Deo in creatione mundi. Item ad aliam autoritatem Hiere. 10. nihil facit reſponſio tua: nulla enim bona doctrina ſequitur, ex hoc quod domus iudicij Dei, ſi ſit aliquod extrinſecū à Deo dicatur. Ipſe eſt Dij viui, & Rex ſempiternus.

Ariſt. 3. Eti.

Hiere. 10. b. 10.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtēditur, quòd ex autoritatibus ſacris veteris teſtamenti nō tantū plura litas, ſine alicuius numeri determinatione Deo attribuitur, ſed etiam oſtenditur in Deo eſſe pluralitas ſub trino numero.

SAVLVS.

Adhuc in prædictis non reſpondes mihi, ad illam autoritatem, Deut. 6. contentam, ſcilicet: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. In qua autoritate ſola, vnitas Dei oſtenditur & docetur, quod eſt cōtra modum probationis tuæ ſuperius dictum.

Deut. 6. a. 4

PAVLVS. Imo in hac eadem autoritate Trinitas cum vnitate inuitur: tria enim nomina ſignificantia Deum cum vnitate ipſius, in hac autoritate cōtinentur. Non enim dixit: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt, nec dixit: Audi Iſrael Deus vnus eſt, ſed dixit: Audi Iſrael Dñs Deus veſter, Deus vnus eſt: hæc dixit, quolibet enim iſtorū modorum, loquēdi poterat vnitatem ſignificare, magis conformiter ad opinionem tuam, ſed hoc non fecit: nam ter Deum nōminauit cum vnitate, & ſic illa autoritas quam allegas pro te, magis facit pro me.

Trinitas cū vnitate in veteri teſtamento inuitur.

SAVLVS. Replicatio illorum trium nominum Deum ſignificantium in prędicta autoritate intelligenda eſt, ad maiorē confirmationem ſententiæ. Sæpe enim in ſcripturis ſacris, fit vnius & eiuſdem repetitio ad maiorem firmitatem ſententiæ, & ideo in hoc loco ſic intelligi debet replicatio diuinorum nominum cū vnitate, quaſi dicat, firmiter & firmus, & firmiſsimè tene, quòd Deus eſt vnus.

PAVLVS. Periculum ponendi pluralitatem in Deo eſt apud te maximum, ſicut etiam apud nos aſſerere multitudinē deorum nephandiſsimum eſt, & ideo ſecundum te nullo modo debuiſſet ſcriptura, occaſionē dare ad attribuēdam pluralitatem Deo, quod tamen fecit ter nominando in vnitate: ad confirmandum autem ſentētiam vnitatis ſufficiſſet replicatio firmitatis ſententiæ, ſicut in aliis locis, & ex hoc nō pręberet occaſionem credendi Trinitatem in

vnitate quod apud te nephas eſt. Sed ad rei veritatem autoritas prædicta ter nominando Deum, tria ſuppoſita diuina demonſtrat, & includendo vnus eſt, vnitatem diuinæ eſſentiæ oſtendit, quod ad propoſitum meum facit, non autem pro te, & in aliis locis ſacræ Scripturæ ſimiliter reperies, ſcilicet repetitionem trinam, ter nominando Deum, vbi ſola vna nominatio ſufficiſſet, & hoc ad innuendũ ſanctæ Trinitatis myſteriũ.

Ter Deum nominanda tria ſuppoſita Diuina demõſtrat.

SAVLVS. Declara mihi illa loca ſacræ Scripturæ, vbi talis repetitio trina diuini nominis reperitur vbi ſola vna nominatio Dei ſufficiſſet.

Confirmat quod dixit tribus ſcripturæ Sacræ autoritatibus.

PAVLVS. Ommiſsis multis cauſa breuitatis quæ ad hoc faciunt, tria tantum loca oſtendam tibi, in quibus ſolenniter fit repetitio trina diuini nominis, vbi tãtum vna ſufficiſſet, Primo Numer. 6. vbi Deus præcepit ſacerdotibus, vt ſub certa forma benedicerent populum, inuocãdo nomẽ diuinum ſuper eos, & dicitur in prædicto capitulo, in principio illius præcepti: Sic benedicetis filiis Iſrael. & in fine dicitur. Et inuocabunt, ſcilicet ſacerdotes, nomen meum, ſuper filios Iſrael, ego autem benedicam eos. Ex quo patet, quod iila benedictio ſacerdotalis ſolennis conſiſtebat in inuocando nomẽ diuinum ſuper populum, quæ quidem poſitio ſeu inuocatio nominis diuini, prout in eodem cap. declaratur, prę-

Nume. 6. d. 23.

Sacerdotalis benedictio fiebat per trinam repetitionẽ Diuini nominis.

cipiebatur fieri, per trinam repetitionem diuini nominis, ſub hac forma, ſcilicet Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te, oſtẽdat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem, inuocabunt nomẽ meum, &c. Circa quod attende, ô Saule quòd in iſta benedictione ſolum ſufficiſſet vna inuocatio diuini nominis, dicendo: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, conuertat vultum ſuum ad te & det tibi pacem. Sic enim dicendo manifeſtũ eſt, quòd omnes particulę huius benedictionis referuntur ad Dominum primo nominatum: & ſic videtur quòd ſecunda & tertia repetitio diuini nominis erat ſuperflua, quod eſt inconueniens dicere in forma tam ſolennis benedictionis à Deo ordinata. In operibus enim naturę, quæ à Deo ordinãtur, nihil ſuperfluum inuenitur, diligenter inueſtigãti rationem eorum, multo magis in eis quæ à Deo ordinantur inmediatè. Vnde trina repetitio in hoc loco referenda eſt ad Trinitatem diuinarum perſonarum, quarũ quælibet eſt Deus & Dominus, & ſic forma prædictæ benedictionis fuit perfectè ordinata, vt nomen diuinum perfectè inuocaretur ſuper filios Iſrael, per trinam repetitionem ipſius nominis.

Forma benedictionis Sacerdotis vet. leg.

SAVLVS. Trina repetitio

diuini nominis in benedictione ſacerdotali contenta propriè referri poteſt ad pluralitatem benedictionum, quæ ibi continentur: non enim ibi ſolùm eſt vna benedictio ſed plures: dicitur enim ibi: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi & miſereatur tui, &c. Vnde quia plures benedictiones dabantur, non eſt incõueniens, quòd pluries nomẽ diuinum repeteretur.

In benedictione ſacerdotali plures ſunt benedictiones

PAVLVS. Si repetitio iterata nominis diuini in prædicta benedictione contenta deberet referri ad particulares ipſius benedictionis pluralitates, tunc non ſufficeret trina repetitio diuini nominis; plures enim ſunt particulę huius benedictionis quàm tres, vt patet in litera ſupra allegata. Sed quia non iuxta numerum particularum benedictionis ſupradictę facta eſt repetitio nominis diuini, ſed trina tantum concludendo in fine, ponant ſeu inuocent nomẽ meum ſuper filios Iſrael. In quo oſtenditur quòd nomen diuinum per trinam repetitionẽ exprimitur: manifeſtum eſt quòd trina repetitio non reſpicit numerum particularum benedictionis, cui numero nõ adęquatur, ſed potius reſpicit pluralitatem trinam, quæ eſt in diuinis cum vnitate eſſentiæ, quam ſignificat vnitas nominis, & hoc cùm dicit, imponãt nomẽ meũ. Non enim dicit nomina mea, vt oſtendat eſſentiæ vnitatem, vnũ enim nomẽ vni rei cõpetit.

SAVLVS. Licet prædicta autoritas non eſt omnino efficax ad probãdũ intentum tuũ, tamen dic mihi, ſi habes aliam ſimilem huic in qua ter diuinum nomẽ repetatur, vbi vnum tantum ſufficiſſet.

PAVLVS. Iſaiæ 6. vbi de illa ſolenni viſione Iſaiæ agitur cùm dicitur: Vidi Dominum ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum, &c. Propheta referens, quòd Seraphim ſtabant ſuper Deum cum certo numero alarum & huiuſmodi. In quibus demonſtratur illius viſionis magna ſolennitas de illis Seraphim, qui ſummum gradum tenent inter agmina angelorũ, teſtatur Propheta quòd clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth. &c. In qua autoritate attendenda eſt illa trina repetitio huius nominis ſanctus, quod totum Deũ denominat, & nihil aliud magis propriè in hac trina repetitione poteſt intelligi, quàm trinus numerus perſonarum, in quo nulla eſt inęqualitas, ſicut inter ſignificata vnius nominis ſanctus ad aliud: & tamen de omnibus tribus dicit: Dominus Deus Sabaoth, ac ſi dicat ij tres vnum tantum ſunt, nec dicendum eſt, quod hæc trina repetitio huius dictionis ſanctus fit ad maiorem firmitatem ſententiæ, quia, vt prius tibi dixi, ſi nulla pluralitas eſſet in Deo, talis repetitio eſſet valdè periculoſa. Item Pſalmiſta in

Iſai. 6. a. 1.

In trina repetitione Angelorũ, trinus numerus perſonarum declaratur.

Pſal. 66. a.7. ſta in Pſalmo: Deus miſereatur noſtri. ter inuocat nomen Dei, ad eundē effectū: dicit enim: Benedicat nos Deus Deus noſter, & benedicat nos Deus. In quo loco ſufficiſſet manifeſtè vna inuocatio diuini nominis: repetitur tamen ter nomen diuinum ad prędictum myſterium inuendum, ſicut in aliis ſupradictis: & ſic habes tres autoritates conformes ad hoc, quarũ prima ſumitur ex Lege, ſecũda verò ex Prophetis, tertia ex Agiographis: quæ ſunt tres partes integrales totius vete. teſtam.

SAVLVS. Ex prædictis autoritatibus non ſumitur efficax argumentum: nam ſi hæc pluralitas trina in Deo eſſet ponenda, ſicut tu vis, expræſſius debuiſſet hoc tradere ſcriptura ſacra, cùm hoc ſit de principalioribus fundamentis fidei, eo quod agit de veritate Dei in ſeipſa.

Fidei fundamenta ce culte tradũtur in ſcripturis. PAVLVS. Verũ eſt quod hoc myſterium de principalioribus fidei fundamẽtis eſt. ſed vt magni doctores tui dicunt, illa quæ ad fundamenta fidei pertinent, ſunt occultè tradita in ſcripturis, nec erat licitũ prædicare ea nec etiam docere, niſi tantũ vni vel duobus idoneis ad hoc, prout habetur in libro Talmuth qui dicitur Haguiga. *Talmuth.* in cap. quod incipit Eudorſim, quod ſignificat non præiudicabũt, &c, quod colligitur à Rabbi Moyſes in ſuo Deute. in 1. lib. titu. de fundamentis legis, cap. 4. Rationem autem, quare iſta non expræſsè ſed occultè fuerunt tradita, habebis Deo duce in ſequenti diſtinctione, vbi de diuinitate Chriſti eſt agendum, quę etiam ſecretè & occultè ſunt tradita in ſcripturis vete. teſtam. vnde ibi habebis de vtraque occultatione ſufficientem rationem.

CAPITVLVM. V.

In quo oſtenditur, quòd etiam à doctoribus antiquis Hebręorum hoc myſterium traditur licet non ita expręſſè ſeu perfectè ſicut à noſtris doctoribus.

SAVLVS.

QVomodo poteſt eſſe, quòd de tali pluralitate, ſi in ſcripturis ſacris qualitercunque eſſet contenta, quod nullus antiquorum noſtrorum, aliquid ſaltem de hoc ſcripſiſſet.

PAVLVS. Multi doctores tuorum antiquorum de hac Trinitate ſcripſerunt, licet non ita perfectè & propriè ſicut noſtri, qui hanc veritatem à magiſtro Chriſto noſtro didicerunt.

SAVLVS. Allega mihi aliquos eorum, vt videam ſi concordant tecum.

PAVLVS. Multi fuerunt qui de hoc aliquid ſenſerũt: ſed allegabo tibi aliquos eorũ, omiſſis cæteris cauſa breuitatis, & primo occurrit mihi quod ſuper illud Pſalmi: Deus deorum Dominus loquut⁹ eſt & vocauit terram. in gloſſa quę dicitur Medras tillim, ſcilicet gloſa Pſalterij, ſic quęritur, quę eſt ratio, qua *Multi anti qui Hebræi de Trinitate ſcripſerũt* *Pſal. 49. a. 1.* *Teſtimoniũ Trinitatis per Talmudicos.*

Pſal-

Teſtimonium Trinitatis per Rabbinos.

Pſalmiſta nomen Dei ſancti & benedicti, tribus vicibus cōmemorauit, dicens: Deus Deorum Dñs locutus eſt; &c. ad quod reſpondetur ibi ſic; hoc eſt vt doceret te, quòd cū iſtis tribus nominibus creauit Deus ſeculū ſuum, iuxta tres Midoch, ideſt, proprietates quibus creatus eſt mundus, & iſtę ſunt, ſapientia, ſcientia, & prudentia, ſicut dictum eſt in Prouerb. ſcilicet, 3. Dominus in ſapientia fundauit terram, ordinauit cælos in prudentia, in ſcientia ſua abiiſſi erūpunt. Et iſto modo dicitur in Exod. ſcilicet 20. Quoniam ego ſum Dominus Deus tuus, Deus zelator. ecce tria nomina diuina, iuxta tres midoch, quibus creatus eſt mundus. Similiter filij Gad, & filij Ruben, dicebant in libro Ioſue, ſcilicet 22. fortiſſimus Deus Dñs ipſe ſcit: vbi nominauerunt Deum tribus vicibus, hæc in prædicta gloſſa. Et idem habetur in Bereſith rabbam, ideſt, in gloſ. magna ſuper Geneſ. ſuper illud verbum: In principio creauit Deus cælum & terrā. Ex quibus habes quòd doctores tui per trinam iterationem diuini nominis, quæ ſępe fit in ſcripturis exponunt; quòd eſt intelligenda Trinitas in diuinis ſecūdum tres midoch, ſcilicet proprietates, quas Deo attribuunt.

Sapientia, ſcientia & prudentia ſunt tres proprietates Dei.

Prou.3.c.19

Exod.20. a.5.

Ioſue.22. c.22.

SAVLVS. Ex prædictis & ſimilibus non habes intentum tuum, tum quia midoch quod eſt nomē plurale iſtius nominis midda, ſignificat menſuram in Hebraico, quę non cōuenit Trinitati perſonarū, quam tu dicis eſſe in diuinis, vt ex ſe patet: tū quia ſapientia, prudentia, & ſciētia, quæ in Deo ponuntur, ſecūdum quas dicunt prædicti doct: intelligēdam eſſe pluralitatem perſonarum, quam tu dicis eſſe in diuinis, vt de ſe patet, cū pluralitates in diuinis, non ſint niſi vna res tantum realiter indiſtincta, tu autē aliter aſſeris de Trinitate perſonarum, quas dicis eſſe realiter diſtinctas, & ideo ex prędictis autoritatibus non concludis quod intendis.

PAVLVS. Ad primū quod obiicis contra probationē meā, de iſta dictione midda, ſeu midoch, tibi ſic reſpondeo: quòd verum eſt, quòd hæc dictio ſignificat menſuram, & midoch, quæ eſt ipſius pluralis ſignificat menſuram in plurali, & hoc eſt quando hæ dictiones dicūtur de rebus corporalibus: ſed quando de ſpiritualibus agitur: tranſſumitur hæc dictio midda, ad deſignandum modum proprium Rei, ſeu eius proprietatem. Ratio autem huius trāſſumptionis eſt; quia ſicut ſe habet menſura quantitatiua in corporibus, in quantum menſura adæquatur rei menſuratæ, ſic ſe habet proprietas in ſpiritualibus, in quantum proprietas adæquatur rei, cuius eſt propria. Vnde cū de diuinis dicitur midda, nullo modo intelligēdum eſt, quòd ſignificet menſuram quantitatiuam,

Midoch & Midda, ſi de rebus corporalibus dicuntur ſignificant menſuram. Si de ſpiritualibus proprietatē rei notat cauſam.

tiuam, quæ in Deo nullum habet locum. Sed intelligendum eſt per midda, proprietatem diuinam qua Deus menſuratur. Licet enim Deus ſit inmenſus & infinitus, tamen quædam ita propriè pertinēt Deo, quod nulli alteri, vt patet in effectibus ſoli Deo pertinētibus, vt eſt creatio, vnde talia dicuntur propria Deo, quia ipſi quodammodo adæquantur, & nulli alteri competunt, & iſta dicuntur midda, ſeu midoch Dei in lingua tua. Nā vt neſtri in Talmudicis ſcripturis cùm de differentia diuinorum ad humana agitur, ſemper vtuntur hoc modo loquendi, ſcilicet non eſt midda Dei ſancti, ſicut midda carnis & ſanguinis, ſcilicet hominis. Ex quò patet quòd per hanc dictionem midda intelligunt proprium modum, ſeu proprietatem diuinam. *Ad ſecundam.* Ad ſecundam vero obiectionem in qua dicis, quod antiqui tui in illis tribus midoch, ſeu proprietatibus, quas Deo attribuebant, non intelligebant Deo attribuere proprietates realiter diſtinctas, nam ſapientia, & prudentia, & ſcientia, in Deo non ſunt niſi vnà & eadem res. Ad hoc tibi reſpondeo ſic: quia licet verum eſt, quòd ſapientia, prudentia, & ſciētia, & huiuſmodi cùm de Deo dicuntur, vnam & eandem rem ſignificant indiſtinctam realiter, ſed ſolum ratione. Ipſi tamen doctores tui diſtinctionem realem inter illam eſſe putabāt. Si enim prædictam ſolam diſtinctionem rationis eſſe eſtimaſſent, alia interpoſuiſſent, quib⁹ Deus creāuit mūdum, ſcilicet potentiam, & voluntatem, non enim mundus fuiſſet creatus, niſi Deus eū potuiſſet creare, & etiā voluiſſet creare eum, ſed reſtrinxerunt ſe ad numerum ternarium in Deo ponēdum, quia trina iteratio diuini nominis eos cogit, ad ponendam Trinitatem diſtinctam realiter in Deo, non autem in maiori numero, quam in ternario. Et circa hoc eſt attendendum, quòd ſicut inter Philoſophos; qui per inquiſitionem rationis rerum naturas ſeu veritates inueſtigabant, multi antiqui fuerunt ante Ariſtotelem, opinantes circa principia rerū naturalium quędam à veritate deuia, qui tamē in ſe veritatem aliquam continebāt, vt in 1. Phyſicorum, ſimiliter & circa fœlicitatem humanam quidam antiquorum opinabantur varia, & minus vera, omnia tamen quodammodo erant conſona veritati, in quantum aliquid veritatis continebant, vt in 1. Ethicorum. 1. Ethic. ſic contingit in iis quæ ſunt fidei, quæ obſcure in vete. teſta. traduntur, circa quæ quidam de tuis expoſitoribus aliquid veritatis ſentiebant, licet deficiebāt à tota cognitione veritatis. Vnde in propoſito doctores tui in quantum ex trina iteratione diuini nominis in prædicto verbo Pſalmi contenta, aliquā Trinitatem, in Deo intelligebant, aliquid

In Diuinis non eſt diſtinctio realis, ſed ſolū rationis excepta perſonali.

aliquid ſapiebant veritatis, licet in quantum Trinitatem diſtinctam, ſolùm ratione ponebant, deficiebant à veritate: fuerunt tamē aliqui de doctoribus tuis, qui de hoc myſterio Trinitatis, proprius & expreſſius videntur loqui.

SAVLVS. Allega mihi rogo doctores illos, quos dicis hoc aſſeruiſſe.

Bereſith Rab.c.42. PAVLVS. In gloſ. magna ſuper Geneſ. quæ dicitur Bereſith Rabba, cap.42. ſic habetur. Rabbi Elizar dicit: Nō eſt creatus mundus niſi per verbum, vel cum verbo Dei ſancti & benedicti, ſicut dicitur in Pſalmo: *Pſa.32.a.6.* Verbo Domini cęli firmati ſunt: & ſequitur ibidem Rabbi Simeon dicit: Inſpirauit vel ſufflauit Deus Spiritum ſanctum, & creatus eſt mundus; ſicut dicitur in Pſalmo: Spiritus oris eius, omnis virtus eorū. Licet in prędicta gloſ. in qua manifeſtè ponitur diſtinctio realis in creatione mundi, qui eſt Deus, manifeſtum eſt, quòd verbum diſtinguitur realiter à proferente, & ſpiritus ab inſpirante; & tamen ij tres vnum ſunt, de quibus ſtatim Propheta ſubdit: Congregans ſicut in vtrem aquas maris. loquendo in ſingulari. Sunt etiam multa alia in dictis eorum, quę hoc myſterium innuunt, quæ cauſa breuitatis ſunt ommittenda.

CAPITVLVM. VI.

In quo oſtenditur, quòd non repugnat naturali rationi, quod vna & eadem res, ſit trina & vna.

SAVLVS.

Dixi tibi ſuprà, quòd nullo modo ratio naturaliter tolerat, quòd vna & eadem res, ſit tres res realiter diſtinctæ, ad quod mihi dediſti talē reſpōſionē, ſcilicet quòd hoc eſſet verū; ſi vna & eadē res ſecundū idem eſſet vna & trina; quod tamen in propoſito aſſeris non ſic eſſe: dicis enim quòd Deus non ſecūdum idem eſt trinus & vnus: nā dicis quod eſt vnus ſecundum eſſentiam & trinus ſecundū perſonas, ſeu ſuppoſita, quæ quidē reſpōſio modicum valet in hoc loco. Nam non credo quòd mihi negabis, quòd in diuinis totū eſt idem: aliàs oporteret te concedere, quòd eſt ibi aliquid diuerſum; quod eſſet manifeſtē contra diuinam ſimplicitatem & vnitatem. Si igitur totum eſt idē in diuinis, neceſſe eſt te concedere, quòd Deus eſt trinus & vnus ſecundum idem, quod eſt manifeſtè contra totam rationē naturalem, vt etiam tu cōcedis. *Arguit iterum quod vna res non poteſt eſſe tris res.*

PAVLVS. Ex quo ego oſtēdi tibi autoritates ſacras teſtantes in Deo, eſſe pluralitatem & vnitatem, non eſt neceſſariū ad rationes tuas reſpondere. Hic tamen agimus de Scrutinio ſcripturarum, in quibus multa traduntur, quę per rationem humanam attingi non poſſunt: nihilominus

Non repugnat naturali rationi quòd una eademque res ſit trina & una.

minus tibi reſpondeo ad hoc quod modo obiicis, ne fortè in ſuperbiam incidas, ſi nõ inuenisses reſponſum. Circa quod debes attendere, quòd prout veritas noſtræ fidei tradit in pluralitate, quę in diuinis creditur, eſt Deus pater generans & Deus filius genitus, ſimiliter Pater & Filius ſunt vnum inſpirãte ſpiritu: & Spiritus ſanctus inſpiratus, & quia impoſsibile eſt omnino quòd aliqua res generet ſeipſam, nec aliqua res inſpiret ſeipſam, ideo oportet diſtinctionẽ eſſe realem inter Patrem generantem, & filium generatum, & inter inſpirantem & inſpiratum. Ideo in hoc quod præſupponis, quòd in diuinis totum eſt idem, addendum eſt hoc, ſcilicet niſi obuiet relationis oppoſitio, vt obuiat in propoſito, & quod neceſſe eſt concedere, quòd Pater non eſt Filius in diuinis, nec Pater & Filius eſt Spiritus ſanctus: & ideo cùm aſſumis in ratione tua quòd in diuinis totum eſt idem. Reſpõdetur tibi quòd hoc eſt verũ modo ſupradicto, & ſic nullum inconueniens eſt concedere, quòd Deus trinus eſt ſecundum perſonas ad inuicem relatas, vnus autem ſecundum eſſentiam, & hoc non eſt contra rationem naturalẽ, quia non ſecũdum idẽ vnitas & pluralitas de Deo dicuntur, vnus enim dicitur Deus, ſecundum eſſentiam, quod eſt aliquid, trinus vero ſecundum relationem quę eſt ad aliquid.

Quomodo in diuinis totum eſt idẽ.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtẽditur, quòd generatio ſeu paternitas & filiatio, quæ in diuinis eſſe dicuntur, non ſunt intelligenda ſecundum modum infimarum creaturarum, ſed ſecundum ſimilitudinem ſupernarum, ſcilicet intellectualium, à quibus etiam ſimilitudo accepta, deficit à repreſentatione perfecta diuinorum.

SAVLVS.

IN hac reſponſione tua conaris tollere vnum inconueniẽs per aliud inconueniẽtius: Nam vt inconuenientiam pluralitatis ab ipſo Deo ammoueas, atribuis ei generationem, quod nõ minus eſt inconueniens quàm pluralitas, ſed adhuc maius: quod patet ſic. Nam generatio nihil aliud eſt propriè loquẽdo, niſi mutatio de non eſſe ad eſſe, cui cõtrariatur corruptio, mutationis autem ſubiectũ eſt materia. Inſanius igitur eſt aſſerere in Deo eſſe generationem quæ mutationem importat, & etiam materiam præſupponit, quam pluralitatem, quæ licet etiam ſit inconueniens Deo attribuere, propter eius ſummam vnitatem, nõ autem tot incõuenĩetias implicat ſicut generatio.

Impugnat generationẽ in diuinis.

PAVLVS. Cũ Deus ſit ſuper omnia, quę de Deo dicũtur, non ſunt intelligenda ſecundũ modum infirmarum creaturarũ, quę ſunt corpora, ſed ſecundũ ſimilitudinẽ ſupernarum creaturarum, quæ ſunt intellectuales ſubſtantiæ, in quibus etiam ſimilitu-

Generatio in diuinis quomodo ſit ſumenda.

militudo accepta deficit à repræſentatione perfecta diuinorum. Vnde Iſai. 40. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, &c. Non eſt ergo accipienda proceſſio ſeu generatio in diuinis ſecundum quod eſt incorporalibus, vel per motum localem, vel per actionem alicuius cauſę in exteriorem effectum, vt calor à calefaciente in calefactum, ſed ſecũdum emanationem intelligibilem, vt puta verbi intelligibilis à dicente, quod quidem verbũ manet in ipſo, & ſic fides catholica ponit proceſsionem ſeu generationem in Diuinis, non autem ſecundum proceſſionẽ ſeu generationẽ corporalem, quæ nullo modo Deo competunt.

Iſa. 40. d. 18

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtẽditur, quòd primò in his procedendũ eſt, vt per Scrutinium ſcripturarum cognoſcamus an in diuinis ſit generatio, & deinde an hæc veritas in ſacra Scriptura reperta poſſit per rationes humanas impugnari, quod quidem ſcrutinium cum magna deuotione & diligentia agendum eſt.

PAVLVS.

Modus inquirendus procedendi in Diuinis perſonis.

ET attende ô Saule, quòd ſicut tibi dixerã, hîc agimus de Scrutinio ſcripturarũ, circa ea quæ in eiſdem traduntur, quæ de Deo credenda ſunt, vel ab eo ammouenda. Vnde prius circa hoc inſiſtendum eſt, vt ſcilicet cognoſcamus, an per verũ & ſanum intellectum ſacrarum ſcripturarum in diuinis, ſit paternitas & filiatio, & cõſequenter procedemus ad rationes, quibus veritas reperta in ſacris Scripturis videtur impugnari, & iſte ordo tenendus eſt inter me & te, in hoc tractatu, & ſpecialiter in hoc myſterio.

SAVLVS. Placet mihi quòd iſte ordo teneatur, & ſic oportet, quòd primò oſtendas mihi, vnde habeas ex Scripturis ſacris quòd in diuinis, ſit paternitas & filiatio, quod non credo in eiſdem poſſe oſtendi, & deinde procedemus ad rationes, per quas indubitanter credo, hanc tuam aſſertionem impugnari.

PAVLVS. Ad inquirendũ hoc myſterium, per teſtimonia ſcripturarũ oportet ſacras autoritates, quæ de hoc loquũtur cum magna diligentia & deuotione, ſcrutari propter duo. Primum, quia talia myſteria in ſcripturis ſacris, non ſuperficie tenus traduntur: ſed in eiſdẽ quaſi abſconditi theſauri latent: vnde de tali, Prouerb. 2. legitur. Si quęſieris eam, tanquam pecuniam & quaſi theſauros effoderis eam, tunc intelliges, &c. Secundum quia hoc myſterium ſummum gradum tenet, inter alia quæ in Scripturis ſacris de Deo loquentibus tradũtur. Agitur enim hîc de Deo nõ per reſpectum ad creaturas ſeu ſuos effectus ad extrã, ſed de proprietatibus diuinis in ſe conſideratis ſeu relatis ad inuicem: & ideo ſi in hoc contigerit aliquis error, quod abſit, in ſcrutinio periculoſior

Sacra Scriptura magna cum diligentia & deuotione ſcrutanda, propter duo. Primum.

Quia eſt theſaurum abſconditũ. Prou. 2. a. 4.

Secundum.

Quia Trinitatis myſterium eſt ſummum inter omnia.

Periculoſius oritur in hoc myſterio.

riculoſior eſſet quàm in aliis, ſicut ſi aliquid verũ ex tali inueniretur, ſcrutinio fructuoſius eſſet quã in aliis, cùm hoc principaliter dirigat ad cognitionem Dei & Chriſti ſui, in qua cognitione vita æterna conſiſtit. Vnde in prologo ſeu exordio huius tractatus tactum fuit.

SAVLVS. Concedo tibi, quòd in hoc ſcrutinio de quo agimus procedẽdum, ſit eo modo quo tu dicis. Vnde allega autoritates quas habes, vt attentè & diligenter eas ſcrutemur.

CAPITVLVM. IX.

Pſal.2.b.7.

In quo oſtẽditur, quòd in diuinis eſt filius genitus & pater generans, & hoc per autoritatem Pſalmiſtæ dicentis: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. non obſtantibus Iudæorum cauillationibus.

PAVLVS.

In Diuinis eſt filius genitus, & per conſequens pater generans.

OCcurrit mihi primo autoritas Pſalmiſtæ, qui in ſecundo Pſalmo Pſalterij, in quo loquitur de Deo & de Chriſto ſuo, cùm dicit: Aſtiterũt Reges terræ, & principes conuenerũt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. infra in perſona Chriſti ſupradicti dicit: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. quæ verba, ſi diligenter ſcrutentur, non poſſunt verificari niſi de filio Dei, quem naturaliter, & æternaliter genuit, & ſic huius autoritatis teſtimonio cõcedendum eſt, quòd in diuinis eſt filius, & per conſequens Pater, ſimiliter & generans & genitus, quæ tamen intelligenda ſunt ſine aliquo præiudicio Deitatis.

Falſa calũnia contra prædictã autoritatẽ, ſcilicet quòd Dauid, ſit filius Dei, quia iuſtus.

SAVLVS. Quod enim aſſeris prædictam autoritatem nõ poſſe verificari niſi de filio Dei, quẽ æternaliter Deus genuit, eſt manifeſtè falſum. Nam hæc autoritas ſecundum quoſdam planè exponitur de Dauid, qui fuit Chriſtus Dei, vt habetur, 2. Regum. 23. Aduerſus quem Reges & principes Philiſtinorum fremuerunt & inſurrexerunt, vt habetur, 2. Reg. in multis locis, de quo, ſcilicet Dauid verificari poſſet fuiſſe filiũ Dei in quantum iuſtus & ſanctus, nõ enim ſolum Angeli dicũtur filij Dei. Iob. 1. ſed etiã iuſti & notabiles viri, iuxta illud Pſalmi: Filij Excelſi omnes vos. & etiam omnis Iſrael, vocatur communiter filius Dei. Legitur enim Exod. 4. Deum dixiſſe de Iſrael Pharaoni: Mittite filium meum vt ſeruiat mihi. Secundum alios verò exponitur de Meſſia venturo, qui purus homo fore creditur ſecundum nos, qui tamẽ filius Dei poſſet dici modo ſupradicto, ſine hoc quod de ipſo neque de Dauid verificetur, generari, æternaliter, ſeu naturaliter à Deo.

2.Reg.23. a.1.

2.Reg.

Iob.1.b.6.

Pſal.81.a.6.

Exo.4.f.22

Alia expoſitio prædicti Pſa. de Meſſia.

Filij Dei multipliciter dicũtur.

PAVLVS. Expoſitores tui qui prædictam autoritatem de aliquo puro homine expoſuerunt, non diligenter ſcrutati ſunt verba in prædicta autoritate

ritate contenta, ſed ſuperficialiter. Pro cuius declaratione attendere debes, quod in Scripturis ſacris aliqui dicuntur filij eorum à quibus non ſunt geniti naturaliter, vt filij Prophetarum, 4. Regum. 30. Quidam etiam dicuntur generari ab aliquo, cuius non ſunt filij, ſicut dicitur Iob, 38. Quis genuit ſtillam roris. & etiam apud omnes communiter loquẽtes, ipſi vermes vel pilli dicuntur ab animalibus generari, quorum tamen nec ſunt, neque dicuntur eorũ filij. Vnde illi tantum filij ſimul & geniti dicuntur illius, de cuius ſubſtantia ſecundum ſimilitudinẽ filiationis producti ſunt, vt cùm Geneſ. 5. de Seth, & de aliis ſuccedẽtibus dicitur, quòd genuerunt filios & filias. Et ideo in Scripturis vbi filiatio cũ generatione coniungitur, ſemper talis filiatio intelligitur naturalis, quæ tantum illa eſt quę procedit de ſubſtantia Patris, quapropter Angeli licet à Deo procedant per creationem, & ei præ cæteris creaturis aſſimilantur, per hoc quod ſunt ſubſtantiæ intellectuales, & quamplurima alia bona diuina participent, in tantum quòd dicantur filij Dei, non tamen dicuntur geniti à Deo, eo quod non procedunt ex ſubſtantia Dei, ſicut filij qui per generationem à Patre procedunt. Idem dicendum eſt de iuſtis, & ſanctis in cõmuni. Vnde ſi ſerutatus fueris totam ſacram Scripturam nunquam reperies, quòd de aliquo Angelo nec ſancto quocunque dicatur, quòd ſit filius Dei, & ab ipſo Deo genitus, & tamen in prædicta autoritate lègitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ex quo patet, quòd ex prædicta autoritate habemus manifeſtè intentũ, ſcilicet quod ille de quo Pſalmiſta ibidem loquitur eſt filius Dei, ab ipſo Deo genitus, quod neceſſarium eſt intelligere de generatione naturali, vt dictum eſt, & ſic neceſſe eſt cõcedere, quod in diuinis eſt Pater generãs Filiũ, & Filius genitus à Patre: quæ quidẽ generatio in Deo non poſſet, poni niſi ęterna, nihil enim eſt in Deo quod non ſit æternum.

4. Reg. 30. ſ. 35.

Iob. 38. c. 28.

Filij veri ſunt qui de ſubſtantiá Patris ſecundum ſimilitudinẽ ſunt geniti.

Geneſ. 5. c. 22.

Angeli licet dicantur filij Dei non tamen ſunt de ſua ſubſtantia, creati.

Generatio in Deo non poteſt eſſe niſi æterna.

SAVLVS. Opoſitum in ſacris eloquiis reperio eorũ quæ tu dicis. Nam de populo Iſraelitico legitur, quòd eſt filius Dei, non ſolum in ſingulari, vt in autoritate per te allegata Exo. 4. Dimittite filiũ meum vt ſeruiat mihi, ſed etiam in plurali, vt Deutero. 14. Filij eſtis Domini Dei veſtri. De illo etiam populo legitur, quòd eſt genitus à Deo vt cum dicitur Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquiſti. Ex quibus & ſimilibus manifeſtè habetur, quòd etiam de puris creaturis ſcriptura conſueuir dicere, quòd ſunt filij Dei, id eſt ab ipſo Deo geniti, quod manifeſtè contradicit tuę aſſertioni.

Exo. 4. ſ. 22.

Deut 14. a.

Deut. 32. c. 18.

PAVLVS. Adhuc deficis in ſcrutinio, veri & proprij ſenſus

præ-

Filij Dei multi ſi cun tur in plura li, nunquam tamen in ſin gulari quis vocatur filius Dei.

prædictorum verborum. Circa quod attendere debes, quòd licet in ſacra Scriptura pluries reperitur, quòd Deus vocat aliquos in plurali filios, vt cum dicitur de Angelis quòd ſint filij Dei, vt in Pſalmo: Afferte Domino filij Dei. & in aliis locis, ſimiliter, & de populo ſuo cultui deputato in communi dicitur: Filius meus eſt Iſrael. vel: Filij Dei eſtis. & huiuſmodi: nuſquam tamen reperies in ſcriptu ris, quòd in ſingulari aliquis vocetur fili⁹ Dei niſi in hoc loco, & in aliis ſibi correſpondētibus, in quibus de filiatione Dei coęterni patris agitur. Ratio autem huius differentiæ eſt, quia vocando aliquam puram creaturam in ſingulari Dei filium, poſſet contingere error, ne fortè quis exiſtimet talem perſonam eſſe filium Dei ſecundum generationem, quæ eſt de ſubſtantia Patris, quod non conuenit niſi ſoli filio Dei Patri coęterno. Vnde de nullo ſanctorum Patriarchar ū vel Prophetarum in eorum vita, vel etiam poſt mortem legitur, quòd ſit ſeu fuerit filius Dei. De Moyſe enim, qui tantę excellentiæ fuit, vt de eo diceretur poſt mortem: Non ſurrexit in Iſrael vltra Propheta ſicut Moyſes. Deute. vltimo: cùm tamen Deus ipſius Moyſi excellentiam narraſſet. Numer. 12. de eo dicitur: Seruus meus Moyſes in domo mea fideliſſimus eſt. & ſimiliter de Dauid, vt in plurimis locis ſacrę ſcripturæ, & de aliis ſanctis qui ſerui Dei ab ipſo Deo dicuntur, quandoque in ſingulare, quandoque in plurali: nunquam tamen aliquis eorum in ſingulari, filius Dei denominatur. Idem etiam de Angelis, vt dictum eſt. In hoc autem loco Pſalmi prædicti in ſingulari dicitur. Filius meus es tu. & ſuper hoc etiam additur: Ego hodie genui te. In quo exprimitur modus filiationis, qui eſt ſecundum veram generationem: & ideo autoritates tuæ quæ in plurali vocant Iſraelem genitum à Deo vel filios Dei nihil contra intentum meum faciunt.

Pſal. 28. a. 1. — *Nota cau ſam.* — Deut. vlt. d. 10. — Nume. 12. b. 7. — *Modus generationis in diuinis.*

Sumit argumentum cōtra prædicta de Salomone. 2. Reg. 7. b. 13.

SAVLVS. Contra te repe rio illud, 2. Regum. 7. vbi legitur: Ego ero illi in patrē & ipſe erit mihi in filium. quod commu niter ad literam intelligitur de Salomone: & ſic habetur manifeſtè, quòd de aliquā pura creatura in ſingulari verificatur ſecundum teſtimonium ſcripturarum, quòd ſit filius Dei, quod eſt manifeſtè contra te.

Nota expoſitionē quare dixit erit mihi in filiū, & non dixit erit filius meus. — *Adoptio filiorum quid ſit.*

PAVLVS. Verum eſt, quòd illā autoritas per te allegata intelligitur ad literā de Salomone, & ideo nō dicitur: Ipſe erit me⁹ filius, & ego eius pater. ſed dicit: Erit mihi in filium, & ego ero ei in patrem. quod manifeſtè denotat filiationem adoptiuam. Adoptio enim eſt acceptio extraneæ perſonæ in filiū, quod nō cōuenit filiationi naturali, in qua filius eſt de ſubſtātia patris, vnde tua autoritas bene intellecta

intellecta potius facit pro me.

SAVLVS. De Dauid legitur in Pſalmo: Ipſe inuocauit me, pater meus es tu, &c. Ex quo ſequitur, quòd de Dauid dicatur, quòd ſit filius Dei in ſingulari, ex quo Deus dicatur in ſingulari eius pater.

Pſalm.88. d.27.

PAVLVS. Autoritas illa licet figuraliter poſsit de Dauid exponi, propriùs tamen & veriùs intelligitur de Chriſto à Dauid deſcendente, qui eſt verus filius Dei ſecundum æternam generationem. Vnde de ipſo dicitur in eodem Pſalmo: Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis. quæ non poſſunt de Dauid verè intelligi, ſed intelliguntur verè de Chriſto, de quo legitur verbum ſupradictum, ſcilicet: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Vnde idem eſt iudicium de vtroque.

Ibidem.

Verba Pſal. de Chriſto propriè dicuntur.

SAVLVS. Hæc generatio quam tu conaris in diuinis ponere, oportet quòd ſit æterna, non autem temporalis, & hoc etiam ſupra aſſeruiſti: generatio autē contenta in prædicta autoritate demonſtratur eſſe temporalis, dicit enim: Ego hodie genui te. Cū igitur li genuit ſignificat præteritum tempus, li hodie ſignificat præſens tempus, oportet igitur quòd generatio illa de qua loquitur Pſalmus intelligatur fuiſſe præterita, ſi referatur ad ſignificationem verbi, vel præſens, ſi referatur ad ſignificationem aduerbij, & vtrunque eſt temporale, vt manifeſtum eſt, & per conſequens ex prædicta autoritate non habes intentum tuum.

Arguit generationem eſſe temporalē, ratione aduerbij hodie.

PAVLVS. Cōſiderare debes, quòd cum de diuinis agimus non poſſumus, loqui tam propriè ſicut in ſeipſis exiſtunt, ſed oportet nos loqui more humano, prout etiam doctores tui in multis locis hoc dicunt. Vnde in propoſito quia cognitio noſtra ſubiacet tempori, ideo cùm de Deo loquimur, oportet nos loqui cum verbis & aduerbiis cum tempore ſignificantibus, innuendo tamen quantum poſsibile eſt, quòd diuina non ſubiacent tempori, ſed ſunt ſupra tempus: quod etiam Pſalmiſta in hoc loco notabiliter inſinuat, poſuit enim verbum præteriti temporis in hoc cum dicit genui, ad denotandum quòd generatio filij in diuinis intelligēda eſt eſſe perfecta, hoc enim verbū genui eſt præteriti perfecti temporis, ſed vt inſinuaret, quòd generatio illa perfecta, nō tamen tranſiit, in præteritum ideo appoſuit aduerbium præſentis temporis: in æternitate enim nihil tranſiit in præteritum, nec ſpectatur futurum, ſed totum eſt vt præſens, & ideo ad deſignandum generationem æternam, quātum fragilitas noſtræ cognitionis & loquutionis permittit, conuenienter fuit hîc appoſitum aduerbium præſentis temporis, verbo præteriti perfe-

Cū de Deo loquimur oportet nos loqui in tempore, & cum verbis & aduerbiis ſignificantibus tempus licet non ſit in tēpore.

In æternitate totum eſt præſens.

perfecti, & ſic ſi benè cõſideras, quod tu obiicis in hoc loco magis facit pro me.

CAPITVLVM. X.

In quo oſtenditur, quòd generatio in diuinis credenda eſt æterna, ex autoritate Pſalmiſtæ dicentis de filio Dei: Erit nomen eius in ſecula, & ante ſolem permanet nomen eius. non obſtante Hebræorum cauillationibus.

SAVLVS.

Alia autoritas Pſalmiſtæ, ad probandum generationem eſſe æternã. Ad deſignandum æternitatem generationis, ſeu filiationis, quam tu conaris ponere in diuinis, propriùs inſinuaretur per aliquas dictiones ſignificantes, quòd hæc generatio eſt ante tempus, ſeu ſupra tempus, quàm per verba vel aduerbia, cum tempore ſignificantia. Vnde reſponſio tua ſupradicta in hoc loco manifeſtè non ſufficit.

PAVLVS. Eſt alia autoritas Pſalmiſtę, in qua filiatio in diuinis oſtenditur eſſe ante omne tempus, ſicut tu petis. Vnde in *Pſal.71.a.1.* Pſalmo qui incipit: Deus iudicium tuum Regi da. vbi manifeſtè agitur de filio Dei, de eodẽ filio Dei dicitur: Erit nomẽ eius in ſecula, & ante ſolem permanet nomen eius. *Filij Dei generatio eſt ſupra tẽporum commenſurationem.* Ex quo patet, quod fili⁹ Dei fuit ante tempus. Luminaria enim cæleſtia, quorum præcipuũ eſt ſol, facta fuerunt in ſigna temporum, dierũ *Gen.1.b.14* & annorum, vt habetur Gen.1. Et ideo ad deſignandum quòd generatio filij Dei eſt ſupra temporum commenſurationẽ propriè dixit Pſalmiſta: Ante ſolem eſt nomen. quaſi diceret, abſq; temporum commenſuratione.

SAVLVS. Ad hoc quod autoritas quam nũc allegas aliquid faciat pro te, oportet te pri⁹ probare, quòd Pſalmus iſte intelligatur de filio Dei in diuinis, cuius oppoſitum eſt manifeſtum. Exponitur enim communiter iſte Pſalmus apud expoſitores noſtros de Salomone, qui fuit in toto Iſrael primus Rex, *Arguit quod Pſalmus intelligatur de Salo.* & fili⁹ Regis ſimiliter: Saul enim qui primo regnauit in Iſrael, licet fuit Rex, non tamen fuit filius Regis. Similiter nec Dauid. Alij verò Reges qui poſt Salomonẽ fuerunt, nunquam regnauerunt in toto populo Iſrael, vt patet ex decurſu libri Regũ: & ideo cùm in primo verſu huius Pſalmi dicitur: Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiã tuam filio Regis, hoc propriè de Salomone habet intelligi ratione prædicta. Confirmatur etiam hæc expoſitio ex duobus. *Prædictam expoſitionẽ confirmat ex duobus.* Primo quia de Salomone legitur, 3.Regum.3. quòd Deo *3.Reg.3.b.9.* dicente ſibi: Poſtula quid vis vt dem tibi Salomon. reſpondit: Dabis ergo ſeruo tuo cor *Primo.* docile, vt poſſit iudicare populum tuum, &c. quod præuidens Dauid in ſpiritu, fecit hunc Pſalmum pro filio ſuo Salomone, in quo Propheticè pro eo orat illud quod Deus daturus erat ſibi, ſcilicet iuſtitiam & iudicium, ad iudicandum populum. Et idem in ſecundo verſu dicit:

dicit: Iudicabit populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. quod propriè correſpondet ſupradictis. *Secundò.* Secundò, quia in titulo huius Pſalmi nihil præponitur, niſi hæc dictio Salomō, vel prò Salomone, prout in tranſlatione tui Hieronymi ponitur, quod manifeſtè demonſtrat, iſtum Pſalmum compoſitum fuiſſe pro Salomone. Tituli enim Pſalmorum communiter deſignant materiam, de qua principaliter tractatur in Pſalmis, vt patet diſcurrenti titulos Pſalmorum, & materias de quibus tractant.

PAVLVS. Expoſitores tui, qui hunc Pſalmum expõnũt de Salomone, manifeſtè deuiant à veritate literę, ſicut in quamplurimis aliis locis ſacrę Scripturę facere conſueuerunt: præſertim vbi aliquod teſtimonium catholicæ veritatis inſurgit, ſicut in hoc Pſalmo: *Falſitas expoſitionis ex multis patet.* falſitas autem expoſitionis tuorum in hoc loco ſatis patet: tum quia in multis paſsibus huius Pſalmi teſtatur litera, quòd ille Rex & filius Regis, de quo agitur, & bona quæ ad ipſum pertinent ſubſtante quodlibet tempus, quod ſolum pertinet ad æterna ſeu perpetua. Dicitur enim ibi: Permanebit cum Sole & ante Lunã, in generatione & generationem. Conſtat autem vt dictum eſt, quòd talia ſunt ſupra tẽpus, ſeu ante tempus, ſimiliter de bonis quæ per ipſum Regem & filium Regis debebãt oriri dicit: Orietur in diebus eius iuſtitia & abũdantia pacis, donec auferatur luna. quod ſignificat perpetuitatem durationis pacis, ſaltem à parte poſt per ipſum filium Regis oriundæ. Conſtat autem quòd nihil iſtorum competit Salomoni, cuius permanentia nec abundantia pacis nullo modo fuit ante lunam; nec poſt eius ortum fuit perpetua, ſed ſtatim poſt mortem ſuam pax in Regno ſuo ceſſauit, vt habetur, 3. Reg. cum ex ipſis filiis Regis quidam fuerũt priuati dominio, de quo multa dicit, quæ nullo modo Salomoni competunt, cũ dicitur: Adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes ſeruient ei. quod nullo modo competit Salomoni qui non fuit monarcha, vt patet in eius hiſtoria. Ad hoc autem quod allegas de titulo huius Pſalmi, conſiderare debes, quòd hoc nomen Salomon interpretatur pacificus, *Filius Dei ſæpe intelligitur, & ſignificatur per nomen Salomonis, qui pacificus interpretatur.* & per hoc nomen in Scripturis ſæpe intelligitur, etiam ad literam ipſe Deus, qui proprie eſt Rex pacis. Vnde doctores tui expreſsè dicunt, quòd vbicunque dicitur Salomon in Cantico canticorum, ſemper intelligendum eſt, Rex ſummus pacis, qui eſt ipſe De⁹. Et ideo prout Rab. *Rab. Moy.* Moy. dicit in ſuo Deut. Sicut ille qui delet nomen Dei Thetragramathon, in quocunq; loco ſacrę ſcripturę contento, reus eſt pœnę, propter reuerentiã diuini nominis. pari ratione qui delet nomẽ Salomonis in prædictis locis,

locis, reus eſt pœne tāquam delens nomē diuinum. Hæc ille. Et ideo in hoc loco, titulus huius Pſalmi, in quo dicitur Salomon, ſeu pro Salomone intelligendū eſt de ipſo Deo, quia conſonat veritati meæ expoſitionis.

Replicat cōtra prædicta.

SAVLVS. Et ſi plura contēta in hoc Pſalmo non poſſunt cōpetere Salomoni rationibus per te dictis, poſſunt tamen benè adaptari Meſsiæ per nos ſpectato, per quem ſpectamus abūdantiam pacis perpetuam, & quòd illum omnes Reges adorabunt, & ei omnes gentes ſeruient, prout multæ prophetiæ teſtantur. Verificatur etiam de illo titulus Pſalmi, ſcilicet Salomon, qui interpretatur pacificus. De ipſo enim Prophetatur
Iſa.9.b.6. Iſai. 9. quòd eſt princeps pacis. Et ſecundum iſtam expoſitionē Pſalmus iſte non agit de filio Dei in diuinis, prout tu vis, ſed de filio Dei puro homine, qui excellentior erit cæteris filiis, vt ſupra fuit etiam per te deductum.

PAVLVS. Præambula tua in hoc loco veriſsima ſunt, ſcilicet quòd Pſalmus iſte de vero Meſsia loquitur, cui omnia & ſingula in hoc Pſalmo contenta propriè adaptantur, ſed etiam in hoc quod poſtea vis inferre, ſcilicet quod Pſalmus iſte non agit de filio Dei in diuinis, ſed de filio Dei puro homine: manifeſtè erras nā ſicut aliàs tibi dixeram: verus Meſsias promiſſus in Prophetis, non eſt purus homo, ſed homo Deus, prout in diſtinctione immediatè ſequenti, Deo duce largius oſtendetur, quæ quidem veritas in hoc Pſalmo ſatis oſtenditur.

Meſſias verus non eſt purus homo. ſed homo Deus.

SAVLVS. Oſtende mihi, quomodo in hoc Pſalmo oſtenditur, quòd Meſsias ille promiſſus non ſit purus homo, ſed ſit filius Dei in diuinis.

PAVLVS. Ad hoc quod filius Regis, de quo in hoc Pſalmo agitur, ſit filius Dei æternus in diuinis, omiſsis quibuſdam aliis in hoc Pſalmo contentis quæ ad hoc faciunt, vnum verbum tantum tibi allegabo, cuius verbi veram ſignificationem ſi rectè fueris ſcrutatus hoc planè reperies.

SAVLVS. Aſſigna mihi illud verbum cum ſua clara & vera expoſitione.

PAVLVS. In hoc Pſalmo de filio Regis ſupradicto dicitur verſus finem: Erit nomen eius in ſeculum, & ante ſolem permanet nomen eius. quia vbi tranſlatio noſtra habet permanet. in Hebræo vt noſti habetur Ynnon. Quod quidem verbum, non habet ſimile in toto veteri teſtamento in forma verbi, & expoſitores tui, qui inter cęteros potiores fuerunt in Grammatica Hebraicę loquutionis, dixerunt, quòd Ynnon eſt verbū deriuatum ab hac dictione nin, quæ quidem dictio ſignificat filium, & nullam aliam habet ſignificationem in ſacra Scriptura, & ſic Ynnon ſignificat aliquid, ſeu aliquam

Ynnon verbū Hebraū, non habet ſibi ſimile in ver. teſta. in forma verbi.

Filiatio æterna.

aliquam rem filiatam, & ſic eſt ſenſus quòd ante ſolē, id eſt, ante tempus nomē huius Regis, qui eſt filius Regis, eſt filiatum, hoc eſt à filiatione deriuatum, & ſic vides manifeſtè quòd filiatio, de qua hîc loquitur Pſalmiſta, eſt æterna, quia ante tempus.

SAVLVS. Verū eſt, quòd vbi in trāſlatione tua dicitur per manet in Hebraica veritate habetur Ynnon: ſed hęc dictio Ynnon, quia non habet ſimilē in noſtris libris canonicis vnde poſſet ſciri eius vera ſignificatio: idcirco multi ex noſtris dicunt, quòd Ynnō eſt nomen proprium, quo nomine Meſſias debet vocari, tanquam nomine proprio: hoc autē quod tu aſſeris, quòd Ynnō eſt verbum deriuatiuum à filiatione non me recolo vidiſſe per aliquos doctores noſtros. Vnde tu, qui hoc allegas debes probare ea quę dicis.

Ynnon nomē proprii Meſſiæ eſſe Rabbini teſtantur.

PAVLVS. Verū eſt, quòd quidam de doctoribus tuis dicunt, quòd Meſſias vocabitur Ynnon, vt habetur in glo. Vereſith Rabba, ſuper illud Gen. 16. Et vocabis nomen eius Iſmael. vbi prædicta gloſſa dicit, quòd aliqui fuerunt vocati nominibus propriis antequam naſcerētur, ſicut Iſmael & Iſaac & alij, inter quos numerant Meſſiam, cuius nomen fuit vocatum antequam naſceretur: ad quod probādum inducunt illud. Ante ſolem Ynnon nomē eius. et ibidem quæritur, quare Meſſias vocabitur hoc nomine. Ad hoc reſpondetur ibidem, quia futurum eſt, vt ipſe filiet, vel naſci faciat dormientes de humo, vel de puluere terræ. Hæc in gloſſa prædicta. Ex qua gloſſa doctorum tuorum habes manifeſtè tria. Vnum eſt, quòd Pſalmus iſte loquitur ad literam de Meſſia. Secundum eſt, quòd hoc nomen Ynnon eſt nomen Meſſiæ. Tertium, quòd hoc nomen competitei, eo quod filiet, vel naſci faciat dormientes de humo, vel de puluere terræ, quod pertinet ad reſurrectionem futuram, quæ non niſi à Deo ſpectanda eſt.

Bereſith Rab. Gen. 16. c. 11

Multi fuerunt vocati nominibus propriis, antequam naſcerentur, inter quos fuit Meſſias.

Tria notanda in Pſal. Primum. Secundum. Tertium.

Alij verò doctores tui magis moderni exponunt hanc dictionem Ynnon, prout pertinet ad propoſitum meum. Nam ille Rabbi Abraham Abenhazara, qui totam Bibliam expoſuit declarando ſignificata, & deriuationes dictionum in expoſitione huius Pſalmi ſuper hunc verſum, ſic dicit: Hæc dictio Ynnon eſt verbum paſſiuum, quod deriuatur ab hoc nomine Nin, quod propriè ſignificat filium. Hæc ille. Item Rabbai Dauid, qui fecit illum librum, qui dicitur Saraſin, in quo dictiones Hebraicas, & earum ſignificata, & deriuationes ordine alphabetico expoſuit, exponendo hanc dictionem Nin, ſic dicit: Nin ſignificat idem, quod hæc dictio Ven, quæ ſignificat propriè filium, & participium deriuatum ab eo eſt Ynnon, vt dicitur in Pſalmo: Ante ſolem Ynnon nomen eius, ſcilicet filiatus.

Alia expoſitio Ynnon.

Rab. Abraham Abenhazara.

Rab. Dauid in lib. Saraſin.

Hæc ille. Et ſic habes à doctoribus tuis, quod tibi in hoc propoſueram.

Quærit expoſitionem, huius Ante ſolem.

SAVLVS. In iis allegationibus tuis præſupponis vnũ, quod nõ probas, ſcilicet, quòd ex hoc quod dicitur: Ante ſolem intelligitur ante tempus omne, & per conſequens æternum ſeu æternaliter, quod nõ videtur neceſſarium. Sol enim creatus fuit in quarta die, & ſic creationem ſolis pręceſſerũt tres dies in exordio mundi, & per conſequens poſſibile eſt, quòd aliquid eſſet formatum in illis tribus diebus primis, & ſic illud eſſet ante ſolem, non autẽ ante omne tẽpus.

Luminaria Solis & Lunæ fuerunt facta, vt dies & anni commenſurarentur.

PAVLVS. Luminaria fuerũt creata, vt eſſent in ſigna & tempora & dies & annos. Gen. 1. inter quæ ſol & luna ſunt præcipua, vt habetur ibidem. Ex quibus duobus luminaribus ſol eſt principalius, per cuius motum dies & anni & aliæ temporũ differentiæ commenſurantur. Et ideo in ſcripturis ſacris, vbi de duratione alicuius rei temporalis, agitur de ſole fit mentio, tanquam de primo & præcipuo ſigno tẽporis. Et ideo ſæpe in Eccleſiaſtes inuenitur talis modus loquendi, vt cùm dicitur Eccleſiaſtes 1. Quid amplius habet homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? quod intelligitur de vniuerſa mundi duratiõe temporali. Similiter ibidem cũ dicitur: Vidi cuncta, quæ fiũt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas. & ſic de multis aliis ibidem contentis: & ideo doctores tui, qui aſſerunt, quòd aliqua fuerunt ante creationem totius mundi, vt habetur in gloſſa quæ dicitur Medras Tillini ſuper illud verbum: Parata ſedes tua ex tunc. quorum vnum aſſerunt eſſe nomen Meſſię, hoc probant ex iſto verbo, ſcilicet: Ante ſolẽ Ynnon nomen eius. in quo manifeſtè præſupponunt, quòd dicendo ante ſolẽ, intelligitur ante creationem mundi, & per conſequẽs ante omne tempus. Vnde in hoc Pſalmo Pſalmiſta vtitur iſto modo loquendi ad deſignãdam æternitatem iſtius Regis, & filij Regis, de quo agit, & hoc à parte ante. Vnde cùm dicitur: Ante ſolem Ynnon nomen eius, & ante lunam in generatione & generationem. & à parte poſt, vt cùm dicitur: Et abundantia pacis, donec auferatur luna, & à parte media inter vtrunq;, cùm dicitur: Permanebit cum ſole. & hoc ad deſignandum, quòd ęternitas aſſiſtit omni temporũ differentiæ, & ſic ex prædicta autoritate Pſalmiſtæ habes, quòd in diuinis eſt filius æternus, & per conſequens coæternus Patri. In aliis etiam locis teſtatur ſacra Scriptura, quòd Deus, qui creauit ſeu formauit vniuerſa, habet filium, quod eſt conforme ſuprà dictis.

Eccle. 1. a. 3.

Gloſſa. Medras Tillini

Ante ſolem id eſt etiam ſecundũ Hebræos. Ante creationem mundi.

Æternitas à parte ante & à parte poſt & à parte media.

CAPI-

CAPITVLVM XI.

In quo oſtenditur, quòd Deus qui creauit ſeu formauit vniuerſa, habet filium ex autoritate Prouerb. 30. vbi dicitur: Quod eſt nomen eius, & quod nomen filij eius ſi noſti. non obſtantibus Iudæorum cauillationibus.

SAVLVS.

Allega mihi autoritatē hoc dicentem, quòd Deus, qui creauit ſeu formauit vniuerſa habet filium.

Prou. 30. a. 3. PAVLVS. Prouer. 30. vbi de quodā dicitur: Et noui ſancto rum ſcientiam. ſequitur ſtatim: Quis aſcendit in cęlum atq; deſcendit, quis cōtinuit ſpiritum in manibus ſuis, quis colligauit aquas, quaſi in veſtimento, quis ſuſcitauit omnes terminos terræ, quod nomen eſt eius, & nomen filij eius ſi noſti? Ex iſta autoritate habes, quòd Deus habuit filium, de nullo enim, niſi de Deo verificantur illa, quæ in hac autoritate dicuntur.

Deus vniuerſorum creator filiū habet, quod probat prædicta autoritate.

SAVLVS. Ex iſta autoritate non habes intentum, tota enim exponitur à doctoribus noſtris de Moiſe: Moiſes enim aſcēdit in cęlum ſidereū, & inde deſcendit ad populum, vt habetur Exod. 19. vbi dicitur: Moiſes autem aſcendit ad Deum: Moiſes autem cineres ardentes de camino accepit in manibus eius. Exodi 19. meritū etiam ipſius Moyſi fecit, vt aquæ maris rubri eſſent filiis Iſrael pro muro à dextris & à ſiniſtris Exodo 14. & ſic colligauit aquas quaſi in veſtimento. Moiſes etiam in erectionem tabernaculi immiſit terrorē in omnibus finibus terrę promiſſionis, vt Deuter. 2. dicitur: Hodie incipiam mittere terrorem & formidinem tuam in populis, &c. & quia nullus Propheta fuit ſimilis Moiſi in prædictis, ideo dicit: Quod eſt nomē eius. quaſi dicat, ſi dicatur, quòd alius à Moiſe fecit iſta, dicatur ei: Quod eſt nomen eius? quaſi dicat: Quis fuit ille? & quod eſt nomen filij eius? id eſt quæ generatio remanſit ab eo, ex qua poſſit haberi notitia aliqua de ipſo, quod tamen non remanet, ſequitur quod non fuit aliquis ſibi in prędictis ſimilis. Vnde ex hac autoritate nihil aliud habes, niſi quod non fuit alius Propheta ſimilis Moiſi in ſupradictis, non enim prædicta autoritas loquitur de Deo, ſed de Moiſe, vt dictum eſt.

Variis ſcripturæ autoritatib⁹ probat deberi autoritas Prouerb. 30. intelligi de Moyſe.

Exo. 19. a. 3.

Ibidem.

Exod. 14. ſ. 22.

Deut. 2. c. 25

PAVLVS. Si bene conſideras, prædicta autoritas de Deo loquitur non de Moiſe: de Moiſe enim nunquam legitur, quòd ad cælum aſcendiſſet. Cùm enim dicitur Moiſes aſcendit ad Deum Exodo 19. ibidem oſtenditur, quòd ſua aſcenſio erat, vſque ad montem Sinai, vbi gloria Dei repræſentabatur per oſtenſionem ſuorū miraculorū, & non vltra: vnde ſtatim ſubdit ibidem: Vocauit eum Dn̄s de mōte. Similiter cum Moiſes deſcēdit de Deo ad populū, non intelligitur, niſi de monte,

Prædicta autoritas nullo modo de Moyſe poteſt intelligi propter multa.

Exo. 19. a. 3.

Moyſis aſcendit ad Deum, quomodo intelligi debeat.

vbi Deus erat modo prædicto, vt ſatis plane patet intuenti prędictum capitulũ. Similiter quod dicitur: Quis continuit ſpiritum in manibus eius, nõ poteſt intelligi de acceptatione cinerum in camino, de quo agitur Exod. 19. prout tu dicis: tum quia cineres nõ ſunt ſpiritus, tum quia etiam Aarõ accepit cineres ſicut Moyſes, vt habetur ibidem, & ſic non poſſet de Moyſe ſingulariter dici: Quis cõtinuit ſpiritum. Similiter quod dicitur: Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento. non poteſt intelligi de Moyſe in mari rubro. Tum quia illud miraculum ſoli Deo attribuit. Vnde Exod. 15. de hoc dicitur: Spiritu oris tui congregatæ ſunt aquæ. quia aquæ in mari rubro non ſteterunt, quaſi colligatæ, ſed cũ eſſent fluentes, prout habent ex natura ſua, virtute tamẽ diuina ſteterũt, ideo dicitur: Stetit vnda fluens. Similiter quod dicitur: Quis ſuſcitauit omnes terminos terrę. non poſſet intelligi de erectione tabernaculi per Moyſen facta: in illa enim erectione non fuerunt ſuſcitati omnes termini terrę, vt patet de ſe. Quod autem dicis, quòd in erectione tabernaculi per Moyſen facta immiſſit terrorẽ in omnibus finibus terrę promiſſionis, eſt manifeſtè falſum. Tabernaculũ enim fuit erectũ in prima die menſis ſecundi anni ab exitu de Aegypto, vt habetur Exod. 40. Deus autẽ incœpit mittere terrorem, & formidinem in populis propter populum Iſraeliticum, quod fuit poſt 38. annum à prædicto exitu, vt patet intuenti ſecundum capit. Deute. quod tu allegas. Vnde in erectione tabernaculi, quæ ante per magnũ tempus fuit facta, vt dictum eſt, nihil legitur de immiſſione terroris ſeu formidinis, nec de alio miraculo quod ibi fuiſſet factũ. Vnde prædicta autoritas nõ poteſt de Moyſe, nec de aliquo alio niſi ſolùm de Deo, cui omnia illa propriè adaptantur, verificari, & ſic de illo tantùm intelligi debet illud quòd ſequitur, ſcilicet Quod eſt nomen eius, & quod nomẽ filij eius ſi noſti. vt iam tibi propoſueram.

[Margin: Pro. 30. a. 4.; Exod. 19.; Tabernaculum, quãdo fuit erectũ.; Exod. 40. b. 17.; De ſolo Deo verificatur prædicta autoritas.]

SAVLVS. Dic ergo, quo modo de Deo illa verificari poſſunt, quæ in prædicta autoritate continentur, præſertim illud primum, vbi dicitur: Quis aſcendit in cælum & deſcẽdit. cùm ſit manifeſtum, quòd Deo non cõpetit aſcendere, nec deſcendere, ſicut nec aliquo modo moueri.

PAVLVS. Tu ſcis, quòd doctores tui frequenter dicunt, quòd ſcriptura loquitur de diuinis more humano, in quo verum dicunt, & concordant cum veris Catholicis Doctoribus. Nam ſicut cognitio noſtra accipitur à ſenſibilibus, ſic & noſtra loquutio ex his conſurgit: ſic enim loquimur de rebus, prout ſunt in noſtra cognitione. Vnde ad intelligendum aliquid de Deo, oportet nos vti loquutionibus corporeis, quamuis ipſe

Aſcendit in cælum De⁹, vt intelligamus, quòd eius potẽtia ſuperat poteſtates cælorum.

Deut. pen. d. 6.

Hemus intelligatur, quòd prouidentia diuina attingat à fine vſque in finẽ.

Gen. 11. a. 5.

Rab. Moyſ. Ægypt. de direct. perplex. c. 9. p. 1.

ipſe Deus ſit ſummè ſupplex & incorporeus. Dicitur ergo Deum aſcendere in cælum, vt intelligatur, quòd potentia diuina ſuperat poteſtates cælorũ. Vnde Deuter. penult. dicitur de Deo, quòd eſt aſcenſor cæli in adiutorium populi ſui. Similiter, vt oſtendatur, quòd prouidentia diuina attingit vſque ad infima, & ea cognoſcit & iudicat: dicitur Geneſ. 11. Deſcendit Deus, vt videret ciuitatem & turrim, &c. & ſic de multis ſimilibus, & ideò ille doctor tuus magnus Rabbi Moyſes Aegyptius, in ſuo libro de directione perplexorum parte prima capit. 9. declarans iſta verba, ſcilicet aſcendere & deſcendere, dixit, quòd ſunt equiuoca à cõſilio, & quòd quandoq; intelliguntur de aſcẽſu & deſcenſu corporali, qui ſine motu locali fieri nõ poſſunt, quandoque verò de aſcenſu & deſcenſu ſpirituali, qui ſine motu poſſunt fieri, prout large in capitulo prædicto tractat, & ibidem concludit, quomodo de Deo poſſunt verificari iſta verba aſcẽdit & deſcendit, vide ibi, ſi vis. Ad propoſitum autem cùm dicitur: Quis aſcendit in cælum & deſcendit, intelligendum eſt de Deo, qui cælos cælorum aſcendit, trãſcendens eorum poteſtatem, & in terram deſcẽdit, omnium inferiorum cognitionẽ habens, & omnia tam inferiora, quàm ſuperiora diſponens: & ſic nullo modo eſt inconueniens talia attribuere Deo, vt de immenſitate & infinitate ſuæ ſapientię, & potentię aliquid ſaltem poſſimus intelligere, ſemper tamen præſupponendo veritatem de immobilitate ſua: teſtatur enim ſcriptura Malac. 3. Ego enim Dominus, & non mutor.

Aſcendere & deſcẽdere equiuoca à cõſilio.

De Deo intelligitur prædicta autoritas Prouerb.

Malach. 3. b. 6.

Expoſitionem quærit Proverbiorum autoritatis.

SAVLVS. Vellẽ ſcire quomodo exponis iſtã autoritatem Prouerb. continuãdo ea, quæ in ea continẽtur ad illud verbum quod allegas ſcilicet, quod eſt nomen eius, & quod nomen filij eius, quia vt ſupra dicebas & verum eſt intelligẽtia verborũ ex cauſis eſt ſumenda dicendi, & ſic videbitur ſi expoſitio tua cõſonat cum hoc quod intendis, ex autoritate iſta concludere.

Notãda expoſitio.

PAVLVS. Placet mihi exponere tibi hanc autoritatem incipiendo à primo verbo, à quo incipit in litera, cõtinuando vſq; ad finem, vbi totà ſententia huius autoritatis finitur: & licet hoc erit aliqualiter prolixum, tamen tolleranda eſt prolixitas, vt veritas magis eluceſcat. Incipit enim hæc autoritas in libro Prouerbiorum capit. ſupradicto ſic: Verba congregãtis filij vomentis: Viſio quam loquutus eſt vir cũ quo eſt Deus, & qui Deo ſecũ morãte confortatus ait: Stultiſſimus ſum virorum, &c. Ad cuius declarationẽ ſciendũ, quòd Salomon in hoc loco intendit vilipendere ſcientiã humanã, quę per inquiſitionẽ humanæ rationis procedit in reſpectu ad ſciẽtiam diuinam, quæ per ſacrã ſcripturã, vel per Dei reuelationẽ acqui-

Prou. 30. a. 1.

Salomõ ſciẽtiam acquiſitam & infuſam habuit.

acquiritur:& quia ipſe Salomon vtramq; ſcientiam habuit, ſcilicet infuſam, vt habetur 3.Reg.3. ſimiliter & ſcientiam acquiſitam, vt habetur Eccleſiaſt.1. vbi dicitur: Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem, & propoſui in animo meo, quærere & inueſtigare ſapiēter de omnibus, quæ fiunt ſub ſole. Ideo in hoc loco vult oſtendere, quòd ſcientia acquiſita per humanam inquiſitionem, præcipuè de diuinis, quaſi abiecta eſt, reſpectu ſcientiæ à Deo infuſæ ſeu reuelatæ: vnde dicit: Verba congregātis. ideſt Salomonis, qui congregauit ſcientiam per acquiſitionem humanam, quæ eſt quædam congregatio, eo quod particulariter acquiritur: & ſequitur: Filij vomentis ideſt, Salomonis, qui prædictam ſcientiam, ſic congregatam, tanquā abiectā vomuit, ſicut homines ſolent faſtidioſa & inutilia vomere. Vnde Eccleſiaſt.1. vbi ſupra, cùm dixiſſet: Et propoſui in animo meo quęrere & inueſtigare ſapienter, &c. ſtatim ſubdit: Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occupētur in ea. Ex quo habetur, quòd occupationē, quam habuit in huiuſmodi ſcientię acquiſitione, reputabat peſſimam, & ſic meritò erat voměda: & ideo reſpectu huius dicitur filij vomentis. Poſt quā igitur oſtendit abiectionem ſciētię humanitus per congregationem acquiſitę, ſpecialiter quantum ad diuina, cōſequenter ſub- dit, quæ eſt illa ſciētia ſecūdum, quam ipſe loquitur de diuinis, de quo dicit: Viſio quam loquutus eſt vir cum quó eſt Deus, & qui Deo ſecum morante cōnfortatus ait, &c. quaſi dicat: Non loquor autoritate cō gregatę ſciētiæ, quam iam euomui, ſed loquor autoritate diuinæ reuelationis: ideo dicit: Viſio quam loquutus eſt cum quo eſt Deus, & quia ille bene loquitur de diuinis cum quo Deus eſt, non ſolū in intellectu, ſed etiam in affectu: ideo poſtquā dixit: Cū quo eſt Deus, ſcilicet in intellectu, ſubdit: Et qui Deo ſecum morāte cōfortatus, quod intelligitur de illo, qui non ſolùm ſecūdum intellectum, ſed etiam ſecūdum affectum habet Deum morantē per gratiam: ſecundum quā homo confortatur in bonis: ſequitur in litera: Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum nō eſt mecum. quod intelligitur de Salomone poſtquā euomuit ſapientiā mundanam, quaſi dicat: Nihil remāſit in me de ſapientia illa, quam à me eieci modo prędicto: & ideo remanſi tanquam ſtultiſſimus virorū, &c. & ſequitur: Et non didici ſcientiam. Hoc dicit, quia Salomon non habuit ſciētiam acquiſitam humanitus, addiſcendo ab alio, ſed potius per ſe inueſtigando, vt habetur ex autoritate Eccleſiaſtes ſupradicta, quia tamen per reuelationem habuit de diuinis ſcientiam altiorem & alteriori modò habitam: ideo ſubdit:

Marginalia: 3.Reg.3. b.12. — Eccl.1.c.12. — *Quare Salomon dicatur congregans.* — *Salomon quare de ſe dicat filij vomentis.* — *De diuinis bene loquitur is, qui Deum in ſe habet.* — *Salomō quare dicat ſe omnium hominum ſtultiſſimū eſſe.*

Sanctorum ſcientia de Diuinis perfectior eſt, quàm humana propter multa.

dit: Et noui ſciētiam ſanctorum: ſanctorum enim ſcientia de diuinis perfectior eſt quàm humana. Primo, quia altiorem notitiā de Deo habet. Secūdò, quia habet eam altiori modo, ſcilicet per diuinam reuelationem. De primo autem conſequenter dicit ſic: Quis aſcendit in cęlum & deſcēdit? quaſi dicat per ſcientiam humanā non cognoſcitur, quòd de Deo poſſet dici, quòd aſcendat vel deſcendat, cùm ſolū de Deo cognoſcitur, quòd ſit immobilis, per reuelationem tamen diuinam cognoſcitur, quòd Deus aſcendit ad cælum & deſcendit per diuinam prouidentiam, quę ſe extendit non ſolū ad cognoſcendas & regendas res ſummas, ſed etiam ad cognoſcendum & regendum res infimas, vſque ad minima, & ideo in multis locis ſacræ Scripturæ de Deo dicitur, quòd aſcendit & deſcendit. Cōſequenter dicit: Quis continuit ſpiritum. id eſt ventum in manibus ſuis. Philoſophi enim per humanam ſcientiam, tantum de naturalibus loquētes, imperfectè loquuti ſunt de ventorum flatu,

Ariſt. 2. Metheoro.

vt patet in 2. Metheo. vbi de cauſis ventorum agitur, ſed per reuelationem diuinam (quæ in ſacra Scriptura traditur) habetur, quòd Deus retinet eos, & facit eos flare ſecundum voluntatis ſuæ beneplacitum: iuxta illud

Pſa. 134. b. 7

Pſalmi: Producit ventos de theſauris ſuis. Cōſequenter patet, quia per ſcientiam philoſophicā ſecundum quā elemētum aquæ tanquam minus graue quā terra deberet eam vndiq; circūdare, non cognoſcitur qua ratione aliqua pars terræ ſit diſcooperata, ideo dicit: Quis colligauit aquas quaſi in veſtimēto. hoc enim fit diuina virtute ſolum, vt habetur Geneſ. 1. Dixit Deus: Congregentur aquæ, &c.

Gen. 1. a. 9.

Et quia ex iſta colligatione ſeu congregatione aquarum ſequutū eſt, quòd termini terræ fuerunt ſupereminētes quam aquę vt eſſent habitatio animalium. ideo ſubdit: Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ. quaſi dicat hoc nō poteſt cognoſci per humanam inquiſitionem, niſi per reuelationem diuinam, de qua dicitur Geneſ. 1. Et appareat arida:

Gen. 1. a. 9.

& quia autor omnium prędictorū eſt Deus, cuius notitiam Philoſophi non habent niſi ex creaturis, quæ in infinitum diſtant à perfectione diuina, ideo dicit: Quod eſt nomē eius? Philoſophi enim non poſſunt bene nominare Deum.

Philoſophi Deum bene nominare non poſſunt.

Vnde dicitur in libro de cauſis, quòd cauſa prima eſt ſuper omne nomen, quod nominatur de ipſa. Et ideo dicit, quod eſt nomē eius? id eſt, ô Philoſophę quo modo poſſes nominare Deū ſecundum tuā ſcientiam: per reuelationē tamen diuinam Deus nominatur, vt patet Exod. 3. vbi

Exod. 3. b. 6

Moyſi interrogāti de nomine diuino fuit reſponſum à Deo, diuinum nomen Deo proprium, ſcilicet Thetragramathō, quod eſt incommunicabile creaturis, prout etiam doctores tui tenēt.

Et quia per reuelationem diuinam non ſolùm cognoſcitur nomen Dei eſſentiale, vt in capitu. allegato Exod.3. ſed etiam diſtinctio Patris & Filij in diuinis, quæ nullo modo per humanam ſapiētiam cognoſci poſſet: ideo ſubdit: Quod nomē filij eius, ſi noſti? quaſi dicat hoc nullo modo cognoſcitur per humanam ſapientiam, niſi ſolùm per reuelationē diuinam, & quia diuina reuelantur per ſacrā ſcripturam à Deo tradditam: ideo ſubdit: Omnis ſermo Dei ignitus. id eſt ſacra Scriptura, quæ ex ſermone Dei habetur, eſt ita purificata ab omni fálſitate, ſicut metalla, quæ in igne purificantur. Vnde Pſalmiſta: Eloquia Domini igne examinata. et ſequitur: Clypeus eſt ſperantibus in ſe. quia licet contra veritatem fidei multę impugnationes inſurgant, tam ex parte interiori, & hoc cùm homines difficultantur in credēdo ea quę ſuper rationem ſunt naturalem, quàm ex parte exteriori, ſcilicet à rationibus hæreticorum & tyrannorum perſequutionibus, tamen ſperantibus in Deū per veram fidem charitate formatam Deus eſt defenſor: & ideo dicitur: Clypeus, &c. & ſequitur: Ne addas quicquā verbis illius. ſcilicet de iis, quæ diuinis verbis contrariantur ſeu cōtradicunt. Et arguaris inueniariſq́; mēdax: quia quicquid contradicit diuinis autoritatibus, quæ ab ipſa ſumma veritate, quæ Deus eſt reuelantur, mendoſum eſt ſeu falſum. Vſque huc prædicta autoritas, per quam ſic expoſita recté continuantur verba eius adinuicem & intentum meum, circa intellectū huius dicti: Quod eſt nomen eius, & quod eſt nomen filij eius comprobantur.

Exo.3.b.6.

Sermo Dei ignitus dicitur, quia purificatus ab omni falſitate.

Pſal.11.b.7.

Clypeus eſt Deus ſperātibus in ſe, in quo ſcilicet tam quæ contra animam ex parte hæreticorum quā quæ contra corpus ex parte tyrannorum defenſor eſt

CAPITVLVM XII.

In quo oſtēditur, quòd Spiritus ſanctus eſt alia perſona in diuinis, præterquam perſonam Patris & Filij ex autoritate Pſalmiſtæ dicentis: Verbo Domini cæli firmati ſunt. non obſtantibus Iudæorum cauillationibus.

SAVLVS.

HAbeo mentem tuam circa filiationē, quam in diuinis aſſeris. Sed adhuc video, quòd addis alium Deum, quem Spiritum ſanctum vocas: in quo manifeſtè tranſgrederis præceptum ſapiētis per te ſupra allegati, in quo dicit: Ne addas quicquam verbis illius ne inueniaris mendax. Conſtat enim per prædictā autoritatem per te allegatam, prout tu eā expoſuiſti, quod in diuinis eſt Pater & Filius & non alius Deus. Dicit enim, quod eſt nomen eius, & quòd nomen Filij eius, nō autem dicit quod eſt nomen ſpiritus eius. Ex quo patet, quòd tu addendo aliam perſonam in diuinis, quā dicis eſſe Deū, manifeſtè addis verbis illius, & ſic inuenieris mendax.

Arguit de Spiritu ſancto dicēdo, quòd nō eſt dicendus Deus.

PAVLVS. In hoc quod dicitur: Ne addas quicquam verbis illius, intelliguntur prohiberi illa, quæ diuinis verbis contrariantur

riantur ſeu contradicunt, prout tibi dixi exponendo illud verbũ: Ne addas quicquam, &c. nõ autem prohibẽtur illa, quæ diuinis verbis non contradicunt, nec cõtrariantur: aliàs enim omnia alia eſſent prohibita, quæ non eſſent contenta in prędicta autoritate, quòd eſt falſum, quia in ſacris Scripturis multa cõtinentur prę ter illa, quæ in prędicta autoritate explicantur. Vnde in propoſito, quia in verbis ſupradictis nõ excluditur, quin ſit in diuinis alia perſona pręter perſonam Patris & perſonam Filij, quæ ibi exprimuntur, & quia per ſcrutinium ſcripturarum non ſolùm neceſſarium eſt cõcedere in diuinis eſſe Patrem & filiũ, ſed etiam Spiritum ſanctum: Idcirco hoc aſſerendo nõ eſt addere quicquam verbis diuinis eis contrariando, ſed potius eſt cõfiteri, ea quę in ſacris eloquiis adduntur.

Sacra ſcriptura addere, vel non addere, quæ ſunt illa quæ prohibentur.

SAVLVS. Allega mihi, ſi habes aliquam autoritatem, per quam neceſſarium ſit cõcedere quòd in diuinis eſt Spiritus ſanctus alius à Patre & Filio, prout tu aſſeris.

PAVLVS. Quòd in diuinis ſit Spiritus ſanctus, qui eſt Deus alia perſona à perſona Patris & Filij, ſatis habetur ex autoritate Pſalmiſtæ per me ſupra allegata, in qua dicitur: Verbo Dñi cæli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ ſeu omnis exercitus eorum. Cõſtat enim, quòd Pſal. in hoc loco loquitur de creatione mundi, quæ fuit à Deo ſolo facta, nullo interueniente adiutorio ſeu miniſtro extrinſeco, hoc enim eſt vnũ de fundamẽtis fidei, non ſolũ apud nos, ſed etiam apud tuos. Tuus enim magiſter Rabbi Moyſes Aegyptius in ſuo Deut. in tit. 1. lib. cap. 1. hoc dicit eſſe primum fundamentũ omnium fundamẽtorum Moſaicæ legis, & hoc eſt commune apud tuos, vbicũque de hac materia loquũtur, ſcilicet quòd ſolus Deus cælum creauit & terrã, & omnia quę in eis ſunt, nullo exteriori adiũcto cooperante, ſcilicet alicuius creaturæ. Vnde & Talmudici tui dicunt, quòd Deus nõ creauit Angelos in prima die, ne fortè crederetur, quòd Angeli fuiſſent cooperatores ſeu coadiutores Dei in creatione mundi, ſed Pſalmiſta in prædicta autoritate teſtatur, quòd verbo Dei cæli facti ſunt vbi enim tranſlatio noſtra dicit, firmati ſunt, Hebraica litera dicit, facti ſunt, & ſic ſequitur, quòd Deus per verbũ cælos fecit. Similiter & teſtatur, quòd Deus per ſpiritum oris ſui fecit ſeu creauit omnes virtutes ſeu exercitus cælorum. Ex quo ſequitur, quòd Deus per ſpiritum ſuum hoc fecit, cùm autem de ratione verbi eſt, quòd diſtinguatur à dicente ſeu proferente. Similiter de ratione ſpiritus oris eſt, vt diſtinguatur ab inſpirãte, ſequitur quòd ſpiritus per quẽ virtutes cælorum factæ fuerunt eſt Deus alius ab inſpirãte, & ſic in hac autoritate Trinitas, quam prædica-

Autoritate Pſal. probatur Spiritus ſanct⁹ alius à Patre & Filio.

Pſal. 32. a. 6.

Creatio mũdi à ſolo Deo.

Rab. Moyſ. Ægyptius. Deut. titu. 1. lib. cap. 1.

Talmudici dicunt Angelos non fuiſſe creatos primo die, ne putarentur cooperatores eſſe Dei.

Trinitas in prædicta autoritate exprimitur.

prædicamus exprimitur, quę eſt vnus Deus creator mũdi. In qua quidem trinitate ſpiritus eſt tertius in ordine trium perſonarũ, & ſic habes, quòd in aſſerendo Spiritum ſanctũ eſſe Deum aliũ à Patre & Filio, nõ fit aliqua additio, quæ contrariatur ſeu contradicat eloquiis diuinis, immo eis manifeſtè conformatur.

SAVLVS. Nimis ſtrictè intelligis hoc dictũ: Verbo Domini. ſimiliter: Et ſpiritu oris eiꝰ. Intelligis enim verbum, ſimiliter & ſpiritum, vt aliquid exiſtẽs in Deo, & à Deo realiter diſtinctum: cùm tamen nõ ſit neceſſarium ſic iſta intelligere, per verbum enim Dei & ſpiritum eius, quæ in hoc loco cõtinentur, ſufficit intelligere mandatum Dei ſeu eius præceptum, prout ipſemet Pſalmiſta in hoc eodẽ Pſalmo declarat dicens: In hac propria materia, ſcilicet creationis mũdi: Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. Vnde nõ aliud intelligendum eſt de hoc, quod dicitur: Verbo Domini cæli facti ſunt, &c. niſi quòd creaturæ fuerunt factæ per mandatum Dei, vel eius imperium ſeu eius voluntatem.

PAVLVS. Circa hoc quod dicitur verbo Domini, quod ſecundum veritatem ſignificat filium Dei non eſt ad præſens inſiſtendum, quia iam de hoc quod ſit in diuinis filius ſupra eſt oſtenſum, ſed manifeſtũ eſt, quòd in hoc quod dicitur: Et ſpiritu oris eius intelligitur aliquid intrinſecum Deo & ab eo procedens, quod non poteſt eſſe niſi Deus, & à Deo procedens, ſufficiſſet enim dicere, & ſpiritu oris eius omnis exercitus eorũ, ad denotandũ, quòd de mãdato Dei facti fuerunt cæli & huiuſmodi, ſed apponendo ſpiritu oris eius, manifeſtè oſtẽditur, quòd ſpiritus de quo loquitur eſt intrinſecus Deo, & à Deo inſpirante diſtinctus, & ſic intellexerunt Rabbini tui iſtam autoritatem.

SAVLVS. Vbi quæſo inueniſti Rabbinos noſtros ſic expoſuiſſe.

PAVLVS. Supra in cap. 5. huius diſtinctionis allegaui tibi quandam autoritatem, quæ in in gloſſa magna ſuper Gen. quæ dicitur Bereſith Rabba. cap. 40. habetur, vbi ſic Rabbi Simeon dicit: Inſpirauit ſeu ſufflauit Deꝰ ſpiritum ſuum & creatus eſt mũdus. Sicut in Pſalmo dicitur: Spiritu oris eius omnis exercitus eorum, hæc in gloſ. prædicta. Ex quo patet, quod hoc quod dicitur: Spiritu oris eius. intelligendum eſt per modum inſpirationis ſeu ſufflationis, quæ in rebus creatis, à quibus cum loquimur de diuinis, neceſſe eſt accipere aliquam ſimilitudinem, non niſi ab intrinſeco proceditur, & ſic oportet, quòd illa res inſpirata ſit Deus, cũ nihil eſt in Deo quin ſit Deus. Similiter neceſſe eſt, quòd ſit alius ab inſpirãte ex neceſſitate oppoſitionis relatiuè, & hoc manifeſtè cõſonat expoſitioni meæ.

Spiritus ſanctus eſt Deꝰ, teſtimonio Rabbinorũ Bereſit Rabba c. 40. Rab. Simeõ.

Rab. Simeõ. SAVLVS. Licet Rab. Simeon, quem allegas fuit de magnis & antiquis doctoribus noſtris, eſt tamen vnus ſingularis, cuius dictum non ſufficit ad concludendum in tanta materia, & ideo ſi alias autoritates habes ad probandũ, quod Spiritus ſanctus ſit Deus allega.

CAPITVLVM XIII.

In quo oſtenditur, quòd in diuinis eſt tertia perſona, ſcilicet Spiritus ſanctus, ex autoritate Iſai. 48. vbi dicitur: Et nunc Dominus miſit me, & ſpiritus eius. quibuſdam Hebræorum cauillationibus non obſtantibus.

PAVLVS.

Rab. Simeõ. Licet verum eſt, quòd Rabbi Simeon ille quem tibi allegaui eſt tantum vnus doctor, tamen dicta ſua habent autoritatẽ à cæteris doctoribus tuis, in quantũ ſua expoſitio in hoc loco nõ fuit reprobata, ſeu condẽnata, nec etiam legitur contradictam eſſe ab aliis, ſed collocata fuit in illo libro antiquo ſupra allegato, tanquam vera & non repugnans veritati fidei, nihilominus tamen, ex quo vis aliam autoritatem, allegabo tibi vnã quæ tibi debet ſufficere. Quæ quidem autoritas eſt illius Prophetæ Euangelici Iſaiæ, qui de myſteriis fidei noſtræ quam plurima & magna Prophetauit. Di- *Iſa. 48. c. 16* *Teſtimoniũ Iſa. De Spiritu ſancto, quod ſit tertia perſona in Diuinit.* cit enim in cap. 48. ſic: Accedite ad me, audite hæc non à principio, in abſcõdito loquutus ſum, ex tempore ante quam fieret ibi eram, & nũc Dominus Deus miſit me & ſpiritus eius. Hęc ille. Ex qua autoritate habes, quòd ille qui à principio non in abſcõdito loquutus fuit, ſcilicet ipſe Deus, qui à principio cùm populum Iſraelem ad ſe applicaſſet eis dãdo legem in Sinay, non in abſcõdito loquutus eſt, ſed palam, & publicè cunctis audientibus legem dedit, vt habetur Exo. 20. Qui quidem Deus in eodem tempore, ſcilicet dationis legis ibi erat, & quia ipſe Deus qui locutus eſt palã in datione legis, poſtea fuit miſſus in mundum per aſſumptionẽ carnis ad redimendum genus humanum. De qua aſſumptione in diſtinct. ſequenti Deo duce eſt agendum. Ideo dicit: Et nunc Deus miſit me, & ſpiritus eius. In qua autoritate manifeſtè exprimuntur tres perſonæ diuinę, de quarũ qualibet neceſſe eſt dicere quòd eſt Deus, qui loquutus eſt palam: exprimitur enim ibi Deus miſſus, qui ſtatim ante de ſe prædixerat: Non à principio in abſcõdito loquutus ſum, &c. Similiter exprimitur ibi Deus mittens, cùm dicit: Dominus miſit me. Similiter exprimitur ibi ſpiritus Dei mittẽs, cùm ſubdit: Et ſpiritus ei9, ſcilicet miſit me: Deus enim nullo modo intelligi debet miſſus niſi à Deo; & ſic ex iſta autoritate planè & ſanè intellecta habetur, diſtinctio trium perſonarum in diuinis, quarum tertia perſona eſt Spiritus ſanctus, qui eſt verus Deus, in quan-

Vide expoſitionẽ Iſai. in hoc & ſequenti cap. notabilem.

Exo. 20. per totum.

Tres perſonæ Diuinæ exprimũtur in verbis Iſaiæ.

in quantum dicitur, quod ſpiritus Dei Deum mittit, eſt tamen diſtinctus à Deo miſſo: de quo dicitur: Dominus miſit me. quia inter mittentē & miſſum neceſſaria eſt diſtinctio perſonalis.

Replicat & probare nititur contra autoritatem duo: primū de Iſaia à Deo miſſo debere intelligi.

S A V L V S. Duo præſupponis in expoſitione huius autoritatis Iſaiæ, quæ nō probas, nec etiam ſunt cōſona literæ, & ideo ex illa autoritate non habes intentum. Primo enim præſupponis quòd ille, de quo dicitur, quòd fuit miſſus à Deo, eſt verus Deus, qui legem dedit genti noſtræ Iſraeliticæ, quod non eſt verum. Magiſtri enim noſtri cōmuniter exponunt illud quod hîc dicitur: Et nunc Dñs miſſit me, de Iſaia, qui fuit à Deo miſſus, vt habetur Iſa. 6. vbi cùm dicitur à Deo, quem mittam, aut quis ibit pro nobis. reſpondit Iſaias: Ecce ego, mitte me. Cui Deus dixit: Vade & dic populo huic, &c. Vnde de iſta miſſione in hoc loco loquitur Propheta, nec valet contra hoc dicere, quòd miſſus iſte à Deo dicit de ſe, ſtatim ſupra, à tempore quo fuerant ibi eram, quod intelligitur à tempore dationis legis, in quo tempore Iſaias nōdum erat natus, vt eſt manifeſtū, hoc enim non obſtat prędictę expoſitioni: quia vt magiſtri noſtri dicunt: ſicut in monte Sinai Moyſes recepit legem à Deo, ſic eodem tempore & loco omnes Prophetæ fuerunt ibi quantum ad animas, & ibidem recepit vnuſquiſque prophetiam ſuam, quam poſtea quilibet eorum tēpore ſuo prophetauit, & hanc ſententiam tenent omnes magiſtri antiqui noſtri ferè, qui hunc paſſum expoſuerunt. Vnde de hac autoritate ſecundum hanc ſuam veram expoſitionem, nō concluditur, niſi eſſe vnus Deus, qui Iſaiam miſſit. Spiritus enim Dei, de quo hîc dicitur, quòd miſit Iſaiam nō eſt verus Deus, ſed eſt ſpiritus propheticus creatus, quem habuit Iſaias à Deo, & per quē Iſaias prophetauit. Vnde ſi rectè hanc autoritatem intelligis, nihil facit pro te ratione prædicta.

Iſa. 6. c. 8.

Probat licet male animas omniū prophetarū cum Moyſe eſſe tempore dationis legis, eoq; tempore omnes ſuas Prophetias accepiſſe.

Secūdo probare nititur quòd miſſus non eſt De⁹.

Secundo præſupponis in tua expoſitione, quòd verus Deus fuit miſſus à Deo per aſſumptionem carnis, quod nō probas nec probare valebis. Item ſunt quædam in litera præcedentia & ſequentia hanc autoritatem, quæ nullo modo conſonant tuæ expoſitioni, ſed quia dicta ſufficiunt pro nunc ad tuam expoſitionē euacuandam, ideo illa omitto ad præſens.

Paulus oſtēdit efficaciſſimè expoſitionem Iſa. de ipſo Iſai. non poſſe intelligi.

P A V L V S. Expoſitio magiſtrorum tuorum, in qua dicūt, quòd Iſaias eſt ille, de quo hîc dicitur: Nunc autem miſſit me, &c. eſt manifeſtè falſa, tanquam fundata in fundamento falſo & erroneo: fundatur enim in hoc, quod anima Iſaiæ & animæ aliorum prophetarum fuerūt in mōte Sinai tempore dationis legis antequā ipſi naſcerentur, & ibidē receperunt prophetias ſuas, prout tu nomine eorum recitas: & verum eſt, quòd tui magiſtri

hoc

hoc aſſerunt in prædicta expoſitione: ſed hoc eſt manifeſtè falſum, nam ſecundum naturalis rationis dictamẽ anima rationalis tunc incipit eſſe cùm in corpore humano, ſibi coaptato infunditur: anima enim, ſecundum verã ſui diffinitionem à Philoſophis traditam, eſt perfectio corporis Phyſici & organici, vt habetur in 2. de anima. Conſtat autem, quòd illud quod eſt perfectio alicuius corporis nõ habet eſſe ante formationẽ illius, & ſic patet, quòd prædictum fundamentum eſt falſum, quòd autem ſit erroneũ patet: nam hoc eſt contra ſacræ Scripturæ teſtimoniũ. Legitur enim Zach. 12. Ego Dominus formans ſpiritum hominis in medio eius, quòd verbum exponitur à Rab. Cabadia & à Rab. Quimhi conformiter ad prædictam diffinitionem animæ: dicunt enim. quod per hoc quod dicitur: Formans ſpiritum hominis in medio eius. intelligitur, quòd creator creat animam cum perfectione figuræ corporis humani, & eſt cõmunis expoſitio prædicti verbi. Hoc etiã cõſonat huic quod dicitur Gen. 2. Formauit igitur Deꝰ hominẽ de limo terrę, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo patet, quòd anima creatur & infunditur in corpore humano formato, & ſic patet, quòd nullo modo de Iſaia poteſt intelligi illud, quod dicitur: A tempore quõ fuerant, ibi erã. quod intelligitur à tempore dationis legis ſecũdum omnes: nec etiam, quod ibi legitur immediatè ante, ſcilicet: Nõ à principio in abſcõdito loquutus ſum. poteſt de Iſaia intelligi, nec de aliquo homine puro, niſi ſolùm de Deo legis datore. Doctores enim tui in libro qui dicitur Mequilea Exodo 19. Venerunt in deſerto Sinai & caſtrametati ſunt in deſerto, & expreſsè dicunt, quòd hoc quod dicitur per Iſaiam: Non à principio in abſcõdito loquutus ſum. intelligitur de datione legis, quæ publicè fuit data, & eſt ſentẽtia communis omnium expoſitorũ tuorũ. Ex quo ſequitur manifeſtè, quòd illud quod immediatè in eodem contextu dicitur, ſcilicet: Nũc Dominus miſſit me & ſpiritus eius. intelligatur de illo, qui non à principio in abſcondito loquutus eſt, &c. quod nõ niſi de vero Deo intelligi poteſt. Ad hoc autem quod dicis me pręſupponere quod nõ probo, ſcilicet, quòd verus Deus miſſus eſt per aſſumptionẽ carnis, &c. verum dicis, quòd hoc non tibi probaui, vſque nũc, ſed hoc per Dei gratiã probaturus ſum in ſequenti diſt. vbi de diuinitate Chriſti eſt agendum. Ad tertium verò quod dicis, quòd ſunt quædam in pręditta autoritate præcedentia & ſequentia, quæ nullo modo conſonant meę expoſitioni, exprime illa, & Deo duce ſufficienter reſpondebo tibi.

Anima eſt corporis inhabitantis perfectio: Ariſt. 2. de anima.

Item probat erroneã eſſe expoſitionẽ

Zach. 12. a. 1

Rab. Cabadia. Rab. Quimhi.

Gen. 2. a. 7.

Anima creatur & infunditur in corpore humano iam formato.

Lib. Mequilea. Exo. 19. a. 2

Ad ſecundũ

Ad tertiũ.

SAVLVS. Antequam de aliis

Replicãs, nititur probare ex prędictis à Paulo quatuor eſſe perſonas diuinas.

aliis pręcedentibus & ſequentibus contra te obiiciam, volo tibi oſtendere, quòd hæc verba, quę allegas ſecũdum te expoſita, faciunt manifeſtè contra te. Vis enim ex iſtis verbis, ſcilicet: Nũc Dominus Deus miſſit me, & ſpiritus eius. inferre, quòd in diuinis ſunt tres perſonæ diſtinctæ, ſcilicet Deus mittẽs, & Spiritus ſanctus mittẽs, & Filius Dei miſſus. Sed ſi bene attendis, ex iis verbis ſequeretur, quòd quatuor ſunt perſonæ in diuinis, quod vt credo tu etiam non admitteres. Primum aſſumptũ patet, nam in prædictis verbis bis primo nominatur Deus: non enim dixit, & nũc Dominus miſſit me: ſed, & nunc Dñs Deus miſſit me. Ecce duo. Dicis etiam quòd ille miſſus eſt Deus, & ſic ſunt tres perſonæ: dicis etiam, quòd in hoc quod ſequitur, & ſpiritus eius, exprimitur alia perſona diuina mittẽs, quam etiam aſſeris Deum mittentem, & ſic ſecundum te ſunt quatuor perſonæ diuinæ, quod tu vt credo nullo modo admitteres.

Reſponſio ad prædicta notanda.

PAVLVS. Dixi tibi, quòd cum de hoc myſterio ſanctæ Trinitatis ageretur oporteret diligenter ſcrutari ſacra eloquia, nõ autem ſuperficie tenus. Vnde in propoſito debes attendere formam, in qua illa duo nomina ponũtur, ſcilicet illa pro quibus in tranſlatione noſtra habetur, Dominus Deus, primũ enim nomen quod ponitur ibi eſt Adonai ſcriptum cum iis literis. a.d.n.y. Cuius quidem nominis propria ſignificatio eſt Dominus Deus.

Adonay, hoc eſt Dominus Deus.

Thetragrãmathon, nomẽ propriũ Dei.

Secundum nomen quod ibi ponitur ęſt nomẽ Domini Thetragramathon, quod eſt nomẽ Dei proprium incõmunicabile creaturis, quod quidem nomen ſcribitur cum aliis literis à prędictis, ſcilicet, y.h.u.h. Vnde ſi propriè tranſferantur hæc nomina ſecundum veritatem Hebraicæ linguę dicentur ſic, & nunc Dñs meus. y.h.u.h. miſſit me, & ſic illa duo nomina, quorum vnum eſt proprium diuinum, & aliud eſt nomẽ adiectiuum nullo modo ſignificant duo ſuppoſita, ſed tantum vnum, ſicut cũ dicitur Dominus meus Rex, non ſignificant duo ſuppoſita ſed vnum tantum: & ideo ratio tua non facit contra me: ex illis duobus nominibus primis habemus vnum ſuppoſitum, ſcilicet perſonam patris in hoc quod dicitur: Dñs Deus. & in hoc quod dicit: Miſſit me. habemus ſecundum ſuppoſitũ, ſcilicet perſonam filij miſſi, in hoc quod dicitur: Et ſpiritus eius. habemus tertium ſuppoſitum, ſcilicet perſonam Spiritus ſancti. Vnde in hac autoritate non ſolum tres perſonæ diuinæ exprimũtur diſtinctę, ſed etiam ordo earum oſtenditur: & ideo ſi habes alias obiectiones literales contra meam expoſitionem propone eas, vt videamus cuius valoris ſint.

Duo nomina ſunt vnũ ſuppoſitum.

Ordo perſonarum ex Iſa. oſtenditur.

CAP. I.

CAPITVLVM XIIII.

In quo exponitur autoritas Iſaiæ ſupradicta extensè, ut ex illa ſanè intellecta, intentum probetur ſupradictum.

SAVLVS.

Ex tortè interpretatur Iſa. de Rege Cyro. SI bene ſcrutentur præcedentia & ſequentia hanc autoritatem quam allegas. manifeſtè patet, quòd Propheta nõ loquitur hîc de Meſſia ſeu Chriſto venturo, ſed de Cyro, qui populum Iſrael redemit de Babylonica captiuitate. Legitur enim ſtatim ante prædicta verba, quæ allegas. *Iſa. 48. c. 14* Dominus, dilexit eũ, faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis, ego loquutus ſum, & vocaui eũ, adduxi eũ, & directa eſt via eius. Quæ quidem verba ſecundum omnes expoſitores tam catholicos, quàm Hebræos exponuntur de Cyro, quem Deus direxit ad faciendum voluntatem ſuam in Babylone educẽdo populum ſuũ de illa captiuitate, ad quòd vocatus fuit à Deo, vt habetur Iſai. 45. Et proſperatus eſt in via ſua. vt habetur Eſdræ 1. *1. Eſdræ. 1.* & ſequitur ſtatim: Accedite ad me, &c. quæ eſt autoritas per te allegata. Poſt autem dictam autoritatem cum quibuſdam, quę ſequũtur ad illam pertinentibus, ſequitur in litera: *Iſa. 48. d. 20* Egredimini de Babylone, fugite à Chaldęis, in voce exultationis annuntiate, auditum facite hoc, efferte illud, vſque ad extremum terræ, & dicite: Redemit Dominus populũ ſuum Iacob. Quæ quidem verba ab omnibus exponuntur ad literam de redemptione à Babylonica captiuitate, nõn autem de redemptione per Meſſiam ſpectata. Vnde inconſonum eſt veritati literæ, quòd autoritas tua, quæ inter pręcedentia & ſequentia ponitur, exponatur de Meſſia, & de redemptione ſua, prout tu intendis: ſed magis conuenienter exponenda eſt de eadem redemptione Babylonica, ad quam annuntiandam Iſaias ibidem dicitur miſſus à Deo, cum dicitur: Dominus miſſit me, &c. quæ quidem annuntiatio fiebat à Propheta per ſpiritum propheticũ Dei, ex quo dicit: Et ſpiritus eius. & ſic patet, quòd hæc expoſitio eſt magis conſona literæ cùm conueniencius continuatur cum præcedentibus & ſequentibus modo prædicto, quàm expoſitio tua.

PAVLVS. Vt veritas expoſitionis meę magis eluceſcat vobis, tibi exponere prædictam autoritatem per me allegatam cũ præcedentibus & ſequentibus ſerioſe ad literam. Ad cuius declarationem præmittendum eſt, quòd in ſacris eloquiis, præſertim propheticis ſæpe fit trãſitus ſeu tranſlatio de vna materia ad aliam ſibi ſimilem, & ſpecialiter cùm vna ſit figura alterius, vel habet cum ea aliquam correſpondentiam, ſicut membra ad caput & è contra. *In ſacris literis maximè propheticis, ſæpe fit tranſitus de vna materia in aliã.* Vnde Iſai. 14. *Iſa. 14. a. 4.* cum Propheta loqueretur de principe Babylonis, qui in tyrannica

rannica & ſuperba poteſtate & caſu horribili quodãmodo aſſimilatur Lucifero, ſcilicet primo Angelo de cęlo cadenti, in tantũ quòd cēſendus erat membrum eius, & ipſius figura: idcirco in eodē cōtextu Propheta de vno tranſit ad alium, vt patet in capitulo ſupradicto. Vnde in propoſito Iſaias, Prophetãdo de redēptione populi Iſraelitici à captiuitate Babylonica per Cyrum ab ipſo Deo ad hoc vocatum, tranſit ad prophetãdum de alia redemptione longe digniori, & remotiori in tempore, quę tunc fienda erat per Meſſiã ſeu Chriſtum. Quæ quidem duæ redemptiones licet in hoc conueniebant, quòd vtraque fienda erat per Dei potentiam, quæ hoſtes populi ſui opprimebat. Similiter per Dei miſericordiam, qua populo ſuo miſerebatur, propter quæ de vna tranſit Propheta ad aliam. In multis tamen heæ redemptiones inter ſe differebãt, & ſpecialiter in hoc, ſcilicet, quod redemptio Babylonica facta fuit virtute diuina per Cyrũ ſuum miniſtrum abſque miraculorũ operatione, ſed mundo ſuo curſu naturali incedente. Redemptio verò ſecunda, quę per Chriſtum erat fienda cum miraculis à Deo ſupernaturaliter factis implenda erat per totum. Quibus prę miſſis, litera ſic videtur exponenda ab illo loco, in quo dicitur: Audi me Iacob, &c. Ibi enim eſt quędam diſtinctio capitularis in Hebręo, vbi Propheta loquuturus de prędictis duabus redemptionibus, quę in aliquo conueniunt, & tamen in multo magis differũt prę mittit. Audi me Iacob, &c. vt ad attentionē excitet audiẽtes, & ſequitur: Ego ipſe, vbi in Hebręo habetur. Ego ſum ad denotandũ, quòd ipſius Dei eſſe, ſeu eſſentia per ſe conſiſtit, & nullo modo ab alia dependet, & ſequitur: Ego primus & ego nouiſſimus. ad denotandũ ipſius ęternitatem, quę omnem durationem temporis excedit, & ſequitur: Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cęlos. ad oſtendendum, quòd mundus eſt creatus ab ipſo Deo, & à nullo alio, & mundi partes ad inuicem ab ipſo Deo ſunt proportionatæ, & ſequitur: Ego vocabo eos. in Hebręo habetur: Ego voco eos, & ſtabunt ſimul. ad denotandum, quòd gubernatio mundi creati per ipſum Deũ, eſt ab ipſo Deo creatore ſuo. Quę quidē omnia ſupradicta Propheta prę mittit ad hoc vt oſtendat, quòd liberatio populi Dei à Babylonica captiuitate, de qua ſtatim erat loquuturus, futura erat ſecundum diuinã ordinationem, qua ipſe Deus creauit mundũ, & eum gubernat, nullo interueniente miraculo ſupernaturaliter facto. Quòd autem iſta liberatio ſit à Deo prę ordinata, probat ſeu per ſuadet per hoc quod Deus liberationem per Cyrum futuram, ante per Prophetam prędixit, & nullus

Iſaias Prophetãdo de redēptione Iſrael à captiuitate Babylonica, tranſit ad redēptionē, quam Chriſtus erat facturus.

Differentia prædictarũ redemptionum.

& nullus alius. Ex quo patet, quòd ſicut illa liberatio in ſola Dei præſcientia exiſtebat, ſic in ſola eius potentia. Vnde ſubdit: Congregamini omnes vos. id eſt gentes omnes, quæ diuerſis idolorum cultibus ſubiacebant. Et ſequitur: Audite quis de eis, annũciauit hęc, quaſi dicat, hoc nullus annuntiauit antequã fieret niſi ſolus Deus, cuius potentia & ordinatione factum fuit, & ſequitur: Dominus dilexit eum, ſcilicet Cyrum, quem ad dignitatem monarchiæ promouit, vt populum ſuum liberaret à captiuitate Chaldaica. Vnde ſequitur: Faciet voluntatem ſuam, ſcilicet Dei in Babylone, puniẽdo Chaldæos, & Iudęos inde liberãdo: & ſequitur: Ego loquutus ſum & vocaui eũ, & adduxi eũ, directa eſt via eius. ad oſtendendum quòd tota proſperitas Cyri fuit à Deo præuiſa & intenta, vt liberationẽ populi per ipſum iuxta diuinam ordinationem impleret, & hoc contra idolatras, qui huiuſmodi proſperitatẽ attribuerunt idolis ſuis: vnde dicitur ſupra eodẽ cap. Antequã veniret indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hæc, ſculptilia mea & conflatilia mandauerunt iſta quæ audiſti. ſequitur: Accedite ad me, &c. Circa quod attendendum eſt, quòd poſtquam Propheta annunciauit liberationem populi a Chaldæis, per Cyrum diuina virtute fiẽda, ſine miraculorum operatione, nunc ab ea tranſit ad liberationem, quæ tunc futura erat per Chriſtum verum Deum & hominem. Quæ quidem liberatio, ſcilicet ſecũda facta fuit per ipſum Deũ Redemptorem, per maxima miracula à Deo facta ſupernaturaliter. Et ideo ſicut Iſaias loquuturus de prima redẽptione, quę nõ ſupra curſum naturalem facta eſt, præmiſit magnalia quæ Deus fecit in mundi creatione & gubernatione, quæ non ſupernaturaliter ſed curſu naturali per potentiam Dei infinitam factam fuerunt. Sic Propheta loquuturus de ſecunda redemptione, quę per miracula ſupernaturaliter facta effecta eſt, præmittit de illis quæ à Deo ſupernaturaliter facta fuerunt, & ſpecialiter circa gubernationem populi Dei: de quorum miraculorum numero fuit datio legis in Sinay, in qua Deus eſt loquutus tãtæ multitudini publice & palàm, quo in maximum reputatur miraculum. Vnde Deute. 4. de hac materia ſic legitur: Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram, à ſummo cæli vſque ad ſummum eius. Si facta eſt aliquãdo huiuſcemodi res, aut vnquã cognitũ eſt, vt audiret populus vocem Domini loquẽtis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & de hoc dicit Propheta: Accedite ad me audite hæc. quaſi dicat, ea quæ loquuturus ſum maxima, & à Deo ſupernaturaliter facta ſunt. Vnde requirunt, maiorem

Cyri proſperitas omnino à Deo, & non ab idolis.

Tranſit ex liberatione per Cyrum facta, ad liberationem per Meſſiã verum Deũ & hominem faciendam.

Deute. 4. c. 32.

rem attentionem, ſicut illa quæ homo audit à propinquo attentius intelligit: Nō à principio in abſcōdito loquutus ſum. quod communiter exponitur tam à doctoribus noſtris quàm tuis de datione legis in monte Sinay, in qua totus populus audiebat vocem Domini loquentis, vt habetur Exod. 20. Et dicitur hęc datio legis fieri à principio, quia in illa incœpit populus Iſraeliticus Deo applicari in pecu liarem populū recipiendo obedienter mandata ſua, vt habetur Exo. 19. Quæ quidem verba nō poſſunt verificari de Iſaia, nec de aliquo puro homine, ſed de ipſo Deo, qui legem dedit, & ſic intelligunt etiam doctores tui, & ſequitur: Ex tempore antequam fierent ibi eram. vbi in Hebræo habetur: A tempore quo fiebat ego ibi. quod intelligitur de ipſo Deo, qui loquendo populo modo prædicto ibi erat, quod non poteſt intelligi de Iſaia, qui nōdum erat natus nec anima eius creata, vt iam oſtenſum eſt. Et ſequitur in eodē contextu & verſu nulla differentia interpoſita: Et nūc miſit me Dominus & ſpiritus eius. quod nō poteſt intelligi planè, niſi de quo cōtinuè & immediate Propheta loquitur, ſcilicet de Deo: Et ſic habetur, quòd Deus qui legem dedit in Sinay loquendo populo non in abſcondito, poſtea miſſus eſt à Deo, & ſpiritu eius, quod erat intentum: & vt magis oſtēdat Propheta, quòd verba prædicta ſunt verba Dei à Deo miſſi, inmediatè ſubdit: Hæc dicit Dominus Redēptor tuus, ſcilicet Deus ille qui miſſus eſt à Deo & ſpiritu eius ad tuam redemptionem & ſanctificationem, de quo dicit ſanctus Iſrael: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. quòd intelligitur ſic. Nam Redemptor noſter non ſolùm dedit pręcepta, quæ ſunt neceſſaria ad conſequendam beatitudinē, ſed etiam conſilia, quę ad hoc non ſunt neceſſaria, ſed tamen vtilia, inquantum per ea melius & expeditius homo poſſit conſequi prędictā beatitudinem: Gubernās te. in Hebræo habetur: Ducens te in via qua ambulas. quia geſta ipſius redemptoris ducatum pręſtant homini ad hoc, vt in hac vita quæ eſt via dirigatur ad terminū beatitudinis, & ſequitur: Vtinā attēdiſſes mandata mea, & facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. quod intelligitur dupliciter: vno modo referendo hæc verba ad id quod dixerat ſtatim ante: Docens te vtilia, quaſi dicat, & ſi docui te vtilia, ſcilicet conſilia quæ non important neceſſitatem, ſed vtilitatem in cōſequendo expeditius beatitudinem, tamen vtinam attendiſſes mandata mea, ſcilicet præcepta quæ neceſſitatem important, quia hoc ſuffeciſſet tibi ad ſalutem, per quam pax perennis habetur atque perpetua, de qua dicit: Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, &c. Alio modo poſ-

Exo. 20. c. 18.

Exo. 19. b. 8

Hæc de Iſaia verificari non poſſunt ſed de Meſſia.

Deus qui legem dedit in Sina, miſſus eſt à Deo & ſpiritu eius.

Non ſolum Chriſtus præcepta dedit ſed conſilia vtilia.

Dupliciter hæc verba explicantur.

do poſſunt exponi prædicta verba, ſcilicet: Vtinā attēdiſſes mādata mea. referendo ea ſpecialius ad Phariſæos, quibus Chriſtus dedit duo mādata, quę ſi ſeruaſſent, habuiſſent pacem temporalem & etiam ſpiritualem. Chriſtus enim interrogatus à Phariſæis ſeu Herodianis, ſi liceret tributum dare Cæſari. Reſpondit non conſulendo, ſed potius præcipiendo: Quæ ſunt Cęſaris date Cęſari, & quę ſunt Dei date Deo. Quæ quidem mādata non ſeruauerunt, ſed vtrumque tranſgreſsi ſunt. Rebellauerunt enim Romano Imperio, & ſic non dederunt quæ erant Cæſaris Cæſari, per quod amiſerūt pacem temporalem, quia venerunt Romani & deſtruxerunt locum & gentem, vt patet in hiſtoria Ioſephi de deſtructione Hieruſalē & populi Iudaici, per Titum & Veſpaſianum. Fuerunt etiam tranſgreſsi ſecundum mādatum, ſcilicet quæ ſunt Dei date Deo, recedendo à Chriſto tā in credendis quàm in agendis, & ſic amiſerūt pacem internam & ſupernam. Vnde de prima pace ſubdit. Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. quia pax temporalis eſt tranſitoria ſicut flumen. De ſecunda autem dicit: Et iuſtitia tua ſicut gurgites maris. Iuſtitia enim, quæ eſt per fidem Chriſti, eſt iuſtitia ſuperabundans ſicut gurgites maris, & etiam perpetua ſicut gurgites maris non deficiunt. Habes igitur ex prædictis expoſitionem literalem prędictæ autoritatis quam tibi allegaui, ſcilicet: Dominus miſit me, &c. in qua Trinitas in diuinis exprimitur cum expreſsione tertiæ perſonę, ſcilicet Spiritus ſancti: quæ quidē expoſitio conſona eſt pręcedentibus & ſequentibus, vt dictum eſt.

Chriſtus Phariſæis duo mandata dedit. quæ ambo tranſgreſſi ſunt.

Matt. 22. c. 21.

Primum mandatum.

Lucæ. 20. d. 15.

Ioſeph' de bello Iud.

Secundum mandatum.

Pacē duplicem amiſerunt Phariſæi.

Corelarium de Trinitate perſonarum.

SAVLVS. Audio expoſitionem tuam circa prędictam autoritatē Iſaiæ: ſed video quòd expoſitio tua facit contra te. Dicis enim quòd lex noſtra, quæ data fuit in Sinay, fuit data à filio Dei, quem tu Deum vocas. Vnde dicis, quòd de illo ſolo verificatur: Nō à principio in abſcondito loquutus ſum. Ex quo ſequitur quòd non fuit illa lex data à tota Trinitate, quam tu aſſeris eſſe in diuinis: & per conſequēs non fuit data à Deo, qui creauit cælum & terram, & qui eduxit Iſraelem de Aegypto: nō enim dubito te concedere quòd tota Trinitas creauit mundum, & eduxit Iſraelem de Aegypto: & ſic ſi benè conſideras, expoſitio tua tibi ipſi contradicit.

Replicat & probare nititur legem Moyſi non fuiſſe datā à tota Trinitate.

PAVLVS. Indubiè concedo tibi, quòd ſancta Trinitas, quę eſt vnus Deus, creauit mundum, ſimiliter & eduxit Iſraelē de Aegypto, & etiam legē dedit Moyſi. Nam ſecundum verā fidem Catholicam opera ſanctę Trinitatis indiuiſa ſunt ab extra. Diſtinctio enim perſonarū in diuinis ſolùm eſt ſecundū relationes originales: quę ab intra tantummodo ſunt, cū hoc tamē ſtat, quòd in ſacra Scriptura ope-

Opera Trinitati indiuiſa ſunt ad extra.

Appropriata diuinis quomodo dicuntur. ra diuina appropriantur certis perſonis, ſicut illa quę pertinet ad potentiam appropriatur Deo Patri, & illa quę ad ſapientiā appropriantur filio, ſimiliter quæ ad bonitatem, appropriatur Spiritui ſancto: & quia datio legis *Legis datio filio Dei tribuitur, quia pertinet ad ſapientiam.* pertinet ad ſapientiam, ideo appropriatur Filio, non intelligendo quòd ſit proprium Filij, ſic, quòd non ſit commune toti Trinitati. Differentia enim eſt in hac materia inter appropriationem & proprium: ſed de iſtis ad præſens non eſt curandum circa te, donec aliqualiter ſis illuminatus in fide.

CAPITVLVM. XV.

In quo oſtenditur, per aliquas autoritates, quòd Spiritus ſanctus eſt Deus, contra Hebræos, qui Spiritum ſanctum in Scripturis contentum dicunt eſſe creaturam, & ſpecialiter exponitur illud verbum Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

SAVLVS.

Arguit Spiritum ſanctum creaturam eſſe & non Deum. Adhuc nō plenè probas mihi, quòd Spiritus ſanctus ſit Deus: nos enim benè credimus Spiritum ſanctū eſſe aliquid à Deo creatum, quod eſt quid ſanctiſſimū, de quo Pſalm. *Pſal. 50. c. 13* Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me: qui quidē Spiritus ſanctus loquitur in Prophetis. Iuxta illud 2. Reg. 23. Spiritus Dei *2. Reg. 23. a. 2.* loquutus eſt in me, ſed quod ille Spiritus ſanctus ſit verus Deus minime credimus, nec autoritates per te allegatę hoc plenè oſtendunt.

PAVLVS. Ex quo Spiritū *Spiritū ſanctum Deum eſſe probat, & argumento conuincit, cùm non poſſit dici quod ſit aliqua intellectualis ſubſtantia creata.* ſanctum credis eſſe, quem etiā credis fuiſſe loquutum in Prophetis, prout autoritates per te allegatę teſtantur, ex cōſequenti debuiſſes ipſum credere Deū verū eſſe, vel aliquam ſubſtantiam intellectualē creatam corpore ſeparatam: ſed non eſt dicendum, quòd ſit aliqua ſubſtantia intellectualis creata ſeparata à corpore, quia ſic eſſet angelus, vel anima alicuius beati ſeparata, ſed non primum, quia ſecundum Philoſophorum inquiſitionē, nec etiam ſecundum teſtimonia ſacrarum Scripturarū habetur, quòd ſit aliqua ſubſtātia intellectualis creata, ſeparata à corpore, niſi ſolùm angeli, nec ſecundū tu etiam concederes: & ſic remanet quòd Spiritus ſanctus de quo Scriptura loquitur ſit Deus, prout etiam autoritates prędictæ per me allegatæ ſatis oſtendunt: ſed ad maiorē abundantiam adhuc oſtendam tibi autoritates, quibus concedere cogeris quòd Spiritus ſanctus eſt Deus, per quas autoritates planè ad literā Spiritui ſancto attribuitur illud quòd ſolius Dei eſt. Manifeſtum eſt enim apud doctores noſtros, & etiam tuos quòd ſoli[us] Dei eſt eſſe vbi- *Dei ſolius eſt vbique eſſe per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.* que, per eſſentiam, pręſentiam, & potētiam: nam hoc pertinet ad infinitatem eſſentię & potentię diuinę, quę nulli creaturę cōpetit: cùm quęlibet creatura ſit finita. Pſalmiſta tamē eſſe vbiq; *Spirit[us] ſanctus vbique eſt.* attribuit Spiritui Dei, qui eſt Spi-

Spiritus ſanct⁹, vnde in Pſalmo,
Pſal.138.a.1. qui incipit: Domine probaſti
me & cognouiſti me, &c. dici-
tur: Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo
à facie tua fugiam, ſi aſcendero
in cælum, tu illic es, &c. ex quo
patet, quòd Spiritus Dei eſt
vbiq; tanquam ipſe Deus. Simi-
Iob.33.a.4. liter Iob. 33. legitur: Spiritus
Dei fecit me, & ſpiraculũ Omni-
potentis viuificauit me. Cõſtat
autem quòd facere hominem,
& viuificare eum ſolius Dei eſt:
Doctores etiam tui antiqui de
Spiritu ſancto quãdoque loquẽ-
tes attribuunt ei ea, quæ ad ſo-
lum Deum pertinent.

SAVLVS. Allega illos Do-
ctores noſtros hoc dicentes.

Bereſith Rabba. PAVLVS. In libro illo qui
dicitur Bereſith Rabba, quę eſt
gloſ. magna ſuper Geneſ. illud
Talmudiſtarum teſtimonio Spiritus ſanctus eſt Deus. verbum: Spiritus Domini fere-
batur ſuper aquas: quæritur:
Quis eſt ille Spiritus Dei, de
quo dicitur: Et Spiritus fereba-
tur ſuper aquas. & reſpõdetur:
Hic eſt Spiritus Meſſiæ. de quo
in Iſaia legitur: Et requieſcet ſu-
per eum Spiritus Domini, ſpiri-
tus ſapientiæ & intellectus, &c.
Iſai.11. a.2. Iſai.11. Hæc in gloſ. prædicta, tã
maiori quàm minori. Item in prę-
Gen.42. dicta gloſ. Gen. 42. legitur Rab
Rabbi Simeon. bi Simeon, dicit: Quid eſt illud
quod dicitur in Pſalmo: Spiritu
Pſal.32.b.6. oris eius, omnis virtus eorum,
hoc eſt, inſpirauit Deus ſanctus
& benedictus ſpiritum oris ſui,
& creatus eſt mũdus. Ex quib⁹ &
multis ſimilib⁹ patet propoſitũ.

SAVLVS. Illa gloſ. quam
allegas ſuper illud verbũ: Spiri- Replicat, falſe interpretando autoritatẽ Gen.
tus Dñi ferebatur ſuper aquas,
modicum facit pro te: poſſum
enim reſpõdere, quòd ſpiritus
Meſſię eſt anima ei⁹. Sępe enim
in ſcripturis anima humana dici
tur ſpiritus. Vnde Zach. 12. Ego Zach.12.a.1
Dominus formãs ſpiritum homi
nis in medio eius. quod intelli-
gitur de anima. Conſtat autem,
quòd etiam ſecundum te anima
Chriſti ſeu Meſsiæ nõ eſt Deus,
nec etiã illud quod dicitur: Spi-
ritus Domini ferebatur ſuper
aquas, intelligẽdum eſt de ipſo
Deo: tum quia cùm Deus ſit
omnino immobilis, non poteſt
verificari de ipſo quòd fereba-
tur, quia hoc importat motũ: tũ
quia ſi per hoc quod dicitur hic,
Spiritus Dei, intelligatur ipſe
De⁹. quẽ dicis eſſe tertiam per-
ſonã in diuinis: inconueniens eſ-
ſet, quòd in creatione mundi fie
ret mentio de Spiritu ſancto,
quẽ dicis eſſe tertiam perſonã,
& nõ de Filio, quẽ dicis eſſe ſe
cundam. Ad autoritatẽ ſecundã
quã allegas ipſius Rab. Simeõ:
nihil aliud occurrit dicendum
niſi illud quod ſupra cõtra eũ di
xi, ad quã per te fuit reſpõſum.

PAVLVS. Concedo tibi, Reſpondit obiectioni.
quòd anima Chriſti nõ eſt De⁹, Prima reſponſio.
ſed eſt anima humana, quę crea-
ta fuit in eodẽ inſtanti, quo infu
ſa fuit in corpore Chriſti huma-
no: ſicut dictum eſt, & oſtenſum
ſupra de aliis animalibus huma-
nis, & non antea. Et ideo de ipſa
non poteſt dici: quòd fereba-
tur ſuper aquas in exordio crea

tionis mundi, cum protunc nõdũ fuiſſet in eſſe producta. Ad aliud verò quod obiicis dicens, quòd hoc dictum Ferebatur. nõ poteſt dici de Deo, ad quem nullo modo pertinet moueri: poſſem tibi reſpondere, vno modò quòd licet verũ eſt, quod Deus ſit omnino immobilis, tamen ſępe in ſcripturis de Deo dicũtur aliqua verba, quorũ propria ſignificata nõ poſsũt eſſe ſine motu, vt cũ dicitur: Deſcẽdit Deus ſuper mõtem Sinay. Exo. 19. Et in Pſalmo: Aſcendit Deus in iubilo. & in multis aliis locis. Quę quidem verba, ſcilicet aſcendere & deſcendere, cùm de Deo dicuntur intelliguntur non propriè ſed metaphoricè dicta. Vnde in propoſito cùm dicitur: Spiritus Dei ferebatur. non debet intelligi, quòd ferebatur per motum localem, ſed metaphoricè, ſcilicet quòd Spiritus Dei, idest Spiritus ſanctus, cui bonitas & amor appropriatur, afficiebatur ad perficiendã perfectionem aquarum, ſcilicet omnium entiũ productorum. Aquę enim iuxta ſeriem literę illius capituli, omnia entia corporalia in primordio producta continebant. Et licet prædictorum verborũ, ſententia hoc modo poſſet haberi, tamen aliter & magis propriè iuxta veritatem Hebraicã exponi poſſunt. Circa quod attendendũ quòd vbi noſtra trãſlatio dicit: Spiritus Domini ferebatur: in Hebræo habetur, quędam dictio quę ſonat Meraphephet, quod in lingua noſtra idem ſignificat quod incubare in ſimilitudinem volucris, oua ſuo calore animantis. Idẽ enim verbum ponitur Deut. penult. vbi dicitur: Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. ibi in Hebraico habetur, ſuper eos Yeraheff, ibi in Hebręo habetur, ſuper eos Iſrael, idest, incubans. Vnde in propoſito, quia Spiritus ſanctus viuificator omnium à principio dicitur, de quo in Pſalmo: Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. Idcirco in rerum exordio, ſicut Deo Patri attribuitur productio rerum de non eſſe ad eſſe per creationem, ſic Spiritui ſancto attribuitur viuificatio rerum: quæ quidem viuificatio poteſt intelligi ſecundũ motum primi mobilis. Nam motus ſecundũ Philoſophũ 3. Phiſicorum, eſt vita rerum naturalium: motus autem primi mobilis eſt primus & præcipuus, à quo omnes motus regulãtur & menſurantur, tanquam à prima omnium motuum menſura: qui quidem motus rerum viuificatiuus naturalium, eſt à Deo tanquam à primo mouente principaliter creatus. Vnde in primordio creationis rerum naturaliũ de hoc primo motu, tanquam de vita rerum naturalium fit mentio: attribuendo ipſum motum Deo, in perſona Spiritus ſancti, cui appropriatum eſt viuificare vt dictum eſt: & ex iſta expoſitione tollitur, quædam admira-

Multa de Deo dicuntur in Scriptura, quæ ſine motu fieri non poſſunt.

Exo. 19. b. 11.
Pſa. 46. a. 6

Aſcendere & deſcendere de Deo metaphorice dicitur.

Ferebatur ſuper aquas Spiritus ſanctus, idest afficiebatur ad perficiendum res, ex aquis creandas.

Aquæ in primordio rerum continebant omnia creata.

Alia expoſitio illius Spiritus Domini ferebatur Meraphephet, hoc eſt incubare.

Deut. 32.

Yeraheff, idest incubans.

Pſal. 103. d. 30.

Spiritui ſancto attribuitur viuificatio rerũ, ſicut patri creatio.

Ariſt. 3. Phiſic. creatio.

Reſpondit tacitæ obiectioni.

admiratio quæ animum non modicum pulſat, ſcilicet quomodo inter primo creata ſit mẽtio de tẽpore, cùm dicitur: Factum eſt veſpere & mane dies vnus, & de motu nulla videtur fieri mẽtio: motus tamẽ eſt prior tẽpore naturaliter, quę quidẽ admiratio tollitur per prædictam expoſitionem, nã ſecundũ eam prius fit mẽtio de motu quã de tempore, vt dictũ eſt. Ad ſecundum verò quod obiicitur contra expoſitionẽ ſuper illud verbũ: Spiritus Domini ferebatur: dicens quòd incõueniens eſſet dicere, quòd in creatiõne mundi fieret mentio de Spiritu ſancto, qui eſt tertia perſona in diuinis. Ad hoc tibi reſpõdeo quòd verũ dicis in hoc, ſcilicet quòd inconueniens eſt dicere, quòd in creatione mundi, quę eſt primus & principalis effectus Diuinitatis, nõ fieret ſufficiens mentio tacita vel expreſſa de diſtinctione diuinarũ perſonarũ: ſed ſi rectè ſcrutatus fueris ſenſum prędictorũ verborum, ſcilicet: In principio creauit Deus, &c. vſq; ibi: Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas. inuenies quòd fit mentio ſufficiens de tribus perſonis diuinis, ipſas innuendo, ſaltẽ ſacras ſcripturas rectè & diligẽter ſcrutanti. Ad cuius declarationem pręſupponere debes, quòd ſecundũ veritatẽ fidei nõ ſolùm noſtræ ſed etiã tuę: Deus eſt cauſa omniũ rerũ creatarum per ſuũ intellectũ & voluntatẽ, ſicut artifex eſt cauſa artificiatorum inuentorũ per ipſum. Dicit enim ſcriptura: Omnia quęcunque voluit Deus fecit. velle autẽ pręſupponit cognoſcere. Stat autẽ quòd artifex per artẽ quã habet in ſuo intellectu conceptã, & per amorem ſuę volũtatis relatũ ſeu applicatum ad ſuum opus producẽdũ, operatur. Ex quo vlterius conſiderandũ eſt, quòd Deus Pater operatus eſt, omnẽm creaturã per ſuum verbũ ſeu ſapientiam conceptam, quod eſt Filius, & per ſuũ amorẽ, quod eſt Spiritus ſanctus: ita tamen quod non intelligatur, quòd creare ſit propriũ alicuius perſonæ diuinæ tantũ. Omnia enim operã Trinitatis ab extra ſunt indiuiſa, vt ſupra dictũ eſt: ſed ſic intelligẽdo quòd cauſalitas creationis attribuitur perſonæ Patris, per modũ efficientis, & perſonę Filij attribuitur per modũ cauſæ exẽplaris, Spiritui verò ſancto, huiuſmodi cauſalitas attribuitur per modũ amoris ſeu effectus ad res creatas producẽdas: & ideo ſacra Scriptura rectè innuit perſonã Patris, cui cauſalitas creationis attribuitur per modũ efficiẽtis, cũ dicitur: Creauit Deus cælum & terrã. Innuit etiã perſonã Filij cui cauſalitas creationis attribuitur per modũ exemplaris, cũ dicitur: In principio. quod idem eſt ac ſi dicat in verbo ſeu in ſapientia, prout alibi in ſacra Scriptura inuenitur: & etiã quidam de magnis Doctoribus tuis, hoc ſentiunt. Innuit etiam in ſacra

Reſpondit tacita obiectioni.

In prima rerũ creatione prius fuit facta mentio de tempore quàm de motu, etiam ſi motus ſit prior tempore naturaliter.

Reſpondet ex ſuperius dictis.

In creatione quare de Spiritu ſancto fit mentio, non de Patre qui eſt prima perſona, nec de Filio qui eſt ſecunda perſona.

Trinitatis perfecta fit mentio in prima rerũ creatione.

Cauſa omnium rerum creationis tribuitur Patri per modũ cauſæ efficientis, Filio per modum exemplaris, Spiritui ſancto per modum amoris ad res creatas.

Pater efficiens, Filius exemplar, Spiritus ſanctus effectus amoris ad res producendas.

Creauit Deus, Pater, In principio, Filius intelligitur.

Spirit' ſan. ctus per mo. dum amoris dum ferretur ſuper aquas

Scriptura perſonã Spiritus ſancti, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum amoris ſeu voluntatis, per hoc quod dicitur: Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas. vt ſupra expoſitum eſt. Ex quibus rectè conſiderátis reperies, quòd ſupra proceſſiones perſonarum in diuinis rationes productionis rerũ creatarum aliqui addunt, in quarum includunt eſſentialia attributa diuina, ſcilicet potentiam, quæ appropriatur Patri, ſcientiam quæ appropriatur Filio, & volũtatem quæ appropriatur Spiritui ſancto, vt per Doctores noſtros iſta plenius elucidantur.

Eſſentialia attributa diuinis perſonis, nempe potentia Patri, ſapientia Filio, voluntas Spiritui ſancto.

CAPITVLVM. XVI.

In quo oſtenditur, quòd per hoc quod dicitur: In principio creauit Deus. intelligendum eſt, in ſapientia à Deo concepta, per quam Deus mundum creauit.

SAVLVS.

Arguit quo modo in hoc verbo: In principio intelligatur Filius.

Oſtende mihi, vnde habes ex ſacra Scriptura, vel à Doctoribus noſtris, quòd in hoc quod dicitur: In principio creauit Deus. intelligatur in Filio, vel in verbo, ſeu in ſapientia à Deo concepta: mirabile enim eſt in oculis meis, ſi poſſes hoc reperire.

Rab. Moy. Gerun.

PAVLVS. Hoc quod quęris habes expreſsè in gloſ. Rab. Moyſ. Gerũdenſis, qui inter cęteros expoſitores tuos dicitur inter vos magis eſſe eruditus in ſecretis diuinæ legis: qui quidẽ Rab. Moyſ. ſuper illud verbum: In principio creauit Deus cælũ. diſcipulo ſeu adiutorio ſuo, ſic alloquitur: Si merueris intelligere ſecretum huius dictionis Bereſith, ſcilicet in principio. cõgnoſces, quòd ſecundũ viam veritatis ſcriptura loquens de inferioribus innuit in ſublimibus. Dictio enim Bereſith, id eſt, in principio. innuit in ſapientia, quę eſt principium principiorũ, & ideo in tranſlatione Hieroſolymitana in loco vbi dicitur Bereſith, ſeu in principio, habetur in ſapientia. Hæc ille. Ex qua autoritate habes intentum meum ſupradictum.

In Bereſith ſecretũ magnum, quia dum de inferioribus agit ad ſublimia aſcẽdit Bereſith, id eſt ſapientia principio principiorum.

SAVLVS. Adhuc ex illa glo. Rab. Moyſ. non habetur quòd illa ſapientia, quę ſignatur cũ dicitur Bereſith; ſeu in principio, ſit à Deo concepta, ſic vt diſtinguatur realiter ab ipſo Deo cõcipiẽte, hoc enim requiritur ad hoc quod talis ſapiẽtia dicatur, verbũ conceptum, ſeu Filius genitus, prout tu oſtendere prę-ſumis.

PAVLVS. Ille ſapientiſſimus Salomon volens de ſapientia à Deo genita aliquid loqui, ad excitandam audientium de tanta re attentionem, in perſona ipſius ſapientiæ ſic præmittit in 8. Prouer. Audite, quia de rebus magnis loquutura ſum. quaſi dicat: iſta quę dictura ſum, maxima ſunt & auditu digna. Ad Rom. 10. Fides enim eſt exauditu. Doctores enim tui cũ loquũtur de aliqua re, quæ à Deo fuit eis vel patrib' reuelata, ſemper conſueuerũt dicere: Hoc habetur

Prou. 8. a. c.

Rom 10. c. 17.

tur ex auditu, ſeu ex ore auditus. vnde & ſapiens propriè dicebat: Audite: quaſi dicat, ex auditu iſta habētur, non ex inquiſitione, & ſequitur: De rebus magnis loquutura ſum. & ſecundū aliā tranſlationem dicitur: Audite, quia principalia loquar. Principia enim cuiuſlibet ſcientiæ, quæ ſunt principalia in ipſa, pręſupponuntur tanquam vera, ex traditione ſeu ex auditu altioris ſciētię, vt Philoſophus in poſterioribus dicit. Et ideo principia ſeu principalia doctrinæ diuinæ oportet, quòd præſupponantur tanquam vera & probata, ex auditu altioris ſciētiæ: quę quidem ſciētia eſt ſcientia diuina, per cuius reuelationem talia principia habentur. Conſequenter infra eodē cap. ſapientia prædicta, quibuſdā interpoſitis, quę pertinent ad cōmendationem ipſius, docet quę & qualia ſunt hęc principalia ſeu magnę res, de quibus loquutura erat ſit dicens: Deus poſſedit me in Bereſith, id eſt, in initio viarum ſuarum antequā quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequā terra fieret, nondū erant abyſſi, & ego iam concepta erā: nec dū fontes aquarū eruperāt, necdum montes graui mole cōſtiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardiens orbis terræ: quando pręparabat cęlos aderam, quādo certa lege & giro vallabat abyſſos, &c. vſq; ibi: cū illo eram cuncta cōponens. Ex quibus, diligēter conſideratis habes manifeſtè, quòd aliqua ſapientia erat cum Deo ante mundi conſtitutionem, quę quidē ſapientia erat concepta à Deo, nō creata ſeu facta, & erat cum Deo cuncta cōponens, ſcilicet omnia quę in primordio rerum fuerunt à Deo creata, quæ omnia ferè in prędicta autoritate tanguntur: quæ quidē ſapientia ante mundi conſtitutionem erat ſemper cū Deo, & à Deo cōcepta, & per quā Deus fuit cuncta cōponens, nō poteſt eſſe niſi De⁹, alioquin ſequeretur quòd nō ſolus Deus eſſet creator mūdi, ſed Deus & illa ſapientia per quā mundum creauit: & ſic eſſent duo creatores mūdi, quod nephas eſt apud te ſicut & apud nos.

Ariſto. in Poſt.

Principia doctrinæ diuinæ ſunt præſupponēda tanquā vera & probata & illa ſunt quæ per reuelationem habentur.

Sapientia quæ erat in Deo ante mundi conſtitutionem erat nō creata, nec facta ſed à Deo concepta, & cum ipſo cūcta componens.

Si ſapiētia nō eſſet De⁹, eſſent duo creatores mundi.

SAVLVS. Antequam aliquid dicam contra hoc quod aſſeris de ſapientia à Deo concepta, volo tibi oſtendere quòd tranſlator tuus nōn verè tranſtulit quandam dictionem in prędicta autoritate contentam: in qua quidem dictione magna vis tuæ rationis conſiſtit: vbi enim dicit tranſlator tuus, Cum illo eram cuncta componens. in veritate Hebraica dicitur: Cum illo ſeu apud illum eram Amon. hæc autem dictio Amon, licet habeat multas interpretationes, in nulla tamen ſignat: Cuncta componens. vnde ex veritate literæ non habes ex prædicta autoritate, quòd

Arguit verſionē noſtri interpretis eſſe falſam.

ſapientia illa quam dicis à Deo eſſe conceptam, ſit cum Deo vel apud Deum cuncta componẽs: & ſic dicendum eſt quòd illa ſapiẽtia, de qua ſapiẽs loquitur, non eſt Deus, quod tu tamẽ ex hac autoritate principaliter probare præſumebas.

PAVLVS. Verum dicis, quòd iſta dictio Amõ in Hebraico habet multas interpretationes: ſed Doctores tui in hoc loco iſtam dictionem interpretati ſunt conformiter ad tranſlationem noſtram. Vnde in gloſ. ſuper Gen. quæ dicitur Bereſith Rabba, ſuper illud verbum: In principio creauit Deus. volẽtes exponere iſtam dictionem in principio, quod in Hebraico dicitur in Bereſith, concordantes iſtam dictionem Bereſith, cũ illa alia dictione omnino ſimili, quæ ponitur cum prędicta autoritate Prouer. per me allegata, vbi dicitur: Dñs poſſedit me in Bereſith, id eſt, in principio viarũ ſuarum. in eodẽ loco allegant verbum ſupradictum, ſcilicet eram apud eum Amon: & ibidem iſtã dictionem Amon, multipliciter interpretantes. Finaliter ſic dicunt: Amõ eſt artifex: lex enim Dei dicebat: Ego fui inſtrumentum artis Dei ſancti & benedicti, in via ſeculi. Artifex enim carnalis ædificans pallatia, non ædificat ea, niſi habeat exemplaria & deſcriptiones, vt ſciat quo modo facturus eſt cameras & cubicula ſeu celaria: ſic etiã Deus ſanctus & benedictus reſpiciens, in lege creauit ſeculum: vnde & lex dicit: Bereſith, id eſt, in principio creauit Deus. non eſt autẽ Bereſith, ſcilicet principium niſi lex vt dictum eſt Prouer. 8. Dñs poſſedit me Bereſith, id eſt principium viæ ſuæ. Hæc in gloſ. Ex qua habes manifeſtè, quòd Amõ ſignificat artificem, ſeu artificiũ artis vel artẽ. Et hoc manifeſtè cõcordat cũ tranſlatione noſtra quæ dicit: Cum illo eram cuncta componens: per artem enim artifex cuncta componit: hoc etiã explicauerũt per exemplum de artifice ædificante, vt in ſua expoſitione prædicta continetur: & ſic eſt manifeſtum quòd ſecũdũ Doctores tuos ſapientiã prędicta, à Deo concepta ante mũdi conſtitutionẽ, eſt illa per quã mundum Deus creauit, ſicut per artem artifex ſuum artificiũ producit.

Bereſith Rabba.

Amõ eſt artifex.

Hebræorũ trãſlatio cũ noſtra conuenit.

SAVLVS. Verum eſt quòd ſic noſtri Doctores exponunt, ſed hanc ſapientiam dicunt eſſe legẽ Dei, quòd debet intelligi de lege Moſaica, non autem de ſapientia, quã tu dicis eſſe Deũ.

Arguit quod ſapientia ſit lex Moſayca.

PAVLVS. In diſputationibus dialecticis ſeu in iudiciis cõtentioſis alter diſputantium ſeu contendentium, poteſt accipere ex dictis ſui aduerſarij, illud quod pro ſe facit, relicto alio quod non facit pro ſe, præſertim cum illud relictum ſit manifeſtè falſum. Vnde in propoſito ex autoritate prædicta tibi oſtẽdo, quòd ſecundum Doctores tuos verũ eſt, quòd Amõ in hoc

in hoc loco, ſignificat artem ſeu artificium, quod facit pro me & pro tranſlatione noſtra, ſed quod vlterius dicunt, quòd illa ars ſeu artificium eſt lex, ſcilicet Moſaica, vt tu aſſeris, hoc eſt nō ſolùm falſum ſed ridiculoſum & fortè abſurdum dicere: Tū quia lex Moſaica nunquam legitur eſſe antequā fuiſſet data in monte Sinay, nec etiam tempore Patriarcharum, tum quia ſuperfluum etiam eſſet illam eſſe ante mundi conſtitutionem, quando nullus homo erat, qui eam intelligeret ſeu obſeruaret. De pluuia enim legitur Gen.2. Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, eo quòd homo non erat qui operaretur terram. Vnde à ſimili ſeu fortiori nullo modo eſt credendum, quod lex fuiſſet producta, quando homo nōdum erat in mundo. Tum etiam quia ſi lex illa, per quam Deus fecit mundum, fuiſſet aliquid extra Deum exiſtens, ſequæretur quòd Deus minus perfectè produceret mundum, quàm aliquis artifex producit ſuum artificiatum: quod eſt non ſolùm falſum ſed abſurdum, conſequētia patet ex hoc; quia artifex producit ſuum artificiatum per artem ſibi intrinſecam: Deus verò ſecundum tuam poſitionem produxiſſet mundum per artē ſibi extrinſecam, quod derogat perfectioni creationis rerum à Deo factæ, quia Deus ſecundū hoc indiguiſſet adiutorio exteriori ad creationem mundi.

Amon eſſe non poteſt lex Moſayca.

Primò. Quia lex non fuit antequam daretur in mōte.

Secundò. Quia Amō id eſt, lex eſſet ante mūdi conſtitutionem.

Gen.2.§.5.

Tertio quia ſequæretur quod Deus feciſſet mundum minus perfectè quā qui vis artifex ſuū adificium.

CAPITVLVM. XVII.

In quo ponuntur quędam obiectiones Iudęorum contra veritatem generationis, quam fides Catholica profitetur eſſe in diuinis, quę quidem obiectiones ſoluuntur: in cuius fine declaratur quòd in pręſenti tractatu, vbi ſolū agitur de Scrutinio ſcripturarum, non eſt tractandum de omnibus difficultatibus, quę ad hoc myſterium pertinent.

SAVLVS.

EXpoſitio tua circa prædictā autoritatem, Prouer.8. nullo modo cōſonat rationi, quòd enim ſapiētia diuina, per quam Deus fecit mundum ſit à Deo genita, ſic vt à Deo generante realiter diſtinguatur: nullo modo poteſt à ratione tollerari, quamuis enim prout tu ſupra dixiſti, in 7.cap. ea quæ de Deo dicuntur, non ſunt intelligenda ſecundum modum infimarū creaturarū quæ ſunt corpora, ſed ſecundum ſimilitudinē ſupernarū creaturarū, quę ſunt intellectuales ſubſtātiæ: & ſic quòd generatio in diuinis intelligenda eſt ſecūdum emanationem intelligibilē, prout verbum intelligibile à proferente, ſeu à dicente diſtinguitur: quæ quidē emanatio nō tranſiit in materiam exteriorē ſed intra manet. Adhuc ſecundum iſtam tuam declarationem nullo modo dicēdum eſt, quòd in diuinis ſit generatio, nec per cōſequens generans & genitū, ſeu Pater & Filius. In homine enim & in angelo, in quibus eſt

Arguit quod in Diuinis nō eſt generatio ſed emanatio.

aliqua emanatio intelligibilis, ſecundum quam eſt in eis intelligens & intellectum: non tamen in homine ſeu in angelo dicitur eſſe generatio, ſic vt intelligēs pater dicatur & illud quod intelligitur filius, ergo nec in diuinis ratione prædictę emanationis intelligendum eſt eſſe generationem, ſecundum quam ibi dicatur eſſe Pater & Filius: item de ratione geniti eſt vt accipiat eſſe à generante: & ſic oportet, quòd genitum habeat eſſe receptum, & per conſequens, quod non ſit per ſe ſubſiſtēs, quòd repugnat perfectioni diuinę, cui⁹ eſſe eſt per ſe ſubſiſtens. Ex quibus ſequitur, quòd nullius geniti eſſe ſit Deus.

Nulla res creata tantum Deo aſſimilatur, quantum inter talem rē & Deū maior ſit ſimilitudo quàm ſit illa quæ à rebus accipitur.

PAVLVS. Verum eſt prout tibi dixi, quòd generatio in diuinis non eſt intelligenda ſecundum ſimilitudinē generationis rerū corporalium, ſed ſecundū ſimilitudinem emanationis intellectualium rerum: ſed circa hoc attēdere debes, quòd nulla res creata tantum Deo aſſimilatur, quātum inter talem rem & Deū ſit maior ſimilitudo, quàm ſit illa ſimilitudo accepta à rebus, iuxta illud Iſai. 40. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, &c. Cuius ratio eſt, nam perfectio diuina eſt infinita: perfectio autē creaturæ cuiuſcunque finita eſt. Inter finitum autem & infinitum non eſt danda proportio: vnde cū ex perfectione alicuius creaturæ, quæ quidem perfectio finita eſt ſimilitudinem accipimus ad diuinam perfectionem quæ eſt infinita, oportet quòd ſemper remaneat maior diſſimilitudo. Ex quo vlterius ſequitur, quòd ex quacunque ſimilitudine à rebus creatis in Deo accepta, oportet amouere à Deo omnes imperfectiones, quæ in huiuſmodi perfectione rei creatæ intelliguntur ſeu includūtur verbi gratia. Dicimus in Deo eſſe ſcientiam ſeu ſapientiam, quam nullo modo intelligeremus, niſi per aliquam ſimilitudinem ſapientiæ creatæ, cū cognitio noſtra à ſenſibilibus ſeu à rebus creatis ſit accepta: ſed conſtat, quòd ſapientia creata angelica ſeu humana eſt quoddā accidens in ipſo ſapiēte, quod nullo modo Deo competit, cui nullum accidens ineſſe ſeu competere poteſt: quicquid enim eſt in Deo Deus eſt: & ideo cum attribuimus Deo ſapientiam vel dicimus quòd in Deo eſt ſapiētia, oportet, quòd intelligamus eam eſſe non eo modo quo in creaturis, in quibus eſt per modū accidentis, ſed eo modo quo Deo cōpetit, ſcilicet ſapiētia per ſe ſubſiſtēs. Vnde in propoſito licet in diuinis dicamus eſſe verbū ſeu ſapientiā, quę pcedit à dicēte ad modū ſiue ſimilitudinē verbi intelligibilis, quod in nobis procedit ſecundū intelligibilē operationē, non tamē hęc ſimilitudo eſt omnimoda: deficit enim à perfectione emanationis verbi diuini in multis, & ſpecialiter in hoc quòd verbū in no-

Iſai. 40. d. 18

Nota cauſam.

Nullū accidens competit Deo.

Quidquid eſt in Deo Deus eſt.

bis procedens, ſecundũ intelligibilem operationẽ non eſt eiuſdẽ naturę cũ eo à quo procedit: & ideo id quod intelligitur in nobis ſeu à nobis, nõ dicitur eſſe filius. De ratione enim filij eſt quòd ſit eiuſdẽ naturę cũ patre.

Intelligere Diuinũ eſt ipſa ſubſtantia intelligẽtis.

Intelligere autem diuinum, eſt ipſa ſubſtantia intelligẽtis, quod non dubito te concedere, vnde verbũ in diuinis procedens, procedit vt ſubſiſtens eiuſdẽ naturę cum illo à quo procedit, qua ratione proprie dicitur genitũ & filius: vnde in autoritate allegata de diuina ſapientia, ſcriptura vtitur dictionibus quæ ad generationem viuẽtium pertinẽt; ſcilicet cõceptione, vt cũ dicit: Et ego concepta eram. ſimiliter & partu, vt cũ dicit: Ego parturiebar. in intellectu autẽ noſtro vtimur nomine cõceptionis, ſecundum quod in intellectu noſtro inuenitur aliquid de nouo apprehẽſum, nõ autem vtimur nomine filiationis, cùm non ſit ibi idẽtitas naturę, ſcilicet intelligentis & intellecti.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum verò quod obicis, dico; quòd ſi in Deo eſſet aliquid genitũ, illud eſſet receptũ, tibi reſpõdeo, quòd nõ omne acceptũ eſt receptũ in aliquo ſubiecto:

Non omne acceptũ eſt receptum in aliquo ſubiecto.

tota enim ſubſtantia rei creatæ accepit eſſe à Deo, non tamen habet aliquod ſubiectũ receptiuum.

Quomodo dicitur filius in diuinis.

Vnde genitus in diuinis accipit eſſe à generãte, non tamẽ illud eſt receptum in aliqua materia ſeu ſubiecto, hoc enim repugnaret ſubſiſtentiæ eſſe diuini, vnde filius in diuinis, inquantum procedit ab alio habet eſſe diuinum, non quaſi aliud ab eſſe diuino exiſtẽs. In ipſa enim perfectione diuina cõtinetur quòd ſit, & verbũ, intelligibiliter procedens & principium verbi ſicut quæcumque ad eius perfectionem pertinent. Et attende, quòd ſecundũ intentionem huius tractatus principaliter intendere debemus circa ſcrutinium ſcripturarum, prout in prologo dictũ fuit: de quo iam circa hoc myſterium ſatis habuimus, non autem debemus ſcrutari maieſtatem, & ideo ſuperſedeamus ab argumentationibus quæ in hac materia fiunt ſeu fieri poſſunt, de quibus doctores noſtri multa alta ſeu profunda tractãt; tã circa relationes originis, quæ in diuinis dicuntur, quàm circa perſonarum proprietates & notiones & huiuſmodi, ad ammonẽdas quaſcumq; hæreticas impugnationes, quæ in iis conſueuerunt fieri. De iſtis enim cum incœperit te ſummus illuminator cordium lumine fidei, aliqualiter illuminare, poteris de iſtis ad tui informationem vlterius procedere. Nunc autem ad noſtrum ſcrutinium, ſcilicet ſcripturarum, circa alia quæ reſtant procedendum eſt.

Diſtinctio decima de Scrutinio Scripturarum, circa myſterium diuinitatis Chriſti. Et continet nouem capitula.

In capitulo primo proponitur, quòd

ex hoc

ex hoc quod ſides catholica profitetur, Chriſtū eſſe verū Deū & verū hominem, nō derogatur diuinę perfectioni.

In capitulo ſecundo oſtēditur, per autoritatem Pſalm. in Pſalmo: Quare fremuerūt, &c. quòd Chriſtus eſt Deus & homo.

In capitulo tertio oſtenditur idem per autoritatem Pſalm. in Pſalmo: Deus iudicium tuum regi da.

In capitulo quarto oſtenditur idem per autoritatē Pſalm. in Pſalmo: Eructauit cor meum verbum bonum.

In capitulo quinto oſtenditur idem per autoritatem Iſaiæ 9. cap.

In capitulo ſexto oſtenditur idem per autoritatem Hiere. 23. cap.

In capitulo ſeptimo oſtenditur idem per viſionem factam Ezechieli in 1. cap. ſuæ prophetiæ, & per viſionem factam Danieli in 7. cap.

In capitulo octauo oſtenditur idem per autoritates Prophetarum Mich. 5. cap. & Zacha. 12.

In capitulo nono oſtenditur idem per dicta antiquorum Talmudiſtarum, & in eodem imponitur finis primæ parti huius tractatus.

CAPITVLVM I.

In quo proponitur, quòd ex hoc quod fides catholica profitetur, Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem, non derogatur diuinæ perfectioni.

SAVLVS.

Arguit Chriſtū & diſcipulos docuiſſe contra diuinā perfectionem.

QVICQVID ſit de præmiſsis, adhuc video quòd Chriſtus tuus maniſeſtè fuit loquut⁹ contra Excelſum. Docuit enim per ſe vel per ſuos diſcipulos contra diuinā ſimplicitatem, & quaſi contra omnem diuinā perfectionem, & ideo propriè de ipſo debet intelligi illud. Dan. 7. de cornu paruulo, qui loquuturus erat cōtra Excelſum, prout tibi ſupra dixi.

PAVLVS. Dic mihi obſecro, vbi inueniſti, quòd magiſter meus Chriſtus, vel ipſius diſcipuli, talia contra Deū excelſum fuiſſent loquuti, non enim credo quòd talia poſſes reperire in doctrina ſua vel ſuorum.

SAVLVS. Manifeſtum eſt nec tu vt credo negabis, quòd magiſter tuus vel eius diſcipuli ipſi⁹ nomine docuerūt, & publicè atq; cōtinuè prædicāt, quòd ipſe tuus Meſſias eſt verus De⁹ & verus homo, & cōſequenter de ipſo Deo etiā aſſerunt quòd fuit tēporaliter natus ex muliere, cū tamē Deus eſſe nunquam incœpit: teſtante Pſal. A ſeculo & vſq; in ſeculum tu es Deus. & in multis aliis locis. Aſſerūt etiā ipſum Deum fuiſſe crucifixum, mortuū & ſepultū, & huiuſmodi, quid ergo magis contra Deū excelſum dici poſſet, quā quòd ſit vel fuit paſſibilis, cùm tamen De⁹ ſit omnino inmortalis & immutabilis, dicēte Scriptura: Ego Deus & nō mutor. Malac. 3. quomodo enim pati poſſet, qui mutari nō poſſet. Quid enim abſurdius contra Deum excelſum dici poſſet, quàm quòd fuit mortuus, de quo Scriptura dicit: Viuo ego in ęternū. certè & ſi ſcri-

Quid confitentur Catholici de Chriſto.

Quod ſit verus Deus & verus homo

Quod Deus ſit temporaliter natus, &c. de Chriſto quæ in Symbolo fidei ſunt.

Malach. 3. b. 3.

Quæ omnia contra Diuinã ſimplicitatẽ eſſe arguit.

ſi ſcripturæ de iis tacuiſſent ipſi Philoſophi pagani maximè contra hoc inſurgerent, qui ex ſolo rationis dictamine probãt verũ Deum, quẽ cognoſcunt eſſe primam cauſam mundi omnino eſſe incorporeum & immutabilẽ, & ſummè ſimplicem, ſecundum quos omnia prædicta per te & tuos aſſerta ludibria reputarẽt ſeu deliramenta.

Philoſophi fatẽtur Deũ incorporeũ & immutabilem eſſe.

PAVLVS. Concedo tibi, quòd ſecũdum veritatem fidei noſtræ Chriſtus in Prophetis promiſſus, de quo hîc agimus eſt verus Deus, & verus homo, quam veritatem ex teſtimoniis ſacræ Scripturæ cogimur concedere. Similiter ſecundum eãdem veritatem cõceditur quòd Chriſtus fuit natus de muliere, paſſus mortuus & ſepultus: quæ quidem omnia de Deo concedimus fuiſſe vera, non tamen in quantum Deus ſeu ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundũ naturam aſſumptam, ſcilicet humanam, ſic tamen prædicta de Deo dicuntur ſecundum veram fidem, vt in nullo derogetur diuinæ perfectioni apud eum qui ſacra teſtimonia rectè ſcrutatur & ſanam habet rationem.

Chriſtus licet natus & paſſus, ſit nõ tamen derogat Diuinæ perfectioni.

SAVLVS. Duo hîc dicis, quæ nullo modo poſſes probare, quorũ primũ eſt quòd Chriſtus in Prophetis promiſſus eſt, ſeu debet eſſe verus Deus: cuius oppoſitũ ſacra Scriptura teſtatur, quæ in multis locis aſſerit, eum futurum eſſe de genere Dauid: quod non credo te negare, ſecundum quod de Deo poſſet verificari, quod fuit natus de muliere, paſſus mortuus & ſepultus, &c. ſine hoc quod derogetur diuinæ perfectioni, hoc enim manifeſtè videtur implicare contradictionem, vt ſupra dixi. Dicere enim quòd Deus æternus, & immutabilis, fuit natus tẽporaliter & mortuus & cætera huiuſmodi, manifeſtè implicãt contradictionem, non obſtãtibus cauillationibus per te allegatis, ſcilicet cũ dicis quòd hoc eſt ſecũdum naturam humanã, non autem ſecundum naturam diuinã: talis enim cauillatio non videtur valere, ſeu Deus nullam habet naturam niſi ſolã diuinã, ſed quia dixiſti quòd ex teſtimoniis ſacræ Scripturæ cogeris concedere, quòd Chriſtus in Prophetis promiſſus futurus erat verus Deus & verus homo, rogo vt doceas me vbi habes talia teſtimonia, & deinde procedemus ad diſcutiendũ de ſecũdo.

CAPITVLVM. II.

In quo oſtenditur, per autoritatem Pſalmiſtæ in Pſalmo: Quare fremuerũt gentes, &c. Quòd Chriſtus eſt Deus & homo. Pſal. 2. a. 1.

PAVLVS.

Placet mihi recurrere ad teſtimonia ſacræ ſcripturæ, quibus manifeſtè habetur, quòd Chriſtus in Prophetis promiſſus futurus erat verus Deus & homo. Ad quod primo in teſtẽ adduco ipſum egregium Pſalmiſtam Iſrael, ſcilicet Dauid,

Chriſtus futurus erat verus Deus & homo. quod probat ex Pſal. 2. a 2.

qui

qui propriè poſſet dici citharedus Christi, Ipſe enim in ſecundo Pſalmo ſui Pſalterij, qui primus Pſalmus eſt ſecundũ quoſdam, vbi loquitur de Deo & de Christo ſuo, ad literam cùm dicit: Aſtiterunt Reges terræ aduerſus Dominum, & aduerſus Christum eius. Infra in perſona Christi ſupradicti dicit: Dominus dixit ad me, filius me' es tu, ego hodie genui te. quæ quidẽ verba diligenter fuerunt altercata inter me & te, in 9. cap. præcedentis diſtinctionis, & ibidem oſtenſum eſt, quòd verba prædicta non poſſunt propriè verificari, niſi de filio Dei, quẽ Deus æternaliter genuit. Et ſic patet manifeſtè, quòd Christus in prædicto Pſalmo, prophetatur Filius Dei à Deo æternaliter genitus, & per conſequens Deo connaturalis & coæternus: nihil enim eſt in Deo, quin ſit æternum, & eiuſdem naturæ cum ipſo Deo: quam quidem autoritatem tibi induxi, in prędicto cap. ad probandum generationem naturalem & æternam eſſe in diuinis: contra quod multipliciter argui ſti ibidem, tam contradicendo meæ expoſitioni, quàm etiam introducendo alias doctorũ tuorũ expoſitiones, ad quæ omnia fuit tibi in prædicto cap. ſufficiẽter reſponſum, & ſic non oportet vt hîc replicemus ea quę ibi dicta fuerunt, talis enim iteratio eſſet faſtidioſa, potius quàm fructuoſa, vnde remitto te ad illud capitulum, vbi ex teſtimonio Pſalmiſtæ habetur Christũ eſſe Filium Dei æternum, & ſic verus Deus: quòd autẽ ipſe ſit verus homo, nõ credo te negare, & ideo ex iſta autoritate nũc per me allegata, & ſupra in prędicto cap. per me propriè & verè expoſita, vnà cum tua conceſſione de humanitate Christi habeo intentum.

Pſal. 2. a. 2.

Infra Diſt. 9. cap. 9.

Christ' prophetatur Filius Dei, à Deo æternaliter genitus.

SAVLVS. Bene recolo quod iſta autoritas Pſalmiſtæ fuit per te allegata, in præcedentibus, vbi etiam circa eius expoſitionẽ fuit inter me & te altercatum: ſed adhuc ex iſta non habes propoſitum tuum: nam licet verum eſt, quod ego concedo Christum fore hominem, nullo tamen modo concederẽ, quòd eſſet Deus & homo. In prędicta autem autoritate ſolùm conaris, probare quòd eſt Deus, ſeu Filius Dei æternus, non autem quòd ſit homo.

PAVLVS. In prædicto Pſalmo Deus alloquens ipſi Christo filio ſuo, ſic dicit: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Conſtat autem quòd ſi Christus de quo ibidem agitur, eſſet purus Deus & non homo, nullo modo conueniret ei poſtulare aliquid à Deo, cùm ſecũdum hoc eſt omninò ęqualis Patri habens ipſam eandem potentiam, quæ eſt ipſa Dei eſſentia, vnde neceſſe eſt quòd iſta verba, ſcilicet Poſtula à me, &c. intelligantur ſecundum naturam humanam, ſecũdum quã ipſe Christus eſt verus homo, cui

Christus verus Deus, & verus homo.

Christus in quantũ Deus nihil poſtulat à Patre, ſed in quantum homo.

cui competit quandoq; à Deo petere aliquid, quod non habet: & ſic ex prædicta autoritate habeo intentum.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur idem per autoritatem Pſalm. in Pſalmo: Deus iudicium tuum Regi da, &c.

SAVLVS.

Video quid ſentis circa prædictam autoritatem: ſed volo, quòd oſtendas mihi aliam autoritatem ſi habes, ad propoſitū tuum fundandum.

Alia autoritas Pſalmiſtæ ad idem probandū. Pſal. 71. a. 1. PAVLVS. Habeo aliam autoritatem eiuſdem Pſalm. in Pſalmo, qui incipit: Deus iudicium tuum Regi da. vbi manifeſtè agitur de Chriſto, qui ibidē denūciatur Saluator populi, præſertim humilium & pauperum, de quo dicit: Saluos faciet filios pauperum, &c. Et animas pauperum ſaluas faciet, & huiuſmodi: de quo quidem Chriſto Saluatore ibidem dicitur: Sit nomē eius in ſecula, & ante ſolem permanet nomen eius. quam autoritatem tibi ſupra allegaui in de- *Diſt. 9. c. 10* cimo capitulo prædictæ diſtinctionis, ad probandum generationem æternam eſſe in diuinis: circa quod largè altercauimus, & finaliter in prædicto capitulo fuit tibi oſtenſum, quòd ex prædicta autoritate præſertim ſecūdum Hebraicam veritatem ſumpta, oſtenditur manifeſtè, quòd filius Dei, de quo in illo Pſalmo agitur, fuit ante ſecula, & manet in æternum non obſtātibus multiplicibus tuis cauillationibus ibidem contentis, & ſic ex eodem Pſalmo habetur, quòd Saluator ille promiſſus, de quo ibi agit, qui verus homo & filius hominis eſt, eſt verus Deus & filius Dei æternus, quod eſt intentum: nec hîc oportet replicare illa, quæ fuerunt inter nos altercata circa expoſitionem illius Pſalmi in prædicto capitulo 10. ne fiat repetitio vnius, & eiuſdem, quæ faſtidioſa eſt: & ideo remitto te ibi, vbi prædicta plenè inuenies.

SAVLVS. Habeo mentē tuam circa expoſitionem prædicti Pſalmi, circa quam nolo amplius replicare, quia ſatis fuit in prædicto capit. inter nos diſcuſſum, ſed ſi aliam habes autoritatem, indica mihi.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur idem per autoritatem Pſalm. in Pſalmo: Eructauit cor meum.

PAVLVS.

In Pſalmo, qui incipit: Eructa- *Pſal. 44. a. 1.*
uit cor meum verbum bonū. Pſalmiſta loquitur ad literam de Chriſto, qui inter cæteros vnctos à Deo, qui ratione vnctionis Chriſti vocari poſſunt, excellentior eſt, & ideo de ipſo dicit: Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ conſortibus tuis. vbi Pſalmiſta paulo ante alloquens ipſi Chriſto, ſic dicit: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui. quæ quidē verba de nullo verificari

Verba Pſal. de nullo verificari poſſunt, niſi de vero Deo. poſſunt niſi de vero Deo, vt eſt manifeſtum: nullus enim habet ſedem diuinam in ſeculum ſeculi niſi ipſe Deus, & ſic per illa verba. Pſal. teſtatur, quòd ille Chriſtus cui alloquitur eſt verus De⁹, cui etiam dicit: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi. vbi ex hac autoritate habes veritatem à me intentam.

Talmudiſtæ exponunt Pſa. de aliis regibus. SAVLVS. Iſte Pſalmus exponitur à doctoribus noſtris multipliciter, ſcilicet de diuerſis regibus, ſub quorum quolibet filij Iſrael fuerũt in proſpero ſtatu: vt cùm fuerunt ſub Salomone valde proſperè viuentes, vt habetur 3. Regũ, vel de Aſſuero, in cuius tempore Mardochæus & alij Iudæi fuerũt honorati, vel etiam de Rege Dauid, in cuius tempore Dauid debellauit multas gentes conuicinas terræ promiſſionis, vt habetur 2. Regum. Vnde ipſe propriè dicebat Pſalmiſta: Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum, potentiſſimè, intende, proſpere procede & regna. & ideo Pſalmus iſte non neceſſario exponitur de Chriſto, de quo agimus, de quolibet enim prædictorum regũ poteſt dici: & ideo in primo verſu dicitur: Dico ego opera mea regi. indefinite loquendo, ſcilicet non appropriando alicui prædictorũ regum, vel forte alicui aliorum, qui proſperè egerunt.

3. Reg. per totum.

2. Reg. per totum.

Rex anthonomaticè capitur. PAVLVS. Licet in primo verſu Pſalmiſta loquatur indefinite cùm dicit: Dico ego opera mea regi. tamen intelligendum eſt antIionomaticè, ſcilicet per excellentiam reſpectu cæterorum regum, quod patet ex hoc quod ſubdit verba, quæ de nullo cæterorum regũ, nec de aliquo alio puro homine dici poſſunt, vt iam tibi prædixi, eidem enim regi, de quo loquitur dicit: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi. quod nullo modo poſſet verificari de Dauid, nec de Salomone nec de Aſſuero, nec de aliquo alio puro homine: vnde virtute illorum verborũ oportet reſtringere materiam principalẽ iſtius Pſalmi ad Chriſtum, qui verus Deus eſt, habẽs ſedem Dei in ſeculũ ſeculi, & verus homo, quia vnctus oleo letitię prę conſortibus, vt dictum eſt. Item tranſlatio Chaldaica, ſcilicet Ionathæ, quæ apud vos æquiualet textui illud verbum Pſalmiſtæ: Specioſus forma præ filiis hominum. ſic tranſtulit: Pulchritudo tua rex Meſſia maior eſt, quàm filiorum hominum. & ſic patet, quòd Pſalmus iſte de Meſſia loquitur, de quo teſtatur, quòd eſt verus De⁹ & verus homo modo prædicto.

Tranſlatio Chaldaica exponi de Meſſia. Rabbi Ionathe.

SAVLVS. Quędã continẽtur in hoc Pſalmo, quæ non poſſunt applicari Meſſię tuo: dicitur enim ibi: Aſtitit regina à dextris tuis. ſimiliter: Audi filia & vide & inclina aurẽ tuã, &c. & in fine Pſalmi concludit: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram. Conſtat autẽ, quòd nihil horum poteſt verificari de Meſſia tuo, qui nullam habuit reginam ad

Arguit aliqua contineri in prædicto Pſalm. quæ Meſſiæ conuenire non poſſunt.

ad dexteram ſuam aſſiſtentem, ſimiliter nec filiam diſciplinam audientem, nec etiam habuit filios, quos principes cõſtituiſſet. Vnde expoſitio tua nullo modo tolleratur à litera.

Canticorũ liber exponitur ab Hebreis de Synagoga ſponſa Dei, ſed verius de Eccleſia Dei.

PAVLVS. Tu noſti, quòd doctores tui communiter tenent, quòd Sinagoga Iſraelis dicitur eſſe Dei ſponſa: vnde liber Canticorum apud eos exponitur de Deo ſponſo, & Sinagoga ſponſa, & de ea exponunt illud *Cant.4.b.7* Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. quòd licet de Sinagoga patrum antiquorum aliquid contineat veritatis, de Eccleſia tamẽ Chriſti, quæ vna eſt vnitate fidei, potius hoc verificatur: & quia iſta Eccleſia vera ſponſa Chriſti eſt, & ei coniuncta, & cũ eo regnãs ſeu regnatura in æternum: ideo poteſt dici regina, & de illa verificari illud: Aſtitit regina à dextris tuis. quia in bonis potioribus aſtitit Chriſto, ſcilicet in pręſenti in bonis gratię, & in futuro in bonis gloriæ. Et quia ſicut iſta Eccleſia, eo quod eſt coniuncta Chriſto, ſicut ſponſa ſpõſo, dicitur regina, ſic eo quod recepit eius legem ſeu diſciplinam Euangelicam dicitur eſſe filia: & ideo de ea dicitur: Audi filia, & vide & inclina aurem tuã, & quia iſta Eccleſia ſuccedit Sinagogæ antiquę in fide, quia eadem eſt fides patrum & fides diſcipulorum Chriſti, licet in crẽdendo de pręterito, vel de futuro quandoque varietur. In cærimonialibus autem legis antiquæ, quæ iam ceſſant poſt Chriſtum omnino ſunt diuerſæ, vt ſupra dictum eſt: ideo dicit: Obliuiſcere populum tuum: ſcilicet Iudaicum, & domum patris tui: ſcilicet templum antiquum, in quo ſacrificia offerebantur, quę poſt Chriſtum ceſſauerunt, vt dictum eſt, & ſequitur: Et concupiſcet Rex decorem tuũ, ſeu ſpeciem tuam, quia cultus Eccleſiæ pulchrior eſt, & delectabilior Chriſto cultu Sinagogæ. Hoc autem, quod dicitur in fine Pſalmi: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. ſimiliter intelligendum eſt de Chriſto, cui loco patrum ſuorũ ſecundum humanam naturã, ſcilicet Patriarcharum & Prophetarum, nati ſunt tibi filij ſpirituales, ſcilicet Apoſtoli & alij diſcipuli, qui Patriarchis & Prophetis ſucceſſerunt, qui conſtituti ſunt principes ſuper omnẽ terram in ſpiritualibus, qui quidem filij Chriſti principes conſtituti, reduxerunt ad memoriam facta Regis Chriſti in generationibus ſibi ſuccedentibus, vſque in finẽ mundi: ideo ſubditur: Memores erunt nominis tui Domine in generatione & generationẽ, propterea populi confitebuntur tibi in ęternum, &c. propterea populi, ſcilicet fidelium confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi. Iſta enim laus, quæ procedit ex memoria ſeu cognitione Chriſti, non ceſſabit in hoc ſeculo, nec in futuro, vbi potior erit, vnde omnia cõtenta in

Eccleſia dicitur Regina, quia Regi Chriſto coniũcta ſit ſponſa ſponſo.

Eccleſia ſuccedit Synagoga, quia eadem eſt fides patrum & Apoſtolorum.

Apoſtoli, qui patriarchis & prophetis ſucceſſerunt filij ſpirituales fuerunt.

hoc Pſalmo non diſcrepant à propoſito meo, ſed potius adaptantur: & iſte tres autoritates prædictæ debent tibi ſufficere, quoad Pſalterium, licet ibi ſint multa alia.

CAPITVLVM V.

In quo oſtenditur idem per autoritatem Iſaiæ in 9. cap.

SAVLVS.

HAbeo mentem tuam circa autoritates per te allegatas, de Pſalterio ſumptas: ſed allega mihi autoritatem alterius Prophetæ, ſi habes ad intentum tuum probandum.

Iſaia autoritas ad idem c. 9. b. 6.

PAVLVS. Ille Propheta Euāgelicus, ſcilicet Iſaias, miſterium diuinitatis & humanitatis Chriſti non prætermiſſit, ſed ipſum clarè prophetauit. Vnde Iſaiæ 9. agens de Meſſia ſeu de Chriſto, ſic dicit: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerū eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, ſeu ſempiternus, princeps pacis. Ex qua autoritate manifeſtè habes quòd Chriſtus, de quo loquitur, eſt verus homo temporaliter natus, & hoc cùm dicit: Puer natus eſt nobis. habes etiā ex eadem autoritate, quòd ſit verus Deus, & hoc cùm dicit: Deus fortis, pater futuri ſeculi, ſeu ſempiternus, princeps pacis. prædicta enim nomina non poſſunt verificari, niſi de vero Deo, & ſic per iſtam autoritatē oſtenditur meum propoſitum.

Iſaia autoritas malè interpretatur de Rege Ezechia 4. Reg.

SAVLVS. Hæc autoritas per te allegata exponitur propriè à doctoribus noſtris de Ezechia Rege, in cuius tempore dedit Deus pacem in Hieruſalem & Iudæa, deuicto Sennacherib, vt habetur 4. Regum, qua ratione vocatur à Deo princeps pacis, eo quod fuit princeps, in cuius tempore pax miraculoſè viguit. Vnde ſecundum iſtam veram expoſitionem doctorum noſtrorum, nomina quæ ponuntur in hac autoritate ad ſolum Deū pertinentia, non ſunt nomina ipſius pueri nati, ſed Dei vocantis ipſum puerum principem pacis: ſic enim exponēda eſt litera prædictæ autoritatis: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis. ſcilicet Ezechias, cuius imperium ſuper humerum eius, in quātum fuit Rex imperans: quem quidem puerum Deus admirabilis & fortis, & pater futuri ſeculi, ſeu ſempiternum vocauit principem pacis, & ſic nomina ad deitatem ſolum pertinentia, quæ in hac autoritate ponuntur referenda ſunt ad Deum vocantem. Iſtud ſolum, quod dicitur principem pacis, eſt nomen pueri nati, ſcilicet Ezechiæ, & hic eſt ſenſus planus huius autoritatis, ſecundum quem nihil facit ad propoſitum tuum.

PAVLVS. Bene ſcio, quòd hęc expoſitio tua eſt Rab. Sal. & quorundā modernorū expoſitorum tuorū, qui ſemper intendūt offuſcare *Rab. Sal. &*

Iudæi moderni ſemper intẽdũt offuſcare ſcripturaſ ſacras de Chriſto loquẽtes.

offuſcare ſacras ſcripturas, quæ de Chriſto vera teſtimonia tradunt. Vnde ſi bene ſcrutatus fueris ſententiam huius autoritatis, manifeſte reperies, quòd hæc tua expoſitio eſt omnino inualida, tum quia irrationabilis, tum quia inconſona literæ, tum quia contra mentem antiquorũ tuorum, qui fuerunt maioris autoritatis, quàm ipſe Rabbi Salo. quem tu allegas. Primũ patet, nam nulla ratio eſt, quare Deus tot nominibus vocaretur in vocatione vnius pueri nati: fuerũt enim multi alij, qui ante ſuam natiuitatem fuerũt vocati ſuis propriis nominibus à Deo, ſeu ab Angelo, vt Iſmael, Iſaac & Ioſias: nunquam tamen in eorũ vocatione Deus vocatur pluribus & variis nominibus, ſuffeciſſet enim dicere: Vocauit eũ Dominus principem pacis. Vnde nulla apparet ratio quare alia nomina ad Deum pertinentia ibi adiũgerentur.

Ante ſuam natiuitatem multi fuerũt vocati à Deo ſuis propriis nominibus.

SAVLVS. Hæc ratio tua ſimiliter facit contra tuam expoſitioné: non enim videtur eſſe aliqua ratio, qua tot nominibus ille puer natus vocaretur, ſuffeciſſet enim dicere ſecũdum tuũ propoſitum: Puer natus eſt nobis, & vocabitur nomẽ eius De⁹. Vnde multiplicatio nominũ illius pueri nati, ſuperflua videtur etiam ſecundum tuam expoſitionem.

Quodlibet nomen illius pueri ſignificat aliquod notabile in ipſo.

PAVLVS. Secundum meã expoſitionem quodlibet nomẽ illius pueri ſignificat aliquod notabile in ipſo. In hoc enim quod dicitur: Puer natus eſt nobis. deſignatur ipſius magna humilitas in natura humana, ſicut paruulus humilior eſt quàm cæteri maioris ætatis. In hoc autem quod dicitur: Et filius datus eſt nobis: deſignatur in ipſo puero nato eſſe aliam naturam, ſecundum quam non fuit natus tẽporaliter, ſed datus nobis. In hoc autẽ quod ſequitur: Et factus eſt principatus ſuper humerũ eius. oſtẽditur, quòd ille puer natus accepit ſupra ſe iugum legis obſeruãdæ, licet non eſſet ad hoc obligatus. Vnde in tranſlatione Chaldaica iſta verba: Et fact⁹ eſt principatus ſuper humerũ eius. trãſferuntur ſic: Et recepit ſupra ſe legem obſeruandã. In hoc quod ſequitur: Et vocabitur nomen eius admirabilis. deſignatur quòd ſua natiuitas, de qua prædixerat: Puer natus eſt nobis: fuit maximè miraculoſa, quia ex virgine ſine ſemine virili. In hoc autem quod dicitur: Et conſiliarius. deſignatur, quòd ipſe puer natus erat daturus conſilia ſalutifera ſuperaddita præceptis decalogi. In hoc autem quod dicitur: Deus. exprimitur eius deitas. In hoc autem quod dicitur: Fortis, declaratur eius fortitudo, quę in ſua paſſione fuit abſcõdita. In hoc autẽ quod dicitur: pater futuri ſeculi. deſignaƭ quòd ipſe habebat inducere omnes electos ad cęleſtẽ gloriã, quæ eſt in futuro ſeculo. In hoc autem quod dicitur: Princeps pacis. deſignatur,

Puer dicitur Chriſtus ad oſtendendũ magnã eius humilitatẽ.

Chriſtus dicitur nobis datus ad ſignificandã aliam naturam, ſecundum quã nõ natus, ſed datus eſt nobis.

Imperium Chriſti fuit legis iugum.

Puer admirabilis propter natiuitatem miraculoſam.

Fortitudo Dei in paſſione abſcondita.

Interna pax cum peccato eſſe non poteſt.

ſignatur, quòd ipſe daturus erat ſuis fidelibus veram pacem, ſcilicet internam, quæ non poſſet eſſe cum peccato mortali: iuxta illud Pſalm. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Similiter & pacem ſupernam, quæ ſuperat omnẽ ſenſum. Et ſic vides, quòd omnia quæ in hac vocatione continentur ſunt propria, & notabilia, & nõ ſuperflua in vocatione illius pueri nati. Quædã enim pertinent ei proprie ex duplici ſui natura, quædã verò ex effectibus eius, & aliis quæ pertinent ad redemptionẽ noſtram per ipſum factã. Vnde multiplex nominatio prædicta propria, & notabilis eſt in puero nato, de quo agitur, & ſic patet irrationabilitas tuæ expoſitionis. Quòd autem expoſitio tua ſit incõſona literæ patet ex hoc: nã poſt prędicta verba prężallegata ſequitur ſtatim in litera: Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis eius non erit finis. quæ verba nullo modo poſſunt verificari de Ezechia, cuius pax habuit finem in breui tempore, vt patet in ſua hiſtoria. 4. Reg. 19. & 2. Paralip. Similiter quod ſequitur ſtatim: Super ſoliũ Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret, vſq; in ſeculum. ridiculũ eſt hoc exponere de Ezechia, cuius imperiũ & Regnum & pax fuit breuiſſimum, vt notum eſt. De Chriſto autem meo omnia iſta verificantur cuius Eccleſia, in qua ſedet & regnat, nõ ſolùm cæleſtis, ſed etiam terrena confirmata eſt à Chriſto vſque in æternum.

Pſal. 37. a. 5.

Ezechiæ nõ poteſt cõuenire Iſa. autoritas.

4. Reg. 19. per totum. 2. Paralip. 32

SAVLVS. Habeo mẽtem tuam circa hoc. Sed quia dixiſti, quòd doctores noſtri antiqui prędicta verba Iſa. non exponebant de Ezechia, ſed de Meſſia, volo vt mihi oſtẽdas, qui ſint illi doctores.

PAVLVS. Trãſlatio Chaldaica, ſcilicet Ionathæ, quæ fuit ordinata ex ore Rabbi Heliezar, & Rabbi Ioſuæ, qui fuerunt per magnum tempus ante deſtructionem templi, prædictam autoritatem expreſsè tranſtulit de Meſſia. Tranſlatio verò 70. interpretum ſimiliter intelligit prædicta verba dicta de Meſſiã: ſed loco iſtarum dictionum: Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. hoc ſolum poſuerunt: Magni conſilij angelus.

Chaldaica tranſlatio, ſcilicet Ionathæ.

Rabbi Heliezar.

Rab. Ioſue.

Tranſlatio 70. interpretum.

Omnes de Meſſia exponunt dictum locum Iſa.

SAVLVS. Trãſlatio 70. interpretum facit contra te: prætermiſſit enim nominationes exprimentes diuinitatem, & ſic de mente ſua patet, quòd licet illa verba intelligantur de Meſſia non tamen debet credi, quòd ipſe ſit Deus.

PAVLVS. Ratio, quare 70. interpretes ſubtraxerunt nominationes exprimentes Deitatem Chriſti in hac autoritate talis eſt: nam ipſi tranſtulerunt ſacram ſcripturam veteris teſtamenti Ptholomeo Regi, qui erat Gentilis, & licet vnum Deũ credebat, ſicut veri Philoſophi, nõdum credebat myſteria Chriſti,

Quare 70. interpretes ſubtraxerũt nomina diuinitatẽ exprimẽtia in prædicta Iſaiæ autoritate.

ſti,ſicut nec illi:&ideo vbicunq; fiebat mētio de diuinitate Chriſti,ſicut in hoc paſſu, prætermiſſerunt,& quandoq; aliter trāſtulerũt,ne forte Ptholomeus crederet eos dicere,quòd Chriſtus ſecūdũ quod homo,eſſet Deus, & vt ſecreta fideī non aperirent gentili,qui nondum erat lumine fidei illuminatus. Et ſcias, quod Rab. Moy. Aegyptius, qui fuit maximus inter doctores tuos modernos,cōſiderans ſeriem literæ,& etiā Ionathæ tranſlationem ſupradictam, quę ęquiualet tēxtui apud vos,in quadam epiſtola ſua ad Iudæos Affricanos commēdans Meſſiam ab eis ſpectatum,allegat prædictam autoritatē Iſa. vbi dicitur: Et vocabitur nomē eius admirabilis conſiliarius,&c. dicit hęc ſex ſunt nomina pueri nati. Hæc ille. Et ſic habes propoſitum meum ex doctoribus tuis magis autenticis.

Rab. Moyſ. Ægypt.

Translatio Ionathæ.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtenditur idem per autoritatem Hieremiæ 23.

SAVLVS.

HAbeo mentem tuam,circa prędictam autoritatē Iſaiæ, ſed ſi habes aliquam autoritatē alterius Prophetæ oſtēdentem diuinitatē Meſſiæ, prout tu opinaris indica mihi.

PAVLVS. Habeo autoritatē Hieremiæ,qui Meſſiam tūc venturum fore teſtatur verum Deum. Hieremię enim 23. vbi ad literam agitur de Meſſia, ſic legitur: Ecce dies veniēt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit Rex,& ſapiēs erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra, in diebus eius ſaluabitur Iuda & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomē quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Hæc ille. Circa quod attēdere debes, quòd vbi nos habemus in hac autoritate: Dominus iuſtus noſter, in Hebraico habetur nomen quatuor literarũ, ſcilicet Thetragramathon, quod quidem nomen ſolius Dei eſt propriũ, vt habetur Exo. 3. quod quidē nomen, vt noſti in tanta reuerentia habetur apud Hebręos, quòd non eſt licitum, vt ore proferatur per eaſdem literas quibus ſcribitur, ſed loco talis nominis proferatur aliud nomen compoſitũ ex aliis literis à quatuor prædictis, quæ conſonant Adonai, ſcilicet Dñs:& ideo ſoli Sacerdotes ſacrificia in tēplo miniſtrātes illud nomen proferebāt, prout iacet in litera,& hoc tempore ſacrificiorum,& in templo, & nō alibi. Vnde ij honores & reuerētiæ illi nomini debebātur, eo quod inter nomina diuina ſolum iſtud ſignificat infinitatem ſui eſſe, ſeu ſuæ eſſentiæ, abſq; aliquo reſpectu ad aliquam creaturam, ſeu aliquem effectum. Vnde communiter tenetur, quòd illud nomen incommunicabile eſt alicui creaturæ, & ideo antiqui tui ſuper illud verbum Exodo 3. Hoc eſt nomen meum in æternum. dicūt hoc eſt nomen meũ,

Hier. 23. a. 5.

Probatur erũ Diuinitatē cum humanitate coniunctam in Chriſto.

Tetragramathon nomē, eo quod infinitatem Diuinæ eſſentiæ ſignificat, in tanto honore fuit apud Hebræos, vt ſoli ſacerdotes & tempore ſacrificij, & in templo nominare poſſent.

Exo. 3. d. 15.

ſcilicet mihi ſoli proprium, & nulli alteri attribuendum, de cuius nominis maxima ſolennitate & indiuiduitate & incommunicabilitate Rabbi Moyſes in libro de directione, prout patet cap. 61. & 62. large tractat. Ex quibus ſequitur, quòd cùm Meſſias, teſte Hieremia, vocandus erat huiuſmodi nomine thetragramathō, cōſequens eſt, quòd ipſe Meſſias eſſet verus Deus, cū illud nomen nulli creaturę puræ ſit cōmunicabile, vt dictū eſt.

Rab. Moyſ. lib. de directione c. 61. & 62.

SAVLVS. Licet verū eſt, quod dicis de ſolennitate prędicti nominis, eo quod eſt nomen proprium ſolius Dei, ex hoc tamen non tollitur quin approprietur quandoque aliquibus puris creaturis. Legitur enim Gen. 22. quòd Abraham vocauit nomen loci illius, ſcilicet, in quo immolare intendebat Iſaac filium ſuū: Dominus videt, vel Dominus videbit, & vbi tranſlatio tua habet in hoc loco Dominus, in Hebręo habetur nomen Dei thetragramathō. Item Exod. 17. Aedificauit Moyſes altare, & vocauit nomē eius Dominus ſignum meū. In quo loco vbi dicitur Dominus. in Hebręo habetur nomē ſupradictum. Item Iudic. 6. Et ædificauit ibi Gedęon altare Domino, & vocauit eum Adonai pax, ibi etiam ponitur prędictum nomen. Item Ezech. vlt. de ciuitate Hieruſalē legitur: Nomen ciuitatis, ex illa die Dominus ibidem. in quo loco ponitur nomē ſupradictum. Ex quibus manifeſtè habes, quòd prædictū nomen licet ſanctiſſimum, & ſolius Dei propriū tamen eſt quandoq;, quaſi per modum appropriationis de puris creaturis dicitur, vt patet in quatuor paſſibus ſupradictis.

Arguit quod nomē Thetragramatō applicetur etiam creaturis.

Gen. 22. c. 14.

Exod. 17. d. 15.

Iudi. 6. e. 24

Ezech. vlt. in fine cap.

PAVLVS. Ex iſtis allegationibus tuis nō habes, quòd aliqua creatura pura vocetur proprio nomine diuino, ſcilicet thetragramathon, licet in prædictis nominationibus includatur illud nomē. Circa quod attendere debes, quòd à nomine proprio alicuius rei quandoq; denominantur aliæ res, quæ non ſunt eiuſdē naturæ cum re, à cuius nomine acceperūt denominationes, ſed referuntur ad eam certo modo, verbi gratia: Sanitas corporis animalis propriè dicitur habitus ſeu diſpoſitio, per quem operą corporis animalis procedunt ſalubriter, ſed ex hoc nomine dicitur aliquid ſanum, quod conſeruat, vel efficit ſanitatē prædictā, vt cū dicitur cibus ſanus, vel medicina ſana: ſimiliter dicitur aliquid ſanum, quod ſignificat prędictam ſanitatem, vt cùm dicitur color ſanus, vel vrina ſana. Conſtat autem, quòd cibus, neq; medicina, vel color, & huiuſmodi non ſunt ſanitates, ſed referūtur ad ſanitatē prædictis modis. Vnde in propoſito ex hoc quod ille locus fuit vocatus ab Abrahām. Gen. 22. Dominus videt, vel videbit. non ſequitur, quòd ille locus videt ſit Dominus, ſed quòd in illo loco Deus videret meritū ipſius Abrahæ in immolatione filij,

Thetragramathon non poteſt ad aliquam creaturā referri.

Similitudo.

Aplicatio ſimilitudinis.

Gen. 22. c. 14.

filij, vt cõmuniter tui expoſitores dicunt. Similiter cum dicitur
Ezech. vlt. Ezech. vlt. quòd nomẽ ciuitatis eſt Dominus ibidem, nõ ex hoc ſequitur, quòd nomen ciuitatis ſit Dominus, ſed quòd Deus habitaret ibi, vt in ſuo tẽplo. Similiter ex hoc, quòd dicitur Exo. 17.
Exod.17. d.15. de altari ædificato à Moyſe: Et vocauit nomẽ eius Dominus ſignum meum, nõ ſequitur quòd illud altare eſſet Dominus, ſeu vocaretur Dominus, ſed quod illud altare eſſet in memoria illius ſigni, quod Deus fecerat in victoria Amalechitarum. Similiter ex hoc quod dicitur Iudic. 6.
Iudi.6.c.24 quòd Gedeon vocauit nomẽ illius altaris, Dominus pax, non ſequitur, quòd illud altare eſſet Dominus, vel vocaretur nomine proprio ipſius Dñi, ſed quòd illud altare eſſet in memoria quòd Deus dederat ſibi pacẽ ab hoſtibus. Poſſunt etiam aliter intelligi iſta duo proximè prædicta ſecundum tranſlationẽ Chaldaicam, quæ apud te eſt autentica. Tranſtulit enim Aquilõ illud verbum Exod. 17. Et vocauit eũ Dominus ſignum meũ, ſic & coluit ibi Dominum, qui fecerat ſignum. Similiter tranſtulit illud
Iudi.6.c.24 Iudic. 6. Et vocauit eũ Dominus pax. ſic & coluit ibi Dominũ, qui dederat ei pacem. Et ſic patet, quòd ſecundum iſtam tranſlationem, illa nomina diuina non ſunt nomina altariũ prædictorũ, ſed ſunt Ipſius Dei, qui in illis colebatur. Ex quibus patet, quòd ex prædictis allegationibus tuis

Alia expoſitio prædictarum autoritatum ſecundum Chaldaicã tranſlationem. Aquilon. Exod.17. d.15.

non habes aliquid contra me.

SAVLVS. Sicut tu exponis autoritates per me allegatas ſic, vt ille res non nominentur nomine diuino, ſic ego poſſum exponere autoritatem per te allegatam taliter, vt Meſſias nõn nominetur nomine diuino, prout tu intẽdis. Vnde illud quod dicitur
Hier.23.a.6 Hiere. 23. de Meſſia. Hoc eſt nomen, quo vocabunt eum Dñs iuſtus noſter, exponatur ſic, quòd Dominus ipſe vocauit Meſſiam iuſtus noſter, eo quòd erit iuſtus per excellentiam, vel quia per eum Dominus nos iuſtificabit, non enim eſt aliqua ratio, quare autoritates per me allegatæ deducãtur ad alium ſenſum pręter illum, quẽ prima litera ſonat, magis ſit exponibilis quam autoritas tua.

Autoritas male interpretatur à Saulo.

PAVLVS. Licet poſſent aſſignari rationes verę, quibus autoritas per me allegata nõ eſt exponibilis ſic, vt Meſſias nõ nõminetur proprio nomine diuino, ſicut tu vis: omiſſis tamen huiuſmodi rationibus cauſa breuitatis, per tuos doctores poſſum tibi reſpondere, quòd ex iſta autoritate Hierem. concluſerunt, quod Meſſias vocãdus erat proprio nomine diuino, ſcilicet thetragramathon, ſine alia expoſitione ſeu interpretatione, quod tibi debet ſufficere ad intentum meum concludendum.

Meſſias ſecundum Hebræos doctores vocãdus erat nomine proprio diuino.

SAVLVS. Oſtende mihi rogo, ſi eſt aliquis de noſtris, qui hoc quod tu vis ſentiat.

PAVLVS. In glo. ſuper librum

Gloſſa ſuper lib. Tres.i. f.16.

brum Tren. cap. 1. queritur, quo nomine vocandus eſſet Meſſias, vbi aliqui dicunt, quòd vocãdus eſſet conſolator, ſeu Paraclitus, ad quod allegãt dictum Tren. 1. Quia elongauit à me Manahen, id eſt cõſolatorem, vel Paraclitum, qui cõuertit animam meã. Et ſequitur ibidem Rabbi Alba dicit: Adonai eſt nomen eius ex primẽdo, vbi dicitur Adonai nomen Domini Thetragramathõ, cum ſuis quatuor propriis literis, ad quod allegat prædictus doctor tuus illud Hiere. Et hoc eſt nomen, quo vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Ex quo patet manifeſtè, quòd antiqui tui intellexerunt autoritatẽ per me allegatam eo modo, quo ſupra tibi dixeram: autoritates verò per te allegatæ exponuntur à tuis, prout tibi dixi, vt patet ex dictis.

Hebræorũ teſtimoniũ, quòd Meſſias ſit De^{9}.

Rab. Alba.

SAVLVS. Licet ille doctor Rab. Alba, quem tu allegas videatur intelligere illam autoritatem Hierem. ſicut tu, non tamẽ omnes in hoc concordant, quia in eodem loco ponuntur alia nomina ipſius Meſſiæ, vt Manahen, vel Paraclitum ſeu Ynnon, per illud: Ante ſolem Ynnon nomẽ eius, & huiuſmodi. Vnde ex illo doctore ſingulari non habes intentum.

PAVLVS. Verũ eſt, quòd diuerſa nomina imponũtur per tuos doctores ipſi Meſſiæ, ſed ſi bene aduertis illa nomina non ſunt incompatibilia, ſeu ſibi inuicem contraria, ſeu contradicentia. Nam ſicut de Deo multa nomina dicũtur in ſcripturis, vt cũ dicitur Dominus, creator, pius, miſericors, & huiuſmodi, ſic etiã Meſſias multis nominibus denominatur diuerſis reſpectibus. Vnde ex hoc, quod ille alius doctor dixit: Manahen eſt nomen eius, id eſt conſolator. non tollitur, quin ſit verus Deus, cùm vera conſolatio non, niſi per Deum ſit: iuxta illud Iſa. 51. Ego ipſe cõſolabor vos. Similiter ex hoc, quod dicitur: Ynnon eſt nomen eius, id eſt filius, vel filiatio, vt ſupra tibi oſtendi, nõ tollitur quin ſit verus Deus. Ipſe enim Meſſias verus eſt Deus, & verus filius Dei, vt ibidem oſtẽſum fuit: & ideo ex diuerſitate nominum Meſſiæ per tuos doctores inuenta, ſeu allegata nõ tollitur, quòd autoritas Hieremiæ ſupradicta exponatur eo modo, quo Rabbi Alba ſupradictus expoſuit, ſecundum quam expoſitionem habetur, quòd Meſſias vocandus eſt nomine diuino, ſcilicet Thetragramathõ, quod nulli creaturæ puræ cõuenit, vt ſupradictum eſt.

Meſſias multis nominibus diuerſis reſpectibus nominatur ab Hebrais.

Manahen. id eſt Conſolator.

Iſai. 51. d. 12.

CAPITVLVM VII.

In quo idem oſtenditur per viſionem factam Ezechieli in 1. cap. ſuæ Prophetiæ, & per viſionem factam Danieli in cap. 7.

SAVLVS.

Nvnquid habes autoritatẽ alterius Prophetæ ad tuũ propoſitum fundandum?

PAVLVS. Ezechielis 1. cap. ſuæ *Ezech. c. 1.*

Hæc Ezechielis viſio adeo ſublimia de diuinis tractat, vt apud Hebreos nõ ſit licitũ eã exponere in publicum.

ſuæ prophetiæ, vbi ponitur illa reuelatio magna de rotis, & de animalibus, & de throno Dei ſuperſedentis: quod quidem cap. prout communiter tradunt doctores tui cõtinet magna ſeu maxima de myſteriis diuinis in tantum, quòd erat illicitũ apud eos exponere illud cap. in publicũ, ſeu pluribus hominibus, ſed tantum vni diſcipulo intelligenti & diſcreto, prout habetur in illo libro Talmudico, qui dicitur Haguiga 1. cap. quod Rabbi Moyſ. Aegiptius largè tractat in ſuo libro de directione, prout patet capit. 61. & 62. in cuius capituli expoſitione varij varia ſenſerũt, ſpecialiter circa animalia & rotas, quidam enim expoſuerũt illa ſecundum monarchias principales mundi, de quibus ſacra ſcriptura facit mentionem, ſcilicet Chaldæorum, Medorũ, Grecorum & Romanorum. Alij verò & melius expoſuerunt prędictam viſionem correſpondere ad myſteria Chriſti ſeu Meſſiæ, qui tunc erat futurus: ſed quidquid ſit de varietate iſtarum expoſitionum, de qua ad præſens non eſt tractandum, tamen ſecũdum omnes illud quod dicit Propheta in fine viſionis, quòd ſuper capita animalium viderat ſimilitudinem throni ſaphirini, & ſuper ſimilitudinem throni, quaſi aſpectũ hominis deſuper, per iſtum hominẽ omnes intelligũt Deum pręſidentẽ toti creaturę. Ex quo patet, quòd ille ad cuius nutum animalia illa mouebãtur, & quieſcebant ibant & reuertebantur, quod nõ niſi de Deo poteſt verificari: apparebat tamen Propheta in forma hominis, in quo deſignatur, quod Deus ſummus, qui toti creaturæ præſidet erat humanandus, ſeu in forma humana videdus, in quo propoſitum meum comprobatur.

Talmub Haguiga. c. 1.

Rab. Moyſ. Ægypt.

Ezechielis viſionem exponunt aliqui de monarchiis mũdi.

Alij & melius de Meſſia.

Per hominẽ ſuper thronum, omnes intelligunt Deum præſidentem toti creaturæ.

Contradicit ſententia propter multa.

Primo, quia fuit occulta viſio.

SAVLVS. Ex illa viſione Ezechielis quam allegas non habes propoſitum tuum propter multa. Primum, quiã vt tu dicis, & verum eſt, illa reuelatio eſt tã occulta & myſterioſa, quòd nulli licuit eam exponere publicè, ſeu palàm, ſed eius expoſitio tradebatur à ſapientibus antiquis ſingulariter, ſcilicet ab vno magiſtro ad vnum tantum diſcipulum idoneum, & ad intelligendũ diuina bene diſpoſitũ, & in hoc concordant omnes doctores noſtri tam antiqui quàm moderni. Cõſtãt igitur, quòd ex tali viſione tu nõ poſſes ſumere argumẽtum ad tuum propoſitum probãdum, cùm illa quæ per prædictã viſionem ſignificantur ſunt nobis maximè abſcondita & ignota. Vnde ſi ex illa autoritate tuũ propoſitum, quod ignotum eſt nobis probare intenderes, manifeſtè procederes ad probãdum ignotum per ignotius, vel ſaltẽ per aliud ſimiliter ignotum. Secundo, quia per illum habentem aſpectum hominis, & ſuper thronum ſedẽtem, de quo in viſione prædicta fit mentio, non eſt neceſſe vt intelligatur ipſe Deus, poteſt enim per illũ intelligi aliquis

Secundo, quia homo ille qui ſuper thronũ ſedebat, non neceſſario intelligitur quòd ſit De⁹.

quis angelus, qui ex ordinatione diuina haberet præſidere illis animalibus & rotis, & etiam toti mundo. Angeli enim frequẽter in ſcripturis legũtur apparuiſſe in forma humana, vt patet Geneſ.18. & Iudi.13. Tertio, quia dato, quòd per illum hominem ſedentem ſuper thronũ ſignificaretur aliquis verus homo, vel etiam ipſe Meſſias, non tamẽ ex hoc ſequeretur, quòd ille homo eſſet verus Deus, prout tu vis, ſed ſufficeret, vt per ipſum intelligeretur aliquis homo excellentiſſimus cæteris hominibus, & etiam omnibus angelis: nõ tamen ex hoc ſequitur quòd ſit Deus. Quarto, quia in viſione illa non legitur, quòd aliquis homo ſederet ſuper illum thronum, ſed ſimilitudo, quaſi aſpectus hominis, & ſic ille præſidens nõ deſignatur eſſe verus homo, ſed ſimilitudo hominis. Cùm autem Meſſias, de quo agimus etiã ſecundum te eſt verus homo, ſequitur, quòd nõ loquitur de illo Propheta: magna enim differẽtia eſt inter ſimilitudinem hominis, & verum hominem.

Gen.18.a.2.

Iudi.13.b.9

Tertio, quia dato, quòd eſſet verus homo nõ inde ſequitur quòd ſit verus Deus.

Quarto, quia dicit, quòd erat ſimilitudo hominis, & nõ verus Deus homo.

PAVLVS. Licet verum eſt, quòd illa viſio in 1. cap. Ezechielis contenta apud tuos doctores reputetur valde occulta, & etiam eius expoſitio publicari prohibeatur, hoc tamen intelligitur quantum ad eius integrã ſeu completam expoſitionẽ, nõ autem quantũ ad aliquid ſui, vt puta quantũ ad Prophetã cui viſio fuit facta, qui eſt, ſcilicet Ezechiel Sacerdos, hoc enim expreſſè traditur in litera. Similiter quantum ad tẽpus, in quo facta fuit viſio, quia expreſſè traditur, quòd fuit in triceſimo anno ętatis ipſius Prophetę, & in quinto tranſmigrationis, & in quarto menſe, & in quinta die menſis, & huiuſmodi. Similiter & de loco, quia fuit in trãſmigratione ſupra flumen Cobar: iſta enim nõ ſunt occulta, ſed expreſſè tradita. Similiter apud antiquos tuos habetur pro expreſſo, non tacito, nec ſecreto, quòd per illum hominem ſedentem ſuper thronũ intelligitur ipſe Deus, prout ſupra dixi. Vnde quantumcunque cætera, quæ continentur in hac viſione, vt de animalibus, & rotis, & figuris, & motibus eorum, & alia huiuſmodi ſint ſecreta ſeu occulta, non tamen ſunt occulta alia ſupradicta, de quorũ numero eſt, quòd per hominem ſedẽtem in throno intelligatur ipſe Deus, quod verbum ſolùm allego ad præſens in oſtenſionẽ propoſiti mei, vt iam dictum eſt.

Reſpondit ad primum, quòd licet viſio fuerit occulta non tamẽ quoad omnia.

Quantũ ad ſecundũ probãt per antiquos, quòd homo ille ſedens erat Deus.

SAVLVS. Neſcio vnde habes, quòd ſecũdum doctores noſtros per hominẽ illum intelligatur verus Deus.

PAVLVS. Doctores tui in expoſitione huius viſionis, ſuper illud verbum in eadem viſione contentum, vbi dicitur ſic: Et manus hominis ſub pennis eorum, ſcilicet animalium. quærũt cuius ſint iſtæ manus? ad quod reſpondẽt quòd ſunt manus Dei ſancti & benedicti, quæ extendũtur

Reſpondit ad tertium. Manus hominis ſub pẽnis ſunt Dei manus, quæ extendũtur ad recipiendos pœnitentes.

turſub pennís animalium ad recipiendos pœnitentes. Hæc ille. Ex quo habes manifeſtè, quòd homo, de quo loquitur Propheta in illa viſione eſt verus Deus: & ex hoc patet reſponſio ad ſecũdum, ſimiliter ad tertium. Ad quartum verò dicendum, quòd prophetia Ezechielis in 1. capit. cõtenta, facta fuit per quandam imaginariam viſionem, cuius ſignificationem Ezechiel intellexit, aliàs nõ eſſet prophetia, nec ipſe Ezechiel ex hoc diceretur Propheta: Intelligentia enim opus eſt in viſione Danie. capit. 10. Conſtat autem, quod illud apprehenſum imaginaria viſione, non eſt ipſa res per viſionem ſignificata, ſed eſt aliquid eam repræſentans ſeu ſignificãs: & ideo in hac viſione communiter vtitur Propheta dictionibus ſimilitudinem ſignificãtibus, vt cùm dicitur: Et ex medio eorũ ſimilitudo quatuor animaliũ. nõ enim dicit, quòd viderat quatuor animalia, quia in imaginaria viſione nõ erant illa quatuor animalia realiter exiſtentia, ſed eorum ſimilitudines, & ſic cùm dicitur, quòd viderat ſuper thronum ſimilitudinem hominis, hoc refertur ad ſuam imaginariam viſionem, in qua non erat aliquis verus homo, ſed aliquid verum hominem repræſentãs, qui quidem homo erat ipſe Deus, vt dictum eſt etiam ſecundum doctores tuos, & huic ſententię cõcordat Daniel in 7. cap.

Ad quartũ. Intelligẽtia Prophetia de ratione ipſius prophetia & Propheta eſt.

Vtitur Propheta dictionibus ſimilitudinem ſignificãtibus quod refertur ad imaginariá viſionẽ, in qua licet nõ erat verus homo, qui ſedebat ſignificabat Deum.

SAVLVS. Doce quomodo Daniel concordat huic ſententiæ tuæ.

PAVLVS. Daniel in prędicto cap. ſcilicet 7. narrat quãdam viſionem valde notabilem, quam habuit de quatuor beſtiis terribilibus, quæ apud omnes ſignificant quatuor monarchias regnorum huius mundi ſupradictas, & ibidem dicit: Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, &c. quæ verba apud omnes intelliguntur de Deo Patre. Et infrà de Meſſia ſubdit: Et ecce in nubibus cæli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & dedit poteſtatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei, poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nõn auferetur, & regnũ eius, quod nõ corrumpetur. quę quidem verba omnes expoſitores tui communiter exponũt de Rege Meſſia. Et ſic patet, quòd ſicut Ezechiel in ſua viſione ſupradicta deſignauit, quaſi hominem præſidentem toti creaturę, ſic & Daniel in ſua viſione prædicta deſignauit filiũ hominis cui datum erat regnum æternum & incorruptibile. Conſtat autem ſecundum tuos doctores, prout iam expoſui, quòd homo viſus ab Ezechiele deſignabat verum Deũ, ſimiliter & filius hominis, à Daniele viſus, ſecundũ eos deſignat Regẽ Meſſiam: & ſic patet, quòd omnia cõſonant huic veritati, ſcilicet quòd Rex Meſſias ſecundum ſupradictos prophetas

Dan. 7. a. 5. Teſtimoniũ Danielis, in quo probat Meſſiã verum Deum, verumq; hominem eſſe.

tas

tas eſt verus Deus,& verus homo,quod eſt intentum. In aliis etiam locis hoc idem teſtatur ſcriptura.

SAVLVS. Allega etiam alias ſcripturas,ſi habes hoc teſtantes.

PAVLVS. De libro duodecim Prophetarũ allegabo tibi duas autoritates tantum,licet poſſem tibi allegare plures, & hoc cauſa breuitatis. Micheas enim 5.cap.loquens de Chriſto tunc vẽturo,ſic dicit:Et tũ Bethleem terra Effrata, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab antiquo à diebus æternitatis.Hæc ille. In hoc etiã quod dicit de Meſſia,quòd de Bethleẽ egreſſurus erat,denotatur humanitas Chriſti, ſecundum quã ex certo tẽpore, & loco egreſſurus erat. Ex hoc autem quod ſubdit:Et egreſſus eius ab antiquo à diebus æternitatis. denotatur ipſius natiuitas ęterna,quę nõ à tempore,nec in loco incœpit:& ſic habes intentum meum ex prædicta autoritate.

Mich.5.a.2.

Probat ex prophetia Michee. quòd Meſſias ſit verus De' veruſq́; homo.

Humanitatem Chriſti notat dicendo, quòd ex te egredietur, Diuinitas verò notatur cũ dicit egreſſus eius à dieb' æternitatis.

SAVLVS. Non conſtat, quòd iſta autoritas loquatur de Meſſia, vnde quidam expoſuerunt eam de Ezechia.

Quidã falsè expoſuerunt de Ezechia.

PAVLVS. Rab.Salo.tuus expreſsè exponit eã de Meſſia, & manifeſtũ eſt,quòd nullo modo poſſit exponi de homine puro,qui tantùm in tempore naſcitur,ſed de homine Chriſto, qui natus eſt temporaliter & æternaliter:quæ quidem natiuitates ſeu emanationes in prædicta autoritate exprimuntur modo prędicto.

Rab.Salo. Nõ poteſt interpretari, niſi de Chriſto,qui natus eſt tẽporaliter & æternaliter.

SAVLVS. Allega mihi ſecundam autoritatem, quam dicis te habere de duodecim Prophetis.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur idem per autoritates Prophetarum Mich.5. & Zacha.12.

PAVLVS.

Zach.12.de Deo ſaluãte Hieruſalem legitur:Effundam ſuper domum Dauid,& ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & præcum, & aſpicient in me,quem confixerunt,& plangent ſuper eum,&c.Conſtat autem,quòd ad nullum pertinet infundere ſpiritum gratiæ, niſi ad ſolum Deum. Ait enim Pſalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus:Et ideo quod dicitur:Effundam ſuper Domum Dauid,& ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, intelligendum eſt eſſe dictum in perſona Dei. vnde cùm immediatè in eadem ſerie ſubditur: Et aſpicient in me, quẽ confixerunt. oportet quòd intelligatur de ipſo Deo, in quẽ aſpicient Iudęi,& quem cõfixerunt, ſcilicet in ſua paſſione. Et ſic patet,quòd illa verba nõ poſſunt,ſimul ſaluari, niſi de aliquo infundente gratiã, ſcilicet Deo, qui etiam fuit lancea confixus, quod de nullo alio poteſt intelligi, niſi de noſtro Saluatore, qui in

Zach.12.c.10 Hoc teſtimonio probat veram Diuinitatem & humanitatẽ Meſſia.

Pſal.83.d.12 Diuinitas infundendo gratiam.

Humanitas patiendo.

in quantum Deus infundit gratiam, & in quantũ homo cõfixus eſt. Et ſic ex illa autoritate habes intentum, ſcilicet de diuinitate Chriſti & etiam de eius humanitate & paſſione.

Hebrei docent duos [Meſ]ſias, vnus futurus Meſ[ſias] de tribu Effraim, qui futurus eſt filius Ioſeph. Alter de tribu Iuda, qui dicitur fili[us] Dauid.

SAVLVS. Doctores noſtri exponunt iſtam autoritatem Zachar. aliter & verius. Dicunt enim quòd duo Meſſię ſunt venturi, vnus, ſcilicet de tribu Effraim, qui fuit filius Ioſeph, & iſte vocabitur Meſſias filius Ioſeph, & prout dicunt interficiendus eſt in perſecutione Gog & Magog. Secundus verò Meſſias eſt de tribu Iuda, & iſte dicitur filius Dauid, qui quidẽ filius Dauid ſaluaturus eſt populũ Iſrael perpetua ſaluatione. Vnde de primo Meſſia, ſcilicet filio Ioſeph verificatur verba prędicta, ſcilicet: Aſpicient in eum, quem confixerunt. non enim dicit litera: Aſpicient in me. ſed aſpicient in eum: & ideo ex prædicta autoritate non habes intentum.

Commentum eſt falſiſſimum de duobus Meſſiis, quod finxerunt, vt euaderent autoritatem hac teſtantem Deũ eſſe confixum.

PAVLVS. Quod preſuponunt doctores tui de duobus Meſſiis falſiſſimum eſt & fictitiũ, non enim in tota ſacra Scriptura habes fundamentum, ſed oppoſitum: nam quotieſcunque de genere, ſeu ſtirpe Meſſiæ agitur in ſcriptura, ſemper dicitur eſſe de Dauid ſeu Iuda, nunquam autem de Effraim ſeu de Ioſeph, & tuus Rab. Moyſ. Aegyptius in libro Iudicum, titulo de Meſſia, vbi epilogat dicta omnium antiquorũ apud te autentica in hac materia, expreſsè dicit, quod Meſſias venturus, credẽdus eſt fore de genere Dauid, nullã faciendo mentionem de alio Meſſia, ſed hoc finxerunt tantum, vt euaderent à prædicta autoritate, quæ euidenter teſtatur Deũ eſſe confixum. Item quod dicis, in litera non legitur: Aſpiciet in me, ſed aſpicient in eum, eſt manifeſtè falſum. In omnibus enim Bibliis antiquis & correctis legitur: Et aſpicient in me. & etiam in tranſlatione Chaldaica, ſcilicet Ionathæ, quæ æquiualet textui, ſic legitur: vnde cauillationes tuæ nihil tibi proficiunt in hoc paſſu.

Rab. Moyſ. Ægyp. lib. Iudicum tit. de Meſſia.

Aſpiciet in me, legũt Biblia correcta, & tranſlatio Chaldaica.

SAVLVS. Poſt illa verba, quę allegas immediatè, ſequitur: Et plãgent ſuper eum, quaſi planctum vnigeniti, quod facit contra te. Non enim dixit: Plangent ſuper me, ſed ſuper eum. Ex quo patet, quòd ille qui infundit gratiam nõ eſt ille qui eſt confixus, prout tu intendis deducere.

Meſſiæ conuenit in quã tum Deus cõferre gratiam, in quã tum homo confixũ eſſe.

PAVLVS. Licet ille qui gratiam infundit, ſcilicet Deus, eſt ipſemet in perſona, qui confixus eſt, ſcilicet homo Chriſtus, prout verba per me allegata teſtantur: non enim ſecundum vnã naturam iſta duo ei conueniunt: quia infundere gratiam conuenit ei ſecundum diuinam naturam, quam habet ab æterno, & eſſe confixum ſeu paſſum, cõuenit ei ſecundum humanam naturam, quã ex tempore aſſumpſit: & ideo ad innuendum iſtud miſterium, ſcilicet de duplici natura in

ra in ipſo Meſſia, notanter Propheta cùm dixiſſet: Aſpicient in me, quē confixerunt. ſtatim ſubdit: Et plangēt ſuper eum, vt deſignet aliam naturam eſſe ſecundum quam confixus eſt à natura, ſecundum quam gratiam infundit.

CAPITVLVM IX.

In quo oſtenditur idem per dicta antiquorum Talmudiſtarum: & in eodem imponitur primæ parti huius tractatus finis.

SAVLVS.

Querit teſtimoniū antiquorū Hebræorū, circa diuinitatem Meſſiæ

VIdeo omnia per te allegata ex dictis Prophetarum ad tuum intentum, ſcilicet de diuinitate Meſſiæ, fundādum: & vellem ſcire, ſi forte habes aliquam autoritatem antiquorum noſtrorum hoc teſtantē. Ipſi enim poſt Prophetas ſcripſerūt, & ea quæ ipſi Prophetæ obſcurè tradunt, quandoque clarius interpretati ſunt: & ideo oportet, vt de illis aliquid alleges, vt mihi de hoc magis ſatiſfacias.

PAVLVS. Si dicta antiquorum tuorum bene ſcrutatus fueris, multa reperies prædictā veritatem, ſcilicet de diuinitate Chriſti, teſtantia, licet nō ita explicitè, ſicut doctores noſtri tradūnt, eo quod antiquis patribus myſteria diuina non ita lucidè tradebantur: & quia longum eſſet narrare omnia, quæ de hoc tradunt antiqui, allegabo tibi duas vel tres autoritates, quæ debent tibi ſufficere. Primam reperies in gloſſa ſuper Pſalterio, quæ dicitur Medras Tillini, ſuper illud verbum Pſalmi: Quia apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. vbi ſic dicit Rab. Ioannam. Quidā homo ambulans in nocte tenebroſa, incendebat lucernam, & cùm per eam per aliquam moram tēporis aliqualiter illuminaretur, extinguebatur lucerna, & ſic iterum incēdebat, & iterum extinguebatur. Dixit ergo ille homo: Vſque quo laborabo, incendendo lucernas, quæ modicæ durationis ſunt, melius eſt, vt ſpectē ortum ſolis, vt poſſim ire ad lumen eius. Et ſequitur: Sic contingit Iſrael, qui captiuati in Aegypto, & per Moyſen & Aaron redēpti, vt habetur in Exodo: ſed poſtea ſubiugati ſunt ſub Syſara Chananeo, à cuius iugo liberati ſunt per Barath & Delboram. Iudicum 4. Poſtea ſubiugati ſunt ſub Madianitis, à qua ſubiectione liberati ſunt per Gedeon. Iudicum 7. Conſequēter per aliàs nationes conuicinas à quibus liberantur, & à Deo per Iudices: iuxta illud Iudicū 2. Suſcitauitq; Dominus Iudices, qui liberarēt eos à deuaſtātium manibus. Poſtea tranſmigrati ſunt in Babylonia, & redempti ſunt per Eſdrā, & Neemiam. Rurſus ſubiugati ſunt per Romanos. Dixit ergo Iſrael. Vſquequo laborabimus in huiuſmodi redemptionibus & ſubiectionibus ſucceſſiuis, amodo non quærimus illuminari, niſi per ipſum in ſua perſona: & hoc

Gloſſa Pſalterij Medras Tillini. Pſal. 35. a. 10. *Rab. Ioānā* *Nota ſimilitudinem.* Exo. 3. d. 14. Iudicum 4. per totum. Iud. 7. d. 14. Iudi. 2. d. 18.

Pſalm.117. d.16.

hoc eſt quod dicitur: Benedictus qui venit in nomine Domini Deus Dominus, & illuxit nobis. Hęc in glo. Attende igitur, ô Saule, quòd iſte doctor voluit ponere differentiã inter vltimã redemptionem ab Iſrael ſpectãtã ad redemptiones prçteritas, in hoc quod redẽptiones pręcedentes fuerũt factæ per Prophetas ſeu homines virtuoſos, & redẽptio vltima ſpectãda erat per ipſum met Deũ. Cùm autem iſta redẽptio vltima ab omnibus ſpectatur eſſe per Meſſiã, ſequitur, quòd ex mẽte iſtius doctoris eſt, quòd ille Meſſias eſt verus Deus, de quo exponitur illud dictum: Deus Dominus & illuxit nobis.

Differentia inter vltimã redemptionẽ, ab aliis præteritis. Alia facta fuerunt per homines virtute prædi tos, vltima per Deum.

SAVLVS. Nõ bene probatur ex dictis illius doctoris, quòd Meſſias ſit Deus, ſed ſufficit, quòd redimat virtute diuina.

PAVLVS. Scrutare bene rationem illius doctoris, & meũ propoſitum clarè reperies. Si enim redemptio per Meſſiam facta, vel ſecundum te fienda eſſet redemptio per purũ hominẽ facta, ſed tantũ virtute diuina, nulla ratio eſſet, quare hæc redemptio vltima diceretur eſſe facta per ipſum Deum pluſquam alię. Moyſes enim & alij iudices ſeu redẽptores non niſi virtute diuina hæc operati ſunt, vt eſt manifeſtum. Vnde nulla eſſet differentia inter eos, niſi forte ſecundũ magis & minus, quod ſecundũ Philoſophũ non diuerſificat ſpeciẽ: & ideo manifeſtũ eſt ſecũdum prędictũ doctorẽ, quòd redẽptiones pręcedẽtes factę ſunt per puros homines, licet virtute diuina. Sed vltima redẽptio credenda eſt fieri per ipſum Deũ in perſona, de quo exponit: In lumine tuo videbimus lumen. & in hoc etiam concordat hic doctor cum aliis.

Alij redemptores virtute diuina redimerunt, qui erãt puri homines.

Vltima redemptio facta eſt per ipſum Deũ in perſona.

SAVLVS. Allega mihi alium concordantem.

PAVLVS. In glo. magna ſuper Geneſi, quę dicitur Bereſith Rabba Alba quęrit. Quid eſt verbũ Dani. ſcilicet 2. c. vbi de Deo dicitur: Ipſe reuelat profunda & abſcõdita, & nouit in tenebris cõſtituta, & lux cũ eo eſt? & reſpondit: Hęc lux eſt lux regis Meſſię: de qua in Pſa. In lumine tuo videbimus lumẽ. Hęc ille. Ex quo habes ſatis manifeſtè, quod lumẽ diuinũ, quod ſemper cũ Deo eſt, immo & verius lumẽ quod Deus eſt, eſt lux Meſſię. Et tibi ſufficiãt iſta ex multis, quæ in ſcripturis antiquorum tuorum continentur.

In gloſſa Bereſith Rab. Alba.

Dan.2.c.28

SAVLVS. Allega mihi rogo tertiam autoritatem alicuius antiqui doctoris noſtri, quia vt noſti: In ore duorum vel triũ ſtat omne verbum.

PAVLVS. In quodam antiquo libro, qui intitulatur ab illo antiquo & famoſiſſimo doctore nomine Rab. Nehuma, filio Alchana, qui quidẽ liber nominatur Vahir, quod interpretatur lucidum ſeu lucidariũ, ſuper illud verbum. Prou. 10. Iuſtus eſt fundamentum ſempiternũ. ſic quęritur: Quid eſt, quod dicitur: Iuſtus eſt fundamentũ ſempiternũ.

Rab. Nehu.

Pro.10.d.30

Ad quod reſpōdetur: Quędam iuſtum habet ſeu habebit Deus ſanctus & benedictus in ſeculo ſuo, qui eſt ſibi dilectus valde, eo quod ſuſtinet mundū vniuerſum, & eſt fundamentum eius, & gubernat mundum, & facit mundum germinare, & cætera multa ſimilia, de quo iuſto concludit. Et ipſe eſt fundamentum omniū animarum. Et hoc eſt, quod dicitur: Iuſtus eſt fundamentum ſempiternum. Hæc ille. Attende igitur Saule, quòd de nullo homine puro, quantumcunque iuſto prædicta poſſent verificari, niſi cùm hoc ſit verus Deus: & ideò habes quòd etiam per ſcrutiniū ſcripturarum doctorum veſtrorum antiquorum, in quibus putatis habere vitam æternam, reperiuntur teſtimonia deitatis Chriſti noſtri ſeu Meſſię, ſicut & in dictis Prophetarum reperitur, vt ſupra dictum eſt.

De nullo niſi de Chriſto, qui verus Deus & homo eſt dici poteſt; quòd ſit fundamentum animarum.

SAVLVS. Recogitatis teſtimoniis tuis, quæ in ſupradictis per te dicta ſunt, & mihi propoſita, dicere poſſum illud Pſal. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. omnia enim conſonant vero ſeu veritati fidei Catholicæ, quam prædicas. Et ideò dico cū Iob. 39. Qui leuiter loquutus ſum, quid reſpōdere poſſum, manum enim meam pono ſuper os meum. Veruntamen, quia iuxta illud Pſalm. Mirabilia ſunt teſtimonia tua, ſunt enim altiſſima & profunda: ideo reſtat vt ſcrutetur ea anima mea, nō iam Dialogicè cōcertando, vt prius: ſed quærēdo de quibuſdam ampliorem informationem ſeu declarationem, vt ſic ex tali ſcrutinio declaratio ſermonum tuorū ſequatur, quę me illuminet, & intellectum det paruulis, ſcilicet mei ſimilibus. Vnde ſicut prima pars fuit dialoga, quaſi inter duos diſputatiuè acta, ſic iſta ſecunda ſit didaſcalica, quaſi inter magiſtrū & diſcipulum, ad ipſius diſcipuli eruditionē tractata, & ſic de cætero nō Saulus ſed diſcipulus vocabor, ſic & tu doctor ſeu magiſter in ſequētibus vocari debes.

Pſal. 92. a. 5.

Iob. 39. d. 37

Saulus à Iudaiſmo conuerſus diſcipulus efficitur Chriſtianæ veritatis

Cōfirmatio dictorū ad ſequentia.

PAVLVS. Ille ſolus laudetur, qui docet hominem ſcientiam, ad quem fidei pertinet donum dare: in quo cōfidens pete frater quidquid volueris, & reſpondebo ſecūdum gratiam, quā mihi Deus miniſtrabit. Vnum tamen oportet præſupponere, quòd in ſequētibus autoritates noui teſtamēti accipias, ſicut & antiquas accipiebas, vtrumque enim non eſt à Deo datū ſeu reuelatū. Similiter & autoritates ſanctorum noſtrorum, quorum eloquia ſunt igne charitatis examinata, recipias, qui primo Talmudica dicta, quæ in multis igne infernali ſuccenſa, vt fortè in ſequētibus apparebit, temerariè recipiebas. Et ſic ad vota tua implenda Deo duce procedemus.

Autoritates noui teſtamēti, & ſanctorum patrū ſunt ad ferenda in ſequentibus.

Talmudica dicta igne infernali ſuccenſa.

¶ *Explicit prima pars Scrutinij ſcripturarum Domini Pauli Burgenſis contra perfidiam Iudæorum.*

INCIPIT

INCIPIT SECVNDA PARS TRACTATVS DE SCRVTINIO SCRIPTVRARVM.

Et eſt Didaſcalica: cuius prima pars, quæ quaſi continuatiua eſt eorum, quæ dicta ſunt ad dicenda.

In qua ſex ſunt diſtinctiones, cuius in prima diſtinctione ſex continet capitula.

IN capitulo primo ponuntur à diſcipulo argumentationes contra ea quæ dicta ſunt de Deitate Chriſti. Et petit diſcipulus earum ſolutiones, ad infidelium maiorem confutationem.

In capitulo ſecundo oſtenditur, quòd difficilia fidei, prout eſt incarnatio verbi, non pertinet vſquequaque ſcrutari ad eos, qui nouiter ad fidem veniunt.

In capitulo tertio ſoluuntur argumentationes prædictæ.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd per Scrutinium ſcripturarum communicatio idiomatum Dei & hominis in Chriſto ſufficienter comprobatur.

In capitulo quinto oſtenditur, quòd non licebat Iudæis docere plures homines, nec prędicare de certis capitulis veteris teſtamenti, in quibus myſterium ſanctę Trinitatis & incarnationis verbi continentur.

In capitulo ſexto redditur ratio, quare antiquis prędicta myſteria non explicitè, ſed implicitè tradebãtur, & ibidem ponitur à diſcipulo quoddam exordium, ad ea quę ſunt in hac parte vlterius tractanda.

CAPITVLVM I.

In quo ponuntur à diſcipulo quędam argumentationes, contra ea quę dicta ſunt de Deitate Chriſti, & petit diſcipulus earum ſolutiones ad infidelium confutationem.

DISCIPVLVS.

FIRMITER credens, ea quæ per te mihi tradita ſunt, circa Deitatem Chriſti ſeu Meſſiæ, prout ſcripturarum teſtimonia per te iam allegata manifeſtè teſtantur. Adhuc vellem informari, de quodam quod eſt mihi mirabile, & de quo infideles olim ſocios meos audiui murmurare, qui etiam hodie de hoc murmurãt, ſcilicet poſito etiam, prout veriſſimum eſt, licet ipſi oppoſitum credant, quòd Chriſtus in lege promiſſus nõ purus homo ſed verus Deus & verus homo eſt, adhuc illi, de quibuſdam loquutionibus, quæ à veris catholicis conceduntur & prędicantur, de quarũ veritate nõ dubito. Ipſi tamen de iis ſcandalizãtur & contra eas ſæpe obloquũtur, ſic dicentes, quomodo illa, quę de ipſo Chriſto dicũtur, quę nullo modo ad Deitatem pertinẽt, ſed ſolùm ad humanitatem, attribuuntur Deo, vt puta temporaliter

Multis modis arguit probans attributa, quæ Chriſto homini competunt nullo modo Deo poſſe conuenire.

Primum argumentū de diuerſitate ſubiecti & prædicati.

poraliter naſci,& pati, & mori, &c.huiuſmodi.Cōtra quam veritatem magiſtri eorum multipliciter conſueuerunt arguere. Vnomodo ſic.Dicunt enim, quòd ſicut nulla propoſitio eſt verior, quàm illa in qua idem prædicatur de ſeipſo, vt cùm dicitur:Homo eſt homo. Ita nulla propoſitio eſt à veritate remotior,quàm illa in qua idem negatur de ſeipſo, vel illud quod eſt maximè diſtans & diuerſum prædicatur de ſubiecto, à quo maximè diſtat & diuerſificatur. Sed in iſta propoſitione : Deus eſt homo : prædicatum ſignificat rem corruptibilem & temporalem & corpoream, quæ maximè diſtāt ab hoc quod ſignificatur per iſtum terminum Deus, ergo iſta propoſitio : Deus eſt homo. eſt maxime à veritate remotior. Præterea dicunt,quòd fides noſtra afferit quædam, quę ſibi inuicem contraria ſunt, non ſolùm maxima admiratione digna,ſed etiā ſunt talia, quæ nullo modo ab aliquo ſenſato ſunt, ſimul conceſſibilia, quod ſic declarant. Dicunt enim, quòd in diuinitate, vbi eſt tantum vnica natura indiuidua & ſimpliciſſima, cùm hoc tamen à fidelibus noſtris non conceditur, quod vna perſona diuina prædicetur de alia, vt dicendo:Pater eſt Filius,& è contra,& tamen in Chriſto, in quo ſunt naturæ ſumè diſtantes & diuerſæ, ſcilicet humana & diuina, permittitur immo & conceditur, quòd humana natura poſſit prædicari de Deo ſaltem in concreto, ſic vt dicatur, quòd Deus eſt homo. Itém dicūt quòd propoſitio:Homo eſt Deus.repugnat manifeſtè veritati ſacræ Scripturæ, ſecundum quam nomen diuinum, & ſpecialiter illud quatuor literarū, quod dicitur Thetragrammathon, de nulla creatura poſſet verificari, iuxta illud Exod 3. Hoc eſt nomen meum in æternum. vbi etiā noſtri doctores dicunt, quòd illud nomen ſic eſt proprium nomen diuinum, quod eſt omninò incommunicabile alteri.Per iſtā autem propoſitionem: Homo eſt Deus.manifeſtè communicatur nomen Dei alteri, ſcilicet homini,& ſic hęc propoſitio:Deus eſt homo. videtur repugnare ſacræ Scripturæ. Item vt dicunt hęc propoſitio:Deus eſt homo. videtur repugnare aliis ſcripturis ſacris, in quibus manifeſtè oſtenditur, quòd Deus eſt ab æterno,& nullo modo eius eſſe à tēpore incœpit. Dicitur enim in Pſalmo: A ſeculo & vſque in ſeculum tu es Deus. Et ibidem in alio loco, non erit in te Deus recens. Si igitur iſta eſt vera: De⁹ eſt homo.ſequeretur,quòd Deus incœpit eſſe à tempore, ſicut homo,qui de Deo prædicatur,quod videtur eſſe falſum, tanquā repugnans ſacrarū Scripturarū veritati.Per iſta & multa alia ſimilia, infideles prædictā veritatē nitūtur impugnare: vnde ſumè deſidero à te informari,quomodo poſsē ab iſtis & ſimilibus

Secundū argumentum. Summitur, quia ſi in diuinis,vbi eſt vnica natura, non cōceditur, quòd vna perſona prædicetur de alia, quare in Chriſto, in quo ſunt duæ diuerſiſſimæ naturæ.

Tertium argumentum. Quia nomē diuinum de nulla creatura poteſt verificari.

Exo.3.c.15.

Quartū argumentum. Quia repugnat veritati ſcripturæ.

Pſal.89.a.2
Pſa.80.b.10

libus

libus rationibus euadere, quod quidem deſiderium reputo eſſe bonum. Iuxta illud Pſalm. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum.

Pſal. 118. 42.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur, quòd difficilia fidei, prout eſt incarnatio verbi, non pertinet ſcrutari ad eos, qui nouiter ad fidem veniunt.

MAGISTER.

Licet deſiderare informationem veram de iis quæ ſunt fidei, ad hæreticorum ſeu infidelium reſponſionem ſit bonū ſimpliciter; tamen ſecundum quid talis informatio non eſt bona, ſcilicet illis qui ad hoc ex ſua temeritate non ſunt idonei. Illi enim qui nouiter ad fidem veniunt per baptiſmum regenerati, & de articulis fidei ſummariè eruditi, non debent ad difficilia & ardua fidei feſtinanter accedere, non enim eſſent ab eis prout decet ſuſceptibilia. Nam ſicut pueris non debent dari cibaria difficilis digeſtionis, ad quæ vires ſuę in ſua teneritate nō ſufficerēt digerere, ſic nouiter ad fidem accedentibus difficilia fidei non ſunt proponēda. Quam doctrinam habemus à principe Apoſtolorū, ſcilicet Petro, qui in prima ſua Epiſtola, quæ canonica dicitur, in 2. capitu. nouiter ad fidem conuerſis ſic alloquitur: Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite, ſcilicet eruditionem facilioris doctrinæ. Inter omnia cibaria, quibus animalia vtuntur lac eſt facilioris digeſtionis: & ideo natura, quæ à Deo inſtituta eſt, lac diſponit ad nutriendum nouiter generatos: & eadem ratio eſt de generatione ſpirituali, & cibo ſpirituali ei cōpetenti, ſcilicet, quòd nouiter geniti non debent vti cibariis ſolidis & duris, quantumcunque ſint bona, ſed tamen leuibus & de facili in nutrimentum conuertibilibus vt eſt lac. Hanc etiam doctrinam habemus à Doctore gentium, ſcilicet Paulo, qui huiuſmodi in fide nouitiis, 1. Corinth. 3. ſic dicebat: Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam. Perfectis autem, & iam ſenſus exercitatos in his, quæ fidei ſunt habentibus, pertinent ardua & difficilia fidei, iuxta poſſe quærere, & de his ſpiritualiter nutriri. De quibus ad Hebræos 5. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus. Antiqui etiam magiſtri Hebræorum, vt credo noſti, hac ratione prohibebant, ne certi paſſus ſeu capitula ſacræ Scripturæ ab eis deſignati, in quibus magna myſteria fidei etiam ſecundum eos continentur, pluribus exponeretur, nec publicè prædicaretur. Vnde in propoſito, quia argumentationes tuę propriè reſpiciūt ad modum benedictæ vnionis verbi diuini cum natura humana in Chriſto, quæ ſumma & ineffabilis eſt, idcirco ad te non pertinent ad præſens ſecundū ſtatum tui nouitiatus

Nouiter ad fidem cõuerſi non debēt ardua fidei ſcrutare.

Optima ſimilitudo.

1. Pet. 2. a. 2.

1. Cor. 3. a. 2.

Heb. 5. d. 14.

Hebræiſta tutum erat, ne aliquod capitula ſcri pture ſacra publicè explicarent.

tiatus de iis tractare. Poteris tamē cùm Deus ampliorem gratiā tibi conceſſerit de iis informari audiendo à peritis magiſtris. *Tertius ſententiarum.* Tertius ſententiarum, vbi de iſtis tractatur ſufficienter, & doctores ibi multa magna & ſubtilia tradūt, ex quibus poſſet reſponderi ad tua argumenta, & ad multo fortiora plenè & perfectè.

DISCIPVLVS. Video, quòd tuum conſilium ſit ſanum, & tutum quantum ad me & mihi ſimiles, ſcilicet de non procedendo feſtinanter ad quęrendum de altis & profundis in iis quæ fidei ſunt, pręſertim cùm hoc ſit de doctrina ſanctorum Apoſtolorum, quos allegaſti, & forte de hoc intelligitur illud Iſa. 28. *Iſa. 28. d. 16* vbi dicitur: Ecce ego ponam in Sion fundamētum, &c. quod intelligitur ad literam de Chriſto. Et ſequitur ibidem: *Rom. 10. b. 11.* Qui credit non feſtinet. ſcilicet non feſtinet ad alta & profunda accedere, ſed paulatim in hoc procedat. Et licet in aliquibus Bibliis latinis habetur: Qui crediderit nō confundetur, in Hebraicis tamen Bibliis correctis habetur: Qui crediderit nō feſtinet. Nihilominus ſi placet ſaltem aliqua principia vellem à te audire, ex quibus prædictæ murmurationes ſolui poſsēt ſeu euacuari. Quæ quidem principia, cùm à te audiuerim, & ſi non poſſem ex fragilitate, mea illa plenè intelligere, abſque dubio tamen illa credā: paratus enim ſum ſupra ſenſum & intellectum credere illa, quæ à ſanctis doctoribus traduntur.

CAPITVLVM III.

In quo ſoluuntur argumentationes prædictæ.

MAGISTER.

Placet mihi condeſcendere ad ea quæ petis, præſertim quia dicis, quòd paratus es credere ea quæ traduntur à ſanctis, etiam ſi illa pro nunc ad plenum non intelligas. Hoc enim eſt ſanum conſilium, à beato Auguſtino traditum, *Auguſt.* qui cuidam dixit: Noli intelligere, vt credas, ſed crede vt intelligas. Ad euidentiam autem eorum, quæ dicēda ſunt pro nunc ad ea quæ arguis ſoluēda, prǽſupponenda ſunt aliqua. Quorum primum eſt, quòd *Ad primū argumentū. Primū præſuppoſitum.* perſona vel ſuppoſitum alicuius rei aliud ſignificat quàm natura ſeu eſſentia ipſius rei. *Suppoſitū & natura differunt.* Natura enim ſignificat eſſentiā ſpeciei ſeu quiditatem, quàm ſignificat diffinitio. Perſona verò ſeu ſuppoſitum ſignificat aliquid, quaſi ſubſiſtens, in quo includitur ipſa natura ſeu eſſentia, cuius eſt ſuppoſitum ſeu perſona, & quādoque etiam includuntur in perſona vel ſuppoſio quædam alia, quæ ſunt præter rationē ſpeciei. Vnde ſuppoſitū ſignificatur, vt totū habens naturam, ſicut partem formalem & perfectiuā ſui, & hoc intelligendum eſt in rebus ſubſiſtentibus, in quibus inueniri poſſet aliquid, quod non pertinet ad rationem ſpeciei,

ciei, vt puta accidentia vel principia indiuiduantia naturam, ſicut manifeſtè apparet in iis quæ ſunt ex materia & forma cōpoſita, in quibus ſecundũ rē differũt natura & ſuppoſitũ. Vnde in eis natura nõ prędicatur de ſuppoſito, non enim dicimus, quòd album ſit albedo, nec etiam, quòd homo ſit humanitas. In iis autē in quibus nihil aliud adiunctũ inueniri poſſit, quod ſit præter rationem naturæ, nulla neceſſitas eſt, diſtingendi naturam à ſuppoſito ipſius naturæ, quod quidem ſuppoſitum eſt indiuiduum ſubſiſtēs in illa natura, vnde in Deo non eſt aliud ſecundum rem perſona ſeu ſuppoſitum & natura, ſed ſolùm ſecũdum rationem intelligendi: quia natura dicitur ſecundum quod eſt eſſe quoddam, perſona verò dicitur ſecundum quòd eſt quoddã ſubſiſtēs. Veritas autem huius præſuppoſiti ex vera intelligētia terminorũ patet intelligenti. Secundo prēſupponitur, quòd omne illud quod ineſt ſeu vnitur alicui perſonæ ſeu ſuppoſito, ſiue pertineat ad naturam eius ſiue non, vnitur ei in perſona. Quod quidem præſuppoſitũ patet ex eo: nam ſuppoſitũ ſeu perſona, vt dictum eſt, ſignificatur vt quoddam totum habēs naturam, ſicut partem perfectiuam, & alia quæ ei inſunt ſeu vniuntur, vt quædã adiacentia veniētia ab extrinſeco. Tertio prēſupponitur, quòd vnio verbi diuini incarnati non eſt facta in natura, quod quidem præſuppoſitum doctores euidēter probant inducendo ad impoſſibile ſi daretur oppoſitum. Vnio autem prædicta facta eſt in perſona: quod probatur euidenter à doctoribus noſtris, quam quidē probationem ad præſens ommitto. Ex quibus præſuppoſita veritate fidei, ſequitur quòd vnio verbi diuini incarnati eſt facta in perſona, ſic quòd vna & eadem perſona, quæ ſubſiſtit in natura diuina, æternaliter, ſubſiſtit etiam per ipſam vnionem in natura humana à verbo aſſumpta: ſecundum quam licet in Chriſto ſint duæ naturæ diſtantes & diuerſæ; non tamen in Chriſto eſt, niſi vna perſona; & vnum ſuppoſitum diuinum in vtraque natura ſubſiſtens. Cōſequentia patet. Nam ſi humana natura verbo diuino non vnitur in perſona, nullo modo ei vnitur, cùm iam præſuppoſitum eſt, quòd in natura non eſt vnio facta, & ſic fides incarnationis periret, quod eſſet contra omnia teſtimonia ſcripturarũ, quæ ſupra ſunt allegata, ex quibus diuinitas Chriſti comprobata eſt. Quibus præſuppoſitis ad tua argumenta ſic dicendum eſt. Ad primum enim dicendum, quòd quando duæ formæ ſeu naturę quãtumcunq; ſint diſtantes & diuerſæ, poſſunt tamen in vno ſuppoſito conuenire; non eſt inconueniens vnum prędicare de alio, ſed talis prędicatio poteſt eſſe cōtingens vel naturalis, ſicut cùm dico, album eſt muſicũ. Vnde quamuis natura

Secundum preſuppoſitum.

Tertiũ præſuppoſitum. Vnio verbi diuini incarnati non eſt facta in natura ſed in perſona.

Licet in Chriſto ſint duæ naturæ diſtantes & diuerſæ, nõ tamen eſt, niſi vna perſona, & vnum ſuppoſitum diuinum in vtraque natura ſubſiſtens.

Ad primũ argumẽtum reſpondit.

naturá humana & diuina ſint maximè diſtātia: per incarnationis tamen myſterium cōueniunt in vno ſuppoſito, vt dictum eſt, cui neutra illarum naturarū eſt per accidens, ſed ſecūdum ſe. Vnde hęc propoſitio: Deus eſt homo, non eſt in materia remota ſeu cō tingenti, ſed in materia naturali: prædicatur enim homo de Deo per ſe, ſicut de ſua hypoſtaſi, nō tamen ratione naturæ ſignificatæ per hoc nōmen Deus, ſed ratione ſuppoſiti, quod eſt ſuppoſitum humanæ naturæ.

Hæc propoſitio Deus eſt, homo eſt in materia naturali nō in remota, aut contingenti.

Ad ſecundum autem dicendum, quòd in myſterio Trinitatis perſonæ diuinæ conueniunt in natura, diſtinguútur tamē in perſonis ſeu ſuppoſitis: & ideo non prædicantur de ſe inuicem. In myſterio autem Incarnationis eſt oppoſitum: nam naturæ ſunt diuerſæ, perſona ſeu hypoſtaſis eſt vnica. Et ideo naturæ, quæ diſtinctæ ſunt, non prædicantur de ſe inuicem, prout ſignificantur in abſtracto. Non enim eſt verum dicere, quòd natura diuina eſt humana, ſed quia heæ duæ naturæ conueniunt in ſuppoſito, prædicantur de ſe inuicem in cōcreto tantum: & ſic verum eſt, quòd Deus eſt homo.

Ad ſecundū argumentū. Differentia in myſterio Trinitatis, & in myſterio Incarnationis.

Ad tertium dicendum, quòd in hoc quod nomen Dei incommunicabile attribuimus Chriſto, nō attribuimus nomen Deitatis homini ſecundū humanam naturā, hoc enim eſſet derogatorium Deitati, ſed attribuimus nomen diuinū Chriſto homini ſecundum ſuppoſitū æternum, quod per vnionē verbi eſt etiam ſuppoſitum humanę naturæ, vt dictum eſt.

Ad tertiū. Quomodo nomen diuinū attribuitur Meſſiæ homini.

Ad quartū dicendum, quòd licet humana natura in Chriſto ſit quoddā recens, ſuppoſitum autem humanæ naturæ in ipſo Chriſto nō eſt recens ſed æternum: & quia hoc nomen Deus non prædicatur de homine ratione humanæ naturæ, ſed ratione ſuppoſiti æterni: ideo non ſequitur, quòd in hoc habeamus ſeu cōcedamus Deū recentem. Et attende in iis, & ſimilibus, quòd ex vnione verbi cùm natura humana in ſuppoſito diuino facta, ſequitur, quòd ea quæ de Deo propriè dicūtur poſſunt dici de homine illo, cuius natura humana aſſumpta eſt in vnitate ſuppoſiti. Similiter, & illa quæ dicuntur de illo ſuppoſito ratione naturæ aſſumptæ, poſſunt etiam dici de Deo: quia ex vnione verbi modo ſupradicto facta, communicantur idiomota vtriuſque naturæ in eodē ſuppoſito.

Ad quartū argumentū. Humanæ naturæ ſuppoſitū æternum in Chriſto.

Idiomata vtriuſque naturæ communicantur in eodem ſuppoſito.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd per Scrutinium ſcripturarum communicatio idiomatum Dei & hominis in Chriſto ſufficienter comprobatur.

DISCIPVLVS.

Omnia per te dicta credo eſſe fideliſſima & vera: licet ad præſens non me ſentio tā idoneum, quòd illa plenè intelligā, deſidero tamē habere aliquā ſacram autoritatem, per quā communica-

municatio idiomatum per tę dicta approbetur, quod ſolum deſidero ad infidelium confutationem.

MAGISTER. Hoc quod quæris habes euidenter in proxima diſtinctione præcedenti, in qua de ſcrutinio ſcripturarũ circa Deitatem Chriſti tractatur. Fuit enim ibi per plures autoritates oſtenſum, quòd ſacra ſcriptura de vno & eodem affirmat quædam, quę ſoli Deo pertinẽt, & quędam alia quę pertinent ad hominem: ex quibus autoritatibus manifeſtè habes communicationem idiomatum ſupradictã in Chriſto ſeu Meſſia promiſſo.

DISCIPVLVS. Repete mihi rogo aliquas ex dictis autoritatibus, quia ex arduitate ſeu magnitudine myſterij, de quo tractatur, tam intellectus, quàm memoria mea conturbantur. Legitur enim Dan.10. quòd ex viſione Angelica Danieli facta dicebat: Vidi viſionem grandem, & nõ remanſit in me fortitudo, ſed & ſpes mea mutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquã virium. Vnde non mirum ſi non habeam in memoria omnia, quę mihi tradidiſti. Et ideo peto, vt ſaltem duas vel tres autoritates de prędictis memorię meę reducas, in quibus ſupradicta cõmunicatio idiomatum oſtendatur.

Dan.10.b.8

Autoritates communicationis idiomatum.

MAGISTER. In Pſalmo illo, qui incipit: Eructauit cor meum verbum bonũ vbi agitur de Chriſto, prout ſupra dictũ eſt, Pſalmiſta dirigens verba ſua ad ipſum Chriſtum, dicit: Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi, quòd eſt idioma pertinens ſoli Deo. Cui Chriſto in eodem contextu dicit: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię prę conſortibus tuis, quod eſt idioma pertinẽs homini. Vnde ex iſta autoritate habes idiomatum communicationem per me dictã. Item Hier.23. loquẽs de ipſo Chriſto, Propheta in perſona Dei dicit: Suſcitabo Dauid germen iuſtum, quod proprium eſt humanitatis. Et ibidem de eodẽ ſequitur. Hoc eſt nomen, quo vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. In quo loco vbi habemus Dominus, habetur in Hebraico nomen Domini Thetragramathon, quod ſolius Dei eſt proprium: & ſic ex hac autoritate habes prędictam cõmunicationem. Item Zach.12. dicitur in perſona Dei: Effundam ſuper domum Iuda ſpiritũ gratię, quod ad ſolùm Deum pertinet. Et ibidem de ſe ipſo ipſe Deus effundens gratiam dicit: Aſpicient in me, quem confixerunt. quod ſolùm pertinet ad humanam naturam, & ſic habes intentum. Similiter ex aliis autoritatibus ſupra allegatis ad probandum diuinitatem Chriſti, ſi eas diligenter ſcrutatus fueris, hoc reperies manifeſtè: & iſta tibi debent ſufficere ad prçſens.

Pſal.44.b.8

Hier.23.a.5.

Zac.12.c.10

CAPITVLVM V.

In quo oſtēditur, quòd non licebat in diuinis docere plures homines, nec prædicare de certis capitulis veteris teſtamenti, in quibus myſterium ſanctæ Trinitatis & incarnationis verbi continetur.

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta in hoc propoſito: ſed quia audiuerã à te ſupra, quòd Iudęi pro occultatione myſterij ſanctę trinitatis & incarnationis verbi diuini, prohibebant aliqua loca ſecreta ſeu capitula ſacrę ſcripturę publicè docere, vel de eis prędicare: idcirco peto, vt hęc mihi amplius declares.

MAGISTER. Duo ſunt capitula in veteri teſtamento, quorum prędicatio publica omnino prohibebatur in doctrinis Talmudicis, nec ſolùm hoc, ſed etiam dicere ea quę in eis continentur, pluribus diſcipulis erat inter eos prohibitũ, ita quòd nõ erat eis licitum docere de ſecretis illorum capitulorum, niſi vni magiſtro vnum diſcipulum diſcretum & idoneum vel duos tãtum. Quorum quidem capitulorum vnum eſt Geneſ. 1. aliud eſt Ezech. 1. quę quidem prohibitio habetur in Talmuth libro qui dicitur Haguiga, in cap. quod incipit Endorſin, quod ſignificat non docebunt. Quam quidẽ doctrinam ſequuntur omnes poſteriores, vt patet per Rab. Moyſ. in primo ſui Deut. in titu. de fundamentis legis cap. 2. particula vltima. Idem de eodem in libro de directione perplexorũ, part. 1. patet pręterea in multis capitulis. Ratio autem quare iſta occultabant aſſignatur ab omnibus generaliter talis, ſcilicet quia in illis capitulis continebantur alta & magna myſteria fidei, quę & qualia ſint illa nullus plenè declarabat, nec cõcorditer in iis ſe habebant, ſed ſub velamine & obſcurè ea tradebant: ſicut prefiguratum eſt per Moyſen, qui velamine poſito ante faciem ſuam populo apparebat. Tempore autem gratię quando reuelata facie magiſter noſter Chriſtus veritatem fidei ad ſalutem neceſſariam Diſcipulos docuit, quam ipſi etiam in populis prędicauerunt prędicta, quę antiquitus occultabãtur, in lucem veritatis palàm produxerunt. Circa quod ſcire debes, quòd in cap. 1. Geneſ. myſterium ſanctę Trinitatis cõtinetur: cùm enim dicitur: In principio creauit Deus, &c. vſq; ibi: Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. tres perſonę diuinę deſignãtur, prout ſupra diſtinctione nona dictũ fuit, & in eodem circa finem habetur idem, dicitur enim ibi: Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. vbi pluralitas in diuinis manifeſtè oſtẽditur, non enim dixit: Faciam hominem, ſed faciamus. Similiter in hoc quod dicit: Ad imaginem noſtrã. manifeſtè habetur, quòd in homine eſt imago Dei creata, quę

Marginalia (left): Ezech. 1. — *Quare duo capitula prohibita in doctrinis Talmudicis publicè legere & docere.* — Gen. 1. — Ezech. 1. — *Talmuth. lib. Haguiga. cap. Endorſin.* — *Rab. Moyſ.*

Marginalia (right): *Ratio prædicta prohibitionis.* — Gen. 1. a. 1. *Myſterium Trinitatis. Supra diſ. 9*

quæ ſummam Trinitatē per modum imaginis repræſentat. Vnde quia iſtud myſterium in hoc cap. incluſum non erat antiquis explicitè declarandum, idcirco prohibebatur eius declaratio, vt dictum eſt. In capit. autem 1. Ezechielis myſterium incarnationis continetur ſpecialiter in hoc quod dicit, quòd quaſi ſimilitudo hominis erat ſupra thronum poſitum ſuper animalia & rotas. In quo deſignatur, quod homo habebat præſidere toti vniuerſo tanquam Deus, prout iā ſupra fuit dictū diſt. 10. Quod quidem myſterium non erat tradēdum explicitè antiquis, ſicut nec primum: & ideo præcipiebatur, ne de hoc capitulo prędicarent ſeu docerent multitudinē.

Ezec. 1. b. 5. In quo myſterium continetur incarnationis

Sup. diſt. 10.

CAPITVLVM VI.

In quo redditur ratio, quare antiquis prædicta myſteria non explicitè, ſed implicitè tradebantur, & ibidem ponitur à diſcipulo quoddam exordium ad ea quæ ſunt in hac parte vlterius tractanda.

DISCIPVLVS.

Licet verum eſt, & ſic credo, quòd iſta duo myſteria in prædictis capitulis continētur, tamen vellem habere rationem occultationis: cū enim iſta explicitè credenda ſunt de neceſſitate ſalutis, mirū eſt quare non iſta antiquis explicitè tradebantur: non enim videtur dicendum, quòd hoc fiebat propter duritiā cordis eorum, nec fortè propter altitudinem myſteriorum ea nō crederent: quia legitur, quòd Deus expræſsè mandabat annūtiari veritatem, etiam eis qui nō erant diſpoſiti ad credendū. Legitur enim Ezech. 3. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, qui audit audiat, & qui quieſcit quieſcat, quia domus exaſperans eſt. vbi in hoc quod dicitur, qui quieſcit quieſcat, intelligitur ſecundum Hebraicam veritatē, ac ſi diceret: Qui noluerit credere non credat. Vnde ſcire deſidero, quare nō ſic fuit factū in iis, quę ſunt fidei de neceſſitate credenda, ſcilicet, vt proponerentur explicitè populo antiquo, licet ex duricia cordis eorum multi non crederent.

Quare prædicta myſteria fuerint occulta antiquis.

Ezech. 3. g. 27.

MAGISTER.

Hęc myſteria rationabiliter prohibebātur dici explicitè antiquis pręſertim vulgaribus. Populus enim ille pronus erat ad credendum multitudinem deorum: & ideo Deut. 4. monebat eos Moyſes dicēs: Scias quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & nō eſt alius pręter eum. & infra: Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, quia Dominus ipſe eſt in cęlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius, quod ſępe eis iſta dicebat, vt auerteret eos, ne declinarent ad credendum multitudinē deorum, ad quod erant proni: ſimiliter proni erāt ex ſua ruditate & intellectus imbecillitate ad credendum corporeitatem eſſe in Deo. Rudes enim & intellectu imbecilles non percipiunt entitatē eſſe niſi in rebus corporalibus,

Populus Hebreorū pronus erat ad credendam multitudinē deorum, & corporitatē eſſe in Deo.

Deut. 4. f. 35.

bus, qua ratione populus ille ſumpta modica occaſione ex moroſitate Moyſi in monte, fecerunt vitulũ in Oreb, quẽ adorauerunt,& ei ſacrificauerũt dicentes: Ij ſunt dij tui Iſrael, qui te aſcendere fecerunt de terra

Exo.32.a.4 Aegypti. Exod.32. Ideo eos monebat Moyſes ca. ſupradicto, dicens: Cuſtodite ſollicitè animas veſtras, quoniam non vidiſtis omnem ſimilitudinem, in die qua loquutus eſt vobis Dominus in Oreb de medio ignis, ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, &c. Vnde ſi tali populo explicitè traditũ fuiſſet myſterium ſanctæ Trinitatis, faciliter laberetur in errorem credẽdi multos eſſe deos, qui eſſet error valdè periculoſus. Similiter ſi eis fuiſſet traditum myſterium incarnationis verbi, faciliter fuiſſent lapſi in errorem ponendi in diuinitate corporeitatem, quod nephas eſt. Vnde patet ratio, quare iſta myſteria fuerint eis tradita implicitè, vt docti eorũ, qui ſanè intelligebant ſcripturas, poſſent ea habere plenè quãtum eos decebat, ſimplices autem & rudes haberent de eis ſolùm implicitam cognitionem, quæ ſufficiebat eis ad ſalutem, ſecundum quam non laberentur in errores ſupradictos.

DISCIPVLVS. Sufficit mihi ratio prędicta ad hoc quod quærebam: de cætero autẽ vellẽ vt me illuminares de quibuſdã, quæ in corde meo quaſi problemata quandoq; verſantur: quę licet dubitationem in me non cauſant circa ea quæ fidei ſunt. Abſit. Tamen inducũt deſiderium ſciendi rationem eorum. iuxta illud Pſalm. Mirabilia teſtimonia tua Domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Ex quo ſcrutinio. Pſalm. deſiderabat declarationem & intellectum paruulis competentem: vnde ſubdit: Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Eo enim, quod teſtimonia fidei ſunt credibilia nimis, vt alibi dicit, & etiã ſunt mirabilia, quia de multis, quæ ad ea pertinent, neſcit homo ſimplex, & quaſi non uitius reddere rationem. Idcirco fidelis ſcrutatur multa circa rationem eorum, quę ad fidem pertinent, non vt dubitet. Abſit, ſed vt deuotius atque tenatius fidem teneat. In quibus problematibus per me tibi proponendis non intẽdo ſeruare aliquem ordinem artificialem, ſed tãtum ea proponere, prout in corde meo verſantur, vt ex declarationibus tuis aſcenſiones deuote in corde meo Deo auxiliante producantur ſeu concreſcant.

Pſa.118.129 (margin, beside "illud Pſalm. Mirabilia teſtimonia")

Diſtinctio ſecunda de Scrutinio ſcripturarum, circa quædam quæ pertinent ad excellentiam Virginis glorioſæ, & continet duodecim capitula.

In capitulo primo proponuntur à diſcipulo tres admirationes, circa ea quæ de Virgine glorioſa in ſcripturis ſacris videntur ommitti ad ipſius excellentiã pertinentia.

In capitulo ſecundo magiſter præmittit

mittit quædam præambula ad prædictas admirationes tollendas, & ibi declarat, quòd virtutes beatæ Virginis ſpecialiter ipſius humilitas cōſideranda eſt ſumma, ſcilicet heroica.

In capitulo tertio diſcipulus arguit contra quædam quæ in præcedenti capitulo à magiſtro fuerunt tradita, ad quæ in eodem magiſter reſpondet, & tollit primam admirationem.

In capitulo quarto diſcipulus repetit ſecundam ſuam admirationē, ad quam magiſter in eodem reſpondet eam ſoluens. In quo capitulo declaratur quędā pertinentia ad genealogiā Chriſti Matthæ.1. contentam.

In capitulo quinto diſcipulus repetit ſuam tertiam admirationem, ad quam magiſter ibi reſpondet.

In capitulo ſexto diſcipulus replicat contra reſponſionem magiſtri, ad quod magiſter ſufficienter reſpondet, concludens ex ſupradictis, quòd magnam deuotionem oportet, vt habeant fideles circa Virginem glorioſam.

In capitulo ſeptimo diſcipulus ponit quandam aliam admirationem, quæ ſibi videtur, circa hoc quòd non legitur ipſam viſitaſſe ſepulchrum Chriſti, ſicut de mulieribus & quibuſdam diſcipulis legitur, ad quod ibidem à magiſtro reſpondetur.

In capitulo octauo proponitur à diſcipulo alia admiratio ſpecialiter circa hoc, quòd non legitur Chriſtum ipſi Virgini glorioſæ miſiſſe angelos ad annunciandū ſuam reſurrectionem, ſicut miſit mulieribus & diſcipulis, ad quod reſpōdetur à magiſtro ibidem, declarando aliqua quæ pertinent ad excellentiam fidei Virginis beatæ.

In capitulo nono ponitur à diſcipulo alia admiratio de hoc quod non legitur Chriſtum apparuiſſe in ſua reſurrectione Virgini glorioſæ, cùm tamen de apparitione ad mulieres & diſcipulos fiat plures mētio, ad quod in eodem à magiſtro reſpondetur.

In capitulo decimo oſtenditur, quòd tam perfectio fidei Virginis glorioſæ, circa reſurrectionem Chriſti, quàm etiam imperfectio fidei Apoſtolorum circa idē conueniens fuit ad Eccleſiæ vtilitatem.

In capitulo vndecimo oſtenduntur quędam, quę ad ordinem manifeſtationis, circa reſurrectionem Chriſti pertinent. Ex quibus concluditur, quòd ad beatam Virginem non pertinebat mitti ad reſurrectionem annuntiandam propter excellentiam ſuę dignitatis.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd deuotio cuiuſcunque fidelis excitari debet ad Virginem glorioſam ſuper omnes ſanctos citra Chriſtum, qui ſanctus ſanctorum eſt.

CAPITVLVM I.

In quo proponuntur à diſcipulo tres admirationes, circa ea quę de Virgine glorioſa in ſcripturis ſacris videntur ommitti, ad ipſius excellentiam pertinentia.

MAGISTER.

PLACET mihi quòd ea quæ in corde tuo verſantur, vt problemata, de quibus miraris, eo quod effectū cognoſcis, cauſas tamen ignoras, mihi proponas, vt tibi reſpōdeam prout potero, auxilio opitulante diuino.

DISCI-

Ariſtote. 2. Methaphi. DISCIPVLVS. Quia vt noſti ſecūdum Philoſophum in 2. Methaphiſicę. Philoſophari incipit ab admirari: idcirco ego tanquam incipiens ab Altiſſimo peto cū Pſalm. *Pſal. 118.* Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Per quæ quidem mirabilia, à me conſiderata, anima mea ad ea ſcrutandum inducatur: iuxta illud, quod ſupra dicebā: *Ibidem.* Mirabilia teſtimonia tua Domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Per quod ſcrutinium declarationem ſermonum Dei, & illuminationem intellectus mei, & paruulorum mei ſimiliū, Domino dirigente, ſpecto. Subdit enim Pſalm. *Ibidem.* Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Circa quod primo occurrit mihi conſiderandum de ſcrutinio ſcripturarum, de quibuſdam, quæ ad beatam pertinent Virginem, vt ſicut ab illa beatiſſima ſalus noſtra exordium ſumpſit, ſic ab eadem pars iſta tractatus noſtri initiū ſumat. Circa quod occurrit mihi quædam non modica admiratio, quę talis eſt. *Quare in nouo teſtamento Mariæ virginis commendatio non fiat.* Quomodo ſacra ſcriptura, quæ conſueuit ſanctos excellentiſſimos commendare, & eorum geſta & virtutes narrare, vt patet de Abrahā Gen. 18. & 26. *Gen. 18. & 26.* & de Moyſe Nume. 12. *Num. 12.* Et ſic de quibuſdā aliis excellentibus ſanctis: de beata tamen Virgine, quæ excellentior cæteris fuit, non leguntur in nouo teſtamēto aliquæ commēdationes ſimiles, nec narrantur eius virtutes ſeu aliqua propria geſta, quas quidem virtutes credendū eſt fuiſſe maximas, quæ in nouo teſtamento præcipuè videntur debuiſſe narrari. In Euāgelio enim legimus conceptionem Ioannis Baptiſtæ, & eius natiuitatem, ſimiliter, & de eius vita virtuoſa & morte: *Ioannes Baptiſta commēdatur in Euang.* de beata verò Virgine, quæ excellētior Ioanne fuit, nihil horū in Euangelio legitur, nec in Epiſtolis, nec in Actibus Apoſtolorum. In quorum tamē tempore ipſis Apoſtolis præſentibus, prout in Eccleſia legitur aſſumpta eſt. Non ergo modica admiratione dignum videtur, quòd in toto nouo teſtamēto de prædictis geſtis beatæ Virginis, ſcilicet conceptione, natiuitate & aſſumptione, nulla mētio fiat, ſed omnia prętermittantur, cùm tamen de Baptiſta ſingula prędicta expreſsè in Euangelio narrantur. Ex qua prætermiſſione contingit, quòd in officio aſſumptionis ſuæ, quę eſt potiſſima ipſius feſtiuitas, legitur communiter in Eccleſia Euāgelium illud: Intrauit Ieſus in quoddā caſtellum, &c. *Luc. 10. g. 38.* In quo Euangelio nihil agitur de ipſa Virgine glorioſa, vt eſt manifeſtū. *Euangeliū, quod in feſto Aſſumptionis legitur ad Virginem non pertinet.* Hiſtorialia etiā, quæ in iſta feſtiuitate leguntur omnia ſunt Apochripha extra Canonem Bibliæ contenta, vel non ſibi propria, vt cùm legitur illud Eccleſiaſt. 24. *Eccleſi. 24. a. 11.* In omnibus requiem quæſiui, &c. quæ propriè intelligitur de ipſa ſapiētia increata, non autē de beata Virgine. Vnde talia, licet non ſibi

propria,

propria, in ſuis feſtiuitatibus legantur, eo quod in ipſo Canone talia de vita ſua nec de ipſius miraculis & geſtis non continentur, quod apud me vertitur in magnam admirationem.

Luc. 1. c. 26. Secunda admiratio.

Prætereà cùm Lucas narrat miſſionem Angeli ad ipſam, dicens: Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem, &c. teſtatur Euangeliſta de Ioſeph, qui erat de genere Dauid, dicens: Miſſus eſt Gabriel à Deo, &c. Ad Virginẽ deſponſatã viro, cui nomen Ioſeph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria.

Quare Euãgelium non explicet Deiparam fuiſſe de Regia ſtirpe Dauid, ſed ſolum Ioſeph.

Vnde ex contextu prędicto habemus, quòd Ioſeph erat de genere Dauid, non tamẽ ex litera Euangelij habetur, quòd Maria eſſet de genere Dauid. Quę quidem narratio dupliciter in me cauſat admirationẽ, quarũ vna eſt. Cùm enim eſſet de domo Dauid, dicat aliquid pertinens ad excellentiam, cùm domus Dauid eſt domus regia, à Deo ſingulariter inter omnes regias dignitates approbata, & in ſcripturis valde commẽdata. De qua domo ſecundum veritatẽ fidei ipſa Virgo glorioſa fuit: quare ergo Euangeliſta non expreſſit de Maria, quòd eſſet de domo Dauid, & tamen hoc dixit de Ioſeph.

Cum Chriſtus ex Ioſeph nõ deſcendat, ſed de Maria, Cur Euangeliſta faciens de Ioſeph mentionẽ dicit eũ eſſe de domo Dauid, de Virgine nulla mẽtione facta, de qua deme eſſet.

Secunda verò admiratio, quæ in hoc loco mihi occurrit & primam confirmat eſt talis. Nam quod Ioſeph eſſet de domo Dauid vel non, hoc nihil facit ad genealogiã Chriſti. Non enim Chriſtus deſcendit de Ioſeph. Abſit. Sed de Maria virgine. Cur ergo Euangeliſta fecit mentionẽ expreſſam de Ioſeph, in hoc quod deſcenderet ſecundum originem à Dauid, & tamẽ nullam fecit mentionem, de qua domo eſſet beata Virgo, in quo conſiſtebat fundamentum totius genealogiæ Chriſti à Dauid deſcendentis.

Quare Chriſtus non honorauit matrem in colloquiis.

Prætereà inter pręcepta decalogi præceptũ de honoratione parentũ eſt primum & præcipuum in ſecũda tabula, in qua dãtur præcepta, quę ordinant hominem ad proximũ: Chriſtus autem, qui totam legẽ impleuit, non legitur honoraſſe matrem ſpecialiter in ſuis colloquiis. Nuſquam enim legitur eã vocaſſe matrem, quod eſt nomẽ maximè dignitatis ad fœminam pertinentis, ſpecialiter reſpectu tanti filij, ſcilicet Chriſti, cùm tamen verè ſic potuiſſet eam vocare, ſed ſolùm legitur eam vocaſſe mulierem, quod eſt nomẽ commune ad totum ſexum fœmineum humani generis. Legitur enim Ioann. 2. Quid mihi & tibi eſt mulier. Et Ioan. 19. Mulier ecce filius tuus. Ex quibus patet, quod dignitatẽ maternitatis Chriſti, quæ eſt ſumma dignitas, quæ ad mulieres poſſet pertinere Chriſtus ſubticuit, & matri alloquens ſolam eam mulierem tantummodo vocabat.

Ioan. 2. c. 4.
Ioã. 19. c. 26

Chriſtus nũquam Virginem honorauit matrem eam vocando.

Quid ergo magis mirandum, quã Chriſtus, qui veriſſimè Virginem glorioſam matrem vocãdo ſumè honoraſſet, hanc ſingularem excellentiam ſubticendo, tantummodo mulierem eam vocat,

cat,quod nomen non ſolùm bonis mulieribus cõuenit,ſed etiã aliis quibuſcunque. Quid ergo dicendum,nunquid Chriſtus aliquid ommiſit de pertinẽtibus ad parentum honorem. Abſit. Vnde circa prædicta illa illuminationem & intellectum paruulis competentem deſidero.

CAPITVLVM II.

In quo magiſter præmittit quædã præambula,ad prædictas admirationes tollendas. Et ibi declarat, quòd virtutes beatæ Virginis ſpecialiter ipſius humilitas conſideranda eſt ſumma,ſcilicet heroica.

MAGISTER.

Gaudeo valde, quòd in tuis problematibus à beata Virgine tuum ſcrutinium initiũ ſumpſit: de cuius miſericordia confido,quòd ipſa intercedẽte,in tua illuminatione & deuotione proficies. De ipſa enim poteſt intelligi illud Prouerb.2. Si quęſieris eam tanquam pecuniam,& tanquam theſauros eam ſcrutatus fueris,tunc intelliges timorem Domini,&c. Ad declarationem autem eorum, de quibus admiraris,quædam ſunt præmittẽda. Quorum vnum eſt, quòd humilitas licet nõ videatur numerari à Philoſophis inter virtutes morales nec intellectuales: in ſacra Scriptura tamen, & in dictis ſanctorum doctorum humilitas,tanquam magna virtus commendatur,in tantum quòd dicitur eſſe fundamentum omnium virtutũ.

Prou.2.2.4.

Humilitas licet à Philoſopho nõ ponatur inter virtutes morales,tamen in ſacra ſcriptura eſt omnium virtutum fundamentum.

Vnde Auguſt. in libro de verbis Domini,dicit: Si cogitas magnã fabricã conſtruere celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Conſtat autem,quòd fundamentum eſt de primis & principalioribus partibus ædificij corporalis. Et ſic patet, quòd humilitas debet cenſeri de principalibus ædificij ſpiritualis,ſcilicet virtutum partibus. Et inde eſt,quòd ſicut natura ſecundùm Boëtium in libro de Conſolatio ne ſumit initium à perfectis, ſic ſentiendum eſt de grátia,quę naturam perficit. Scrutando enim ſacram ſcripturam reperimus, quòd in viris, in quibus aliqua excellẽtia ſanctitatis ſumit exordium,in eis ſpecialiter fit mẽtio de eorũ magna humilitate. De Abrahã enim,qui primus in publicatione fidei legitur fuiſſe,ſimiliter in ſuſceptione ſignaculi fidei, vt habetur Gen.12.& 17. legitur de ſeipſo, Deo dixiſſe: Cùm ſim puluis & cinis. quæ verba magnam inſinuant humilitatem,non enim ſe aſſimilauit animalibus brutis nec plantis, ſed pulueri & cineri,quę ſunt viliſſima in rerum natura. Similiter & de Moyſe, qui ſolus fuit legiſlator in veteri teſtamẽto legitur: Erat enim vir mitiſſimus ſuper omnes homines,qui morabãtur in terra. Num.12. in quo eius mititas ſeu humilitas præfertur humilitati aliorum quorumcunque in ſeculo illo exiſtentiũ. De Dauid etiã, qui primus Rex à Deo approbatus fuit, cui etiam fuit

Auguſt. de verb. Domi.

Humilitas inter virtutes ſanctorũ primas tenet.

Gen.12. & 17.

Abrahe humilitas.

Moyſes mitis & humilis.

Num.12.3.

Dauid humilitas.

facta repromiſſio Chriſti de ſemine ſuo vẽturi, legitur Deo dixiſſe: Quis ego ſum Domine Deus meus, aut quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſq;. 2. Reg. 7. Inquibus verbis notatur magna humilitas ipſius Dauid, qui etiã poſtquam accepiſſet à Deo regnum, quod iam pacificè poſſidebat, & per multa & magna bella, & de omnibus aduerſariis & vicinis regibus triumphum habuiſſet. Cũ iis tamen & aliis magnis proſperitatibus non ſolùm ſeipſum, ſed etiam totam domũ ſuam vilificabat, dicendo: Quis ego ſum, & quę domus mea, &c. quaſi dicat, nihil ſum & domus mea, quodad magnam humilitatem pertinet. Nam vt ait Bernardus: Non eſt magnum eſſe humilem in abiectione, magna prorſus & rara virtus eſt humilitas honorata. In nouo autem teſtamento redemptor & magiſter noſter Chriſtus, à quo omnis gratia & virtus deriuatur, ſuis diſcipulis dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Matthæi 11. Rationabile igitur eſt, quòd in beata Virgine, quę Chriſtum plenum gratia & veritate cõcipere meruit virtus humilitatis pręcipuè, viguiſſet. Et ideò in Cãtico proprio dicebat: Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Circa quod notandum, quòd ſolùm de humilitate ſua fecit mentionem, quæ eſt fundamentum virtutum, vt dictum eſt, non autem de virtutibus aliis ædificatis ſuper huiuſmodi fundamentũ, licet omnes plenè habuiſſet, quæ gracia plena per Angelum teſtatur fuiſſe. Ratio autẽ, quare de aliis virtutibus non fecit mentionem, niſi de ſola humilitate talis eſt. Nam ad virtutem humilitatis propriè pertinet nõ magna de ſeipſo ſentire, ſed credere & pronunciare ſe omnibus viliorem, prout in gradibus humilitatis in regula beati Benedicti contentis habetur. Vnde de hoc quod beata Virgo profitebatur ſe habere humilitatem, nõ ſequitur, quòd haberet virtutes, ſed ſolùm fundamẽtum virtutum, quaſi dicat, ſolam capacitatem habeo ad virtutes ſuperædificandas, etiam ſi ſuperiora ædificia virtutum in me non aſſint. Et notãdum, quòd virtutes beatæ Virginis conſiderãdę ſunt eſſe heroicę, ſcilicet, quaſi diuinæ, de quibus Philoſophus tractat in 7. Ethicorũ. Ad cuius declarationem attende, quòd ſecũdum Auguſt. de moribus Eccleſiæ, cui ſententiæ antiqui Philoſophi concordant: virtutes quadrupliciter conſiderantur. Vno modo, prout ſunt pollitice, & ſic pertinent ad homines, in quantum rectè ſe habẽt in rebus humanis gerendis, & de iſtis virtutibus Philoſophi cõmuniter tractant: Aliò verò modo conſiderandæ ſunt virtutes, vt exemplares, & ſic pertinẽt ad Deum, in quo præexiſtunt omnium rerum perfectiones, & per conſequens perfectiones virtutum, & de iſtis exemplaribus virtutibus

2. Reg. 7. c. 18.

Bernardus.

Chriſti humilitas.

Matth. 11. d. 29.

Luc. 1. e. 48

Beata Virgo licet omnes virtutes habuiſſet de humilitate gloriatur.

Benedictus in regula.

Beata virginis virtutes ſunt heroicæ, nempè quaſi diuinæ.

Ariſtot. 7. Ethic.

Auguſt. de moribus Eccleſiaſt.

Virtutes quadrupliciter conſiderantur.

Primo modo pollitica in hominibus.

intelligendæ ſunt omnes virtutes, quæ in ſacris ſcripturis Deo attribuuntur, vt miſericordia & iuſtitia, & huiuſmodi. Inter quas virtutes, ſcilicet pollititicas & exemplares, quæ ſunt quaſi in extremis poſitæ, quædam mediæ interponuntur, quarũ quædam dicuntur virtutes purgatoriæ, quæ pertinent ad illos, qui virtutes politicas traſcendẽtes, in ſimilitudinem diuinarum virtutum conantur tendere. Alio etiam modo numerantur virtutes, quę dicuntur purgati animi, & pertinent ad illos, qui iam diuinam ſimilitudinem, in huiuſmodi virtutibus quodammodo aſſequuntur, quantum in hac vita poſſibile eſt: & ideo à Philoſophis vocantur virtutes heroicę, ſcilicet diuinæ. De qua diſtinctione virtutum quadruplici, ad plenum habebis in 1.2. quęſt. 61. Quòd autẽ virtutes beatæ Virginis conſiderandæ ſint eſſe heroicę, patet ex ſua prima reſponſione ad Angelum ſalutantem, in qua dixit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. Si enim ſenſum horum verborum diligenter ſcrutatus fueris, manifeſtè reperies, quòd eius virginitas heroica conſideranda eſt, & non politica ſeu purgatoria. Nõ enim dixit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virginitatem voui. nec dixit: Virginitatis propoſitum firmiter habui vel habeo. ſed dixit: Quoniam virũ non cognoſco, quod non includit votum, nec propoſitum virginitatis: ſunt enim multæ virgines, quæ nunquam cognouerũt virum, & tamen non vouerunt virginitatem, nec habent eam in propoſito. Similiter licet veriſſimum eſt, quòd nũquam virum cognouit, tamen prædicta verba non ſunt intelligenda, prout primo modo ſonant, ſcilicet, quòd beata virgo ſolùm teſtabatur de ſe, quòd nunquam virum cognouerat, quia ſic reſponſio ſua in nullo ſatisfaceret Angelo, nec propoſito correſponderet. Sunt enim multæ virgines, quæ nunquam virum cognouerunt, & tamen nec tales poſtea concipiunt & pariunt. Vnde vt prędicta verba propoſito correſpondeant ſeu aliquam vim habeant reſpõſionis, oportet vt ſic intelligantur, ſcilicet virum non cognoui, id eſt concupiſcentias carnales nedum non habeo ſeu pro pono, vel voui non habere, nec etiã paſſiones reprimo, ſeu terrena deſpicio, quòd pertinet ad virtutem purgatoriam, ſed etiã eas penitus neſcio, & totaliter ignoro, quę eſt altior & perfectior virginitas, quàm virginitatis propoſitum habere, ſeu virginitatem vouere: propriè enim, hoc pertinet ad virginitatẽ purgati animi, ſcilicet heroicam, nõ autem ad politicam ſeu purgatoriam. Quibus pręnotatis, ad tollendas tuas admirationes procedendum eſt. Et primo ad primã dicendum, quòd geſta & facta beatę virginis, quæ indubiè maxima fuerunt, in nouo tamen teſtamento

Secũdo modo ſunt exẽplares, in Deo.

Tertio virtutes purgatoriæ.

Quarto modo virtutes purgati animi, quæ vocantur heroicæ.

S. Tho. 1.2. q. 61.

Virginis virtutes heroicæ.

Luc. 1. d. 34.

Quomodo intelligatur Virum non cognoſco.

Virginitas in Deipara Heroica.

Notanda expoſitio.

Heroica B. Mariæ virginitas.

Reſpondit ad primam admirationem.

ſtamento penitus ſubticentur, niſi ea tantum, quæ ſunt à nobis neceſſario credenda explicitè, ſicut eius virginitas & maternitas Chriſti, iſta exprimuntur in Euangelio, & in ſymbolis fidei nobis proponuntur, tanquam neceſſario explicitè credenda. Similiter & eius humilitas exprimitur cùm dicitur: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Vnde ex hoc poſſumus rationem ſumere de iis quæ admiraris, ſcilicet quo modo cætera geſta virtuoſiſſima, & facta beatæ virginis in ſcripturis Canonicis ſubticentur. Nam hoc fuit ratione ſuæ humilitatis: humilitas enim ſumma & heroica, ad quam ſoli perfectiſſimi attingunt, quã ipſa beata virgo cõſequuta eſt, nõ patitur ſuas laudes audire, nec in eis delectatur, ſed potius compungitur, eo quod nõ credit de ſe magna, quod patet per rationem ſumptam ab oppoſito. Nã ſicut arrogans intimo cordis ſui affectu credit ſe omnibus ſanctiorem, vt habetur in Euãgelio Lucę 18. de Phariſæo aſcendente in templum, qui ſe arroganter commendans cæteros ſpernebat: Sic eius oppoſitum dicendum eſt de vero humili, ſcilicet, quòd opinetur ſe omnibus viliorem. Humilis autem heroicus ſupra hoc tranſcendit vſque ad hoc, quòd in fugam laudantiũ tendat, quaſi tædium habeat audiendo commendationes proprias: & ideo in ſacris ſcripturis noui teſtamẽti non leguntur commendationes beatę Virginis, niſi tãtum ſupradictæ, quæ à nobis de neceſſitate credendæ ſunt, humilitas eius etiam exprimitur; vt ex ea poſſimus ſumere rationem, quare laudes eius in ſcripturis ſacris ſubticentur, vt dictum eſt. Vnde cõceptio vel natiuitas ſeu mors ipſius, in quibus magna miracula contigiſſe piè credi debet, nõ narrãtur in ſcripturis canonicis, ne ex tali narratione ipſi virgini glorioſæ, quæ tunc in humanis viuebat, & ea quæ in ſacris eloquiis ſcribebantur, eam non latebant, faſtidium ſeu tædium generarent ratione prędicta. Conceptio tamen & natiuitas Baptiſtę, & huiuſmodi narrantur in Euangelio, eo quòd in Propheticis ſcripturis antiqui teſtamenti de præcurſore Chriſti expreſsè agitur, vt Iſa. 40. & Malach. 3. & in aliis locis, & ſic oportebat, quòd ſcripturarum impletionem de ipſis Euangeliſta teſtaretur: nec etiã de Ioãne, licet ſanctiſſimo, eſt neceſſario credẽdum, quòd ad gradum humilitatis heroicę, ſicut beata virgo attigiſſet.

Maternitas cùm virginitate exprimũtur in nouo teſtamento, de Maria cæteris virtutib⁹ omiſſis.

Luc. 1. c. 48.

Virginis facta ſubticentur ratione eius humilitatis.

Ratio in contrarium de arrogante.

Lucæ 18. b. 10.

Vere humilis tædiũ habet cùm proprias cõmendationes audit.

Humilitas virginis, quare magis exprimitur quàm alia virtutes.

Conceptio, & natiuitas Baptiſtæ, quare magis narratur, quàm virginis.

Iſa. 40. a. 3. Mala. 3. a. 1.

CAPITVLVM III.

In quo diſcipulus arguit cõtra quædam quæ in precedenti capitulo à magiſtro fuerunt tradita, ad quę in eodem magiſter reſpondet, & tollit primam admirationem.

DISCIPVLVS.

LIcet dulcia faucib⁹ meis ſint eloquia tua; adhuc tamẽ deſidero amplius informari de iis,

quæ circa admirationem meam propoſuiſti. Dixiſti enim, quòd humilitas heroica non patitur ſine faſtidio ſeu tædio laudē ſuam audire, quod apud me eſt mirabile. Deus enim, cuius virtutes excedunt heroicas, ſunt enim exemplares, vt tu doces: vidimus tamen per ſacras ſcripturas debere laudari. Dicit enim Pſal. Sacrificium laudis honorificabit me. & alibi. Semper laus eius in ore meo. Idem enim Pſalmiſta etiam ſemper hortatur homines ad Dei laudem, cùm dicit: Laudate Dominum omnes gentes. Laudate pueri Dominum, & huiuſmodi. Quomodo ergo Deum laudamus debitè & meritoriè, cuius humilitas eſt ſumma & exemplaris, qui cùm eſſet Deus infinitus & immortalis, humiliauit tamen ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. ad Philipenſ. 2. Si enim Deo cuius humilitas eſt immenſa, & ineffabilis, laus tamen vocalis ei placet, qui etiam corda hominis ſcrutatur, in quibus vera & potiſſima laus conſiſtit, & qui ex ſuis laudibus ab hominibus prolatis nō poteſt ad meliora prouocari, cùm ſit immutabilis & optimus, quo non eſt dare melius, neque æquale: quomodo ergo de beata Virgine non fuerunt laudes in ſacris ſcripturis proferendæ, cuius perfectiones ſeu virtutes quantumcunque magnæ, & inter puras creaturas maximæ,

Pſal. 49. d. 23.

Pſal. 33. a. 1.

Pſa. 116. a. 1.

Pſal. 112. a. 1.

Cùm Chriſti humilitas omnibus excellentior ſit, quare laudari vult, & Virginis laudes ſilentio præteriri voluit in ſacra ſcriptura.

Philip 2. a. 7

ſemper tamē citra perfectiones Chriſti ſunt ſtimandæ. Item ipſa Virgo glorioſa ſeipſam legitur commendaſſe: ipſa enim dicit de ſeipſa: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. quod ad magnam laudem pertinet, cùm humilitas, prout tu dixiſti, ſit fundamentum omnium virtutum. Itē dicis, quòd oportebat, quædam geſta Baptiſtæ in Euangelio narrari, vt impletio eorum, quę in Propheticis ſcripturis de pręcurſore Chriſti pręnunciata fuerunt, teſtaretur impletio, quod dictū mirabile eſt in oculis meis. Nunquid dicendum eſt de beata Virgine, quòd nihil fuit pręnoſticatū in Propheticis eloquiis, ſicut de Baptiſta? Abſit. De ipſa enim legitur Iſa. 7. Ecce Virgo concipiet. Et egredietur virga de radice Ieſſe. Iſaię 11. & quamplurima, quę in libro Canticorum de ſponſa dicuntur pręcipua, de ipſa pręcipuè intelliguntur: & ideo pari ratione & fortiori impletio eorum, quę de ipſa benedicta pręnunciata fuerant antiquitus, in nouo teſtamento teſtari debuiſſent, fuiſſe impleta ea ratione qua de Baptiſta per te ſupradictum eſt, placeat ergo de iſtis me amplius illuminare.

Ipſa virgo ſe ipſam ab humilitate commendauit.

Prophetia de Virgine.

Iſai. 7. c. 14.

Iſa. 11. a. 1.

MAGISTER. Circa hoc quod obiicis de laude Dei, quę vocaliter facta in ſcripturis commendatur, ſcire debes, quòd licet Deus, quātum ad eius eſſentiam, quę incomprehenſibilis eſt à nobis & ineffabilis, maior eſt

Eccleſi. 43. d. 33. enim omni laude, vt Eccleſi. 43. Similiter & laudum noſtrarum, ſicut nec bonorum noſtrorum Pſal. 15. a. 2. non indiget, vt in Pſalmo, nec per ipſas laudes ipſi aliquid de nouo innoteſcat, nec acreſcere poſſit: Omnia enim nuda & aperta ſunt ante oculos eius. Heb. 4. d. 13 Hebræo. 4. Laus tamen eius etiam vocalis eſt per vtilis nobis ad multa, cùm vt noſmetipſos, ſimiliter & alios audientes, ad eius reuerētiam inducamus noſtros affectus, & etiam audientium in Deum excitantes. Vnde cùm dixiſſet Pſalm. Semper laus eius in ore meo. Subdit: Audiant māſueti & lętentur, tum ad retrahendum affectus nóſtros & audientium ab iis quæ ſunt contra Iſa. 48. b. 9. Deum. Vnde Iſa. 48. Laude mea refrenabo te, ne intereas. Et ſic de laude Dei nullum inconueniens ſequitur, ſed cōmoda ſpiritualia, vt prædicta & multa alia quæ inde ſequuntur: ſecus eſt de laude hominis puri etiam perfectiſſimi, qui ſummam humilitatem heroicam conſequutus eſt, qui dum in hac vita exiſtit, & fragilitatem humanam perfectè cognoſcit, & perfectionem diuinam quātum poſſibile eſt in hac vita apprehendit, laudes proprias audire non patitur, vt de beata Virgine ſupra dictum eſt.

Diuina laus nobis multū vtilis. & multa cōmoda adfert, ſecus eſt de laude puri hominis.

Ad ſecundum verò, quod obiicis de illo verbo. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ex quo inferſ, quòd ipſa beata Virgo ſaltem ſeipſam de virtute humilitatis laudauit: dicēdum, quòd humilitas abſque alia virtute nō eſt commendanda ſeu laudanda vt integra virtus. Sicut enim fundamentum in ædificio corporali parum vel nihil valet, niſi addatur aliquid ſuper ædificatum: ſic ſentiendum eſt de humilitate, quæ fundamētum eſt virtutum, vt dictum eſt ſupra, quam niſi aliæ virtutes ſuper ædificentur, humilitas ſola modica, ſeu nulla laude eſt digna: & ideo beata Virgo, in qua erat plenitudo gratię & per conſequens virtutum, ſolam humilitatem teſtatur ſe habere, non autem alias virtutes ſuperædificatas, quas indubiè habuit, cùm plena gratiæ fuit. Et circa prædictum verbum vlterius notandū eſt, quòd humilitatem illam, quam beata Virgo ſe fatetur habere innuit eſſe remunerandam non ex condignitate ſeu congruentia ipſius humilitatis, ſed ſolùm ex acceptatione diuina. Dixit enim: Reſpexit humilitatē ancillæ ſuę, Luc. 1. e. 48. quaſi dicat, humilitas mea non ex ſe ipſa digna fuit remuneratione, ſed quia Deus eam reſpexit, id eſt acceptauit, eo modo quo dicitur Geneſ. 4. Reſpexit Gen. 4. a. 4. Dominus ad Abel & ad munus ſuum: & ideo in prædictis verbis bene intellectis beata Virgo potius commēdat acceptationem diuinam, quàm humilitatē ſuam.

Ad ſecundū. Humilitas ſine alia virtute non eſt commēdanda.

Quomodo beata Virgo humilitatē ſuam commendet.

Ad tertium verò, quod obiicis, dicens, quòd de beata Virgine debuiſſet teſtari in nouo teſtamento fuiſſe impleta, ea quę antiquitus fuerunt pręnunciata: pari

Ad tertiū. Quare omnia, quæ de Virgine ab antiquis fuerunt prophetata ab Apoſtolis non recitantur.

pari ratione & fortiori, ſicut de Ioanne Baptiſta fuerunt in Euãgelio tradita ea, quæ de eo prænunciata fuerunt. Dicendum, quòd illa, quæ in veteri teſtamento expreſsè de beata Virgine fuerunt tradita, vt eſt Virginitas cũ cõceptu & partu, Iſa. 7. *Iſa.7.c.14.* Similiter, & quòd eſſet de radice Ieſſe, & de ſtirpe Dauid, vt Iſa. 11. *Iſa.11.a.1.* Iſta ſimiliter traduntur expreſsè in nouo teſtamento, vbi eius Virginitas & maternitas Chriſti & deſcenſus Chriſti de genere Dauid expreſsè traduntur. Cætera verò virtuoſiſſima, quæ in veteri teſtamento nõ expreſsè, ſed figuratiuè, ſeu enigmaticè traduntur de pertinentibus ad ipſam, vt in Canticis canticorum & ſimilibus, ſubticentur ſeu prætermittuntur in nouo teſtamẽto, eo quod Apoſtoli & Euangeliſtæ fuerunt ei contemporanei, & cognoſcebant, quòd ſumma humilitas ſua de talibus attædiaretur narrationibus, vt dictum eſt. Poſtremi verò, qui poſt Apoſtolos & alios contemporaneos ſcripſerunt, quamplurima glorioſa & mirifica tradiderunt de ea, puta quòd iam in cælo eſt aſſumpta, & ſimilia, quæ ad laudem Dei & exemplũ ſalutiferum aliorum narrantur grata & acceptabilia ſunt.

CAPITVLVM IIII.

In quo diſcipulus repetit ſecũdam ſuam admirationem, ad quam magiſter reſpondet in eodem eam ſoluens. In quo capitulo, quædam declarantur pertinentia ad genealogiam Chriſti Matth. 1. contentam.

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta ad mei primam admirationem tollendam: ſed peto vt procedas ad ſecundam, ſub qua duplicem admirationem tibi propoſui, quarũ vna fuit de hoc, quod Ioſeph in Euangelio exprimitur fuiſſe de domo Dauid, de beata tamen Virgine non exprimitur ſic. *De ſecunda admiratione, quæ duplex eſt petit diſcipulus informari.* Ad quam admirationem tollendam ſufficiunt mihi ſupradicta. Nam eam eſſe de domo Dauid eſt quoddam excellẽs, quod humilitas ſumma ſeu heroica, quam beata Virgo in hac vita attigit non patiebatur audire. Idcirco fuit in Euangelio non expreſsè traditum, licet tacitè intelligatur. *Satis intelligitur Mariam eſſe de domo Dauid, licet nõ exprimatur.* In hoc enim, quod dicitur Matt. 1. Ex qua ſcilicet Maria natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. *Matt.1.c.16* Et in principio huius capitu. cùm legitur de Chriſto, quòd eſt filius Dauid, neceſſe ſequitur, quòd Maria, per quam Chriſtus ſecundum carnem immediatè deſcendit ſit de domo Dauid, præſuppoſito, quòd Maria concepit non ex virili ſemine ſed ex virtute Spiritus ſancti, prout expreſsè traditur à Matth. eodem capit. vbi dicitur: Quod enim *Matth.1.d.20.*

enim in ea natum eſt, ex Spiritu ſancto eſt. ſed hoc intelligitur argumentatiuè nõ expreſsè, ratione ſupradicta: & licet de hac admiratione ſim ſatiſfactus, adhuc remanet mihi ſecunda in hoc loco, ſcilicet, cur Matthæus Euangeliſta genealogizauit Ioſeph, de quo Chriſtus nullo modo deſcendit, neque eius genealogia facit ad genealogiam Chriſti, & tamen prætermiſſit genealogiã Virginis, in qua fundamentũ totius genealogiæ Chriſti à Dauid deſcendente conſiſtit, & de hoc peto à te plane doceri.

Secunda admiratio.

Quare ponitur Ioſeph, genealogia & non Virginis.

Gloſſa.

MAGISTER. Admiratio enim tua rationabilis eſt: in gloſſa enim noſtra ſuper hunc locum ſic dicitur: Quid ad Chriſtũ generatio ex Dauid deducta ad Ioſeph, cùm Chriſtus non ex ſemine Ioſeph ſit. & licet huic quęſtioni ſeu admirationi in eadem gloſſa reſpondetur, quòd nõ eſt conſuetudo ſcripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur, hoc tamen non videtur valere, eius enim cõtrarium inuenitur in ſcripturis. Nam 1. Paralip. 2. in genealogia Ieſſe interponuntur mulieres, ſcilicet Saruia & Abigail, à quibus conſequenter ipſa genealogia texitur, vt ibidem patet: quã ratione & aliis quibuſdam, quæ hic cauſa breuitatis omittuntur, ſolutio prædictæ gloſſæ, quam multi expoſitores ſequũtur, ad tuam admirationem tollendã non ſufficit, ſed ſuper hoc videtur vlterius aliquid dicendum. Ad cuius euidentiam præſupponendũ eſt, quòd filius prout in paternis bonis ſuccedit, multipliciter poſſet dici, & quantum ad propoſitum ſpectat dupliciter. Primo modo. Dicitur enim filius ſecundum veram generationem naturalem, ſecundum quam de ſubſtantia patris filius generatur: qui quidem filius iſto modo genitus plerunq; ſuccedit patri tã in bonis naturalibus corporis, vt in bona habitudine ſeu cõplexione, vt de gigantibus legitur Gen. 6. quã etiã in bonis animæ, plerunq; enim ſecundum naturalem inclinationem, quæ prout aliquod corpus indiuiduum eſt tali animæ proportionatum, ſequuntur aliquę virtutes naturaliter ſecundum inclinationem, & aptitudinem, prout in 1. 2. quæſtio. 63. & in talibus filij naturales ſæpe ſuccedunt parentibus. Vnde Caſſiodorus in quadam epiſtola. Laudabilis vena, ſuam ſeruat originem. Secundo modo dicitur filius alicuius etiam ille, quem nõ genuit naturaliter modo prædicto, ſed tantum ſecundum formam publicam & communem populi exiſtimationẽ dicitur talis patris filius, quod contingit cùm vxor parit filium, quẽ latẽter nõ ex marito habuit, ſed ſed ex alio viro, reputatur tamẽ in populo ſine cõtradictione ſui mariti filius, qui quidẽ filius putatiuus, licet in bonis naturalibus nõ habeat naturaliter ſuccedere tali patri ficto, ſuccedit tamen ſibi ciuiliter, non ſolùm

1. Paralip. 2. b. 16.

Quomodo aliqua mulieris in genealogiis ponuntur contra Gloſſam.

Filius dupliciter dicitur prout in paternis bonis ſuccedit.

Primo modo.

Gen. 6. a. 4.

Filius naturalis patri ſimilis plerunq. in moribus.

1. 2. q. 63.

Caſſiodorus.

Quomodo filius putatiuus ſuccedit patri nec dũ in diuitiis ſed in nobilitate, &c.

in bonis fortunæ, quæ ſunt minora vt in diuitiis, ſed etiam in nobilitate ſeu generis claritudine, quę magna & deſiderabilia bona ſunt apud magnanimos quàm diuitiæ, vt in 1.2. quæſt. 2. articu. 2. *S. Tho. 1.2. art. 2. q. 2.* quæ quidē ſucceſſio patet per iura ciuilia ſeu communem gentium conſuetudinem. Quibus præſuppoſitis ſit tibi in propoſito. *Prima concluſio.* Prima concluſio, quòd per ſcrutinium ſcripturarum, de genealogia Chriſti loquentium, patet, quòd Chriſtus habuit eſſe filius Dauid & Abraham ſecundū veram generationem naturalē primo modo dictam. Legitur enim Gen. 22. *Gene. 22. d. 18.* Abrahę fuiſſe dictum: Et benedicētur in ſemine tuo omnes gentes terræ. quod ad Galat. 3. *Gala. 3. b. 8.* exponitur de Chriſto. Similiter & de Dauid dicitur in Pſalmo: *Pſal. 131. c. 11.* De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Vtraque enim prædicta verba nō verè dicerentur de filio putatiuo, ſcilicet, qui tantum ſecūdum publicam famā erat alicuius filius: talis enim non diceretur de ſemine eius nec de fructu ventris ſui, vt eſt manifeſtum. *Secunda concluſio.* Secunda verò concluſio ſit iſta, quòd deſcenſus Chriſti ab Abrahā & Dauid ſecundum naturalem generationem ſufficienter traditur, quantum ad fideles Euāgelium firmiter recipientes per intellectum in primo titulo ſui Euangelij, dicentem: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. *Matth. 1. a. 1.* Etiam ſi Matth. de genealogia Chriſti nihil amplius ni ſeu extenſius tradidiſſet, quod ſic patet. Nam ex ſolis iſtis verbis manifeſtè teſtatur Euangeliſta Ieſum Chriſtū à Dauid & ab Abraham per veram generationem naturalē deſcendiſſe, quod eſt ſufficiens teſtimonium apud fideles, veritatem Euangelij indubiè recipiētes. Licet etiam filius dicatur ille, qui tantum ſecūdum famā publicam eſt filius, vt dicitur in ſecundo pręſuppoſito ſupradicto, generari tamen ſeu generatio nunquam dicitur niſi de filio naturaliter generato. Vnde cùm dicit: Liber generationis Ieſu Chriſti, manifeſtū eſt, quòd loquitur de genealogia, quæ eſt per viam generationis, non autem de illa genealogia, quæ ſecundum famam tantum eſt. Si autem cōtra hoc dicas, quòd licet apud fideles prædictus titulus ſufficiat, apud infideles tamen, Euangeliū non recipientes, non ſolū titulus Matth. ſed etiā tota genealogia Chriſti per Matt. cō ſequenter tradita non ſufficit ad probandū eis, quòd Chriſtus à Dauid & ab Abraham deſcēdit. *Partē genealogiæ, quam ſcribit recipiūt Matt. Iudei, &c. apud quos à tempore Zorobabel hiſtoria autentica non habetur.* Tales enim, cū ſint à fide Euāgeliorū alieni, totam illā lineam negarent, niſi fortè Hebræi, qui nō autoritate Euangelij, ſed autoritate veteris teſtamenti, aliquā partem genealogię Matthæi habent recipere, ſcilicet vſque ad Zorobabel, & huiuſmodi, & non vltra: nam apud eos de cæteris autentica hiſtoria non habetur. Vnde ſicut apud infideles non ſufficit illa narratio extenſa, quę

in Euãgelio de genealogia Chriſti traditur ad verã genealogiã eius naturalem oſtẽdendam, ſic apud fideles ſola verba tituli Matth. ſufficiunt ad hoc fundandum. Vnde Augu. cõtra Fauſtũ, Chriſtum non eſſe filium Dauid aſſerentẽ, eo quod nõ ex Ioſeph cõceptus eſt, ad quẽ feriẽ genealogię Matth. producit, ſic ait: Sic ergo nos credimus etiam Mariã fuiſſe in cognatione Dauid, quia in ſcripturis credimus, quę vtrũque dicũt; ſcilicet Chriſtũ ex ſemine Dauid eſſe ſecundũ carnẽ, & eius matrem Mariã virginem eſſe. Hæc Aug. Tertia cõcluſio, quòd conueniẽs fuit vt Chriſtus etiã ſecũdum publicã famam, ſecundum quã filius Ioſeph putabatur, à Dauid deſcẽdere crederetur, & vt talis deſcenſus, licet putatiuus in Euãgeliis traderetur: quod ſic probatur. Nã hoc fuit cõueniens ad fideliũ, in communi Chriſtũ ſuo tempore recipientiũ, ordinatam inſtructionẽ: Nã cognitio fidei cõmuniter in hominibus oportuit, vt ab imperfecto ad perfectum procederet, vt in 2.2.q.1.artic.7. Et ideo Chriſtus primò fuit cognitus etiã apud electos ſub ratione hominis ſaluatoris in cõmuni, quã cognoſceretur eſſe Deus & homo. In prima enim vocatione Apoſtolorũ Ioã.1. Andręas dicebat: Inuenim' Meſſiã, id eſt Chriſtũ, quod eſt nomẽ cõmune aliis multis. Vnde in Pſal. Nolite tangere Chriſtos meos. ſed poſtea Matth.16. Chriſto interrogante ſuos diſcipulos: Vos quẽ me eſſe dicitis. Petrus reſpondit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ex quo patet, quòd prius ſequebãtur ipſum tanquã Chriſtum, antequã cognoſcerẽt eius deitatem, vlterius etiã Apoſtolis, tanquam minus plenè informatis de idẽtitate diuinitatis in patre & filio eiſdẽ dicebat. Ioã.14. Tanto tẽpore vobiſcũ ſum, & non cognouiſtis me? qui videt me videt & patrem meũ, &c. Similiter & pari ratione Chriſtus prius fuit cognitus, quaſi eſſet filius Ioſeph, quã cognoſceretur eſſe, ſine patre in terris, vnde non ſolũ apud emulos, qui Chriſtum ſpernentes dicebant: Nonne filius fabri eſt? Matt.13. ſed etiam apud diſcipulos ſimplices & cognatos communiter filius Ioſeph putabatur, antequã myſterium virginitatis Mariæ eſſet apud eos cognitum. Euangeliſta enim in perſona talium dicebat. Luc.2. Non cognouerunt parentes eius, nec ſolùm hoc, ſed etiã Nathanael, qui ſecundum gloſ. peritiſſimus ſcripturarum erat cùm audiuit à Philippo Ioan.1. Quem ſcripſit Moyſes in lege & Prophetis, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. non fuit admiratus de hoc quod Chriſtus eſſet filius Ioſeph, ſed de hoc quod à Nazareth eſſet. Dixit enim ibi: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? nõ enim dixit, nõ poteſt eſſe filius Ioſeph, cùm adhuc deitatẽ Chriſti non cognoſcebat, ſed de loco Nazareth admirabatur.

Marginal notes: *Auguſt. contra Fauſtũ.* — *Tertia concluſio. Chriſtus prius cognitus ſub ratione Saluatoris, quàm cognoſceretur eſſe Deus.* — *S. Tho. 2.2. q.1. art.7.* — Ioan.1.f.41. — Pſ.104.b.15 — Mat.16.c.15 — Ioã.14.a.9 — Mat.13.g.55 — Luc.2.f.45 — Ioan.1.g.45 — *Meſſias prius cognitus eſt filius Ioſeph, quã cognoſceretur eſſe ſine patre in terris.*

De Bethleẽ enim apud eos ſpectabatur Meſſias, ſecũdum illud Mich. 5. Et tu Bethleem terra Iuda. Et quod amplius eſt, ipſa eadem beata Virgo, huius myſterij diuini ſuper omnes conſcia, iſtum modum loquendi obſeruabat, dicens: Ego & pater tuus dolẽtes quærebamus te. Luc. 2. Ex quibus habetur, quòd ad inſtructionem fidelium in communi, qui Chriſtum in mundo venientem receperunt conueniẽs modus fuit vt eis præſentaretur Chriſtus prius ſub ratione Meſſiæ filij Dauid, ſine reuelatione myſterij deitatis ſuæ & virginitatis matris, quã quod eis à principio omnia iſta archana reuelarentur. Sic enim proceſſerunt ab imperfecto ad perfectũ, qui eſt modus hominibus in communi connaturalis. Fuit etiam iſte modus conueniens ad refutandos infideles, præcipuè Hebræos, qui ex ſtirpe Dauid tantùm ſaluatorem expectabant. Si enim tales rationabiliter ignoraſſent Chriſtum à Dauid deſcẽdiſſe, præſertim cùm communis fama & populi eſtimatio teſtarẽtur oppoſitum, tunc tales reddẽrentur excuſabiles. Non enim ipſi tenebantur cognoſcere veram generationem naturalem Chriſti, ſecũdum quam à Dauid deſcendit, talis enim generatio, à longiſſimo tempore deſcẽdens, non eſt cognoſcibilis, niſi per diuinam reuelationem. Conueniẽs igitur modus fuit, vt Chriſtus ſecundum publicam famam à Dauid deſcendiſſe in Euangelio traderetur, vt ſic ipſum recipere refutantes, ſaltẽ ſub ratione ſaluatoris in cõmuni inexcuſabiles eſſent, Chriſtus enim intẽdebat inobedientes in excuſabiles reddere, vt habetur Ioã. 9. Et iſta ſufficiant tibi ad præſens pro tua admiratione tollenda. Si tamen vis de prædictis, & de alia genealogia Chriſti, quæ traditur Lucæ 3. quæ non eſt naturalis neq; putatiua, ſed adoptiua, vide in quadam additione ſupra capitulũ Matth. prædictum, vbi de his plenè poteris informari.

Mich. 5. a. 2.

Luc. 2. g. 48

Conueniens fuit Meſſiã prius mũdo præſentari ſub ratione Meſſiæ in communi, quã in principio omnia myſteria ſuæ incarnationis manifeſtari.

Nota cauſam.

Ioã. 9. g. 40

Luc. 3. e. 23.

Vide additionem Burgen. ſuper Matt. c. 1.

CAPITVLVM V.

In quo diſcipulus repetit ſuam tertiam admirationem, ad quam magiſter ibidem reſpondet.

DISCIPVLVS.

SVfficiũt mihi ad præſens iſta, quę circa genealogiam Chriſti à Matthæo traditam declaraſti, & licet de genealogia à Luca tradita, quæ valde diuerſa eſt ab illa, quam Matthæus tradit, quia tamen me remittis ad additionem tuam, ad præſens ommitto vlterius de hoc quærere, proponens ad illam additionem recurrere. Peto tamen à te vt ad tertiam meam admirationem procedas tollẽdam, valde enim animum meũ pulſat: ſcilicet quomodo Chriſtus, qui non ad legẽ ſoluendam, ſed adimplendã venit, vt Mat. 5. ſanctiſſimã matrẽ ſuam quã ſummè honoraſſet, vocãdo eam matrem, hoc tamen præter mittens ſolummodo mulierem eam

Tertia admiratio.

Mat. 5. b. 17.

Nuſquā legitur Chriſtum vocaſſe Virginem Mariā matrem.

eam legitur vocaſſe, vt ſupra in capitulo per me allegatis patet. Mulier autem eſt nomen commune pertinens ad mulierem quantumcunque etiam peccatricem. Vnde Lucæ 7. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.

Luc. 7. f. 37.

Præcipuū de honorandis parentibus obſeruauit Chriſtus.

MAGISTER. Quòd autem Chriſtus obſeruaſſet præceptum de honoratione parentum, nō ſolùm erga matrem, quę erat vera & ſancta parens, ſed etiam erga Ioſeph, qui erat parens ſecūdum publicam famam tantum, manifeſtum eſt. Legitur enim Lucæ 2. de Chriſto: Et erat ſubditus illis. in tali enim ſubiectione principaliter conſiſtit honor parentum. Vnde Deute. 21. de filio contumace & proteruo legitur, quòd non audiuit vocē patris nec matris. Vnde per locum ab oppoſitis: filius ille verè honorat parentes, qui eſt omnino ſubditus illis. Ratio autem, quare nō vocabat ſuam beatam matrem, niſi nomine mulieris tātum, poteſt aſſignari conformiter ad prædicta. Nam ſecundum Philoſophum in 8. Ethicorum, homines qui volunt honorari, teſtificationem ſuæ excellentiæ quærunt, ad humilitatem autem beatæ Virginis heroicā, de qua ſupra diximus, non pertinebat quærere teſtimonium ſuę excellentiæ præſertim reſpectu Chriſti. Nomen enim paternitatis, vel maternitatis nō importat excellētiam, niſi reſpectu filij illius patris ſeu matris: manifeſtum eſt autem, quòd humilitati Virginis glorioſæ nullo modo placeret, quòd vocaretur tali nomine quod ipſius excellentiam ſonaret reſpectu filij ſui, ſcilicet veri Dei, ſed potius vocari tali nomine, quod magnam excellentiam filij reſpectu ipſius matris deſignaret. Vnde & ipſa angelo ſalutanti & prænuncianti ei, quòd erat paritura filium, cuius regni non eſſet finis, reſpondit: Ecce ancilla Domini. Ancilla enim eſt nomen non ſonans excellētiam, ſed potius defectum reſpectu Domini. Vnde Chriſtus iſta totaliter ſciens, vt purè & plenè matri obediret vocabat eam illo nomine, quod magis ſibi placere ſciebat.

Luc. 2. g. 51.

Deut. 21. c. 18.

Quare Chriſtus non vocabat Deiparam matrem.

Ariſtot. 8. Ethic.

Nomen paternitatis, vel maternitatis, quomodo important excellētiam.

Luc. 1. d. 38. Ancillæ nomē quid importet.

CAPITVLVM VI.

In quo diſcipulus replicat contra reſponſionem magiſtri, ad quod magiſter ſufficienter reſpondet: concludens ex ſupradictis, quòd magnam deuotionem oportet, vt habeant fideles circa Virginem glorioſam.

DISCIPVLVS.

SAtis eſſem contentus de reſponſione tua ſupra dicta, niſi propter vnum, quod videtur mihi tuæ reſponſioni obuiare, manifeſtum eſt enim, quòd de beata Virgine iam in cælo aſſumpta totus orbis terrarum in ſuis excellentiis & laudibus frequenter clamat: in tantum, quòd de ea poſſumus ſimpliciter dicere, quòd laudis eius plena eſt terra: non

Infideles beatam Virginem ſummè laudant.

Alchoranus vbi lex Mahometica cõtinetur.

nõ enim ſolùm honoratur & laudatur apud fideles, ſed etiam apud infideles de ſingulari ſanctitate commendatur. In illo enim libro qui dicitur Alchoranus, in quo prophana lex Mahometica continetur, memini me legiſſe, quòd in omnibus hominibus habuit aliquam poteſtatem Sathan, præterquam in Ieſu & in matre eius. Ex quo conſtat, quòd etiam apud Sarracenos beata Virgo reputari dicitur ſancta. In quodam etiã libello apocripho apud Hebręos, qui intitulatur: Liber generationis Ieſu Nazareni, non tamen ſecundum Matthæum: in illo enim libello multa falſiſſima & abſurda continentur cõtra Chriſtum & eius diſcipulos, de beatã tamen Virgine matre eius, quam falſiſſimè dicunt concipere ex adulterio, eo quod cũ eſſet deſponſata Ioſeph, ex quodam adulterio conceperat, ibidem continetur, quòd hoc factum fuerat ipſa omnino neſciẽte, quia erat mulier ſancta, & in adulterium nunquam conſenſiſſet: & ſic de ipſa verificatur, quod ipſa prædixit in ſuo Canticõ: Beatam me dicent omnes generationes: non ſolùm enim generatio rectorum, ſcilicet fidelium, eam dicunt & prædicant beatiſſimam, ſed etiam generatio praua & exaſperans, ſcilicet Iudæorum & Sarracenorum, ipſam dicunt verè eſſe ſanctam, vt dictum eſt. Quæro igitur à te, vt mihi indices quomodo humilitas beatæ Virginis patitur, quòd totus mundus in ſuis laudibus prorũpat, & ipſam ſuper omnes creaturas glorificet, cùm in vita ſua, vt dixeras omnia talia ſibi diſplicebant, non enim videtur mihi, quòd tanta varietas circa beneplacitum beatæ Virginis poſſit contingere, niſi quia aut ignorat illa, quę in hoc ſeculo ad ſuum honorem & laudem frequentantur ſeu celebrantur, aut quia humilitatem, quam in hac vita habebat, quæ erat magna ſeu maxima virtus, vt per te dictum eſt, iã in illa vita, licet perfectiori non habet, aut quia honorationes iſtæ, quæ pro ſua reuerentia fiunt, ipſi Virgini glorioſæ non placent, ſicut nec aliàs placebant, quodlibet autem iſtorum videtur mihi valdè inconueniens: et ideo peto, vt aliquid circa hoc vlterius mihi declares.

Sarraceni beatam Virginem ſanctam prædicant.

Liber generationis Ieſu Nazareni.

Luc.1.c.48.

Quare Virgo non patitur laudari? quia in vita honor ſibi diſplicebat.

MAGISTER. Nullo modo ſentiendũ eſt, quòd beata Virgo, iam in cęlis aſſumpta & glorificata, ignoret ea quæ hîc fiũt in honore ſuo, nec quòd ei talia diſpliceant. In illo enim ſtatu Deus erit omnia in omnibus 1. Corinth. 15. Vnde quilibet beatus omnia videt in Deo, præſertim, quæ ad ſuam beatitudinem, vel ad humanam ſalutem pertinent. Similiter in eodem ſtatu, ſcilicet gloriæ, omnes beati cõformabunt voluntatem ſuam Deo, non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter, vt in 1. 2. quæſtione 19. Sed an virtutes mora-

Reſpõſio ad prædicta notanda.

1. Cor. 15. d. 19.

S. Tho. 1. 2. q. 19.

An virtutes morales maneant in patria. morales, de quibus eſt humilitas, maneant poſt hanc vitã, circa hoc diuerſi diuerſa ſenſerũt. Quidam enim Philoſophorũ antiquorum poſuerunt, quòd virtutes morales, poſt hanc vitam non manent. Vnde & Philoſophus in 4. Ethicho. dicit, quòd ridiculum eſt ponere in Angelis virtutes morales: homines autem beati aſſimulantur Angelis, vt habetur Matth. 22. Doctores tamen noſtri de veritate magis illuminati tenent, quòd huiuſmodi virtutes, quo ad aliquid manent, quoad aliquid non, vt Auguſt. in 14. de Trinitate: manent enim quoad ordinem rationis & vim appetitiuam, quæ erunt rectiſſimæ in iis, quæ ad illum ſtatum pertinẽt, non autem manent quantum ad illud quod eſt in eis materiale, ſcilicet ad concupiſcentias & delectationes ciborum, & huiuſmodi refrenandas, nec etiam timores, nec audaciæ, circa pericula mortis, nec etiam diſtributiones, & communicationes rerum, quæ veniunt in vſum præſentis vitæ, in vita beata ſunt: manet enim quãtum ad id quod eſt in eis formale, vt in 1.2. queſt. 67. Ex quibus in propoſito circa humilitatem dicendum eſt, quòd humilitas in beata Virgine non manet poſt hanc vitam, quantum ad iſtum actum, qui eſt vileſcere ſe ipſam, quod pertinet ad humilitatem huius vitæ; vt ſupra dictũ eſt: quilibet enim beatus, vidẽs ſe diuinę glorię participem, nullo modo poteſt ſe vileſcere, quanto magis Virgo beata, quæ ſuper omnes ſanctos hac participatione gaudet: ſed quantum ad hoc, quod eſt de ratione humilitatis, ſcilicet imis adhærere, prout Iſidorus in libro ethimologiarum dicit, aliquid manet in patria, ſicut enim Deus, vt in Pſalm. licet in altis habitet, humilia tamen reſpicit. Sic & ſancti, licet ſint in gradu beatitudinis excelſi, ſunt tamen humiles, imis in hac vita exiſtentibus adhærendo, & pro eis Deum depræcantur. Vnde de beata Virgine ſentiendum eſt, quòd ſicut in hac vita cognoſcẽs defectum naturæ humanæ, maximam humilitatem habuit, ſeipſam vilificando, & ancillam (cum eſſet maxima Regina) ſe reputando: ſic in ſtatu gloriæ maximam humilitatem habet inter cæteros beatos circa Chriſtum, in adhærendo imis, ſcilicet peccatoribus in hac vita contritis, & de ſuis præcibus deuotè confidentibus: & ideo tenẽdum eſt, quòd ſibi placẽt orationes humilium, pro quibus etiam continuè Deũ interpellat. Ex quibus bene conſideratis excitari debet magna deuotio in quolibet fideli erga venerationem & obſequium Virginis glorioſę: prudẽtes viri tali Domino conſueuerunt prompta mente obſequia pręſtare, quem eſtimant ſeu credũt eſſe promptius paratum ad eorũ petitiones audiẽdas, & eis ſubueniẽdo in ſuis neceſſitatib⁹: ſimi-

Ariſtot. 4. Ethic.
Prima opi-
Mat. 22. c. 31
Opinio Catholicorum.
Auguſt. 14. de Trinit.
S. Tho. 1.2. q 67.
Humilitas Virginis, quomodo dicatur manere in patria.
Iſidor libr. Ethimo.
Pſal. 112.
Maxima humilitas Virginis et que e iã ſanctorum erga peccatores, pro eis intercedendo.
Peccatorum maxima erga Virginẽ fiducia.

ſimiliter hoc eſt credendum eſſe in ipſa Virgine glorioſa ratione ſuæ humilitatis beatæ: quoniam quotidie in Eccleſia experitur, quòd reſpicit orationes humilium, & nō ſpernit preces eorum. Vnde te exhortor diſcipule, quòd ad eam recurras, laudē eius ſemper habens in ore tuo, & eā fideliter in neceſſitatibus inuocando: nunquam enim, vt ait Bernardus in quodam ſermone ipſam fideliter inuocatam reperies defuiſſe.

Bernardus.

CAPITVLVM VII.

In quo diſcipulus ponit quandam aliam admirationem, quę videtur ſibi circa hoc quod non legitur ipſam viſitaſſe ſepulchrum Chriſti, ſicut de mulieribus, & de quibuſdam Apoſtolis legitur, ad quod ibidem a magiſtro reſpondetur.

DISCIPVLVS.

QVam dulcia faucibus meis eloquia tua, & quià à mādatis tuis dulciſſimis intellexi, vt meam deuotionem ad Virginem glorioſam dirigam, tota mēte, Deo dante, hoc ſequi intendo. Sed adhuc volo à te de quibuſdam ad ipſam Virginem glorioſam pertinentibus illuminari, & ſpecialiter, circa ea quæ tēpore reſurrectionis Chriſti geſta ſunt. Circa quæ primò in corde meo verſatur quædam admiratio, quæ talis eſt. Exiſtimo enim, quòd nullus sanę mentis, qui fidem Catholicam corde & ore profitetur, dubitare habet, quòd Virgo glorioſa filio ſuo Chriſto, quem concepit, & ſuis ſacris viſceribus portauit, & cuius vbera ſuxit, deuotior fuit, quàm cæteri ſancti quicunque ſint. Sed video quòd ſigna ſuæ deuotionis erga Chriſtum hoc non oſtendunt, præſertim poſt paſſionem ſuam & tempore ſuæ reſurrectionis. Legimus enim, quòd mulieres quę Chriſtum ſequebātur, & ſpecialiter Magdalena, poſt paſſionem monumentum Chriſti viſitare frequentabat, & ei obſequia ſibi poſſibilia offerebat: diſcipuli etiā, licet nō dum ita firmiter credentes myſteria paſſionis & reſurrectionis, ſibi aliàs à Chriſto prędnoſticata, auiſati tamē aliqualiter à mulieribus de Chriſti reſurrectione, tunc ipſi cum magno feruore ad ipſum ſepulchrum pergebāt, vt patet de Petro & Ioāne Ioā. 20. De beatā tamen Virgine non legimus, quòd Chriſtum poſt paſſionem, neque eius monumentū aliquādo viſitaſſet: quod magna admiratione dignum puto ratione iam dicta.

Quare beata Virgo nō viſitauit ſepulchrū cū cæteris deuotis mulieribus.

Ioā. 20. a. 4.

MAGISTER: Nullo modo dubitandum eſt, quòd beata Virgo deuotior fuit ipſi Chriſto quàm alius quicunque ſit. Tum quia eius charitas, in quā radix totius meriti cōſiſtit, indubiè excedit aliorum charitatem, ſicut & pręmium eius aliorum pręmia excedit, cantat enim Eccleſia: Exaltata eſt Maria ſuper choros Angelorū, charitas ſeu dilectio eſt cauſa proxima deuotionis & imme-

Beata virgo erga Chriſtum deuotior cunctis fuit.

S. Tho. 2.2. q. 82. immediata, ut in 2.2. quæſt. 82. Tum quia eius meditatio aſſidua erat & frequens, circa myſteria redemptionis humanæ, in quibus diuina beneficia circa genus humanum maximè conſiderantur. Legitur enim de ea *Luc. 2. g. 52.* Lucæ 2. Maria autem, conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. Tales autem meditationes ignem diuinæ charitatis accendunt, iuxta illud Pſal. *Pſal. 38. a. 4.* In meditatione mea exardeſcet ignis. Tum quia maternalem dilectionem erga filium, tenẽdum eſt in ea non defeciſſe. Vnde *Iſa. 49. d. 15* Iſa. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: quinimo credendum, quòd maternalis dilectio, quę eſt à natura, in eadem ex plenitudine gratiæ, reddita ſit perfectior, gratia enim perficit naturam. Ex quibus patet deuotionem beatæ Mariæ Virginis, maiorem eſſe ſeu perfectiorem ad Christum, quàm aliorum ſanctorum. *Reſpõſio ad admiratio nẽ propter duo.* Nec obſtat illud, de quo miraris, ſcilicet, quòd tantam deuotionem per ſigna exteriora tempore reſurrectionis non oſtendit, ſicut *Virgo Maria poſt reſurrectionẽ non oſtẽdit exterius ſuã deuotionẽ.* ſanctæ mulieres & diſcipuli, & huiuſmodi: & hoc propter duo. Primum, quia vt Dionyſius dicit: Amor diuinus extaſim facit: quod intelligitur de amore diuino perfecto, ſicut creditur fuiſſe *In lib. de diuinis nominibus c. 4. lectione 10.* in beata Virgine, quantum in ſtatu viæ poſſibile fuit, non autẽ de quibuſcunq; diligentibus Deũ ſeu in charitate exiſtẽtibus: per *Extaſis quid ſit.* extaſim autem homo eſt per exceſſum mentis extra ſtatum ſuũ. Et ideo beata Virgo tempore reſurrectionis præſumendũ eſt fuiſſe tan incenſa in amore diuino, quòd eſſet in extaſi poſita, & quaſi à corporalibus quodam modo alienata: & ideo de iſtis exercitiis corporalibus, ad quæ mulieres ſanctæ & diſcipuli, ex deuotione concurrebant nõ curabat, occupata vehementius in intrinſeca deuotione & diuino amore. Secundum, quia ad virginalem pudicitiam pertinet ſecreta diuina non ore pronunciare, ſed corde cuſtodire, & in eo de eis conferre. Vnde ſuper illud verbum Euangelij ſupradictum. Maria autem conſeruabat, &c. *Beda.* Beda ſic dicit in Homelia. Virginalis pudicitia ſecreta Chriſti, quæ nouerat nemini diuulgare volebat, ſed conferebat in corde ſuo, nõ ore promẽs ſed clauſa ſeruans in corde. Hęc ille. Ex quo patet, quòd ad modeſtiam pudicitiæ virginalis ſtatus, nõ pertinebat deuotionem ſuam erga Chriſtũ per ſigna exteriora oſtendere, ſed potius in corde ſuo clauſa ſeruare.

CAPITVLVM VIII.

In quo proponitur à diſcipulo alia admiratio, ſpecialiter circa hoc quod non legitur, Chriſtum ipſi virgini glorioſę miſiſſe Angelos ad annunciandum ſuam reſurrectionem, ſicut miſit mulieribus & diſcipulis: ad quod reſpõdetur à magiſtro ibidem, declarando aliqua, quæ pertinent ad excellentiam fidei virginis glorioſæ.

DISCI-

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta ad prędictam meam admirationem ſedãdam: ſed adhuc animum meum pulſat vnum aliud. Video enim Chriſtum reſurgentem, ſuis diſcipulis & ſanctis mulieribus reſurrectionem ſuã per Angelos dẽnũciaſſe. Vnde Marci 16. Dicite diſcipulis eius & Petro, quia pręcedet vos, &c. & Matth. 28. Ite annunciate fratribus meis, vt eant in Galilęam, ibi me videbũt, & huiuſmodi, quod videtur mihi maxima admiratione dignum: nunquid reſurrectio Chriſti potius ſpectabatur à fratribus quàm à matre? Fratribus enim nunciare mittebat ſuã reſurrectionem, non autem matri, quam credendum eſt intenſius, & ardentius ſuam reſurrectionẽ ſpectare quàm cęteros, rationibus iam dictis.

Marc. 16. a. 7.

Matth. 28. b. 10.

Quare Chriſtus nõ miſit Angelos ad matrẽ, qui eius reſurrectionem denunciarent?

MAGISTER. Si bene conſideras Virgo glorioſa, & diſcipuli Chriſti differenter expectabant reſurrectionem Chriſti poſt eius paſſionẽ. Ad quod attendere debes, quòd ſicut in moralibus virtutibus humilitas habetur, vt fundamentum, vt ex ſupradictis ex ſententia Auguſtini patet, ſic in theologicis virtutibus fides eſt propriè earum fundamentum, vt habetur 2. 2. quæſt. 4. artic. 7. De quibus duobus fundamentis beata Virgo commendata eſt in ſcripturis. Vnde de illa poteſt dici illud Pſalm. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Licet enim illa mõtes ſanctos virtutum altius, quã cæteræ creaturæ aſcendit, de ſolis tamen fundamentis commendatur in ſcriptura, ratione ſupra tacta. De humilitate enim per illud verbum: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. vt iam ſupra expoſitum eſt. De fide autem commendatur per illud verbum Eliſabet Lucæ 1. Beata quę credidiſti, quoniam perficiẽtur in te omnia, quæ dicta ſunt tibi à Dño. Ex quibus verbis (quę Eliſabeth repleta Spiritu ſancto protulit) oſtẽditur, quòd fides virginis glorioſę tãti meriti fuit, vt illa quę dicta ſunt ei à Dño per Angelũ, vel etiam per intrinſecã reuelationem ſeu inſpirationẽ in actu, perficerentur in ea, quod quidem meritũ ſi bene conſideretur, excedit meritũ cuiuſcunque puræ creaturæ. Includitur enim in iis quæ dicta fuerũt beatæ Virgini ab Angelo totum redemptionis humanæ myſteriũ, vt patet bene intuẽti verba Angeli ad Mariã dicentis: Hic erit magnus & filius Altiſſimi vocabitur, dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Lucæ 1. Et vltra hoc, rationabiliter præſumendũ eſt, quòd etiam alia myſterioſa archana reuelata fuerunt à Deo immediatè ipſi Virgini glorioſæ, præter illa quæ dicta ſunt ei ab Angelo. Eliſabeth enim non dixit perficiẽtur in te omnia quæ dicta ſunt tibi ab Angelo, ſed quæ dicta

Fides in Theologicis virtutib⁹ eſt earum fundamentum.

S. Tho. 2. 2. q. 4. art. 7.

Pſal. 86.

Duplex virtutum fundamentũ in Maria, ſcilicet humilitas & fides.

Luc. 1. c. 45.

Totum redemptionis humanæ myſteriũ includitur in verbis Angeli ad Virginẽ.

Luc. 1. c. 31.

Multa ex archana myſteriis beatæ Virgini, immediatè à Deo, reuelata fuerunt.

dicta ſunt tibi à Domino. in quo ſatis innititur quod dictum eſt: non tamen Scriptura facit mentionem expreſſam de iis quę immediatè fuerunt dicta ſeu inſpirata à Deo ipſi Virgini glorioſę, ſed ſolùm de iis quæ dicta ſunt ab Angelo. Nec mirũ. De Paulo enim legitur, 2. Corinth. 12. quòd audiuit archana verba, quę nõ licet homini loqui: quod non minus ſentiẽdum eſt de his, quæ reuelata ſunt beatæ Virgini immediatè à Deo, quando Chriſtum mente & ventre ineffabiliter concepit. Hoc tamen quod dictũ eſt de merito fidei Beatæ Virginis, ſanè intelligendum eſt ſic, ſcilicet nõ quia beata Virgo per fidẽ meruit de condigno Deũ incarnari, hoc enim eſt ſupra omne meritũ, ſed quia per gratiam fidei & humilitatis ſibi datã meruit, vt congruè poſſet eſſe mater Dei: in quo myſterium humanæ redemptionis quodammodo includitur. Et iſto modo intelligitur quod Eccleſia cãtat de ipſa Virgine glorioſa, quòd meruit Chriſtũ portare, ſcilicet de congruo tantũ. Ex quibus, cum aliis ad hoc pertinentibus cõſideratis, reperies manifeſtè quòd ſicut fides beatę Virginis fuit ſumma inter omnes fidem habẽtes, vt patet per meritum fidei ipſius, vt ſupra dictum eſt, ſic fides diſcipulorum Chriſti de eius Reſurrectione ante eius Aſcenſionem & eorũ confirmationem fuit valde modica. Legitur enim Marc. 16. de Chriſto in die Aſcenſionis: Apparuit illis Ieſus & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia hiis qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et Luc. 24. legitur, de quibuſdam diſcipulis eius in die Reſurrectionis eũtibus in Emaus dixiſſe: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ. & ſic patet, quòd pro tunc diſcipuli non ſolùm erãt increduli, quoad teſtes, qui de Chriſto reſurgente teſtabantur, ſed etiam reſpectu ſcripturarũ, quæ hoc antea prophetabant. Vnde & eorum ſpes de reſurrectione Chriſti debilitata erat valde. Legitur enim quòd prædicti duo diſcipuli dicebãt. Luc. cap. ſupradicto: Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Ex quo patet, quòd eorum ſpes nõ erat perfecta, ſicut nec fides. Non credendum eſt de beata Virgine, cuius fides tanta fuit, vt per eius meritum de congruo, omnia perficerẽtur in ea: illa enim tam certa erat de Reſurrectione Chriſti per ſuam fidem perfectam, quòd non oportebat eã certiorari per angelicam Annũciationẽ, nec per mulierum atteſtationem: & ideo rationabile fuit vt ei non mitterentur Angeli & multo minus mulieres ad denunciandum ſeu teſtificandum de Chriſti Reſurrectione. Nam vt aiunt Iuriſtę: Certus certiorari non debet. ſecus autem de Apoſtolis qui etiam poſt atteſtatio-

Nota.

2. Cor. 12. a. 5.

Quomodo Virgo meruit eſſe mater Dei.

Fides Virginis ſumma fuit, fides vero diſcipulorum modica, ante Chriſti Aſcenſionem.

Marc. 16. c. 14.

Luc. 24. d. 25.

Diſcipulorum ſpes debilis.

Luc. 24. c. 21.

Beata Virgo tam erat certa de Reſurrectione filij, vt non oporteret eã per Angelos certiorẽ facere.

Iuriſtarum axioma. certus, certiorari nõ debet.

ſtationes mulierum, & etiam angelicas reuelationes, & alia ſigna ſenſibilia, & ſcripturarũ teſtimonia de incredulitate arguebantur, vt patet ex dictis. Vnde & de beata Virgine circa Reſurrectionem Chriſti propriè dicitur: Beati qui me non viderunt, & crediderunt. Ioan. 20. ſicut de Apoſtolis illo tempore, quodãmodo incredulis poteſt verificari, illud Ioannis 4. Niſi ſigna & prodigia videritis, nõ credetis.

Ioan. 20. c. 29.

Ioann. 4. c. 48.

CAPITVLVM. IX.

In quo ponitur à diſcipulo alia admiratio de hoc, quod non legitur Chriſtũ apparuiſſe in ſua Reſurrectione Virgini glorioſæ, cùm tamen de apparitione ad mulieres & diſcipulos, fiat pluries mentio: ad quod in eodem à magiſtro reſpondetur.

DISCIPVLVS.

ADHVC circa prædicta reſtat vnum, quod valdè animum meum pulſat, & eſt hoc. Poſito enim quòd beatæ Virgini nõ fuiſſet neceſſaria vlterior certificatio, de Reſurrectione Chriſti propter eius perfectã fidem, ſecundum quam reſurrectionem Chriſti certiſsimè credebat, prout docuiſti, & verum eſt: cùm hoc tamen ſtat quòd viſio Chriſti, præſertim in corpore glorioſo fuiſſet, ſibi maximè delectabilis ſpiritualiter. De ipſis enim Apoſtolis, quorum fides & etiam ſpes pro tunc tepeſcebat, vt ſupra per te eſt oſtenſum, legitur: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Ioannis. 20. Quanto igitur fortius credendum eſt, gauiſam fuiſſe matrem, quæ filium ſuum in Cruce pendentem, cũ maximo dolore cor ipſius penetrante viderat, ſi ipſum in corpore glorioſo reſurgentem vidiſſet: non tamẽ in tota Euangeliorum ſerie legitur, Chriſtũ ſuæ matri glorioſę poſt reſurrectionem apparuiſſe, neque eam ipſum vidiſſe, quòd nõ modica admiratione dignũ eſtimo, præſertim cùm præmium fidei correſpõdens eſt viſio. Iuxta illud Pſalmi: Sicut audiuimus, ſcilicet per fidem, ita vidimus. Cùm igitur ſecũdum te, & verum eſt, fides beatæ Virginis, maxima fuit inter omnes ſanctos, ſic etiam ad ipſam pertinet Chriſtum vidiſſe tempore reſurrectionis in corpore glorioſo, & perfectius & altius quã cæteri: quod tamen nõ legitur, de quo valdè eſt mirandum.

Ioan. 20. c. 21.

Quare ſcriptura non oſtẽdit Chriſtum viſitaſſe matrem poſt reſurrectionem.

Pſal. 47. a. 9.

MAGISTER. Licet verũ eſt, quòd viſio beatifica ſuccedit fidei, ſicut & apprehẽſio ſpei, & fruitio charitati, prout Doctores tradunt: hoc tamen intelligitur de beatis in ſtatu gloriæ exiſtentibus, vbi præmia ſortiũtur correſpondentia ad virtutũ merita. Sed in hoc caſu beata Virgo, nec Apoſtoli nondum erãt in termino vitæ glorioſę, ſed adhuc in via. Vnde viſio Chriſti tempore ſuæ reſurrectionis nõ fuit data Apoſtolis & mulieribus, & huiuſmodi in præmiũ, ſed

Viſio beatifica ſuccedit fidei, apprehenſio ſpei, fruitio verò charitati.

potius

potius dabatur eis ad excitandam eorum fidem, vt per eam vlterius mererentur, quæ quidem viſio nõ requirebatur iſto modo, ad perfectionem Virginis glorioſæ, quæ fidem iam per fectam habebat, vt dictum eſt: Quod autem dicis, quòd talis viſio licet non requireretur ei ad fidei excitationem ſeu confirmationem, erant tamen opor tuna ad gaudium & conſolatiõ nem ſpiritualem in eam cauſandam. Ad hoc dicendum, quòd ſi talis viſio, ad maiorem perfectionẽ Virginis glorioſæ in hac vita exiſtentis, vel etiam ad maiorem ipſius conſolationem ſpi ritualem requirebatur, nihil prohibet concedere quòd Chriſtus ei apparuit tempore reſurrectionis in corpore glorioſo, quòd etiam nonnulli aſſerunt, vt patet de autore libri qui Flos ſanctorum nominatur, qui aſſerit Chriſtum apparuiſſe Virgini glorioſæ, tempore Reſurrectionis. Ad quod aliquas rationes aſſignat: nec obſtat, quòd nihil de hoc in ſacris Euangeliorum hiſtoriis cõtineatur. Dictum eſt enim ſupra, quòd multa geſta ad dignitatem Virginis glorioſæ pertinentia fuerunt prætermiſſa, in ſacris Scripturis, propter ipſius ſummam humilitatem, ſecundum quam iſta nõ pla cebant publicari, vt iam dictũ eſt. Et ſi benè conſideras, tam perfectio fidei Virginis glorioſæ, quàm imperfectio fidei Apoſtolorũ & aliorum, qui Chriſtũ poſt reſurrectionem viderunt, ad Eccleſiæ eruditionem ſeu vtilitatem proficiunt.

Chriſt' Virgini apparuit in corpore glorioſo.

Quare Scriptura ſacra de hac apparitione nullam mẽtionem fecerit.

CAPITVLVM. X.

In quo oſtenditur, quòd tam perfectio fidei Virginis glorioſæ, circa Reſurrectionem Chriſti, quàm etiam imperfectio fidei Apoſtolorum circa idem, conueniens fuit ad Eccleſiæ vtilitatem.

DISCIPVLVS.

HOc vltimũ quod dicis, ſcilicet quòd tam perfectio fidei Virginis glorioſæ, qui reſurrectionem perfectè credidit, ſine hoc quod Chriſtum videret ſenſibiliter, nec de hoc haberet angelicas reuelationes, quã imperfectio fidei diſcipulorũ, qui donec Chriſtum poſt reſurrectionem manifeſtè viderunt, nõ crediderunt, ad Eccleſiæ vtilitatem proficiunt, hoc per me conſiderare non valeo, cùm enim perfectio & imperfectio alicui rei ſe habeat vt oppoſita, ſi vnũ eſt vtile alicui reliquum inutile eſſe ſibi, per locum ab oppoſitis iudicandum eſt. Vnde oportet quòd vlterius mihi aperias conſiderationem tuam prędictam.

Quæris de vtilitate quã attulit Eccleſiæ perfectio fidei Virginis, & imperfecta Apoſtolorũ fidei.

MAGISTER. Ad hoc quod petis vlterius declarandũ, oportet te attẽdere, quòd ſicut manifeſtatione Spiritus ſãcti, per gratiarum gratis datarũ diuerſitates De' in Eccleſia ſua diſpoſuit aliquas diuerſitates graduum ſeu adminiſtrationum in hominibus ad ſuæ Eccleſiæ vtilitatem, ſic ſuo modo in manife-

Graduũ diuerſitas Eccleſiæ Dei vtilis.

nifeſtatione reſurrectionis Chriſti Deus diſpoſuit, vt vniformiter facta eſſet omnibus, ſed diuerſimode, quod totum cedit in Eccleſiæ vtilitatem: quod ſic patet. Nā de primo, ſcilicet de manifeſtatione Spiritus ſancti Apoſtolus dicit. 1. Corint. 12. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatē, ſcilicet Eccleſiæ: alij ſermo ſapientiæ, alteri autem ſermo ſciētię, alteri fides, &c. Cōſequenter etiam de hoc ibidem dicit: Quoſdam poſuit Deus, ſcilicet in Eccleſia, Apoſtolos, alios Prophetas, alios verò Doctores. & huiuſmodi. Quæ quidem diſtinctiones ſeu diſtributiones, vtiliores fuerunt in Eccleſia, quàm ſi omnes vnius & eiuſdem officij eſſent: ſicut & in corpore animali vel humano vtile eſt, vt membra ſint diſtincta, quæ diuerſa exerceant officia, quàm ſi tantū vnum membrū eſſet: vnde Apoſtolus per extenſum in prędicto cap. docet. Sic ſuo modo ſentiēdum eſt circa manifeſtationem Chriſti reſurgētis. Ad quod attendendum, quòd ſicut Dionyſius dicit in lib. Cęleſt. Hier. Lex diuinitus inſtituta talis eſt, vt à Deo immediatè diuina ſuperioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiora, & loquitur de iis quæ ſunt ſupra naturā: & quia ea quæ pertinent ad futuram gloriam, naturalem hominum cognitionē excedunt: Quia quod oculus non vidit præparauit Deus diligentibus ſe. Iſai. 64. Ideo reſurrectio Chriſti, non omni populo manifeſtata eſt, ſed quibuſdam, quorum teſtimonia deferuntur in aliorum notitiam: iuxta illud Acto. 10. Dedit eū, ſcilicet Chriſtū, manifeſtum fieri, ſcilicet in reſurrectione, non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo. Vnde reſurrectio Chriſti diſcipulis & mulieribus per angelos reuelata eſt, ſicut & alia myſteria diuina leguntur hominibus per Angelum vt plurimū reuelari. Vnde licet de Maria Magdalena legitur Marci vlti. Reſurgens Dominus mane prima Sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Ipſa tamen antea habuit reuelationem ab Angelo de Dominica reſurrectione. Matth. 28. Diſcipuli etiā non habuerunt eodem modo cognitionem reſurrectionis, vt patet de Thoma, qui plus aliis dubitauit. Ioann. 20. Beata verò Virgo non ab angelis, neque ab hominibus notitiam reſurrectionis legitur habuiſſe, nec etiam per aliqua ſigna ſenſibilia. Et ſic dicendum eſt, quòd notitiam reſurrectionis habuit immediatè à Deo per ſuam fidem perfectā à Deo infuſam, & ſic patet primū, ſcilicet quòd manifeſtatio reſurrectionis diuerſimodè facta fuit diuerſis. Secundū verò patet, ſcilicet quòd huiuſmodi diuerſitas manifeſtationis circa reſurrectionem Chriſti facta eſt conuenienti modo, & etiam ad vtilitatem Eccleſiæ. Primum patet,

1. Cor. 12. a. 8.

Dionyſ. lib. de Cæleſti Hier. c. 4. à medio illi°.

Iſai. 64. a. 4.

Reſurrectio Chriſti, non omnibus manifeſtata eſt

Actuū. 10. f. 40.

Marc. vlt. b. 9.

Matth. 28. a. 1.

Ioannis. 20.

Beata virgo immediatè à Deo, habuit notitiā reſurrectionis.

ret, ſcilicet, quod hæc manifeſtatio facta fuit cõuenienti modo. Nã hęc manifeſtatio, ſcilicet reſurrectionis Chriſti, eſt conformis ad manifeſtationẽ ſuã in ſtatu beatitudinis. Nam ſicut ad viſionem beatã communiter peruenitur per auditum fidei, ita ad viſionem Chriſti reſurgẽtis peruenerunt homines per ea quæ ab angelis prius audierunt. Tertium patet, ſcilicet quòd manifeſtatio ſic facta cedit in vtilitatẽ Eccleſiæ: nã Apoſtoli & alij diſcipuli fuerũt à Deo ordinati, vt eſſent teſtes reſurrectionis omni populo, vt iam dictum eſt. Cõſtat autem quòd teſtes, qui leuiter & ſuperficialiter aliquas res vident, magis poſſunt ſuſpicari de leuitate teſtificandi, quàm illi, qui diuerſimodè & particulariter ſingula ſcrutantur. Vnde Deut. 13. de quodam facto quod per teſtes erat ſciendũ legitur, quære ſolicitè & diligenter, rei veritate perſpecta, &c. & 1. Ioãnis. vnde Apoſtolis, geſta Chriſti teſtificantibus, dicitur: Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpexim⁹, & manus noſtrę contrectauerunt, &c. Et ideo ex incredulitate diſcipulorum, quàm prius habuerunt teſtimonia eorum, poſtquã fuerunt confirmati efficaciora fuerũt. Vnde Greg. dicit, quòd dubietas Thomæ magis profecit in teſtificationem reſurrectionis, quàm credulitas Magdalenæ, quæ cito credidit: Thomas enim dubitando vulnerum

Apoſtoli fuerunt ordinati à Deo ad teſtificandam reſurrectionem.

Deut. 13. c. 14.

1. Ioan. 1. a. 1.

Grego. in Homil.

cicatrices tetigit. Fuit etiam manifeſtatio ſic facta ad vtilitatem Eccleſiæ, quia ex tarditate diſcipulorum in credendo ſequutum fuit, quòd Chriſtus aperuit ſenſum ſcripturarum. Lucæ. 24. ex qua, ſcilicet ſenſuum apertione, ſequutum eſt, quòd Apoſtoli & alij diſcipuli & eorum veri ſucceſſores Scripturarum ſacrarum myſtria, in ſuis doctrinis & prædicationibus aperuerunt ſeu expoſuerunt.

Vtilitas tarditatis Apoſto. ad credendum.

Luc. 24. g. 45.

CAPITVLVM XI.

In quo oſtenduntur quędam, quę ad ordinem manifeſtationis circa reſurrectionem Chriſti pertinent: ex quibus cõcluditur, quòd ad beatam Virginẽ non pertinebat mitti, ad reſurrectionem annunciandam propter excellentiam ſuę digni tatis.

DISCIPVLVS.

CIRCA iſta quæ dicis, amplius vellem informari, eo quod prima facie dicta tua non videntur conſonare iis, quę in ſacra Scriptura traduntur: & primo in hoc quod dicis, quòd de lege diuinitus inſtituta eſt, vt à Deo quæ ſunt ſupernaturalia immediatè ſuperioribus reuelentur, quibus mediantibus deferãtur ad inferiores, quod non videtur conſonare ſacris Euangelijs, vt patet de manifeſtatione reſurrectionis Chriſti, de qua nunc agimus. Primo enim fuit manifeſtata reſurrectio mulieribus, & per eas poſtea Apoſtolis.

Quæris cauſam & ordinem manifeſtationis reſurrectionis

Alia admiratio.

Conſtat autem, quòd mulieres non ſunt dicédę Apoſtolis ſuperiores. Item beata Virgo cęteris ſanctis eſt ſuperior. Vnde ſi ei immediatè à Deo fuit reuelata reſurrectio Chriſti per ſuam fidem perfectam, vt tu aſſeris, ſequæretur, quòd per eã debuiſſet deferri, reſurrectionis manifeſtatio ad Apoſtolos & cęteros, quod tamé nuſquã legitur.

Quare mulieribus reuelata reſurrectio. MAGISTER. Ad primũ dicendum, quòd reuelatio facta mulieribꝰ de reſurrectione Chriſti, non fuit ad hoc ordinata, vt de ea teſtimonium ferrent publicè prędicando, hoc enim non conuenit mulieribus: iuxta illud 1. Corinth. 14. Mulieres in Eccleſia taceant. sed eis fuit manifeſtata reſurrectio, vt de ea priuatim & domeſticè Apoſtolos inſtruerent, quod factum eſt ſecũdum Ambroſium; vt mulier quę primo initium mortis ad homines detulit, prima etiam vitam reſurgentis Chriſti in gloria nũciaret, in quo adeptum eſt fœmineum genus ignominiæ abſolutionẽ & maledictionis repudiũ. Et in hoc etiã quod mulieribus primo fuit facta manifeſtatio reſurrectionis quã Apoſtolis, oſtẽditur quòd quantum ad ſtatum gloriæ pertinet, nullum detrimẽtum patietur ſexus fœmineus: ſed ſi maiori charitate feruebũt, maiori etiam gloria ex viſione diuina potientur, & ideo mulieres quæ Deum arctius amauerunt, in tantum vt ab eius ſepulchro diſcipulis recedentibus non receſſerũt, primò viderũt Deum in gloria reſurgentem, quam quidem gloriam etiã Apoſtolis annunciauerunt.

1. Cor. 14. f. 34.

Ambroſ.

Quare mulieribus fuit primo reſurrectionis reuelatio facta.

Replicat contra reſponſionẽ de beata Virgine qua cæteris debuit reuelare reſurrectionem. DISCIPVLVS. Hæc reſponſio tua fortificat ſecundam rationem meam, in qua dicebã, quòd ad beatam Virginem pertinebat cæteris reſurrectionem (quam à Deo immediatè per fidem perfectam habebat) annunciare, quod ex iis quæ modo dicis amplius oſtenditur hoc ipſi pertinuiſſe: tum ex hoc quod ad ipſam ſolam pertinet maledictionem Euæ datam euacuare. Cantat enim Eccleſia in Hymno beatæ Virginis: Quod Eua triſtis abſtulit, tu reddis almo germine. tum ex feruẽtiori charitate, quam creditur habere ſuper cæteros, non obſtante quòd ad ſepulchrum nõ acceſſit, rationibus ſupra tactis. Vnde videtur quòd rationes, quas allegas ad ſolutiones primi dubij, ſecundũ videntur fortificari.

De miſſione Angelorum ad exteriora annunciãda, tres ſunt opiniones. MAGISTER. Omnes tres rationes tuæ quibus tibi videtur, quòd ad beatam Virginem pertinuiſſet reſurrectionẽ Dominicam annũciare Apoſtolis & cæteris, ſolui poſſunt per vnum medium. Ad quod ſcire debes, quòd circa miſſionem angelorũ à Deo ad exteriora annũcianda, diuerſi diuerſimodè opinati ſunt. Fueruntenim quidam dicentes, quòd angeli ſuperiores ſemper Deo aſſiſtunt, ſic vt ad exteriora nuncianda nunquã mittuntur. Ad quod habent ali- *Prima opinio.* quas

quas autoritates Scripturę &
ſanctorum, quæ hoc vidētur ſo-
Secũda opinio. nare. Quidam verò dicūt quòd
omnes Angeli, tam ſuperiores
quàm inferiores. de cõmunile
ge ad exteriora nuncianda, à
Deo mittuntur: ad quod etiam
habent autoritates, quæ hoc vi-
Tertia opinio. dentur ſonare. Sunt etiam alij
qui videntur quaſi medij inter
prędictos: dicūt enim quòd An
geli inferiores ex officio pro-
prio communiter & frequēter
mituntur ad huiuſmodi exterio
ra nuncianda, ſed angeli ſupe-
riores non mittuntur niſi rariſ-
ſimè, & quaſi ex diſpenſatione
diuina, prout iſta latius tractan-
2.Sent.diſt.10. tur in 2. Sentent. diſtinct. 10. qui
bus cõſideratis, ad propoſitum
Beata Virgo ob excelētiã dignitatis non debuit nunciare reſurrectionem, ſed cæteræ mulieres. dicendum, quòd quia beata Vir
go tam excellentioris dignita-
tis eſt, vt omnia excedat agmi-
na angelorum, tam ſuperiorum
quàm inferiorum. Idcirco non
pertinet ad eam mitti ad exte-
riora nunciãda, eſſet enim quo-
dammodo derogatoriũ ſuæ ma-
ximę dignitati.

Replicat probando quod ſi Chriſtus miſſus eſt. etiã angels & Virgo poterat mitti. DISCIPVLVS. Non mo
dicum miror de tua reſpõſione
prędicta, in qua dicis, quòd ad ſu
periores angelos non pertinet
mitti, ſeu frequenter mitti pro-
pter eorum magnam excellen-
tiam, & adhuc vlterius dicis,
quòd eſſet derogatorium digni
tati beatæ Virginis ad exterio-
ra nuncianda mitti; quantum-
cunque enim angeli ſuperio-
res præemineant dignitatis ex-
cellentia, & etiam Virgo glorio-
ſa, quę ſuper omnes angelos eſt,
nunquam adæquari poſſunt, in
excellentia Chriſto filio Dei,
abſit, videmus tamen cum hoc
quod ipſe filius Dei miſſus eſt in
mundo à Deo: dicit enim Apo-
ſtolus ad Galat. 4. At vbi venit *Ad Gala.4. a.4.*
plenitudo temporis, miſit Deus
filium ſuum factum ex muliere,
& ſic in aliis locis quampluri-
mis: quid ergo mirum eſt, ſi ſu-
periores angeli & etiam ipſa Vir
go glorioſa à Deo mittatur, cũ
Dominus eorum legitur mitti,
& ideo magis videtur tenendũ
cum Apoſtolo, qui vniuerſali-
ter de angelis dicit: Nonne om-
nes ſunt adminiſtratorij ſpiritus
in miniſteriũ miſſi, ad Hebr. 2. *Heb.1.d.14*
Vnde ex hoc non habes, quòd
ad Virginem glorioſam non per-
tinebat mitti ad reſurrectionem
Chriſti annunciandam.

MAGISTER. Hæc ratio
tua prima facie videtur aliquid
continere veritatis, & etiam Ma
giſter in 2. diſtin. ſupradicta ra- *Magiſt.Sententiarum.2.ſent.diſt.*
tionem tuam tangere videtur:
Dicit enim ibidem ſic: Nec de-
bet indignum videri ſi & ſupe-
riores mittuntur, cùm & ille qui
creator eſt omnium ad hæc infe
riora deſcenderit. Hæc ille. Si ta
men differentiam inter finẽ miſ-
ſionis angelorum, & finem miſ-
ſionis filij Dei in ſacris eloquiis
ſcrutatus fueris, manifeſtè re-
peries, quòd tua ratio non ha-
bet locum. Miſſio enim filij Dei *Filij Dei miſſio ad quid.*
ordinata eſt principaliter ad re-
demptionem totius humani ge-
neris, quod quidem opus ex-

cedit capacitatem cuiuſcunque puræ creaturæ. Nulli enim puræ creaturę communicabilis eſſet redemptio actiua humani generis, ſicut nec iuſtificatio vnius impij ſingularis, quod minus eſt. Vnde Eccleſia in Collecta dicit: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximę & miſerando manifeſtas. Et ideo Auguſt. dicit ſuper Ioānem: quòd maius opus eſt vt ex impio iuſtus fiat, quàm creare cælum & terram. Cuius ratio eſt. Nam iuſtificatio terminatur ad bonum ęternum diuinę participationis, creatio verò cœli & terrę terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Vnde non ſolùm ad redemptionem humanam, ſed etiam ad iuſtificationem impij, oportet mitti diuinam perſonam. Vnde Apoſtolus cùm dixiſſet: Miſit Deus filium ſuum, &c. ſtatim ſubiungit: Vt eos qui ſub lege erāt redimeret, &c. Ex quo manifeſtè patet, quòd miſsio filij Dei principaliter ordinata eſt ad redemptionē humanam, ad quam non ſuffeciſſet miſſio cuiuſcunque puræ creaturę: ſecus eſt de miſsione quæ ordinatur ad exteriora annuncianda: talis enim miſſio non excedit capacitatem angelicam, nec etiam humanā. Vnde ratio tua in hoc non videtur valere, nec etiam magiſter in verbis allegatis videtur procedere serioſè, ſed diſputatiuè tantum. Et ideo ratio mea prius dicta ſtat in ſuo valore, ſcilicet quòd angeli ſuperiores ad exteriora annuncianda, non mittuntur niſi fortè rariſſimè, quod conſonat huic quod legitur Danie. 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Et ideo de beata Virgine, quæ excedit in dignitate omnia angelorum agmina, conuenienter dicitur, quòd non debebat mitti ad annuncianda exteriora: & ſic ex dictis in hac parte excitare debes deuotionem tuam ad Virginē glorioſam, ſupra omnes ſanctos qui in cælo ſunt, citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt.

Auguſt. in Ioan.

Miſſio ad exteriora non excedit capacitatem angelicam nec humanā.

Dan. 7. c. 10.

CAPITVLVM. XII.

In quo oſtenditur, quòd deuotio cuiuſcunque fidelis excitari debet ad Virginem glorioſam ſupra omnes ſanctos, citra Chriſtum, qui ſanctus ſanctorum eſt.

DISCIPVLVS.

Ndica mihi, quæſo quomodo ex prædictis colligi poteſt, quòd deuotio circa Virginem glorioſam excitāda eſt pluſquā ad cæteros ſanctos citra Chriſtum: vniuerſitas enim ſanctorū maximam dignitatem ſanctitatis videtur includere, ſicut & bonum vniuerſi diuinius eſt, quam bonum alicuius ſingularis, vt in 1. Ethichorum.

Alias admiratio.

1. Ethic.

MAGISTER. Si vniuerſitas ſanctorum accipiatur ſimpliciter prout ſonat, oportet quòd in ipſa includatur nō ſolùm beata Virgo, ſed etiam ipſe Chriſtus, qui eſt ſanctus ſanctorū: ſed ſi vni-

Vniuerſitas ſanctorum quid ſit.

Quòd ad Virginem excitãda eſt deuotio ſuper omnes ſanctos.

ſi vniuerſitas ſanctorum intelligatur præter Christum & Virginem glorioſam, tenendum videtur, quòd ad ipſam Virginẽ glorioſam deuotio fidelis promptior debet eſſe, quã ad alios ſanctos præter Chriſtum, quod poteſt oſtendi per cõſiderationem deuotionis, quæ inter homines eſſe conſueuit. Videmus enim quòd homines qui ſunt ſub aliquo ſummo rege, cui regi aliqui principes magni propinquius ſubſunt communiter promptiores ſunt ad obſequia illius principis, quẽ credũt habere duas cõditiones. Prima eſt, quòd dominus ille ſit magis paratus ad audiendum preces ſeu ſupplicationes ſubditorum, ſicut patet de Abſalon, qui attraxit corda totius populi ad ſeruiendum ei eo quòd informauerat eos quòd erat magis paratus ad audiendas ſeu exaudiẽdas petitiones ſuas quàm aliquis alius ex parte Regis. 2. Regum. 15. Secunda eſt, quòd dominus ille credatur eſſe magis dignus ſeu aptus ad conſequendum effectus prædictarum ſupplicationũ ſeu precum apud ſuum Regem prædictum quàm alij, vt patet de Adonia, qui volens conſequi quandam petitionẽ à Rege Salomone, petiuit, à matre Regis, quòd hoc impetraret à Rege, dicens: Precor vt dicas Regi, neque enim tibi negare quicquam poteſt, 3. Reg. 2. Cõſtat autẽ quòd Virgo glorioſa, potiſsimè habet primam cõditionem ex ſumma

Similitudo duo in principio ſunt quæ inducũt populum ad obſequia ipſius.

Primum.

2. Reg. 15. b. 6.

Secunda.

3. Reg. 2. c. 17.

humilitate ſua, quàm ſupra diximus eſſe heroicam, ſcilicet diuinam, ſecundum quam intelligitur illud: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. vt ſupra expoſitum eſt: ideo de ipſa inter cæteros credẽdum eſt, quòd promptior ſit ad audiendos clamores ſeu preces pauperum ſua interceſſione indigentium, quàm cæteri ſancti, eo quod eius humilitas, vt dictum eſt, eſt tanta quòd magis accedit ad ſimilitudinem diuinæ humilitatis: de Deo autem legitur in Pſalmo: Quia nõ ſpreuit neq; deſpexit clamorẽ pauperum, ſed cùm clamarẽt exaudiuit. Secundam verò conditionem credendum eſt, ipſam potiſsimè habere ex ſua fide perfectiſsima, ſecundum quam dictum eſt ei: Beata quæ credidiſti, &c. vt ſupra expoſitum eſt. Conſtat quòd per veram fidem redditur homo dignus ad hoc vt petitiones eius, etiã ſi ſint valde difficiles, à Deo exaudiãtur. Vnde Matth. 17. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, &c. dicetis monti huic trãſi, & trãſibit. Fides autem Virginis glorioſæ grano ſinapis propriiſſimè comparatur. Nam ſub prædictis verbis Euangelij, gloſſa ſic ait: Fides perfecta grano ſinapis cõparatur, quæ in facie humilis eſt, & in pectore feruens. Hæc in gloſſa. Conſtat autem ex prædictis, quòd cũ fides beatæ Virginis perfectiſſima eſt, & coniũctæ ſuæ maximæ humilitati, quod de ipſius fide propriè debet intel-

Beata Virgo promptior eſt ad audiendum nos quàm cæteri ſancti.

Pſal. 9.

Per verãm fidem fit homo dignus exaudiri à Deo.

Matth. 17. c. 20.

Fides grano ſinapis comparatur.

De Virginis.fide intelligitur illud Euangelij: Si habueritis fidem, &c.

ligi illud verbum Euangelij ſupradictum, ſcilicet: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. Vnde de illa præcipuè confitendũ eſt, quòd valdè grauia & difficilia (ſicut eſt montes tranſferre de loco ad locum, à Deo per fidem quam habuit perfectiſſimam ſuæ maximę humilitati cõiunctam) impetrare poſſet, prę-

Vltra fidẽ cum humilitate coniunctam habuit beata Virgo Maternã dignitatem.

ſertim cùm etiam ſupra hoc habet erga Deum maternam dignitatem, propter quam præſumendum eſt, quòd ſibi nõ negabit Chriſtus quæcumque: vt in autoritate allegata. 3. Reg. habetur: Meritò igitur mos populi Chriſtiani ad ipſam tanquã ſingularem patronam & aduocatam recurrit. Ad bonum autem aduocatum pertinet neceſſitates ſuæ partis circunſpicere, & in eis etiam non requiſitus

Mos populi Chriſtiani eſt ad Virginem accedere cum fiducia, Bernardus.

prouidere. Vnde Bernardus in quodam ſermone de ipſa Virgine glorioſa dicit: Quid mirum ſi inuocata eſt, quæ etiam non vocata præſto eſt. Et hęc chariſſime diſcipule, tibi ſufficiant circa prædicta in hac diſtinctione.

Diſtinctio tertia de Scrutinio ſcripturarum, circa quædam quæ ad ſacroſanctum Sacramentum altaris pertinent, quibus fidelium deuotio ad ipſius venerationem excitari debet. Et continet ſedecim capitula.

In capitulo primò proponitur à diſcipulo, quædam admiratio circa Sacramentum altaris, in quantum eſt viaticum ſpirituale fidelium in hac vita exiſtentium, ſicut olim Manna viaticum fuit Patribus in deſertis peregrinantibus, ad quam reſpondetur per Magiſtrum.

In capitulo ſecundo diſcipulus quærit, quomodo intelligatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri: ad quod reſpondetur à magiſtro, per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd effectus hu⁹ refectionis ſpiritualis quo ad vitam ſpiritualem aſſimilatur effectibus refectionis corporalis quantum ad vitam corporalem.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd effectus cibi ſupra cæleſtis in ſpiritualibus aſſimilatur effectibus illius cibi cæleſtis, ſcilicet Mannæ in corporalibus.

In capitulo quinto ponitur quædã alia admiratio diſcipuli circa Sacramentum altaris, quæ quidem admiratio ab infidelibus, & contra fidem noſtram obloquentibus obiici ſolet, quam admirationem ibidem magiſter ſoluit per quandam diſtinctionem miraculorum, quam ibidem oſtendit.

In capitulo ſexto vlterius redditur ratio, quare circa hoc Sacramentum nõ fiunt frequenter viſibilia miracula, ſicut olim fiebant circa arcam teſtamenti, & huiuſmodi.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd ex occultatione maximorum miraculorum, quæ in hoc ſacramento continentur, dulcedo ſpiritualis ſeu deuotio in mente debitè ſumentium accreſcit.

In capitulo octauo oſtenditur, quòd licet in hoc Sacramento memoria Paſſionis Chriſti celebratur, nihilominus dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis in rectè ipſum ſumente ſentitur.

In ca-

In capitulo nono redditur ratio, quare repræſentationes communiter ſunt delectabiles, & conſequenter oſtenditur quòd repræſentationes in hoc ſacramēto abſconditæ, in ritè ſumente ſunt maximæ delectationis ſeu dulcedinis.

In capitulo decimo proponitur, quędam alia admiratio à diſcipulo circa hoc ſacramentum, prout eſt ſacrificium, & ibidem ſoluitur à magiſtro.

In capitulo vndecimo declaratur, quòd tripliciter intelligi debet impletio legis per Chriſtum, & quòd Chriſtus legem impleuit in inſtitutione huius ſacramenti, prout eſt ſacrificium: & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorum antiquæ legis, & de errore Rab. Moy. circa reddendam cauſam ſacrificiorum.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd Chriſtus legem impleuit circa ſacrificium, ſecundum triplicem eius cauſam, faciendo quod lex iubet, qui eſt primus modus implendi legem.

In capitulo tredecimo oſtenditur, quod Chriſtus impleuit legem ſacrificiorum antiquorum, ſupplendo quod in eis deerat, qui eſt ſecundus modus implendi legem.

In capitulo decimoquarto oſtenditur, quòd dictum eſt in proximo præcedenti capit. per auctoritatem Pſalmi in Chaldæa, qui incipit: Deus Deorum Dominus locutus eſt, non obſtantibus Hebræorum cauillationibus, finaliter concluditur, quòd Chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium adimpleuit legem ſacrificiorum, ſupplendo quod deerat, qui eſt ſecundus modus adimplendi legem. Pſalm. 49.

In capitulo decimoquinto oſtenditur, quòd in inſtitutione huius ſacramenti ſeu ſacrificij Chriſtus legem impleuit, implendo ea quæ de hoc fuerunt in antiquo teſtamento prænunciata, ſeu præfigurata.

In capitulo decimoſexto agitur, de multitudine nominum huius ſacramenti, quæ multitudinem effectuum eius ſalubrium denotat, ex qua excitari debet deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium.

CAPITVLVM. I.

In quo proponitur à diſcipulo quędam admiratio circa ſacramentum altaris, quod eſt viaticum ſpirituale fidelium, in hac vita exiſtentium, ſicut olim Manna viaticum fuit patribus in deſerto peregrinantibus, ad quam reſpondetur per Magiſtrum.

DISCIPVLVS.

INVENTI ſunt ſermones tui & comedi eos, & factum eſt verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei. Hierem. 15. Dico enim ſermones tuos ſupradictos de excellentia Virginis glorioſæ, & de ipſius virtutum perfectione me comediſſe: quia tanquam cibus ſuauiſſimus interiora mea huiuſmodi ſermones ingreſſi ſunt, cor meum lætificantes, & deuotionem meam quantum fragilitati meæ poſſibile eſt in ipſam Virginē glorioſam excitarunt. Nunc autē ad quędam alia quæ in corde meo, vt probo, quæ verſantur deſiderando à te de illis illuminari, ſicut & de

ſupra- Hierem. 15. c. 16.

ſupradictis tibi ſequentem propono admirationem, quæ talis eſt. Scrutans enim ſcripturas, reperio, quòd olim cùm Deus populo ſuo per deſertum tranſeunti, de cibo cælitus ei prouidit, ſcilicet de Manna, multa & magna miracula in ipſo ſeu circa ipſum cibum veriſimiliter operatus eſt Deus, vt habetur Exo. 16. vt puta, quòd vnuſquiſq; colligebat certam menſuram, quæ dicebatur Gomor, pro quolibet, ſic quod licet amplius colligebat, nō plus inueniebat, quā qui minus, ſed ſolùm ſecundum mēſuram ſupradictam, iuxta numerum familiæ quibus ſuppetebat. Item quòd ſi ex eo pro mane relinquebatur putrifiebat niſi ſolùm in die ſexta, in qua duplex Gomor colligebant: cuius medietas remanebat pro die Sabbathi, in qua non deſcēdebat Manna. Item quòd prædicta menſura, ſcilicet Gomor remanſit in tabernaculo in propria forma ſine aliqua putredine per totum tempus vſque ad deſtructionem templi, vt patet per dictū capitulum: vbi Deus mandauit quòd reſeruaretur in vaſe pro cuſtodia in generationibus futuris. Item quòd habebat plures ſapores & diuerſos, ſecundum beneplacitum ſumentium; Iuxta illud Sapientiæ 16. vbi dicitur de Manna; Omne delectamentum in ſe habentem; Reperio tamen quòd in lege gratiæ Deus prouidit populo ſuo, de cibo ſupra cæleſti incōparabili[illegible] excellentiori quā Manna, quod patet ex comparatione rerum in vtroq; cibo contentarum. In Manna enim continebatur res corruptibilis. In cibo verò ſupra cæleſti, ſcilicet in ſacramento altaris, res incorruptibilis continetur, ſcilicet verū corpus Chriſti glorioſum deitati perſonaliter vnitum. Maxima igitur admiratione dignū videtur, quòd in cibo corruptibili, ſcilicet Manna, tot miracula & tam magna & tam continua viſibiliter occurrerent, & tamen in cibo ſupra cæleſti incorruptibili nulla miracula viſibiliter apparent. Circa quod peto à te illuminari, non enim dubito, quin hæc diuerſitas rationem habeat in ſe occultam, quàm credo tibi eſſe manifeſtam.

Admiratio de Sacramēto Euchariſtia, quod valde ſimile eſt Manna, circa quod in veteri lege multa miracula contingerāt. Primum miraculum.
Exo. 16. c. 19.
Secundum miraculum.
Tertium miraculum.
Manna mā ſit in tabernaculo, vſque ad deſtructionē templi.
Quartum miraculum.
Sapien. 16. c. 20.
Cōparatio Sacramenti ad Manna.
Quare in Mana tot ſiebant viſibiliter miracula, & non in Euchariſtia

MAGISTER. Ad huiuſmodi admirationem tuam tollēdam, aliqua ſunt præmittenda, quorum vnum eſt, quòd ſi ſcrutatus fueris diligenter ſcripturas, reperies quòd ſapiētia Dei, quæ omnia diſponit ſuauiter, cibos diſpoſuit diuerſos hominibus, ſecundum diuerſas temporum varietates, prout temporum oportunitati ſecundum diuerſos hominum ſtatus cōgruebat, iuxta illud Pſalmi: Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in tempore oportuno. Quod ſic patet, Nā Adæ primo parenti, in ſtatu innocentiæ exiſtenti, fructus omniū lignorū paradiſi, qui ſuaues & pulchri erant, præterquam lignum

Cibos diuerſos diſpoſuit Dominus hominibus pro vt diuerſis ſtatibus conueniebat.
Pſalm. 144. c. 15.

Cibus arborum conceſſus Adæ, in ſtatu innocentiæ. lignum ſcientiæ boni & mali, dedit in eſcam ſeu cibum, Gene.2. Quiquidem cibus illo tempore homini competebat. *Gen.2.c.17* Inter illa enim ligna quę fuerunt ſibi conceſſa in cibum, lignũ vitæ continebatur: *Lignum vitæ concedebatur ei, cuius eſu poterat non mori.* per cuius eſum poterat non mori, vt habetur Gen.3. *Gen.3.* Conſequẽter verò cùm Adam lapſus fuit in peccatũ, per quod innocentiæ ſtatum perdidit, & de paradiſo fuit expulſus, aliter fuit depoſitum de cibo ſuo, ſcilicet vt de terra maledicta cum labore & ſudore vultus comederet panẽ, & herbas terræ germinantis tribulos & ſpinas. *Poſt peccatũ, cib⁹ Adæ fuit de terra maledicta.* *Gen.3.c.18.* Geneſ.3. Vnde ſicut in ſtatu innocẽtiæ rectiſsimo, in quo ratio ſuperior ſoli Deo obediebat: & voluntas cum omnibus viribus inferioribus ſolùm rationis rectę, ſine impedimento imperium ſe quæbatur, cibus ei correſpondens erat ſuauis, & abſque vllo labore & ſudore acquiſitus; & mortalitatis neceſſitatem non habens: ſic in ſtatu lapſus, vbi ratio ſuperior humana ab obediẽtia Dei receſsit, & vires inferiores imperio rationis reſiſtebãt, cibus laborioſus & triſtis cũ neceſſitate moriendi correſpõdebat. *Differentia inter cibos in ſtatu innocentiæ & in ſtatu naturæ corruptæ, & quare mutabantur cibi.* Qui quidem cibus ſolus humano generi per totam primã ætatem, vſq; poſt diluuium fuit conceſſus. Poſtea verò tempore Noë, deficientibus peccatoribus à terra per diluuium: ædificato altari à Noë, ſuper quod holocauſta mundorum animalium Deo obtulit, quorũ odorẽ *Cibus Noe cõceſſus fuerunt omnia animalia.* ſuauitatis De⁹ acceptauit, Noe & filiis eius benedicens, omnia animalia eis dedit in cibũ. Vnde quibus antea olera, & fructus terrę ſolùm licebat comedere, de cætero etiam omnia animantia, in cibũ habere licebat, vt habetur Gen.9. *Quib⁹ olim tantum licebat come terre, iam animalia conceduntur, & quare.* *Gen.9.a.4.* Langueſcẽte enim humana natura per ipſum diluuiũ, oportebat ipſius cibum aliqualiter fortificari. In exitu autẽ Iſrael de Egypto, quando ſeparauit filios Adã, ſic vt aliquos ſcilicet filios Iſrael, ſuo ſeruitio & legi applicaret, & eos per lõgam ſolitudinem, vbi non erat ſemen ſerenti, neque panis comedẽti, ad terram fructiferam, & lac & mel fluentem deducere ti oportuit vt eis prouideret de alio cibo, quem ſine labore & ſudore vultus poſſent colligere, ſcilicet de Manna: ne fortè deficerẽt in via tam ſterili & prolixa, vt habetur Exo.16. *Cibus filiis Iſrael poſt exitum de Aegypto cõceſſus & datus.* *Exo.16.* qui quidem cibus ſic miraculoſè traditus, & miraculorum multitudine, vt per te dictum eſt ſulcitus, propriè competebat populo illi, tum vt per euidentiam atque frequentiam miraculorum viſibiliter circa cibum illum contingentium, eorum fides, quę valde debilis & vertibilis erat, vt patet in diuerſis locis ſcripturæ, per hoc firmior & ſtabilior redderetur: tum vt per experimentum quotidiè comprobaretur, an rectè ambulaſſent in lege Dñi. *Quare tot miracula fiebant circa Manna.* Legitur enim Exod. 16. vbi ſupra: *Exo.16.b.4* Dixit Dñs: Ecce ego pluam vobis panes de cęlo, egredia-

Quare Deꝰ filiis Iſrael Māna quotidie dabat, non ſemel vt in multos duraret dies.

egrediatur populus,& colligat quæ ſufficiūt per ſingulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in legē mea, an non. Ex quo patet cauſa, quare per ſingulos dies Deus voluit prouidere illi populo de pane, & non ſimul pro quolibet anno, vel aliquo magno tempore, fuit vt quotidie tentarentur an legem Dei ſeruarent, an non: quæ quidem

Tētatio Dei qualiter intelligenda.

tentatio non eſt intelligenda ſic quòd Deus vellet per hoc ſcire aliquid quod priꝰ ignorabat, abſit, ſed vt aliis patefieret, & potiſsimè ſibi ipſis, qui vidētes per experiētiam debilitatem ſuam, adiutorium peterent diuinum.

Gloſſa.

Vnde in gloſ. tentatio iſta eſt vt ipſis oſtendat quo humiliores fiant ad cognoſcendum adiutoriū & Dei gratiam. Hæc in gloſ.

Manna cibus filiis Iſrael pertinebat vt in fide conualeſcerent.

Talis enim cibus propriè pertinebat illi populo rudi & incredulo, per quem cibum infirmitas eorum cōualeſceret in fide, & incredulitas peruerſorum pa tefieret. Cùm autem ad terram

Cibus terræ promiſſionis datus poſt Māna Ioſuę.5.d.12

promiſsionis acceſſiſſent, & de eius frugibus comederent, ceſſauit Manna, vt habetur Ioſuę 5. & ex tunc incœperunt vti frugibus terræ Chanaam, ſicut & aliæ nationes mundi, fructibus terræ veſcuntur. Differunt tamen quantum ad aliquid. Nam

Fœcunditas terræ ſeu ſterilitas pendebat, ex meritis populi.

illi populo tā fœcunditas terrę, quàm ſterilitas pēdebat, ex meritis populi vel demeritis: vt habetur Leuit.26. & Deut.28. Nō autem ſic contingit aliis nationibus communiter. Nā Matt.5.

Leui.26. Deut.28. Matth.5. g.45.

dicitur: Deus ſolem ſuum oriri facit, ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. quia vt dicitur Eccleſ.9. Vniuerſa ęquè veniunt iuſto & impio: quod intelligitur quantum ad ipſam ſubſtantiam bonorum & malorum temporalium, non autem ad finem, vt in.1. 2. articu. vlt. Vnde populus ille, qui carnalis erat, promiſsis præſentibꝰ huius vitæ inhęrebat, & ſic oportebat, vt cibus illorum ſecundum ſuorum merita & demerita, eis affuiſſet. Cùm autem venit plenitudo temporis, in quo populus Dei non per temporalia bona promiſſa, quæ vilia ſunt & momentanea, ſed per bona ſpiritualia duceretur ad ęternas oportuit vt tali populo cibus daretur, ſupernaturalis & cęleſtis, per cuius manducationem in ſpiritualem vita ſpiritualis nutriretur, ſic vt manducans non moreretur in æternum, morte ſcilicet ſpirituali. Vnde Saluator cōparans hūc panem alteri qui datus fuit patribus. Ioannis.6. Nō ſicut manducauerunt patres veſtri Manna in deſerto, & mortui ſunt: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Si igitur prædicta conſideras ſanè inuenies, quòd diuina ſapiētia diſpoſuit dare cibum populo ſuo proportionatum, prout ſtatuū & temporum diuerſitas requirebat. Non ergò in cibo ſupra cęleſti, ſcilicet Euchariſtia, requiruntur miracula viſibilia ſicut in Manna. Manna enim dabatur

Eccle.9.a.2 S.Tho.1.2. art.vlt.

Cibus datus hominibus in plenitudine temporis quando homines non per tēporalia, ſed per ſpiritualia ducebantur ad æterna, erat cibus cæleſtis.

Ioan.6.f.58

populo

populo carnali tali cibo indigenti, rationibus ſupradictis. Euchariſtia verò populo ſpirituali datus eſt, qui tali pane propriè nutritur & roboratur.

CAPITVLVM. II.

In quo diſcipulus quærit, quomodo intelligatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri. Ad quod reſpondetur à magiſtro, per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

DISCIPVLVS.

Quomodo ſpiritualiter nutritur homo Euchariſtia ſacramento.

SCire deſidero, qudmodo per iſtum panem ſupra cœleſtem homo nutritur & roboratur? non enim credo quòd hoc dicas per ſubſtantiam panis & vini, quibus homines propriè nutriuntur: quæ quidem ſubſtantia licet ante conſecrationem ſub illis ſpeciebus erat. Facta autem conſecratione nihil remanet de ſubſtantia panis & vini, ſed ſolũ eorum accidentia, quæ ſenſibiliter apparent.

MAGISTER.

Sacramẽtũ hoc ſpiritualiter animã nutrit.

Nullo modo dubitandum eſt, quòd ſacramentum de quo agitur, non nutrit corporaliter per ſubſtantiã panis & vini, quæ ante conſecrationem erant in ſacramento, cùm cõſecratione facta deſinat eſſe ibi: nutrit tamen hoc ſacramentum rectè ſumptum ſpiritualiter animam & ipſam reficit. Vnde Magiſter in 4. diſtinct. 8. de hoc ſacro ſacramẽto loquẽs ait: Rectè viaticum appellatur, quia in via nos reficiens, vſque ad patriam perducit.

Magiſt. Sẽt. 4. diſt. 8.

Quare viaticum dicatur hoc ſacramentum.

Aſſimilatur enim refectio ſpiritualis quam hoc ſacramẽtum in homine fideli efficit, refectioni corporali, quam cibus corporalis in corpore animali cauſat, tam in modo refectionis, quàm in refectionis effectibus. Primum patet ſic. Nam ſicut ſecundum Philoſophum, refectio corporalis perficitur per tres vires naturales, ſic quodammodo ſecundum veritatem fidei noſtræ, tres virtutes ſupernaturales, quodã modo prædictis correſpondentes, requiruntur in refectione ſpirituali, quod ſic patet: nam in refectione corporali requiruntur. Primo vis naturalis attractiua: niſi enim cibus extra corpus poſitus, ad interiora loca refectioni apta quadam vi natura li attraheretur, impoſſibile eſſet corpus refici, vt eſt manifeſtum. Secundò vis quæ requiritur ad corporalem refectionem, eſt vis retentiua: niſi enim cibus per attractiuam intra corpus poſitus retineretur per vim retentiuam, nihil ad refectionem proficeret corporalẽ. Tertio verò vis quæ requiritur ad perfectionem corporalẽ, eſt vis digeſtiua, per quam nutrimentũ aſſimilatur & vnitur nutrito: quę omnia Philoſophus largius ponit in libro de animalibus. In refectione autẽ ſpirituali de qua agim^9^, requiruntur tres virtutes ſupernaturales, quæ tribus viribus ſupradictis naturalibus, quodãmodo correſpondent & aſſimi-

Spiritualis refectio ad ſimilitudinem corporalis.

Triplex natura virtus requiritur ad corporalem refectionem.

Primo vis attractiua.

Secundò vis retentiua.

Tertiò vis nutritiua ſeu digeſtiua.

Ariſto. lib. de animalibus, à ſimili.

Triplex etiam virtus requiritur ad refectionem ſpiritualem. *Fidei virtus attractiua eſt.*

aſſimilantur. Requiritur enim in refectione ſpirituali, virtus fidei ſupernaturalis, quæ attractiua eſt credibiliũ. Niſi enim per virtutem fidei ea quæ ſunt extra mentem, ad quę, ſcilicet nec experientia, nec ratio naturalis attingit, ad ipſam mentem per cognitionem fidei introducerẽtur, nulla eſſet refectio, animæ ſpiritualis, per fidem enim in mente ſubſiſtunt ea quæ nõ apparent, vt ad Hebr. 11. Secunda virtus ſupernaturalis, quæ requiritur ad refectionẽ ſpiritualem, eſt ſpes, quę virtus eſt retẽtiua. Ea enim quæ per fidem attrahuntur ad noſtram mentem, noſtræ ſaluti pertinẽtia, per virtutem ſpei retinentur: de qua virtute ad Hebr. 6. Confugimus ad tenẽdam propoſitam ſpem, quam ſicut ancoram animæ habemus tutam & firmam. Tertia verò virtus ſupernaturalis, quæ requiritur ad refectionem ſpiritualem, eſt virtus charitatis, per quam ex nutriente & nutrito, ſecundum ſimilitudinem gratiæ vnum efficitur. Iuxta illud 1. Ioãnis 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Cuius omnino ſimile legitur, de ſumente hoc ſacramentum. Vnde Ioan. 6. Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Conſiderandum tamen quòd quia ſpiritualia non poſſunt ſic, aſſimilari corporalibus, quin inter ea differentia non modica reperiatur: idcirco inter nutritionẽ corporalem & ſpiritualem, quarum quælibet terminatur in vnionẽ ſimilitudinis nutrientis cum nutrito, eſt quædam lata differentia. Nam in refectione corporali hæc ſimilitudo ſeu vnio perficitur per mutationem nutrimẽti in ſimilitudinem nutriti. In refectione autem ſpirituali nõ ſic, ſed perficitur per mutationem nutriti in ſimilitudinem nutrientis. Vnde Auguſt. in perſona huius ſacramenti dicit: Non ego mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. Differũt etiã iſtę refectiones in loco ſeu in ſubiecto refectionis: nam refectio corporalis in mẽbris corporeis fit, vt puta in ſtomacho, epatę, vel venis. Refectio autem ſpiritualis nõ ſic, ſed in mente, quę eſt pręcipua pars ſpiritualis hominis. Vnde Auguſt. loquens ad manducantem hoc ſacramentum, dicit: Ad quid paras dentem & vẽtrẽ, para mentem, crede, & mãducaſti. Hæc ille. Ex quibus habes quomodo refectio ſpiritualis, conſiderari habet per ſimilitudinem ad refectionem corporalem.

Heb. 11. a. 1. *Spes retentiua virtus eſt.* *Heb. 6. d. 19.* *Christus eſt virtus nutritiua, qua ex nutriente, & nutrito vnũ efficitur.* *1. Ioan. 4. c. 17.* *Ioan. 6. f. 57.* *Differentia inter nutritionem corporalem & ſpiritualẽ.* *Auguſt.* *Auguſt.*

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd effectus huius refectionis ſpirtualis, quoad vitam ſpiritualem aſſimilantur effectibus refectionis corporalis, quantum ad vitam corporalem.

DISCIPVLVS.

HAbeo doctrinam tuam in prædictis, quæ pertinẽt ad modum refectionis ſpiritualis, & etiam

&etiam ad eius locum ſeu ſubiectum:& vellē vt mihi vlterius declares ſimilitudines vtriuſq; refectionis quātum ad effectus vtriuſque earū, prout prius propoſueras.

MAGISTER. Adhoc quod quęris, attēdere debes, quòd ſicut refectio ſpiritualis aſſimilatur refectioni corporali, quantū ad modum reficiendi, ſic inuenitur ſimilitudo in effectibus, qui ex vtraque refectione ſequuntur: omnem enim effectum, quē cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, hoc totum facit hoc ſacramentum, quantum ad vitam ſpiritualem, vt in 3. part. quæſt. 79. quod patet diſcurrendo per aliquos ſingulares effectus, ex quibus alij intelligi poſſunt. Eſt enim vnus effectus cōmuniter cuiuſcunque bonę refectionis corporalis augmentum ſpiritus vitalis, tam in corde animali, quàm in cęrebro & huiuſmodi, ex quo omnes vires naturales refocillātur. Qui quidem effectus in noſtro viatico ſpiritualiter efficitur. Eſt enim effectus huius ſacramenti ſecundum Magiſtrum in 4. diſtinct. 12. augmentum virtutis, ſcilicet charitatis, & perconſequens gratiæ atque omnium virtutum ſpiritualium, quarum forma eſt ipſa charitas. Itē refectione corporali completa, nociua à corpore animali expelluntur, quod in noſtro ſacramento ſpiritualiter efficitur. Expelluntur enim per hoc ſacramentum à rectè ſumente illud, omnia venialia peccata, prout Doctores tenēt, ſpecialiter Ambroſ. in 4. de Sacramentis.

Quicquid cōfert cibus corporalis ad corpus, idipſum cibus ſpiritualis ad animam.

S.Tho. 3. p. q. 79.

Magiſt. Sēt. in 4. diſt. 12.

Per virtutē huius Sacramenti peccata venialia expellūtur, ſi debite ſumatur.

Ambr. 4. li. de Sacra.

DISCIPVLVS. Quòd autem in ſumptione debita huius Sacramenti venialia dimittantur; valdè rationabile eſt. Sanguis enim Chriſti, qui in hoc ſacramento realiter ſumitur, effuſus eſt in remiſſionem peccatorum. Scire tamen vellem, cur mortalia non dimittantur in tanto ſacramento, in quo Chriſtus plenus gratia realiter continetur, cùm tamen in ſacramento Baptiſmi, in quo ſola virt⁹ Chriſti continetur, non tantum venialia, ſed etiam originale peccatum, & omnia mortalia peccata dimittantur: videtur enim verba Chriſti ſonare de vtroq; ſacramento, quòd omnia peccata in eis dimittātur, ſicut enim de Baptiſmo dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Marci 16. per quod intelligitur dimiſsio omnium peccatorum, etiam mortalium, ſine quorum dimiſſione nullus ſaluatur: ſic de Sacramento Euchariſtiæ dicit Ioannis 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. vitam autem æternam nullus habet cum peccato mortali. Vnde tam per rationem, quā per verba Chriſti videtur, quòd etiam peccata mortalia in Sacramento Euchariſtiæ dimittentur.

Si ſanguis Chriſti in remiſſionē peccatorum fuſus eſt, cur mortalia tā efficaci Sacramēto nō dimittūtur?

Marc. 16. c. 16.

Ioan. 6. ſ. 59

MAGISTER. Si benè cōſideraſti prædicta, ex ipſis reſ-

Quare mortalia nō remittuntur in Sacramē to Euchariſtia.

ſponſionem habebis ſufficientem. Nā ſicut in refectione corporali digeſtiua parte totaliter corrupta nemo reficitur, ſed potius ex cibo incurrit magnam
Hipocrates læſionem: docente Hipocrate, qui in ſuis Aphoriſmis dicit: Nō pura habentes corpora quantū magis nutriēt, tāto magis lędēt. Sic etiam contingit in refectione ſpirituali, quia cùm exiſtens in mortali peccato, charitate careat, quę eſt digeſtiua ſpiritualis, vt dictum eſt: tum talis necdum non reficitur ſpiritualiter, ſed nouum incurrit graue peccatum. Vnde: Qui manducat & bibit indignè, iudiciū ſibi mādu
1.Cor.11. g.29. cat, &c. 1. Corinth. 11. Ille autem qui hoc Sacramentum debitè ſumit, oportet quòd ſit in charitate, quæ nō compatitur ſecum mortale peccatum: & ſic taliter ſumens Sacramentum non habet mortalia quæ ei dimitāttur, & ideo ſolùm dicitur dimittere venialia.

Reſpōſio ad quæſtionem & ſolutio autoritatis.

Ioan.6. Verbum autem illud quod allegas, ſcilicet: Qui manducat hūc panem, viuet in ęternum. intelligitur de manducatione ſpirituali, de qua vt ſupra
Auguſt. Auguſt. dicit: Crede & manducaſti. quod intelligitur per fidē charitate formatam, non autem intelligitur verbum Chriſti ſupradictum de manducatione ſacramentali tantum. Quæ quidē manducatio, etiam ab indignis qui iudicium ſibi manducant & bibunt, fieri poſſet.

DISCIPVLVS. Doce vlterius me rogo de ſimilitudine refectionum prædictarū in aliis effectibus,

MAGISTER. Sicut in refectione corporali hominis non ſolùm homo reficitur, ſed confortatur, & in ſuo robore firmatur. Vnde Pſalm. Panis cor hominis confirmat. Pſal. 103. b.15. ſic in hac refectione ſpirituali languor, qui ex diuturna abſentia diuinę viſionis, in viris iuſtis contingere conſueuit, iuxta illud Canticorum 2. Cant. 2. a. 5. Fulcite me floribus, quia amore langueo. per debitum huius ſacramenti vſum roboratur: & ideo in figura huius ſacramenti intelligitur illud. 3. Regum 19. quod de Helia legitur, 3. Reg. 19. b.9. ſcilicet: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad mōtem Dei.

Quartus effectus eſt confortare.

Item in refectione corporali contingit, quòd in corpore benè diſpoſito refectione completa, necdum quis reficitur, ſed etiam impinguatur, iuxta illud Geneſ. penult. Aſſer pinguis panis eius. Gen. 49. c.20. quod etiam cōtingit in refectione ſpirituali per hoc ſacramentum ritè factæ: Creſcit enim in ſic ſumente mētis deuotio, quæ pinguedo ſpiritualis eſt ſecundum Hugo. Hugo. in-quātum ariditatem animæ, quę quidem indeuotio eſt, expellit: & ideo Pſalm. cùm dixiſſet: Paraſti in conſpectu meo menſam. Pſal. 22. a. 5. quod benè poteſt intelligi de altari, in quo hoc ſacramentum celebratur, quæ vera menſa Domini eſt, ſtatim ſubdit: Impinguaſti in oleo caput meū, quod intelligendum eſt de pinguedine de-

Quintus effectus eſt impinguare.

Sextus effe-ctus ſecunda ſpiritualem generat. ne deuotionis. Item ſicut in refectione potus materialis, ſcilicet vini, cor lætificatur: iuxta illum Pſalm. *Pſal. 103. b.15.* Et vinum lætificat cor hominis. ſic huiuſmodi potum ſupra cæleſtem debitè ſumens magnam lætitiam attingit ſpiritualem, iuxta illud Sap. 8. *Sap. 8. d. 16.* Non habet amaritudinem conuerſatio illius. Item ſicut potũ *Septimus ebrietatem ſpiritualem cauſat.* vini ſumentes vltra ſobrietatẽ, ebrietatem incurrunt, ſic & in hoc potu ſpirituali, qui primos gradus charitatis, ſcilicet incipientium & proficientium tranſcendunt, & perfectionem charitatis aliqualiter attingunt, ebrietatem quandam incurrunt ſpiritualem. De qua, Cantic. 5. *Cant. 5. a. 1.* Bibite amici, & inebriamini chariſsimi. quaſi dicat: Vos qui eſtis amici, ſcilicet in primis gradibus charitatis conſtituti, ſufficit vobis bibere: ſed chariſſimi, ſcilicet in charitate perfecta inebriari debetis. Quæ quidem *Ebrietas ſpiritualis quæ ſit* ebrietas ſpiritualis non eſt vicioſa, ſed valde laudabilis: nam ſecundum Auguſti. de agone *Auguſt. de agone Chriſtiano.* Chriſtiano, talis ebrietas mentem non euertit, ſed ſenſum rapit, in tãtum quòd omnium terrenorum obliuionem præſtat. De qua quidẽ ebrietate intelligi poteſt illud Pſalmi: *Pſal, 22. a. 6* Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. Habet etiam iſte cibus *Octauus effectus eſt vitam æternã præſtare.* cæleſtis quendam effectum, in quo excellit omnia refectiua corporalia: nam iſte cibus benè ſumentibus vitam æternam præſtat. Ioannis. 6. *Ioan. 6. f. 51.* Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. in quem effectum nullum aliorum reficientiũ participat, etiam quo ad vitam corporalem.

DISCIPVLVS. De ligno vitæ legitur, Geneſ. 3. *Gen. 3. d. 22.* quòd qui comedit de eo, viuet in æternum. Ex quo patet, quòd eſus ligni vitæ præſtare poterat vitam æternam.

MAGISTER. Secundum Auguſt. de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti, *Auguſt. de quæſt. noui & vet. teſt.* eſus ligni vitæ corruptionem inhibebat, non tamen ſimpliciter prſtabat *Ligni vitæ eſus corruptionem vitã inhibebat.* inmortalitatem: virtus enim præſtandi vitam ęternã eſt quodãmodo infinita, & ſic purę creaturæ quæ finita eſt, non eſt communicabilis.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd effectus huius cibi ſupra cæleſtis in ſpiritualibus aſſimilatur effectibus illius cibi cæleſtis, ſcilicet Mannã incorporalibus.

DISCIPVLVS.

SAtis habeo de ſimilitudinẽ effectus refectionis ſpiritualis, ad effectus refectionis corporalis communiter conſideratę: ſed quia refectio corporalis per cibum illum cæleſtẽ à Deo datum, ſcilicet Manna excellentior conſideratur, quàm refectio corporalis communis. Idcirco vellem ſcire, ſi cibus iſte ſupra cæleſtis in aliquibus effectibus ſeu proprietatibus aſſimiletur

mileſtur illi cibo cæleſti ſcilicet Mannæ.

MAGISTER. Iſte cibus ſupracæleſtis non ſolùm habet effectus ſpirituales, correſpondentes effectibus cibi corporalis communis, vt dictum eſt: ſed etiam habet effectus ſeu proprietates ſpirituales correſpondentes effectibus ſeu proprietatibus Mannę excellentiori modo. De Mãna enim legitur Exo. 16. Nec quod qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperiit minus: ſed ſinguli iuxta id quod ædere poterãt congregauerũt, prout tu ſupra allegaſti: cuius ſimile contingit in hoc cibo ſupernaturali ipſum debitę ſumentibus. Non enim quantitas ſpiritualis huius refectionis ex quantitate corporis Chriſti ſumpti accipitur, cùm eadẽ ſit quantitas corporis Chriſti indiuidualiter in omnibus ſumentibus, vt in 3. parte. quæſt. 79. Et ſic miraculoſius & excellentius, de hoc cibo ſupracęleſti dicitur: Nec quod qui plus collegerat habuit amplius, &c. Similiter ſicut de Manna dicitur Sapient. 16. Quòd omnes delectationes in ſe habebat, & omnis ſaporis ſuauitatem, ſic & perfectius diuini ſaporis multiplices & varij à rectè ſumentibus in hoc ſacro cibo guſtantur, & licet in Manna faſtidium ſeu nauſeam, quandoque ſumentes incurrebant. iuxta illud. Numer. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. In hoc tamen cibo ſupracæleſti nauſea non habet locum in iis qui debitè ipſum ſumũt. Vnde Bernard. in quadam Epiſtola, notabiliter dicebat: Miror ſi ad guſtum cibi dulciſſimi nauſeas, ſi tamen guſtaſti quam dulcis eſt Dominus, aut certè non guſtaſti, & neſcis quid ſapit Chriſtus: & ſic nõ appetis cùm ſis inſpertus, ac ſi guſtaſti, & dulce non ſapit, ſanum non habes palatum. Hęc Bernar. nec ſolùm nauſeam ſui ipſius huiuſmodi guſtus cæleſtis non generat, ſed potius aliorum saporum faſtidium, in benè guſtante procurat. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. Sicut qui pretioſum mãducauerit cibum, huic eſca communis ingrata videtur, ſic qui ſemel dulcedinem Chriſti guſtauerit, terrenorum bonorum nõ multum de cætero ſentiet ſaporem. Iuxta illud ad Hebr. 6. Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum: virtuteſque ſeculi vẽturi, & prolapſi ſunt reuocari rurſum ad pœnitentiam, rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis Filium Dei, &c. Et hæc tibi ſufficiant circa refectionem ſpiritualem cibi ſupracęleſtis, ſubtiliora & altiora quę circa hoc ſacramentum dicuntur, peritioribus & magis perfectis ad pręſens relinquendo.

Sacramentum Eucharistiæ effectus correſpondentes Mannæ habet.

Exo. 16. b. 19.

S.Tho. 3. p. q. 79.

Sap. 16. c. 20

Num. 21. b. 5.

Bern. Epiſt.

Alias inſpertus.

Aliorum ciborum faſtidium generat.

Chryſoſt. in Matth.

Heb. 6. a. 4.

CAPI-

CAPITVLVM V.

In quo ponitur admiratio diſcipuli circa Sacramentum altaris: quæ quidem admiratio ab infidelibus, & contra fidem noſtram obloquentibus obiici ſolet: quam admirationem ibidem magiſter ſoluit.

DISCIPVLVS.

Alia admiratio circa Eucharistia Sacramentum.

NOn dubito quòd de hoc Sacramento altiora & profundiora tractentur, à Doctoribus ſanctis, quę ad me non pertinēt ſcrutari propter mei intellectus imbecillitatem: vnum tamen à te quęrere volo, de quò ſepè audiui, tam infideles quàm hæreticos obloquentes, & de veritate fidei noſtrę deridentes in ipſorum pernicie, tales enim me quotidie exprobrantes dicūt: Dic nobis vbi eſt De⁹ tuus? Si enim benè ſcrutatus fueris ſcripturas, reperies, quòd per arcam teſtamenti Dei olim maxima miracula nedū ſenſibilia, ſed etiam ſic publica & toti populo patentia fiebant, in tantū quòd de talium miraculorum fama infideles terrebantur, videntes ad oculum diuinam potentiam in reuerentiam arcæ ſuſfo-deris relucentem. Quādo enim populus Iſraeliticus transiuit Iordanem pede ſicco, ſacerdotibus, tunc arcā Teſtamenti portantibus per Iordanem, aquę ſuperiores deſcendentes ſteterunt in vno loco, ad inſtar montis intumeſcentis: inferiores vero vſque ad mare mortuum fluxerunt, ſic vt totus populus Iſraeliticus, quaſi per aridam trāſiuit flumē Iordanis ſic exiſtentis, donec prædicti ſacerdotes cum arca alueum Iordanis exiuerunt, quo facto Iordanis rediit in curſum ſuum. Quod quidem opus tam miraculoſum & tam publicum duo facit. Vnum, ſcilicet quòd filij Iſrael habuerunt in tanta reuerentia ipſum Ioſue, qui hoc ex parte Dei fieri præceperat, ſicut & Moyſen habuerūt. Aliud verò quòd Reges Amorrhæorum & Chananeorum, audientes tam magnū & publicum miraculum terrore Dei concuſſi, non remāſit in eis ſpiritus: quæ quidē hiſtoria habetur ad plenum, Ioſuę, 3. & 4. Cōſidera igitur, aiunt iſti proterui, quòd in huiuſmodi arca teſtamenti in qua non continebatur Deus realiter, neq; Chriſtus, ſed ſolùm tabulę lapideæ, pręcepta Decalogi continentes, & ſecundum quoſdam vrnā Mannę, quam Deus pręceperat reſeruari in teſtimonium generationibus futuris, vt habetur, Exo. 16. Similiter & virga quæ floruit in domo Leui, de quā virga habetur Numer. 17. Si igitur per arcam prædicta corpora inanimata: tātummodo portatricē quantumcunque ſacra eſſent, Deus tam euidentia miracula & tam diuulgata & publica fecit, in ipſius reuerentiam, quid putas facere habuiſſet, ſi in tuo Sacramento verus Deus ſeu Chriſtus realiter cōtineretur? qui ſuper omnia in infinitum colēdus

Miraculum per arcā teſtamenti factum. *Ioſuę. 3. & 4.*

Duplex effectus huiꝰ miraculi.

Arca teſtamenti quid continebat.

Exo. 16. f. 33

Num. 17.

Hæreticorū argumentū contra Eucharistiæ Sacramentum.

cedit capacitatem cuiuſcunque puræ creaturæ. Nulli enim puræ creaturæ communicabilis eſſet redemptio actiua humani generis, ſicut nec iuſtificatio vnius impij ſingularis, quod minus eſt. Vnde Eccleſia in Collecta dicit: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas. Et ideo Auguſt. dicit ſuper Ioãnem: quòd maius opus eſt vt ex impio iuſtus fiat, quàm creare cælum & terram. Cuius ratio eſt. Nam iuſtificatio terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, creatio verò cæli & terræ terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Vnde non ſolùm ad redemptionem humanam, ſed etiam ad iuſtificationem impij, oportet mitti diuinam perſonam. Vnde Apoſtolus cùm dixiſſet: Miſit Deus filium ſuum, &c. ſtatim ſubiungit: Vt eos qui ſub lege erãt redimeret, &c. Ex quo manifeſtè patet, quòd miſſio filij Dei principaliter ordinata eſt ad redemptionẽ humanam, ad quam non ſuffeciſſet miſſio cuiuſcunque puræ creaturæ: ſecus eſt de miſſione quæ ordinatur ad exteriora annuncianda: talis enim miſſio non excedit capacitatem angelicam, nec etiam humanã. Vnde ratio tua in hoc non videtur valere, nec etiam magiſter in verbis allegatis videtur procedere ſerioſè, ſed diſputatiuè tantum. Et ideo ratio mea prius dicta ſtat in ſuo valore, ſcilicet quòd angeli ſuperiores ad exteriora annuncianda, non mittuntur niſi fortè rariſſimè, quod conſonat huic quod legitur Danie. 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Et ideo de beata Virgine, quæ excedit in dignitate omnia angelorum agmina, conuenienter dicitur, quòd non debebat mitti ad annuncianda exteriora: & ſic ex dictis in hac parte excitare debes deuotionem tuam ad Virginẽ glorioſam, ſupra omnes ſanctos qui in cælo ſunt, citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt.

Auguſt. in Ioan.

Miſſio ad exteriora non excedit capacitatem angelicam nec humanã.

Dan. 7. c.

CAPITVLVM. XII.

In quo oſtenditur, quòd deuotio cuiuſcunque fidelis excitari debet ad Virginem glorioſam ſupra omnes ſanctos, citra Chriſtum, qui ſanctus ſanctorum eſt.

DISCIPVLVS.

Indica mihi, quæſo quomodo ex prædictis colligi poteſt, quòd deuotio circa Virginem glorioſam excitãda eſt pluſquã ad cæteros ſanctos citra Chriſtum: vniuerſitas enim ſanctorũ maximam dignitatem ſanctitatis videtur includere, ſicut & bonum vniuerſi diuinius eſt, quam bonum alicuius ſingularis, vt in 1. Ethichorum.

Alia admiratio.

1. Ethic.

MAGISTER. Si vniuerſitas ſanctorum accipiatur ſimpliciter prout ſonat, oportet quòd in ipſa includatur nõ ſolùm beata Virgo, ſed etiam ipſe Chriſtus, qui eſt ſanctus ſanctorũ: ſed ſi vni-

Vniuerſitas ſanctorum quid ſit.

Quòd ad Virginem excitáda eſt deuotio ſu. per omnes ſanctos.

ſi vniuerſitas ſanctorum intelligatur præter Chriſtum & Virginem glorioſam, tenendum videtur, quòd ad ipſam Virginẽ glorioſam deuotio fidelis promptior debet eſſe, quã ad alios ſanctos preter Chriſtum, quod poteſt oſtendi per cõſiderationem deuotionis, quæ inter homines eſſe conſueuit. Videmus enim quòd homines qui ſunt ſub aliquo ſummo rege, cui regi aliqui principes magni propinquius ſubſunt communiter promptiores ſunt ad obſequia illius principis, quẽ credũt habere duas cõditiones.

Similitudo duo in principio ſunt quæ inducũt populum ad obſequia ipſius.

Primum.

Prima eſt, quòd dominus ille ſit magis paratus ad audiendum preces ſeu ſupplicationes ſubditorum, ſicut patet de Abſalon, qui attraxit cor totius populi ad ſeruiendum ei eo quod informauerat eos quòd erat magis paratus ad audiendas ſeu exaudiẽdas petitiones ſuas quàm aliquis alius ex parte Regis. 2. Regum. 15.

2. Reg. 15. b. 6.

Secunda.

Secunda eſt, quòd dominus ille credatur eſſe magis dignus ſeu aptus ad conſequendum effectus prædictarum ſupplicationũ ſeu precum apud ſuum Regem prædictum quàm alij; vt patet de Adonia, qui volens conſequi quandam petitionẽ à Rege Salomone, petiuit, à matre Regis, quòd hoc impetraret à Rege, dicens: Precor vt dicas Regi, neque enim tibi negare quicquam poteſt, 3. Reg. 2.

3. Reg. 2. c. 17.

Cõſtat autẽ quòd Virgo glorioſa, potiſſimè habet primam cõditionem ex ſumma humilitate ſua, quàm ſupra diximus eſſe heroicam, ſcilicet diuinam, ſecundum quam intelligitur illud: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, vt ſupra expoſitum eſt: ideo de ipſa inter cæteros credẽdum eſt, quòd promptiòr ſit ad audiendos clamores ſeu preces pauperum ſua interceſſione indigentium, quàm cæteri ſancti, eo quod eius humilitas, vt dictum eſt, eſt tanta quòd magis accedit ad ſimilitudinem diuinę humilitatis: de Deo autem legitur in Pſalmo: Quia nõ ſpreuit neq; deſpexit clamorẽ pauperum, ſed cùm clamarẽt exaudiuit.

Beata Virgo promptior eſt ad audiendum nos quam cæteri ſancti.

Pſal. 21.

Secundam verò conditionem credendum eſt, ipſam potiſsimè habere ex ſua fide perfectiſsima, ſecundum quam dictum eſt ei: Beata quæ credidiſti, &c. vt ſupra expoſitum eſt. Conſtat quòd per veram fidem redditur homo dignus ad hoc vt petitiones eius, etiã ſi ſint valdè difficiles, à Deo exaudiatur. Vnde Matth. 17. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, &c. dicetis monti huic trãſi, & trãibit.

Per veram fidem fit homo dignus exaudiri à Deo.

Matth. 17. c. 20.

Fides grano ſinapis comparatur.

Fides autem Virginis glorioſæ grano ſinapis propriiſſimè comparatur. Nam ſub prædictis verbis Euangelij, gloſſa ſic ait: Fides perfecta grano ſinapis cõparatur, quæ in facie humilis eſt, & in pectore feruens. Hæc in gloſſa. Conſtat autem ex prædictis, quòd cũ fides beatę Virginis perfectiſſima eſt, & coniũctę ſuę maximę humilitati, quod de ipſius fide propriè debet intel-

ligi

De Virginis. fide intelligitur illud Euangelij: Si habueritis fidem, &c.

ligi illud verbum Euangelij ſupradictum, ſcilicet: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. Vnde de illa præcipuè confirendū eſt, quòd valdè grauia & difficilia (ſicut eſt montes transferre de loco ad locum, à Deo per fidem quam habuit perfectiſſimam ſuæ maximę humilitati cōiunctam) impetrare poſſet, pręſertim cùm etiam ſupra hoc habet erga Deum maternam dignitatem, propter quam præſumendum eſt, quòd ſibi nō negabit Chriſtus quæcumque: vt in autoritate allegata. 3. Reg. habetur: Meritò igitur mos populi Chriſtiani ad ipſam tanquā ſingularem patronam & aduocatam recurrit. Ad bonum autem aduocatum pertinet neceſſitates ſuæ partis circunſpicere, & in eis etiam non requiſitus prouidere. Vnde Bernardus in quodam ſermone de ipſa Virgine glorioſa dicit: Quid mirum ſi inuocata eſt, quæ etiam non vocata præſto eſt. Et hęc charisſime diſcipule, tibi ſufficiant circa prædicta in hac diſtinctione.

Vltra fidē cum humilitate coniunctam habuit beata Virgo Maternā dignitatem.

Mos populi Chriſtiani eſt ad Virginem accedere cum fiducia, Bernardus.

Diſtinctio tertia de Scrutinio ſcripturarum, circa quædam quæ ad ſacroſanctum Sacramentum altaris pertinent, quibus fidelium deuotio ad ipſius venerationem excitari debet. Et continet ſedecim capitula.

In capitulo primo proponitur à diſcipulo, quædam admiratio circa Sacramentum altaris, in quantum eſt viaticum ſpirituale fidelium in hac vita exiſtentium, ſicut olim Manna viaticum fuit Patribus in deſertis peregrinantibus, ad quam reſpondetur per Magiſtrum.

In capitulo ſecundo diſcipulus quærit, quomodo intelligatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri: ad quod reſpondetur à magiſtro, per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd effectus hui⁹ refectionis ſpiritualis quo ad vitam ſpiritualem aſſimilatur effectibus refectionis corporalis quantum ad vitam corporalem.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd effectus cibi ſupra cæleſtis in ſpiritualibus aſſimilatur effectibus illius cibi cæleſtis, ſcilicet Mannæ in corporalibus.

In capitulo quinto ponitur quædā alia admiratio diſcipuli circa Sacramētum altaris, quæ quidem admiratio ab infidelibus, & contra fidem noſtram obloquentibus obiici ſolet, quam admirationem ibidem magiſter ſoluit per quandam diſtinctionem miraculorum, quam ibidem oſtendit.

In capitulo ſexto vlterius redditur ratio, quare circa hoc Sacramentum nō fiunt frequenter viſibilia miracula, ſicut olim fiebant circa arcam teſtamenti, & huiuſmodi.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd ex occultatione maximorum miraculorum, quæ in hoc ſacramento continentur, dulcedo ſpiritualis ſeu deuotio in mente debitè ſumentium accreſcit.

In capitulo octauo oſtenditur, quòd licet in hoc Sacramento memoria Paſſionis Chriſti celebratur, nihilominus dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis in rectè ipſum ſumente ſentitur.

In capitulo nono redditur ratio, quare repræſentationes communiter ſunt delectabiles, & conſequenter oſtenditur quòd repræſentationes in hoc ſacramēto abſconditæ, in ritè ſumente ſunt maximę delectationis ſeu dulcedinis.

In capitulo decimo proponitur, quędam alia admiratio à diſcipulo circa hoc ſacramentum, prout eſt ſacrificium, & ibidem ſoluitur à magiſtro.

In capitulo vndecimo declaratur, quòd tripliciter intelligi debet impletio legis per Chriſtum, & quòd Chriſtus legem impleuit in inſtitutione huius ſacramenti, prout eſt ſacrificium: & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorum antiquæ legis, & de errore Rab. Moy. circa reddendam cauſam ſacrificiorum.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd Chriſtus legem impleuit circa ſacrificium, ſecundum triplicem eius cauſam, faciendo quod lex iubet, qui eſt primus modus implendi legem.

In capitulo tredecimo oſtenditur, quod Chriſtus impleuit legem ſacrificiorum antiquorum, ſupplendo quod in eis deerat, qui eſt ſecundus modus implendi legem.

In capitulo decimoquarto oſtenditur, quòd dictum eſt in proximo præcedenti capit. per autoritatem Pſalmi in Pſalterio, qui incipit Deus Deorum Dominus locutus eſt, [illegible] Hebræ[illegible] finaliter concluditur, quòd Chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum, ſupplendo quod deerat, qui eſt ſecundus modus adimplendi legem.

In capitulo decimoquinto oſtenditur, quòd in inſtitutione huius ſacramenti ſeu ſacrificij Chriſtus legem impleuit, implendo ea quæ de hoc fuerunt in antiquo teſtamento prænunciata, ſeu præfigurata.

In capitulo decimoſexto agitur, de multitudine nominum huius ſacramenti, quæ multitudinem effectuum eius ſalubrium denotat, ex qua excitari debet deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium.

CAPITVLVM. I.

In quo proponitur à diſcipulo quędam admiratio circa ſacramentum altaris, quod eſt viaticum ſpirituale fidelium, in hac vita exiſtentium, ſicut olim Manna viaticum fuit patribus in deſerto peregrinantibus, ad quam reſpondetur per Magiſtrum.

DISCIPVLVS.

INVENTI ſunt ſermones tui & comedi eos, & factum eſt verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei. Hierem. 15. Hiere. 15. c. 16. Dico enim ſermones tuos ſupradictos de excellentia Virginis glorioſæ, & de ipſius virtutum perfectione me comediſſe: quia tanquam cibus ſuauiſſimus interiora mea huiuſmodi ſermones ingreſſi ſunt, cor meum lætificantes, & deuotionem meam quantum fragilitati meæ poſſibile eſt in ipſam Virginem glorioſam excitarunt. Nunc autem ad quędam alia quæ in corde meo, vt problemata verſantur deſiderando à te de illis illuminari, ſicut & de

ſupra-

ſupradictis tibi ſequentem propono admirationem, quæ talis eſt. Scrutans enim ſcripturas, reperio, quòd olim cùm Deus populo ſuo per deſertum tranſeunti, de cibo cælitus ei prouidit, ſcilicet de Manna, multa & magna miracula in ipſo ſeu circa ipſum cibum veriſimiliter operatus eſt Deus, vt habetur Exo. 16. vt puta, quòd vnuſquiſq; colligebat certam menſuram, quæ dicebatur Gomor, pro quolibet, ſic quod licet amplius colligebat, nõ plus inueniebat, quã qui minus, ſed ſolùm ſecundum mẽſuram ſupradictam, iuxta numerum familiæ quibus ſuppetebat. Item quòd ſi ex eo pro mane relinquebatur purrifiebat niſi ſolùm in die ſexta, in qua duplex Gomor colligebant: cuius medietas remanebat pro die Sabbathi, in qua non deſcẽdebat Manna. Item quòd prædicta menſura, ſcilicet Gomor remanſit in tabernaculo in propria forma ſine aliqua putredine per totum tempus vſque ad deſtructionem templi, vt patet per dictũ capitulum: vbi Deus mandauit quòd reſeruaretur in vaſe pro cuſtodia in generationibus futuris. Item quòd habebat plures ſapores & diuerſos, ſecundum beneplacitum ſumentium. Iuxta illud Sapientiæ 16. vbi dicitur de Manna; Omne delectamentum in ſe habentem. Reperio tamen quòd in lege gratiæ Deus prouidit populo ſuo, de cibo ſupra cæleſti incõparabi. excellentiori quã Manna, quod patet ex comparatione rerum in vtroq; cibo contentarum. In Manna enim continebatur res corruptibilis. In cibo verò ſupra cæleſti, ſcilicet in ſacramento altaris, res incorruptibilis continetur, ſcilicet verũ corpus Chriſti glorioſum deitati perſonaliter vnitum. Maxima igitur admiratione dignũ videtur, quòd in cibo corruptibili, ſcilicet Manna, tot miracula & tam magna & tam continua viſibiliter occurrerent, & tamen in cibo ſupra cæleſti incorruptibili nulla miracula viſibiliter appareant. Circa quod peto à te illuminari, non enim dubito, quin hæc diuerſitas rationem habeat in ſe occultam, quàm credo tibi eſſe manifeſtam.

Admiratio de Sacramẽto Euchariſtia, quod valde ſimile eſt Manna, circa quod in veteri lege multa miracula contingerũt.

Primum miraculum. Exo. 16. c. 19.

Secundum miraculum.

Tertium miraculum.

Manna mãſit in tabernaculo, vſque ad deſtructionẽ templi.

Quartum miraculum.

Sapien. 16. c. 20.

Cõparatio Sacramenti ad Manna.

Quare in Mana tot fiebant viſibiliter miracula, & non in Euchariſtia

MAGISTER. Ad huiuſmodi admirationem tuam tollẽdam, aliqua ſunt præmittenda, quorum vnum eſt, quòd ſi ſcrutatus fueris diligenter ſcripturas, reperies quòd ſapiẽtia Dei, quæ omnia diſponit ſuauiter, cibos diſpoſuit diuerſos hominibus, ſecundum diuerſas temporum varietates, prout temporum oportunitati ſecundum diuerſos hominum ſtatus cõgruebat, iuxta illud Pſalmi: Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in tempore oportuno. Quod ſic patet, Nã Adæ primo parenti, in ſtatu innocentiæ exiſtenti, fructus omniũ lignorũ paradiſi, qui ſuaues & pulchri erant, præterquam lignum

Cibos diuerſos diſpoſuit Dominus hominibus: prout diuerſis ſtatibus conueniebat.

Pſalm. 144. c. 15.

Cibus arborum conceſſus Adæ, in ſtatu innocētiæ. Gen.2.c.17. *Lignum vitæ concedebatur ei, cuius eſu poterat non mori.* Gen.3.

lignum ſcientiæ boni & mali, dedit in eſcam ſeu cibum, Gene.2. Quiquidem cibus illo tempore homini competebat. Inter illa enim ligna quę fuerunt ſibi conceſſa in cibum, lignū vitæ continebatur: per cuius eſum poterat non mori, vt habetur Gen.3. Conſequēter verò cùm Adam lapſus fuit in peccatū, per quod innocentiæ ſtatum perdidit, & de paradiſo fuit expulſus, aliter fuit depoſitum de cibo ſuo, ſcilicet vt de terra maledicta cum labore & ſudore vultus comederet panē, & herbas terræ germinantis tribulos & ſpinas. Geneſ.3. Vnde ſicut in ſtatu innocētiæ rectiſsimo, in quo ratio ſuperior ſoli Deo obediebat: & voluntas cum omnibus viribus inferioribus ſolùm rationis rectę, ſine impedimento imperium ſequæbatur, cibus ei correſpondens erat ſuauis, & abſque vllo labore & ſudore acquiſitus; & mortalitatis neceſſitatem non habens: ſic in ſtatu lapſus, vbi ratio ſuperior humana ab obediētia Dei receſsit, & vires inferiores imperio rationis reſiſtebāt, cibus laborioſus & triſtis cū neceſſitate moriendi correſpōdebat. Qui quidem cibus ſolus humano generi per totam primā ætatem, vſq; poſt diluuium fuit conceſſus. Poſtea verò tempore Noē, deficientibus peccatoribus à terra per diluuium: ædificato altari à Noë, ſuper quod holocauſta mundorum animalium Deo obtulit, quorū odorē

Poſt peccatū, cib⁹ Adæ fuit de terra maledicta.

Gen.3.c.18. *Differentia inter cibos in ſtatu innocentiæ & in ſtatu naturæ corruptæ, & quare mutabantur cibi.*

Cibus Noe cōceſſus fuerunt omnia animalia.

ſuauitatis De⁹ acceptauit, Noe & filiis eius benedicens, omnia animalia eis dedit in cibū. Vnde quibus antea olera, & fructus terrę ſolùm licebat comedere, de cætero etiam omnia animantia, in cibū habere licebat, vt habetur Gen.9. Langueſcēte enim humana natura per ipſum diluuiū, oportebat ipſius cibum aliqualiter fortificari. In exitu autē Iſrael de Egypto, quando ſeparauit filios Adā, ſic vt aliquos ſcilicet filios Iſrael, ſuo ſeruitio & legi applicaret, & eos per lōgam ſolitudinem, vbi non erat ſemen ferenti, neque panis comedēti, ad terram fructiferam, & lac & mel fluentem deducerēt oportuit vt eis prouideret de alio cibo, quem ſine labore & ſudore vultus poſſent colligere, ſcilicet de Manna: ne fortè deficerēt in via tam ſterili & prolixa, vt habetur Exo.16. qui quidem cibus ſic miraculoſè traditus, & miraculorum multitudine, vt per te dictum eſt fulcitus, propriè competebat populo illi, tum vt per euidentiam atque frequentiam miraculorum viſibiliter circa cibum illum contingentium, eorum fides, quę valde debilis & vertibilis erat, vt patet in diuerſis locis ſcripturæ, per hoc firmior & ſtabilior redderetur: tum vt per experimentum quotidiè comprobaretur, an rectè ambulaſſent in lege Dñi. Legitur enim Exod. 16. vbi ſupra: Dixit Dñs: Ecce ego pluam vobis panes de cęlo, egredia-

Quib⁹ olim tantum licebat comedere, iam animalia conceduntur, & quare. Gen.9.a.4.

Cibus filiis Iſrael poſt exitum de Aegypto cōceſſus & datus.

Exo.16.

Quare tot miracula fiebant circa Manna.

Exo.16.b.4.

populo carnali tali cibo indigenti, rationibus ſupradictis. Eucharistia verò populo ſpirituali datus eſt, qui tali pane propriè nutritur & roboratur.

CAPITVLVM. II.

In quo diſcipulus quærit, quomodo intelligatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri. Ad quod reſpondetur à magiſtro, per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

DISCIPVLVS.

Quomodo ſpiritualiter nutritur homo Euchariſtia ſacramento.

SCire deſidero, quomodo per iſtum panem ſupra cæleſtem homo nutritur & roboratur: non enim credo quòd hoc dicas per ſubſtantiam panis & vini, quibus homines propriè nutriuntur: quæ quidem ſubſtantia licet ante conſecrationem ſub illis ſpeciebus erat. Facta autem conſecratione nihil remanet de ſubſtantia panis & vini, ſed ſolũ eorum accidentia, quæ ſenſibiliter apparent.

Sacramentũ hoc ſpiritualiter animã nutrit.

MAGISTER. Nullo modo dubitandum eſt, quòd ſacramentum de quo agitur, non nutrit corporaliter per ſubſtantiã panis & vini, quæ ante conſecrationem erant in ſacramento, cùm cõſecratione facta deſinat eſſe ibi: nutrit tamen hoc ſacramentum rectè ſumptum ſpiritualiter animam & ipſam reficit.

Magiſt. Sẽt. 4. diſt. 8.

Vnde Magiſter in 4. diſtinct. 8. de hoc ſacro ſacramẽto loquẽs ait: Rectè viaticum appellatur, quia in via nos reficiens, vſque ad patriam perducit.

Quare viaticum dicatur hoc ſacramentum.

Aſſimilatur enim refectio ſpiritualis quam hoc ſacramẽtum in homine fideli efficit, refectioni corporali, quam cibus corporalis in corpore animali cauſat, tam in modo refectionis, quàm in refectionis effectibus.

Spiritualis refectio ad ſimilitudinem corporalis.

Primum patet ſic. Nam ſicut ſecundum Philoſophum, refectio corporalis perficitur per tres vires naturales, ſic quodammodo ſecundum veritatem fidei noſtræ, tres virtutes ſupernaturales, quodã modo prædictis correſpondentes, requiruntur in refectione ſpirituali, quod ſic patet: nam in refectione corporali requiruntur.

Triplex naturæ virtus requiritur ad corporalem refectionem.

Primo vis attractiua.

Primo vis naturalis attractiua: niſi enim cibus extra corpus poſitus, ad interiora loca refectioni apta quadam vi naturali attraheretur, impoſſibile eſſet corpus refici, vt eſt manifeſtum.

Secundò vis retentiua.

Secundò vis quæ requiritur ad corporalem refectionem, eſt vis retentiua: niſi enim cibus per attractiuam intra corpus poſitus retineretur per vim retentiuam, nihil ad refectionem proficeret corporalẽ.

Tertiò vis nutritiua ſeu digeſtiua.

Tertio verò vis quæ requiritur ad perfectionem corporalẽ, eſt vis digeſtiua, per quam nutrimentũ aſſimilatur & vnitur nutrito: quę omnia Philoſophus largius ponit in libro de animalibus.

Ariſto. libr. de animalibus, à ſimili.

In refectione autẽ ſpirituali de qua agim², requiruntur tres virtutes ſupernaturales, quæ tribus viribus ſupradictis naturalibus, quodãmodo correſpondent & aſſimi-

Triplex ętiam virtus requiritur ad refectionem ſpiritualem.
Fidei virtus attractiua eſt.

aſſimilantur. Requiritur enim in refectione ſpirituali, virtus fidei ſupernaturalis, quæ attractiua eſt credibiliū. Niſi enim per virtutem fidei ea quæ ſunt extra mentem, ad quę, ſcilicet nec experientia, nec ratio naturalis attingit, ad ipſam mentem per cognitionem fidei introducerentur, nulla eſſet refectio, animæ ſpiritualis, per fidem enim in mente ſubſiſtunt ea quæ nō apparent, vt ad Hebr. 11. Secunda virtus ſupernaturalis, quæ requiritur ad refectionē ſpiritualem, eſt ſpes, quę virtus eſt retētiua. Ea enim quæ per fidem attrahuntur ad noſtram mentem, noſtræ ſaluti pertinētia, per virtutem ſpei retinentur: de qua virtute ad Hebr. 6. Confugimus ad tenēdam propoſitam ſpem, quam ſicut ancoram animæ habemus tutam & firmam. Tertia verò virtus ſupernaturalis, quæ requiritur ad refectionem ſpiritualem, eſt virtus charitatis, per quam ex nutriente & nutrito, ſecundum ſimilitudinem gratiæ vnum efficitur. Iuxta illud 1. Ioānis 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Cuius omnino ſimile legitur, de ſumente hoc ſacramentum. Vnde Ioan. 6. Qui manducat cārnem meam, & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in illo. Conſiderandum tamen quòd quia ſpiritualia non poſſunt ſic, aſſimilari corporalibus, quin inter ea differentia non modica reperiatur: idcirco inter nutritionē corporalem & ſpiritualem, quarum quælibet terminatur in vnionē ſimilitudinis nutrientis cum nutrito, eſt quædam lata differentia. Nam in refectione corporali hæc ſimilitudo ſeu vnio perficitur per mutationem nutrimēti in ſimilitudinem nutriti. In refectione autem ſpirituali nō ſic, ſed perficitur per mutationem nutriti in ſimilitudinem nutriētis. Vnde Auguſt. in perſona huius ſacramenti dicit: Non ego mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. Differūt etiā iſtę refectiones in loco ſeu in ſubiecto refectionis: nam refectio corporalis in mēbris corporeis fit, vt puta in ſtomacho, epatę, vel venis. Refectio autem ſpiritualis nō ſic, ſed in mente, quę eſt pręcipua pars ſpiritualis hominis. Vnde Auguſt. loquens ad manducantem hoc ſacramentum, dicit: Ad quid paras dentem & vētrē, para mentem, crede, & manducaſti. Hæc ille. Ex quibus habes quomodo refectio ſpiritualis, conſiderari habet per ſimilitudinem ad refectionem corporalem.

Heb. 11. a. 1. — *Spes retentiua virtus eſt.* — *Heb. 6. d. 19* — *Chriſtus eſt virtus nutritiua, qua ex nutriēte, & nutrito vn⁹ efficitur.* — *1. Ioan. 4. d. 17.* — *Ioan. 6. f. 57.* — *Differentia inter nutritionem corporalem & ſpiritualē.* — *Auguſt.* — *Auguſt.*

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur, quòd effectus huius refectionis ſpirtualis, quoad vitam ſpiritualem aſſimilantur effectibus refectionis corporalis, quantum ad vitam corporalem.

DISCIPVLVS.

Habeo doctrinam tuam in prædictis, quæ pertinēt ad modum refectionis ſpiritualis, & etiam

&etiam ad eius locum ſeu ſubiectum:& vellē vt mihi vlterius declares ſimilitudines vtriuſq; refectionis quãtum ad effectus vtriuſque earũ,prout prius propoſueras.

MAGISTER. Adhoc quod quęris,attēdere debes,quòd ſicut refectio ſpiritualis aſſimilatur refectioni corporali,quantũ ad modum reficiendi,ſic inuenitur ſimilitudo in effectibus, qui ex vtraque refectione ſequuntur:omnem enim effectum,quē cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, hoc totum facit hoc ſacramentum,quantum ad vitam ſpiritualem,vt in 3.part.quæſt.79.quod patet diſcurrendo per aliquos ſingulares effectus, ex quibus alij intelligi poſſunt. Eſt enim vnus effectus cõmuniter cuiuſcunque bonę refectionis corporalis augmentum ſpiritus vitalis,tam in corde animali, quàm in cęrebro & huiuſmodi,ex quo omnes vires naturales refocillãtur. Qui quidem effectus in noſtro viatico ſpiritualiter efficitur. Eſt enim effectus huius ſacramenti ſecundum Magiſtrum in 4.diſtinct.12.augmentum virtutis, ſcilicet charitatis,& perconſequens grātiæ atque omnium virtutum ſpiritualium,quarum forma eſt ipſa charitas. Itē refectione corporali completa, nociua à corpore animali expelluntur,quod in noſtro ſacramento ſpiritualiter efficitur. Expelluntur enim per hoc ſacramentum à rectè ſumente illud, omnia venialia peccata, prout Doctores tenēt, ſpecialiter Ambroſ.in 4.de Sacramentis.

Quicquid cõfert cibus corporalis ad corpus, idipſum cibus ſpiritualis ad animam.

S.Tho.3.p.q.79.

Magiſt.Sēt. in 4.diſt.12

Per virtutē huius Sacra menti peccata venialia expellũtur, ſi debite ſumatur.

Ambr.4.li. de Sacra.

DISCIPVLVS. Quòd autem in ſumptione debita huius Sacramenti venialia dimittantur, valdè rationabile eſt. Sanguis enim Chriſti,qui in hoc ſacramento realiter ſumitur,effuſus eſt in remiſſionem peccatorum. Scire tamen vellem, cur mortalia non dimittantur in tanto ſacramento,in quo Chriſtus plenus gratia realiter continetur, cùm tamen in ſacramento Baptiſmi,in quo ſola virt⁹ Chriſti continetur, non tantum venialia,ſed etiam originale peccatum,& omnia mortalia peccata dimittantur: videtur enim verba Chriſti ſonare de vtroq; ſacramento, quòd omnia peccata in eis dimittãtur,ſicut enim de Baptiſmo dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Marci 16. per quod intelligitur dimiſsio omnium peccatorum, etiam mortalium, ſine quorum dimiſſione nullus ſaluatur: ſic de Sacramento Euchariſtiæ dicit Ioannis 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. vitam autem æternam nullus habet cum peccato mortali. Vnde tam per rationem, quã per verba Chriſti videtur, quòd etiam peccata mortalia in Sacramento Euchariſtiæ dimittentur.

Si ſanguis Chriſti in remiſſionē peccatorum fuſus eſt,cur mortalia tã efficaci Sacramēto nō dimittũtur?

Marc.16. c.16.

Ioan.6.f.59

MAGISTER. Si benè cõſideraſti prædicta, ex ipſis reſ-

 pon-

Quare mortalia nõ remittuntur in Sacramẽto Euchariſtia. ſponſionem habebis ſufficientem. Nã ſicut in refectione corporali digeſtiua parte totaliter corrupta nemo reficitur, ſed potius ex cibo incurrit magnam *Hipocrates* læſionem: docente Hipocrate, qui in ſuis Aphoriſmis dicit: Nõ pura habentes corpora quantũ magis nutriẽt, tãto magis lędẽt. Sic etiam contingit in refectione ſpirituali, quia cùm exiſtens in mortali peccato, charitate careat, quę eſt digeſtiua ſpiritualis, vt dictum eſt: tum talis necdum non reficitur ſpiritualiter, ſed nouum incurrit graue peccatum. Vnde: Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãdu *1.Cor.11. g.29.* cat, &c. 1. Corinth. 11. Ille autem qui hoc Sacramentum debitè ſumit, oportet quòd ſit in chari- *Reſpõſio ad quæſtionem & ſolutio autoritatis.* tate, quæ nõ compatitur ſecum mortale peccatum: & ſic taliter ſumens Sacramentum non habet mortalia quæ ei dimitãttur, & ideo ſolùm dicitur dimittere *Ioan.6.* venialia. Verbum autem illud quod allegas, ſcilicet: Qui manducat hũc panem, viuet in ęternum. intelligitur de manducatione ſpirituali, de qua vt ſupra *Auguſt.* Auguſt. dicit: Crede & manducaſti. quod intelligitur per fidẽ charitate formatam, non autem intelligitur verbum Chriſti ſupradictum de manducatione ſacramentali tantum. Quæ quidẽ manducatio, etiam ab indignis qui iudicium ſibi manducant & bibunt, fieri poſſet.

DISCIPVLVS. Doce vlterius me rogo de ſimilitudine refectionum prædictarũ in aliis effectibus,

MAGISTER. Sicut in refectione corporali hominis non ſolùm homo reficitur, ſed confortatur, & in ſuo robore firmatur. Vnde Pſalm. Panis cor hominis confirmat. ſic in hac re- *Pſal.103. b.15.* *Quartus effectus eſt confortare.* fectione ſpirituali languor, qui ex diuturna abſentia diuinę viſionis, in viris iuſtis contingere conſueuit, iuxta illud Canti- *Cant.2.a.5.* corum 2. Fulcite me floribus, quia amore langueo. per debitum huius ſacramenti vſum roboratur: & ideo in figura huius ſacramenti intelligitur illud. 3. Regum 19. quod de Helia legi- *3.Reg.19. b.9.* tur, ſcilicet: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad mõtem Dei. Item in refectione cor *Quintus effectus eſt impinguatio.* porali contingit, quòd in corpore benè diſpoſito refectione completa, necdum quis reficitur, ſed etiam impinguatur, iuxta illud Geneſ. penult. Aſſer pin- *Gen.49. c.20.* guis panis eius. quod etiam cõtingit in refectione ſpirituali per hoc ſacramentum ritè factã: Creſcit enim in ſic ſumente mẽtis deuotio, quæ pinguedo ſpiritualis eſt ſecundum Hugo. in- *Hugo.* quãtum ariditatem animæ, quę quidem indeuotio eſt, expellit: & ideo Pſalm. cùm dixiſſet: Paraſti in conſpectu meo menſam. *Pſal.22.a.5.* quod benè poteſt intelligi de altari, in quo hoc ſacramentum celebratur, quæ vera menſa Domini eſt, ſtatim ſubdit: Impinguaſti in oleo caput meũ, quod intelligendum eſt de pinguedine de-

Sextus effe- ctus refectiõis ſpiritualem generat. ne deuotionis. Item ſicut in refectione potus materialis, ſcilicet vini, cor lætificatur: iuxta illum Pſalm. Et vinum lætificat cor hominis. ſic huiuſmodi potum ſupra cæleſtem debitè ſumens magnam lætitiam attingit ſpiritualem, iuxta illud Sap. 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius. Item ſicut potũ vini ſumentes vltra ſobrietatẽ, ebrietatem incurrunt, ſic & in hoc potu ſpirituali, qui primos gradus charitatis, ſcilicet incipientium & proficientium tranſcendunt, & perfectionem charitatis aliqualiter attingunt, ebrietatem quandam incurrunt ſpiritualem. De qua, Cantic. 5. Bibite amici, & inebriamini cariſsimi. quaſi dicat: Vos qui eſtis amici, ſcilicet in primis gradibus charitatis conſtituti, ſufficit vobis bibere: ſed chariſſimi, ſcilicet in charitate perfecta inebriari debetis. Quæ quidem ebrietas ſpiritualis non eſt vicioſa, ſed valde laudabilis: nam ſecundum Auguſti. de agone Chriſtiano, talis ebrietas mentem non euertit, ſed ſenſum rapit, in tãtum quòd omnium terrenorum obliuionem præſtat. De qua quidẽ ebrietate intelligi poteſt illud Pſalmi: Et calix meus inebrians, quam præclarus eſt. Habet etiam iſte cibus cæleſtis quendam effectum, in quo excellit omnia refectiua corporalia: nam iſte cibus benè ſumentibus vitam æternam præſtat. Ioannis. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. in quem effectum nullum aliorum reficientiũ participat, etiam quoad vitam corporalem.

Pſal. 103. b.15. — *Sap. 8. d. 16.* — *Septimus ebrietatem ſpiritualem cauſat.* — *Cant. 5. a. 1.* — *Ebrietas ſpiritus quæ ſit* — *Auguſt. de agone Chriſtiano.* — *Pſal. 22. a. 6* — *Octauus effectus eſt vitam æternã præſtare.* — *Ioan. 6. f. 51.*

DISCIPVLVS. De ligno vitæ legitur, Geneſ. 3. quòd qui comedit de eo, viuet in æternum. Ex quo patet, quòd eſus ligni vitæ præſtare poterat vitam æternam.

Gen. 3. d. 22.

MAGISTER. Secundum Auguſt. de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti, eſus ligni vitæ corruptionem inhibebat; non tamen ſimpliciter pręſtabat inmortalitatem: virtus enim præſtandi vitam ęternã eſt quodãmodo infinita, & ſic purę creaturæ quæ finita eſt, non eſt communicabilis.

Auguſt. de quæſt. noui & vet. teſt. — *Ligni vitæ eſus corruptionem vitæ inhibebat.*

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd effectus huius cibi ſupra cæleſtis in ſpiritualibus aſſimilatur effectibus illius cibi cæleſtis, ſcilicet Mannà incorporalibus.

DISCIPVLVS.

SAtis habeo de ſimilitudinẽ effectus refectionis ſpiritualis, ad effectus refectionis corporalis communiter conſideratę: ſed quia refectio corporalis per cibum illum cæleſtẽ à Deo datum, ſcilicet Manna excellentior conſideratur, quàm refectio corporalis communis. Idcirco vellem ſcire, ſi cibus iſte ſupra cæleſtis in aliquibus effectibus ſeu proprietatibus aſſimiletur

miletur illi cibo cæleſti ſcilicet Mannæ.

MAGISTER. Iſte cibus ſupracæleſtis non ſolùm habet effectus ſpirituales, correſpondentes effectibus cibi corporalis communis, vt dictum eſt: ſed etiam habet effectus ſeu proprietates ſpirituales correſpondentes effectibus ſeu proprietatibus Mannę excellentiori modo. De Mãna enim legitur Exo. 16. Nec quod qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperiit minus: ſed ſinguli iuxta id quod ædere poterãt congregauerũt, prout tu ſupra allegaſti: cuius ſimile contingit in hoc cibo ſupernaturali ipſum debitę ſumentibus. Non enim quantitas ſpiritualis huius refectionis ex quantitate corporis Chriſti ſumpti accipitur, cùm eadẽ ſit quantitas corporis Chriſti indiuidualiter in omnibus ſumentibus, vt in 3. parte. quæſt. 79. Et ſic miraculoſius & excellentius, de hoc cibo ſupracęleſti dicitur: Nec quod qui plus collegerat habuit amplius, &c. Similiter ſicut de Manna dicitur Sapient. 16. Quòd omnes delectationes in ſe habebat, & omnis ſaporis ſuauitatem, ſic & perfectius diuini ſaporis multiplices & varij à rectè ſumentibus in hoc ſacro cibo guſtantur, & licet in Manna faſtidium ſeu nauſeam, quandoque ſumentes incurrebant. iuxta illud. Numer. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. In hoc tamen cibo ſupracæleſti nauſea non habet locum in iis qui debitè ipſum ſumũt. Vnde Bernard. in quadam Epiſtola, notabiliter dicebat: Miror ſi ad guſtum cibi dulciſſimi nauſeas, ſi tamen guſtaſti quam dulcis eſt Dominus, aut certè non guſtaſti, & neſcis quid ſapit Chriſtus: & ſic nõ appetis cùm ſis inſpertus, ac ſi guſtaſti, & dulce non ſapit, ſanum non habes palatum. Hęc Bernar. nec ſolùm nauſeam ſui ipſius huiuſmodi guſtus cæleſtis non generat, ſed potius aliorum ſaporum faſtidium, in benè guſtante procurat. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. Sicut qui pretioſum mãducauerit cibum, huic eſca communis ingrata videtur, ſic qui ſemel dulcedinem Chriſti guſtauerit, terrenorum bonorum nõ multum de cætero ſentiet ſaporem. Iuxta illud ad Hebr. 6. Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum: virtuteſque ſeculi vẽturi, & prolapſi ſunt reuocari rurſum ad pœnitentiam, rurſum crucifigẽtes ſibimet ipſis Filium Dei, &c. Et hæc tibi ſufficiant circa refectionem ſpiritualem cibi ſupracęleſtis, ſubtiliora & altiora quę circa hoc ſacramentum dicuntur, peritioribus & magis perfectis ad pręſens relinquendo.

CAPI-

Marginalia: Sacramentum Eucharistiæ effectus correſpondentes Mannæ habet. — Exo. 16. b. 19. — S. Tho. 3. p. q. 79. — Sap. 16. c. 20 — Num. 21. b. 5. — Bern. Epiſt. — Alias inſpertus. — Aliorum deberum faſtidium generat. — Chryſoſt. in Matth. — Heb. 6. a. 4.

CAPITVLVM V.

In quo ponitur admiratio diſcipuli circa Sacramentum altaris: quæ quidem admiratio ab infidelibus, & contra fidem noſtram obloquentibus obiici ſolet: quam admirationem ibidem magiſter ſoluit.

DISCIPVLVS.

Alia admiratio circa Euchariſtiæ Sacramentum.

NOn dubito quòd de hoc Sacramento altiora & profundiora tractentur, à Doctoribus ſanctis, quę ad me non pertinēt ſcrutari propter mei intellectus imbecillitatem: vnum tamen à te quęrere volo, de quo ſepè audiui, tam infideles quàm hæreticos obloquentes, & de veritate fidei noſtrę deridentes in ipſorum pernicie, tales enim me quotidie exprobrantes dicūt: Dic nobis vbi eſt De⁹ tuus? Si enim benè ſcrutatus fueris ſcripturas, reperies, quòd per arcam teſtamenti Dei olim maxima miracula nedū ſenſibilia, ſed etiam ſic publica & toti populo patentia fiebant, in tantū quòd de talium miraculorum fama infideles terrebantur, videntes ad oculum diuinam potentiam in reuerentiam arcæ ſui fœderis relucentem. Quādo enim populus Iſraeliticus tranſiuit Iordanem pede ſicco, ſacerdotibus, tunc arcā Teſtamenti portantibus per Iordanem, aquę ſuperiores deſcendentes ſteterunt in vno loco, ad inſtar montis intumeſcentis: inferiores vero vſque ad mare mortuum fluxerunt, ſic vt totus populus Iſraeliticus, quaſi per aridam trāſiuit flumē Iordanis ſic exiſtentis, donec prædicti ſacerdotes cum arca alueum Iordanis exiuerunt, quo facto Iordanis rediit in curſum ſuum. Quod quidem opus tam miraculoſum & tam publicum duo facit. Vnum, ſcilicet quòd filij Iſrael habuerunt in tanta reuerentia ipſum Ioſue, qui hoc ex parte Dei fieri præceperat, ſicut & Moyſen habuerūt. Aliud verò quòd Reges Amorrhæorum & Chananeorum, audientes tam magnū & publicum miraculum terrore Dei concuſſi, non remāſit in eis ſpiritus: quæ quidē hiſtoria habetur ad plenum, Ioſuę, 3. & 4.

Miraculum per arcā teſtamenti factum. *Ioſuę. 3. & 4.*

Duplex effectus huiꝰ miraculi.

Cōſidera igitur, aiunt iſti protertui, quòd in huiuſmodi arcā teſtamenti in qua non continebatur Deus realiter, neq; Chriſtus, ſed ſolùm tabulę lapideæ, pręcepta Decalogi continentes; & ſecundum quoſdam vrna Mannę, quam Deus pręceperat reſeruari in teſtimonium generationibus futuris, vt habetur, Exo.16. Similiter & virga quæ floruit in domo Leui, de qua virga habetur Numer.17. Si igitur per arcam prædicta corpora inanimata: tātummodo portatricē quantumcunque ſacra eſſent, Deus tam euidentia miracula & tam diuulgata & publica fecit, in ipſius reuerentiam, quid putas facere habuiſſet, ſi in tuo Sacramento verus Deus ſeu Chriſtus realiter cōtineretur? qui ſuper omnia in infinitum colēdus

Arca teſtamenti quid continebat.

Exo.16.f.31 *Num.17.*

Hæreticorū argumentū contra Euchariſtia Sacramentum.

Arca fœderis aliud miraculum tẽpore Samuel factũ.

&c venerandus eſt: & non ſolùm tempore Ioſuæ ſupradictum miraculum Deus fecit in venerationem arcæ ſui teſtamenti, ſed etiam tẽpore Samuelis, cùm arca Domini fuit capta per Philiſtęos, & in Azoth deducta: Deus fecit iudicia in Azoth & in Idolũ eorum, vſq; ad hoc quod Philiſtæi miſerũt arcam vſque ad terram Iſrael, & nõ ſine magnis miraculis, quæ in qualibet manſione arcę per Deum fiebant, vſq; ad hoc quod arca Domini remãſit in Cariathiarim per aliquos annos, quæ hiſtoria habetur per extenſum, 1. Regũ. 5. & 6. Item quãdo Dauid fecit portare arcam Domini ſupradictam de domo Aminadab, quæ erat in Gabaa, vſque ad domum Obeth, Edom: quia Oza extendit manum ſuam & tetigit arcam Domini temerariè, percuſſus eſt à Domino, ſic vt illico moreretur, vt habetur 2. Regum. 6. Cùm igitur Deus vt arca ſui teſtamenti reuerenter haberetur, tam à fidelibus quàm etiam ab infidelibus, tam magna miracula & euidentia atque publica olim faciebat, quid exiſtimandũ eſt quod Deus faceret ſi in ſacramento tuo ipſius diuinitas incarnata cõtineretur, vel etiam ipſe Chriſtus Dei benedictus: cùm tamen nulla talia miracula, nec etiam eis ſimilia per ipſum ſacramentum apud fideles hoc credentes, nec etiam apud infideles hoc negãtes videmus fieri, ſed potius oppoſitum. Sepe enim

1. Reg. c. 5. & 6.

Aliud miraculum arcæ federis.

2. Reg. 6. & 8.

Plura certè & grauiora his noſtris tẽporibus in Germania ſuperiori ac inferiori vidimus.

contingit, quòd cum Sarraceni per armorum potẽtiam aliquas terras Chriſtianorum deuaſtari contingit, altaria cum iſto ſacramento dirumpunt, nihil videntes propter quod timere debeant, ne talia audeant facere. Ex quo quilibet ſenſatus debet credere, quòd in tuo ſacramento non Deus continetur, neque Chriſtus, ſicut vos Chriſtiani aſſeritis, ſed ſolùm ſubſtantia panis & vini, quę ibi ſenſibiliter apparent, quæ pura creatura eſt: non enim abreuiata eſt manus Domini præſenti tempore, ſic vt non oſtenderet hanc veritatem palàm & publicè per ſigna atque portẽta ſenſibilia toti vniuerſo, ſicut aliàs per arcam teſtamenti facere conſueuit. Hæc & ſimilia ſępe ab infidelibus & hæreticis audiueram. Ex quibus, lĩcet fides mea non patiatur ex ſuis dictis detrimentum: benedictus Deus, confringuntur tamẽ oſſa mea prædicta opprobria quæ aliàs audiui reminiſcens: & factus ſum ſicut ſurdus non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones: quapropter valde deſidero, vt me circa hæc, ſic diuina gratia cooperãte, illumines, vt reſpondere poſſim exprobrantibus mihi verbum.

Pſal. 37. c. 15.

Reſponſio.

MAGISTER. Ad tuam admirationem in hac parte tollendam, & os loquentium iniqua obſtruendum, conſiderare debes quòd miracula diuina (quę ſupra curſum naturę à Deo inſtitutæ, virtute diuina fiunt) ſe habent

Miracula ſunt in duplici differẽtia.

habent

habent quantum ad eorum pro ximos fines in duplici differen- tia. Quædam enim eorum ſunt à Deo ordinata ad fidei compro bationem, ſicut de primis ſignis ſeu miraculis, quæ Deus fecit per Moyſen coram populo de conuerſione virgæ in colubrem & è contra, & de manu leproſa & ſana: quæ quidem miracula coram populo facta ſunt ad fi- dem in eis cauſandam ſeu com- probandam. Vnde Exod. 4. cùm dixiſſet; Et fecit ſigna, ſcilicet prædicta, coram populo. ſequi- tur ſtatim: Credidit populus. Si- militer ex diuiſione maris Ru- bri, & Aegyptiorum ſubmerſio- ne, viſa per populum Iſraeliti- cum, ſequutum eſt quòd popu- lus credidit Domino & Moyſi ſeruo eius. Exo. 14. Et ſic de quã plurimis miraculis veteris teſta- menti, quæ à Deo fuerunt ordi- nata, vt fides eius in cordibus populi cauſaretur, ſeu confirma retur. Quæ quidem miracula oportuit eſſe manifeſta toti po- pulo. Vnde Deute. vlt. Commẽ datur Moyſes de ſignis & por- tentis, quæ Moyſes diuina auto ritate fecit, coram vniuerſo Iſ- rael. Quædam verò ſunt diuina miracula, quæ non ad fidem cau ſandam ſeu roborandam à Deo facta ſunt, ſed potius vt creden- do talia miracula quæ occulta ſunt, & omnino abſcondita fide- les mereantur. Vnde huiuſmo- di miracula, non diſpoſuit Deus eſſe manifeſta per ſenſum ſeu naturalem cognitionem ſed oc- culta, vt eorum fides meritoria eſſet. Quæ quidem miracula; ſcilicet occulta & abſcõdita, præ cipuè fuerũt in nouo teſtamẽto; In cuius tempore fides creden- tium communiter, validior fuit; vt eſt miraculũ Virginei partus, & Dominicę reſurrectionis: quę quidem miracula per fidem ſo- lum propriè cognoſcũtur: & eo- rum occultatio à quacũque no- ſtra cognitione naturali noſtrũ meritum efficit vel auget. Vnde de Reſurrectione Domini legi- tur, Ioan. 20. Beati qui non vide runt & crediderunt. Et de iſto modo miraculorum, ſcilicet oc- cultorum, tenendum eſt eſſe ſa- cramentum altaris, vt in 3. part. quæſt. 28. Nõ enim hoc ſacramẽ tum fuit inſtitutum ad hoc, vt ſa- cramento viſo populus crede- ret, ſed vt credendo veritatem huius ſacramenti merito profi- ceret. Vnde Auguſt. vt ſupra al- legatum eſt, de hoc ſacramento dicit: Crede & manducaſti. Et ideo quanta miracula in hoc ſa- cramento contẽta, quæ maxima ſunt, occultiora ſunt, & nec ab in tus nec ab extra viſibiliter circa ipſum ſacramentum nulla mira- cula apparent; tantum in nobis auget meritũ. Vnde nullũ incon ueniẽs ſequitur, nec admiratio- ne dignum ex hoc quod publi- ca ſeu viſibilia miracula non fiũt communiter circa hoc ſacramẽ- tũ, ſicut olim fieri conſueuerunt circa arcã teſtamẽti Dei, prout tu allegaſti: ibi enim miracula ordinabãtur ad fidelium fidem

Quedã ad fidei cõprobationem.

Exo. 4. g. 3.

Exo. 14. g. 31.

Deut. vlt. d. 10.

Quedã miracula ſunt vt fideles meritum habeant.

Miracula occulta in nouo teſtamento.

Ioan. 20. g. 29.

Eucharistia ſacramentũ occultorum miraculorũ maximum, quàre factum.

S. Tho. 3. p. q. 28.

Miracula antiquæ legis aliter ordinabatur, quàm nouæ legis miracula.

confirmandam ſeu cauſandã, & quandoque ad infidelium terrorem incutiendum. Hîc autem quærũtur miracula ad meritum credentium augendum: quod quidẽ meritũ euacuaretur, vel ſaltem diminueretur, ſi talia ſigna viſibilia apparerent.

CAPITVLVM VI.

In quo redditur ratio, quare circa hoc Sacramentum nõ fiunt frequenter viſibilia miracula, ſicut olim fiebant circa arcam teſtamenti, & huiuſmodi.

DISCIPVLVS.

AVdiui quod legitur in nonnullis hiſtorialib⁹ antiquis libris, quòd quãdoque in ſacramento altaris apparuit forma pueri, vel caro, vel ſanguis, quæ ſunt ſigna viſibilia, quæ creduntur à Deo fieri, vt fides huius ſacramenti in cordibus fidelium magis firmetur, quod videtur facere contra te.

MAGISTER. Verum eſt quòd talia ſeu ſimilia dicũtur eſſe facta quandoq; circa ſacramẽtũ altaris, ſed talia nõ dicũtur facta fuiſſe ſic cõmuniter & publicè, ſicut miracula quę allegaſti circa arcã teſtamenti: vnde nõ videntur talia apud Eccleſiam vniuerſalem ſolẽnizari, ſed fortè priuatim in aliquibus particularibus eccleſiis, quia non fiunt niſi raro quoad certas perſonas, quibus Deus qui vniuerſas mẽtium cogitationes intelligit ſingulari modo ſingulis prouidet, ſecundum dictamen diuinæ ſapiẽtiæ, à quibus non eſt trahẽda conſequentia in vniuerſali.

Miracula viſibilia fiũt circa ſacramentum Eucharistia licet raro ob cauſas quas Deus ſolus nouit.

DISCIPVLVS. Etſi talia miracula frequenter non debeant fieri in hoc ſacramẽto publicè & communiter, ne fideliũ meritum diminuatur, vt dicis: congruum tamen videretur vt fierent ſaltem ad terrorẽ infidelium cauſandum, prout legitur inſupra allegatis hiſtoriis. 1. Regum. 5. & 6. de Philiſtæis miracula facta, circa arcam teſtamenti videntibus, qui terrore diuino non modico ſunt cõcuſſi, quod ad diuinum pertinet honorem, iuxta illud Pſalm. Timebunt gẽtes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Arguit. miracula debere fieri ad terrorem infidelium.

1. Reg. 5. & 6.

Pſa. 101. c. 16

MAGISTER. Si bene cõſideras finẽ inſtitutionis huius ſacramenti, tam proximũ quàm vltimum, certè reperies, quod quanto miracula huius ſacramẽti occultiora ſunt, tanto magis ad vtrumque finem huius ſacramenti congruunt. Primum patet ſic. Nam inſtitutio huius ſacramenti ordinata eſt ad vitã ſpiritualem & æternam, ritè ſumentibus conferendam, iuxta illud: Qui manducat hunc panẽ viuet in æternum. Ioannis. 6. & iſte eſt finis proximus iſtius inſtitutionis. Cõſtat autem quòd ex occultatione miraculorum huius ſacramenti meritum accreſcit in cordibus fidelium, in quãtum nõ ex viſis miraculis in eodem ſupernaturaliter factis, ſumme veritati adhærent per verã fidem,

Duplex finis huius ſacrementi, videlicet vita ſpiritualis, & Dei gloria.

Primus finis

Ioan. 6. f. 58

fidē,ſed nullis etiā miraculis in eo viſis, ex ſola diuina autoritate oppoſitū credunt eorum quę videntur. Ille enim qui ex ſola autoritate ſeu inſpiratione diuina credit illud quod diuinitus reuelatur, etiam ſi ſenſibiliter appareat oppoſitū, maioris meriti eſt, quàm illi qui non ex ſola autoritate diuina, ſeu inſpiratione, ſed ex quibuſdam ſignis ſenſibilibus miraculoſe factis credit: vnde Ioannis 20. Beati qui non viderunt & crediderūt. *Ioan.20. g.29.*

Secūdus finis eſt gloria Dei. Secundum patet. Nam finis vltimus, tam huiuſmodi ſacramenti, quàm omnium quæ à Deo facta ſunt ad Dei gloriam, tanquā in vltimum finem ordinātur: iuxta illud Iſaiæ 43. Omne quod in uocatū eſt nomini meo, ad meā gloriā creaui eum, formaui, atque feci. *Iſai.43.a.7.* Conſtat autem quòd ſicut gloria Dei ſępe in publica ſuorū miraculorum manifeſtatione omnibus innoteſcit, ſicut patet in miraculis antiqui teſtamenti, & in quamplurimis miraculis noui teſtamenti, ſic quandoque in occultatione diuinorum miraculorum ipſius Dei gloria ſeu honor in cordibus fidelium augetur. *Dei gloria magis manifeſtatis in occultatione miraculorū huius ſacramenti.* Legitur enim Prouerb.25. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria regum inueſtigare ſermonem. *Prou.25.a.2* Quæ quidem verba Sapientis licet à diuerſis diuerſimode exponantur, applicantur tamen, ſecundum eorum planum ſenſum in propoſito ſic. Nam ſicut Reges inueſtigando ea, quę ſunt communiter hominibus occulta, ſuā oſtendunt ſapientiā, ex quo gloria eorum accreſcit: ſicut patet de Salomone, qui cauſam occultam mulierum coram ipſo ad iudicium venientium inueſtigauit, de eo legitur: Audiuit itaq; omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet, & timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo. 3. Regum. 3. *3. Reg.3. g.28.* Sic ad gloriam Dei nōnunquam pertinet quòd illud, quod eſt in ſe veriſſimum occultetur ſeu celetur in tātum quòd nullo modo à naturali cognitione humana inueſtigari poſſet, quod manifeſtè contingit in hoc ſacramēto, in quo per nullum ſenſum, nec etiam intellectum naturalem humanum cognoſci poſſunt ea quæ miraculosè in eo continentur, niſi ſolū per cognitionem ſupernaturalē à Deo infuſam, ſcilicet per fidem: & ſic propriè de hac occultatione intelligi poteſt prędictū verbū, ſcilicet: Gloria Dei eſt celare verbū. In hoc enim ſacramēto propriè celatur ſeu occultatur verbum incarnatum. *In hoc ſacramento verbum incarnatum celatur.* De quo Ioannis.1. In principio erat verbum, &c. *Ioan.1.a.1.* De qua quidem occultatione expręſſè habetur Iſaiæ.45. vbi dicitur: Verè tu es Deus abſconditus Deus Iſrael ſaluator. *Iſai.45.c.15.* ibi enim Propheta loquitur de vocatione gentium ad cognitionem Chriſti tunc futuram: de qua dicit ſtatim ſupra: Viri ſublimes ad te trāſiibunt & tui erūt & te adorabunt, teq́ue præcabuntur. *Nota expoſitionem.* Et vt

 decla-

declararet quòd Gentiles ſic venientes ad cognitionem Chriſti, negaturi erant ſuos deos falſos. Sequitur ſtatim eorum confeſsio ſic dicentium: Tantum in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus ſimpliciter. vt Propheta oſtenderet, quòd Gẽtiles, ad fidẽ Chriſti venturi, non cognoſcerẽt eum in propria ſpecie, ſed ipſum cognoſcerent per fidem ſub aliis ſpeciebus abſcõditum, ſtatim ſubdit in perſona gentiũ: Verè tu es Deus abſconditus Deus Iſrael Saluator. quod propriè competit propoſito. Si autem circa hoc ſacramentum fierẽt miracula publicè, manifeſtata etiam coram infidelibus, ſicut illa quę allegas, quę fieri conſueuerunt circa arcam teſtamenti, impropriè dicerent Gentiles ad cognitionẽ Chriſti in hoc ſacramento venientes: Verè tu es Deus abſcõditus ſanctus Iſrael Saluator. non enim eſt abſconditus Deus, cũ per opera miraculoſa publicè manifeſtatur. Vnde ex hac occultatione ſeu abſconſione rectè conſiderata, magna dulcedo deuotionis in mentibus contemplãtium, ſanè huius myſteria ſacramenti ſentiri debet: iuxta illud Pſalmi: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timẽtibus te. Quod poteſt intelligi de magnitudine dulciſsimę deuotionis ſeu contemplationis, quam ritè hoc ſacramẽtum ſpiritualiter ſumentes in ſuo guſtu ſpirituali ſentiunt.

Circa hoc Sacramentum nec etiã apud infideles oportebat, manifeſta miracula fieri.

Pſa.30.c.20

CAPITVLVM. VII.

In quo oſtendit, quòd ex occultatione maximorum miraculorum, quæ in hoc ſacramento continẽtur, dulcedo ſpiritualis in mente debitè ſumentium accreſcit.

DISCIPVLVS.

Peto vt mihi declares aliquid vlterius de huiuſmodi dulcedine deuotionis ſeu contemplationis, quã hoc ſacramentũ ritè ſumentes ſeu contemplantes ſentiũt. Hoc enim maximè in meipſo experiri deſidero, vt poſsim dicere: Sub vmbra illius quẽ deſiderabã ſedi, & fructus eius dulcis eſt gutturi meo. Cãtico.2. Cant.2.a.4.

MAGISTER. Deſideriũ tuũ in hac parte bonũ eſt, & à ſolo illo ſpectandũ eſt impleri, de quo legitur in Pſalmo: Qui replet in bonis deſideriũ tuũ. Ver- Pſal.102.a.5 ba etiam illa quæ allegas quæ in Canticis continentur, ſunt verba ſponſę Chriſti: quę quidem ſponſa eſt ipſa Eccleſia, dicit enim anima fidelis deuota: quæ quidẽ verba ad propoſitũ ſatis videntur applicabilia. Vnde gloſ- Gloſſa. ſa ibidẽ ſic dicit: Quaſi ab ęſtu deſideriorũ carnaliũ ſub vmbra illi⁹, id eſt ſub eius protectione, requieui, & poſtquam protexit me vmbra, fructu eius ſaturata ſum, id eſt, cęleſti dulcedine ei⁹ vel corpore ſuo. Hæc in gloſſa. Ad vlteriorem autem declarationem quam à me petis, circa magnitudinẽ dulcedinis quæ ex occultatione ſeu abſconſione veritatis rei huius ſacramẽti, in men-

Dulcedo ſpiritualis huius ſacramẽti.

in mentibus ritè ſumentium ſeu contemplantium ſentitur, ſeu ſpiritualiter guſtatur: multa altę conſiderationis eſſent introducenda, quę fortè huius tractatus breuitatem & incipientium capacitatem excederent: condeſcendo tamen ad tuę petitionis affectum: & ad tibi aliqualiter ſatiſfaciendum, conſiderare debes, quòd dulcedo in ſpiritualibus intelligitur, quodammodo ad ſimilitudinem dulcedinis corporalis. Vnde ſicut inter ſapores corporales dulcedo eſt ſanior, ſic inter ſapores ſpirituales ſuauior eſt ille, qui de ſummo intelligibili ſeu credibili, ſcilicet de ipſo Deo rectè accipitur: vnde Pſalm. de eloquiis diuinis dicit eſſe dulciora ſuper mel & fauum. Cùm igitur in hoc ſacramento, non ſolũ diuina eloquia ab omnibus prolata, ſed etiam ipſum verbum Dei, quod ſemel locutus eſt, realiter continetur, ſequitur quòd eius ſpiritualis perceptio ſeu manducatio ſuauiſſima ſit, atque ſpiritualiter dulciſſima. Et ideo Eccleſia in officio inſtitutionis huius ſacramenti legit, quòd ſuauitatẽ huius ſacramẽti nullus exprimere ſufficit, per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur. Et vltra hoc cõſidera, quòd hęc dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis, in ſumẽte diſpoſito augetur ex abſconſione ſeu occultatione mirabilium in eo contentorũ: quod ſic patet. Nam admiratio ſecundum Philoſophum in

Dulcedo ſpiritualis intelligenda eſt ad ſimilitudinẽ corporalis dulcedinis.

Pſal. 18. b. 11

Dulcedo huius Sacramẽti augetur, ex abſcõſione.

1. Rhetoricorũ, eſt delectationis cauſa: & propter hoc omnia mirabilia delectabilia ſunt. Similiter & omnes repręſentationes rerum etiam non delectabilium cauſant delectationẽ. Cùm igitur in hoc ſacramento tot mirabilia continentur, non ſolùm ſuper omnem naturalem facultatẽ, ſed etiam ſuper naturalem intellectum humanum: vt potè quòd Chriſtus Deus & homo perfectus ſub modici panis ſpecie cõtinetur. Similiter & quòd diuiſo ſacramenti ſub qualibet diuiſionis particula perſeuerat totus Chriſtus. Similiter quòd accidentia quæ de ſui natura non habent eſſe, ſed ſolùm ineſſe ſine ſubiecto, tamen in eodẽ ſacramento realiter exiſtunt, & ſic de aliis maximis mirabilibus, quæ in hoc ſacramento conſiderari poſſunt: quę quidem admiratio maxima eſt, cui nulla ęqualis fortè eſſe poteſt, ex qua admiratione meritò maxima delectatio ſpiritualis ſeu dulcedo cauſari debet, & ideo de tali dulcedine propriè poteſt intelligi illud Pſalmi ſupra allegatum, ſcilicet: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcõdiſti, &c. Abſcõditur enim in hoc ſacramento multitudo mirabilium, quæ dulcedinum multitudines cauſant, vt dictũ eſt. - DISCIPVLVS. Licet verum eſt, quòd admirationes cauſant delectationes ſeu dulcedines, hoc tamen videtur verum, cũ ipſa mirabilia magna videntur

Ariſt. 1. Rhetoricorum.

Admiratio cauſa delectationis.

Mirabilia huius ſacramenti.

Pſa. 30. c. 20

Quomodo admiratio cauſat delectationem, etiam rerũ quæ creduntur & nõ ſentiuntur.

tur ſenſibiliter ſeu ſentiuntur: de quibus vt credo loquitur Philoſophus in ſua Rhetorica. In iis autẽ quæ non videntur ſeu ſentiuntur, ſed ſolùm credũtur, nõ videtur habere locum, quòd admiratio ſit cauſa delectationis: cùm enim in hoc ſacramẽto panis conſecratus talis omnino ſe offert ſenſibus poſt conſecrationem ſicut ante, nihil admiratione dignum in ſacramento videtur ſeu ſentitur, & ſic non habet locum admiratio, nec per conſequens delectatio, ab admiratione cauſata.

MAGISTER. Ille, qui habet veram fidem, primę veritati innititur in credendis, qui nullo modo falli poteſt: & ideo ſecundum hoc talis firmius & certius adhæret iis quæ cognoſcit per fidẽ, quàm iis quę ſunt per ſenſum ſeu intellectum naturalem cognita, quæ quãdoque fallibilia ſunt, vt in 2. 2. quæſt. 4. Et ideo verus fidelis, qui firmiſsimè credit abſque vlla dubitatione Chriſtum eſſe ſub hoc Sacramento, oportet, quòd admiretur, nõ ſolùm de hoc quòd totus Chriſtus in eodem Sacramẽto continetur: ſed etiam de hoc quod totus Chriſtus non apparet ibi ſub propria ſpecie, ſed eſt ſub alienis ſpeciebus abſconditus: quæ quidem admiratio manifeſtè eſt delectationis cauſatiua, vt dictum eſt, non minus quam in illo, qui per ſenſum vel intellectum naturalem aliquid cognoſcit, cuius cauſam ignorat. Et vltra hoc cõſidera quòd in admiratione ſemper eſt deſiderium quoddam, ſciendi illud de quo admiratur: & ſi illud eſt in ſe deſiderabile ad obtinendum, ſic in tali admiratione eſt deſiderium conſequendi illud de quo admiratur: quod quidẽ deſiderium ex ſpe conſequendi, eſt delectabile, vt in 1. 2. quæſtio. 32. Et quia hæc admiratio habet adiunctã ſpem conſequẽdi cognitionem perfectam eius quod ſcire deſiderat, ſimiliter & adeptionem illius, quantum ſibi poſſibile eſt: ideo benè applicantur rectè ſumenti hoc Sacramentum verba ſponſæ per te allegata, ſcilicet: Sub vmbra illi' quem deſiderabam ſedi. Vmbra enim ſolem, ſeu corpus lucidũ obumbrat ſeu abſcondit, ſic accidentia quodammodo occultant ſeu obumbrãt corpus Chriſti in ſacramento exiſtens. Sed illud ſic occultum ſeu obumbratum ſpõſa deſiderat, vt dictum eſt: & quia fructum illius deſideratii in gutture ſuo dulcem ſentit, ideo ſubdit: Et fructus eius dulcis in gutturę meo. Fructus enim redemptionis per Chriſtũ factæ in hoc ſacramẽto ſpiritualiter ſumpto ſentitur, inquantũ talis ſumẽs non niſi per fidẽ, per quam ſenſibilibus credenda incertitudine præfert: hoc facit ſimiliter, & per verã ſpẽ, quę beatitudinem futurã ex gratia & meritis certitudinaliter ſpectat. Similiter & per charitatẽ quę vnionẽ myſticam inter nutritũ & nutrientem

S. Tho. 2. 2. q. 4.

Admiratio in Sacramẽto, qualis debet eſſe.

S. Tho. 1. 2. q. 32.

Fructus redemptionis in hoc Sacramẽto ſentitur, & quomodo ſentiatur.

triſtem efficit. Quę quidem tria ad mãducationem ſpirituale requiruntur, vt ſupra dictũ eſt. Cõſtat autẽ quòd ipſa charitas inſeparabilis eſt ab ipſa gratia gratificante, ſiue gratum faciente, vt in 1.2. queſt.110. Et ideo in mãducatione ſpirituali huius ſacramenti mens ſumentis gratia impletur, & hic eſt fructus redemptionis Christi, quem debitè venerans hoc ſacramentum ſentire habet: propterea Eccleſia in collecta orat ſic dicens: Ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redẽptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Et ipſa eſt propria dulcedo ſpiritualis abſcondita, de qua vt ſuprà: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti, &c.

S.Tho.1.2. q.90. — Pſa.30.c.20.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd licet in hoc Sacramento memoria Paſſionis Chriſti celebretur, nihilominus dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis in rectè ipſum ſumente cauſatur.

DISCIPVLVS.

PLacent mihi ea quæ dicis circa dulcedinem huius ſacramẽti, ſed eſt vnum quod animũ meum in contrarium mouet: & eſt hoc. Cõſtat autem quòd hoc ſacramentum inſtitutum fuit à Chriſto in memoriam ſuæ paſſionis, iuxta illud Lucæ.22. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde & in collecta quam allegaſti dicitur: Deꝰ qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuę memoriã reliquiſti: memoria autem paſſionis nullo modo dicenda videtur dulcis ſeu delectabilis, ſed potius amara. Vnde Eccle.40. O Mors, quam amara eſt memoria tua. Ex quo videtur ſequi, quòd in hoc Sacramẽto non eſt delectatio, ſeu dulcedo ſpiritualis, ſed potius memoria paſſionis ſupradictæ, quæ eſt triſtabilis & amara.

Luc.22. b.19.

Si Sacramẽtum Euchariſtiæ memoriale paſſionis Christi quomodo delectabile. Eccle.41. a.1.

MAGISTER. Licet triſtitia ſecundum ſe communiter non ſit delectabilis, poſſet tamẽ eſſe cauſa delectationis dupliciter. Vno modo ſecundũ quod eſt in actu, inquantum facit memoriã rei dilectę. De cuius abſentia aliquis triſtatur, & tamen de ſola eius appræhenſione delectatur. Vnde & in officio de corpore Chriſti legitur ab Eccleſia, quòd iſtud ſacramentum fidelibus eſt de abſentia Chriſti ſolatium ſingulare. Alio modo triſtitia poteſt eſſe cauſa delectationis, ſecundũ quod eſt in memoria propter ſubſequentẽ euaſionẽ. Vnde ſecundũ quod homo appræhẽdit, ſe ab aliquibus triſtibus & doloroſis euaſiſſe, accreſcit ei gaudij materia: & ideo quia per memoriam paſſionis Chriſti fidelis credit, ſe euaſiſſe ab æternis ſuppliciis, idcirco per hãc memoriam debet in eo accreſcere maximi gaudij materia, eo quod propter triumphum Chriſti in ſua paſſione liberati ſumus ab ęternis ſuppliciis.

Triſtitia quomodo eſſe poteſt cauſa delectationis.

Augu.lib.8. Confeſſ. plicijs. Vnde Auguſt. in 8. Confeſſionũ dicit: Quòd quanto maius fuerit periculum in prælio, tãto maius erit gaudiũ in triumpho. Conſiderãtur etiam in hoc ſacramento quędam repręſentationes abſcõditæ, quę ſunt maximè delectabiles, & per conſequens dulciſſimę.

CAPITVLVM. IX.

In quo redditur ratio, quare repræſentationes communiter ſunt delectabiles: & conſequenter oſtenditur, quòd repræſentationes in hoc ſacramento abſcõditæ, in ritè ſumente ſunt maximę delectationis ſeu dulcedinis ſpiritualis.

DISCIPVLVS.

Quæris duo. Peto vt mihi declares primò repræſentationes rerũ quæ ſunt delectabiles, & deinde quę ſunt illę repręſentationes abſcõditę, quę in hoc ſacramento cõſiderantur, quę ſunt maximę delectationis & dulcedinis, vt dicis.

MAGISTER. Secundum *Ariſto. I. Rethor.* Philoſophum in 1. Rethoricę, omnes repręſentationes rerum ſunt delectabiles, & etiam illarum rerum quæ in ſe non habẽt rationem delectationis: ſicut cũ aliquis homo per imitationem *Repræſentationes communiter ſũt delectabiles vide cauſam.* repræſentat ęquum vel aliquod animal, eſt quoddam iocoſum & delectabile, & ſic de ſimilibus repræſentationibus imitatiuis & aliis: cuius ratio eſt, quia gaudet anima in collatione vnius ad alterum: conferre enim vnũ alteri eſt proprius & naturalis actus rationis, vt Philoſophus dicit in ſua Poëtica: Vnũquodq; autem in ſua operatione nõ impedita delectatur, vt in 7. & 10. *Ariſto. 7. & 10. Ethi.* Ethicorum.

DISCIPVLVS. Intelligo quod dicis circa primũ, ſcilicet quare repręſentationes ſunt delectabiles: ſed peto vt ſecundũ mihi declares, ſcilicet, quomodo in hoc ſacramẽto cõſiderantur aliquę repręſentationes abſcõditę, quę vt dicis ſunt maximę delectationis ſeu dulcedinis.

MAGISTER. In hoc ſacramento recolitur ſeu repræſentatur memoria paſsionis Chriſti, vt dictum eſt: ſimiliter & in eodem repręſentatur ſeu pręfiguratur beata fruitio, in qua anima beata diuina fruitione replẽtur: vnde & in vltima collecta officij de corpore Chriſti dicitur: Fac nos quęſumus Domine, diuinitatis tuæ ſempiterna *Ad ſecundã quæſtionem reſponſio.* fruitione repleri, quam pręcioſi corporis & ſanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Et ſic patet quòd ſicut in *Repræſentationes abſcõditæ in hoc Sacramẽto.* hoc ſacramento recolitur, ſeu repræſentatur per modum memorię pręteritorum paſsio Chriſti, ſic in eodem repræſentatur per modum præfigurationis futura fruitio beata: & ſic ſunt ibi duæ repræſentationes, quæ ſunt cauſæ delectationis, & quia iſta repręſentata ſecundum ſe ſunt maximę dulcedinis. In primo enim repręſentatur ſummum meritũ totius generis humani, ſcilicet paſsio Chriſti: in ſecundo verò repræſentatur,

ſeu

ſeu præfiguratur ſummum præmium, ſcilicet fruitio beata. Cōſequens eſt, quòd iſtę repręſentationes non ſolùm ſint delectabiles inquantum repræſentationes, ſed & maximè delectationis ſeu dulcedinis ex parte repręſentatarum. Quæ quidem inquantum abſcondita dulciora redduntur, iuxta illud Prouerb. 9. Panis abſconditus ſuauior eſt.

Prouer. 9. d. 18.

CAPITVLVM X.

In quo proponitur, quędam alia admiratio à diſcipulo circa hoc ſacramentum, prout eſt ſacrificium, & ibidem ſoluitur à magiſtro.

DISCIPVLVS.

PLACENT mihi rationes tuæ, per quas mihi oſtendis quare miracula cōtenta in hoc ſacramento, ſeu ea quæ in ipſo ſunt repræſentata ſunt abſcondita, & etiam quare circa illud communiter non fiunt publica miracula ſicut olim circa arcam fœderis vete. teſtamen. fieri cōſueuerunt, quas quidem rationes credo eſſe ſufficientes ad obſtruendum os loquentiū iniqua. Sed adhuc vnum eſt valdè mirabile in oculis meis, ſcilicet quòd in ſacrificiis antiqui teſtamenti, quæ ex carnibus animalium occiſorum fiebant, vt patet Leuit. 1. & in pluribus locis, tamen ad eorum reuerentiam, & potius ipſius Dei cui offerebantur non erat licitum ipſa offerri, niſi tantum in templo Dei, quod erat vnicum, & non in alio loco. Vnde Deut. 12. Caueas ne offeras holocauſta tua in omni loco quē videris, ſed in eo quē elegerit Dominus in vnam tribuū tuarum offeras hoſtias, &c. Cū autē hoc ſacramentū vt à peritis audiui ſit ſacrificium, quod quidē ſacrificiū, quia in infinitū ſeu incōparabiliter ſacrificia antiqua in dignitate & excellētia excedit, videretur ad ipſius reuerentiam pertinere, vt non offeratur niſi tantum in vnico loco, quod etiam eſſet magis conforme huic, quod ipſe Chriſtus cuius paſſionis memōria in hoc ſacramento celebratur, non niſi in vno loco per ſuam paſsionē oblatus eſt. Conſtat enim quòd Chriſtus venit ad implendum legem, vt habetur Matth. 5. Quę quidem impletio & ſi intelligatur ſolùm in moralibus, non autem in cærimonialibus ſeu iudicialibus, ſicut ſupra in 1. part. diſtinct. 8. eſt tractatum, qua ratione ſacrificia veteris legis, quæ cærimonialia erāt, tempore nouæ legis euacuata ſunt: illa tamē, quæ ad ſacrificiorū venerationem ſeu reuerentiam pertinere videntur, de dictamine naturalis rationis eſſe dinoſcuntur, & per conſequens tanquā moralia in noua lege durare debent, cuius oppoſitum video in Eccleſia ſancta Dei exerceri, offertur enim hoc ſacratiſſimum ſacrificium in omni loco indiſtinctè, quod videtur eſſe quodammodo contra ipſius venerationem, vt dictum eſt.

Leuit. 1. *Aliud mirabile circa Eucharistiæ ſacramentū nempè, cùm ſit ſacrificiū quod vni loco tātum offerri præceptum erat, quomodo hoc ſacrificium offertur in omni loco.*

Deute. 12. b. 14.

Matth. 5. b. 18.

1. par. diſt. 8

MAGI-

Quare hoc Sacramentũ nominatur viaticũ & ſacrificiũ

MAGISTER. In hac tua admiratione præſuppōnis quædã vera, vt cùm dicis quòd hoc ſacramentum eſt ſacrificiũ, quod verum eſt. Nam non ſolũ hoc Sacramentum nominatur, viaticum ratione refectionis ſpiritualis, vt dictum eſt, ſed etiam nominatur ſacrificiũ. In eo enim repræſentatur paſsio Chriſti, quæ ſummum & acceptiſsimũ ſacrificiũ veſpertinũ fuiſſe dinoſcitur: quod quidem ſacrificium in infinitum excedit cætera ſacrificia, vt dicis. Præſupponis etiã quòd ſacrificia antiqua non niſi in vnico loco offerri debebant, quod verum eſt, præſertim poſt ædificationem templi. Præſupponis etiam quòd Chriſtus venit ad implẽdum legem, quod verũ eſt, vt ipſe teſtatur in Euangelio, prout tu allegaſti: ſed ex prędictis nõ cõcludis intẽtum, ſcilicet, quòd hoc ſacroſanctum ſacrificiũ non debet offerri, niſi in vnico loco. Hoc enim nõ eſt de dictamine naturalis rationis, prout tu exiſtimas, ſed ſecundum quòd Deus vbique eſt, & vbique dominatur: vbiq; poteſt ei ſacrificium offerri. Vnde & Exo. 20. poſt dationem legis Decalogi, vbi primo fit mentio de ſacrificiis Deo offerẽdis, ſic legitur: Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues: in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniã ad te, & benedicã tibi. Ex quo patet, quòd etiã de lege diuina primo nõ fuit prohibitum, quòd in omni loco offerrentur ſacrificia: ſed hoc fuit tãtum durãte templo ordinatum, vt ab Idolatria prohiberentur, vel etiam exiſtente tabernaculo in deſerto, oportebat ratione prædicta, vt ad oſtiũ tabernaculi præſentarentur ſacrificia, vt habetur Leuit. 17. Tempore autem nouæ legis, quando per orbem terrarum fides Chriſti diuulgata eſt, vbique conuenit ſacrificare Deo. iuxta illud Malach. 1. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meũ in gentibus. Huius enim ratio manifeſta eſt. Nam ſicut cùm lex diuina vni tantum genti dabatur, ſcilicet Iſraeliticæ, vnicum templum tantum aſſignabatur ad Deo ſacrificandum: ſic cùm lex diuina ampliata eſt ad omnes gẽtes, congruum eſt, vt in omni loco Deo dedicato liceret ipſi Deo ſacrificare: vnde de hoc admirari non debes. Sed quia in hac tua admiratione tetigiſti, aliquid de impletione diuinę legis per Chriſtum: idcirco tibi oſtẽdam, quòd in huiuſmodi ſacroſancti ſacrificij inſtitutione Chriſtus excellenter legem impleuit.

Cùm Deus ſit vbique, vbique ſacrificari poteſt.

Exod. 20. d. 14.

Quare prohibitũ fuit antiquis ne alibi ſacrificarẽt, quam in tẽplo Hieruſalem.

Leui. 17. a. ſ

Malach. 1. c. 11.

Ratio notanda.

CAPI-

CAPITVLVM XI.

In quo declaratur, quòd tripliciter intelligi debet impletio legis per Chriſtũ: & quòd Chriſtus legem impleuit in inſtitutione huius ſacramenti, prout eſt ſacrificium: & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorum antiquæ legis, & de errore Rabbi Moyſes circa reddendam cauſam ſacrificiorum.

DISCIPVLVS.

De hoc valdè deſidero informari, non enim video hoc ſacrificium in aliquo conformari ſacrificiis antiquæ legis. Vnde nec intelligo quomodo in eodem Chriſtus legẽ impleuit.

Tribus modis Chriſtus legem impleuit.

MAGISTER. Circa hoc attendere debes, quòd Chriſtus multipliciter legem impleuit, & ſpecialiter tribus modis, quorũ duo ponuntur in gloſſa ſuper illud verbum ſupra allegatum: Nõ veni ſoluere legem, ſed adimplere. Matth.5. vbi gloſſa ſic dicit: Impleuit Chriſtus legem, faciendo quod iubet, vel ſupplẽdo quod deerat. Tertius autem modus eſt cùm illa quę Prophetice de Chriſto dicebantur futura, Chriſtus in ſuo aduẽtu impleuit, vt cùm dicitur de introitu Chriſti in Hieruſalẽ, hoc totum factũ eſt, vt adimpleretur, quod dictũ eſt per Prophetam: Exultа ſatis filia Sion, &c. Matth.21. Et ad iſtum modum reduci poteſt illud quod per varias figuras ſignificabatur futurum in Chriſto, quæ omnia per ipſum ſeu in ipſo fuerunt impleta: quæ quidem triplex impletio manifeſtè apparet in inſtitutione huius ſacramenti, quod eſt verum ſacrificium, vt dictũ eſt. In hoc enim impleuit Chriſtus legem primo modo, ſcilicet faciẽdo quod iubet: nam oblatio ſacrificiorum eſt de iure naturali, prout in 2.2. quæſtione 85. Et inde eſt, quòd in qualibet ætate & apud quaſlibet hominũ nationes ſemper fuit aliqua ſacrificiorũ oblatio, quod autem eſt apud omnes, naturale eſt: huius autem ratio eſt, nam ſicut in rebus naturalibus inferiora naturaliter ſuis ſuperioribus ſubduntur, ita etiam naturalis ratio dictat, vt ſecundum inclinationem naturalem homines ei quod eſt ſupra omnes, ſubiectionem & honorem exhibeãt ſecundum modum hominum conuenientem: qui quidem modus eſt, vt ſenſibilibus ſignis vtatur ad exprimendum interiorem conceptũ, ſicut ex ſenſibilibus cognitionem accipit inuiſibilium. Vnde ex naturali ratione procedit, quòd homo ſenſibilibus rebus vtatur, offerens eas Deo in ſignum ſubiectionis & honoris, ad ſimilitudinem eorum, qui dominis ſuis aliqua offerunt in recognitionem dominij. Ex quo patet, quòd oblatio ſacrificij pertinet ad ius naturale. Ex quo poteſt inferri, quòd Rabbi Moyſes ille Aegyptius, qui ſolenniſſimus doctor inter Hebræos reputatur, manifeſtè errauit in reddenda ratione ſacrificiorum veteris

Matt.5.c.17. Gloſſa ſuper Matth. verba.

Matt.21.a.5.

In inſtitutione ſacramẽti Eucharistiæ tripliciter Chriſtus legem impleuit. Primo modo.

S. Tho.2.2. q.85.

De iure naturæ eſt ſacrificia offerre.

Error Rab. Moyſes in reddenda ratione ſacrificiorum vet. leg.

Rab. Moyſ. lib. de Directione perplexorum. c.32. & c.46. veteris legis in tertia parte ſui libri de directione perplexorum capit. 32. & 46. Nam ſecundum eum in prædictis cauſis nulla ratio aſſignanda eſt ad ſacrificiorũ veteris legis oblationem, niſi ſolùm vt populus retraheretur, ne idolis ſacrificaret, quæ quidem ratio, licet in parte vera eſt, vt poteſt haberi Leuit. 17. *Leuit. 17.* non tamen verum eſt, quòd ex ipſa ſola ratione ſacrificia Deo accepta fiebant. Noë enim cùm egrederetur de arca, vbi nulla erat idolatria nec idolatrę, Deo ſacrificauit, quod ſacrificium legitur Deo fuiſſe acceptum in odorem ſuauitatis, vt habetur Geneſ. 8. *Geneſ. 8. d. 20.* Similiter & munera Abel accepta Deo fuerunt, licet pro tunc nondum orta erat idolatria, vt habetur Geneſ. 4. *Gen. 4. a. 4.* Ex quo patet manifeſtè, quòd non ſolùm ſacrificia erant offerenda Deo, vt populus ab idolatria retraheretur, vt prædictus Rabbi Moyſes exiſtimabat, ſed etiam vt populus ſubderetur Deo, oſtēdendo huiuſmodi ſubiectionem per ſigna ſenſibilia, prout ratio naturalis dicit modo ſupradicto.

Replicat in defenſionē erroris. DISCIPVLVS. Scrutando veteres ſcripturas, quædam videntur facere pro opinione Rabbi Moyſes, *Rab. Moyſ.* ſupradicta, quam peritiores Hebræorum ſequuntur. Vnum eſt, quòd non legitur Deum præcepiſſe populo Iſrael, vt ſacrificarent ſacrificia, niſi poſtquam idolatrauit in fabricatione vituli, vt patet Exod. 32. *Exod. 32.* & Leuit. 1. & in ſequentibus capitulis: ex quo patet, quòd ſacrificia fuerunt ordinata ſolùm ad retractionem à cultu idolorum. *Sacrificia ſecundũ mentem Rabbi Moyſ. inſtituta ſunt propter Idolatriā vituli.* Si enim non ſolùm ad hoc ſacrificia fierent, ſed ad oſtendendam ſubiectionem Deo per ſigna ſenſibilia, prout tu aſſeris, ſequeretur quòd ante quam populus laberetur in idolatriam debuiſſent præcipi, hoc idem videtur Hiere. dicere 7. cap. *Hiere. c. 7. e. 22.* Non ſum loquutus cùm patribus veſtris & non pręcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum, &c. Quæ quidem verba Hieremiæ neceſſario intelliguntur dicta ante lapſum populi in idolatria, quæ & ſimilia alleganꝰ per ipſum Rabbi Moyſes, & eius ſequaces ad ſuam opinionem perſuadēdam. Vnde peto, vt mihi illa declarés conformiter ad veritatem tui propoſiti.

MAGISTER. Si bene ſcrutatus fueris, ea quæ in ſcripturis antiquis circa ſacrificia oblata ſeu offerenda dicuntur, *Cauſæ plures ſacrificiorum vet. teſt. contra Rab. Moyſ.* clarè reperies quòd Rab. Moyſ. nō bene allegauit in ſupradictis, & huiuſmodi ſimilibus. Ad cuius declarationē ſcire debes, quòd cauſa ſacrificiorum, quæ in lege veteri præcipiebatur, non eſt vnica tantū, ſcilicet vt per illa homines retraherentur à ſacrificiis idolorum, ſicut Rab. Moyſ. prędictus erroneè eſtimauit: ſed fuerunt aliæ cauſæ principaliores, quarum vna eſt, vt per ſacrificia repreſentaretur ordinatio

mentis

mentis in Deum, ad quam excitabatur ſacrificium offerens: in hoc enim recognoſcebat offerens, quòd omnia ſua habebat à Deo tanquã à primo principio: ſimiliter & ea ordinabat in Deũ, tanquam in vltimum finem in honorem Dei ſua offerẽdo. Vnde & Dauid dicebat 1. Paralip. 29. Tua ſunt omnia, & quę de manu tua accepimus dedimus tibi. Vnde & in oblatione ſacrificiorum rectè facta proteſtabatur homo, quòd Deus eſſet primum principium creationis rerũ & vltimus finis, ad quem eſſent omnia referenda: & ideo prohibebatur in lege ſub anathemate offerre ſacrificium niſi ſoli Deo, Exod. 21. tãquam in hoc peccato incurreretur crimen læſæ maieſtatis. Quod autẽ aſſignatur alia ratio ſacrificiorum, ex hoc quod per huiuſmodi homines retraherentur à ſacrificiis idolorũ, licet concedatur eſſe partialis cauſa ſeu minus principalis, nõ tamen eſt totalis cauſa nec principalis. Quod ſic patet, nam etiam tempore, quo idola non colebãtur, nec reperiebantur in mũdo, laudabiliter & meritoriè Deo offerebãtur munera ſeu oblationes & etiam ſacrificia, vt patet de Abel Geneſ. 4. Nam ſecundum ſanctum Thomam 2. 2. quęſ. 64. in prima ætate non fuit idolatria propter retentionem memoriæ creationis mundi, ex quo adhuc vigebat cognitio in mente hominum: & licet hæc ſententia nõ teneatur ab Hebræis, ſufficit quòd ipſemet Rabbi Moyſes, in ſuo Deuteronomio, lib. 1. titu. de idolatria capitu. 1. expreſsè dicit, quòd idolatria incœpit in mundo à tempore Enos & non ante. Cõſtat autem, quòd Abel fuit mortuus ante quam Seth naſceretur, qui quidẽ Seth fuit pater ipſius Enos, quæ omnia habentur expreſsè in prædicto capitulo, ſcilicet Geneſ. 4. Cùm ergo Abel obtulit munera Deo accepta, antequam idolatria in mundo inſurgeret, vt patet ex dictis, quod etiam ipſe Rabbi Moyſes concedere habet, ſequitur manifeſte, quòd ratio ſacrificiorum Deo acceptorũ & oblationum non eſt accipienda ſolùm ex retractione ab idolatria. Idem etiam Rabbi Moyſes dicit in ſuo Deuter. in lib. de Iudicibus titu. de Regibus capit. 11. quòd Rex Meſſias habet ædificare templum, & congregare diſperſiones Iſrael, in quo templo fierent ſacrificia & iubilea, eomodo quo in lege Moſayca continentur: & ipſemet in eodem capitulo, dicit, quod tempore ſui Meſſiæ omnes gentes conuertentur ad legem Moſaycam, confitentes, quod mendacium hęreditauerunt patres eorum, ſcilicet in colendo idola. Ex quo patet manifeſtè ſecundum eum, quòd tẽpore ſui Meſſiæ non erit idolatria, & tamen ipſemet aſſerit, quòd tẽpore ſui Meſſiæ erunt ſacrificia legalia. Ex quo manifeſtè habetur ſecundũ eum, quòd ſacrificia non ſolũ præci-

1. Paralip. c. 29. d. 14.

Exod. 21.

Ante Idola, munera Deo offerebãtur meritoriè.

Prima ætate non fuit Idolatria.

Gene. 4.

S. Tho. 2. 2. q. 64.

Rab. Moyſ. Deute lib. 1. tit. de Idolatria c. 1.

Idolatria ſecundum Hebraeos incœpit tempore Enos.

Rab. Moyſ. in Deut. lib. de Iudicib. tit. de Regi. c. 11.

Reſpōſio ad obiectionē. *Primū præceptū filiis Iſrael datū fuit de immolatione agni Paſchalis.*

pręcipiuntur propter retractionē ab idolatria, vt ipſe erroneè docet. Iis dictis ad primū, quòd pro opinione Rab. Moyſes allegas dicens; quod non legitur Deum pręcepiſſe populo Iſrael vt ſacrificarent, niſi poſtquā idolatrauit in fabricatione vituli: Dicēdum quòd hoc eſt falſum: manifeſtū eſt enim, quòd quando Deus eduxit populum de Aegypto, præcepit eis de agno Paſchali immolando, quod fuit celebratum in ipſa nocte, in qua de Aegypto exiuerunt: & hoc fuit primum præceptum, quod legitur datum fuiſſe filiis Iſrael à Deo per Moyſen. Quiquidem agnus Paſchalis victima vocatur. Vnde Exod. 12. de prædicto agno Paſchali, dicitur: Cùm dixerint filij veſtri, quæ eſt iſta religio, dicetur eis victima tranſitus Domini eſt. Ex quo patet, quòd ſacrificare victimam fuit præceptum populo Iſrael ante fabricationem vituli, quod eſt contra prędictum Rab. Moyſes, nec valet quod ipſe Rab. Moyſes dicit in prędicto cap. 42. quòd primum præceptum datum Iſraeliticis non fuit de agno Paſchali, eo quod fuit ex certa ratione datū tunc expreſſa, ſcilicet, vt eruerentur à plaga primogenitorū, vt habetur Exod. 11. & etiā quia hoc pręceptū fuit in terra Aegypti, non autem cùm educerētur de terra Aegypti, vt ipſe dicit: Nam primum eſt manifeſtè falſum, vt litera teſtatur: Nullum enim præceptum legitur datum fuiſſe populo Iſraelitico ante præceptum de agno Paſchali, & ſic tenet Rab. Salo. & omnes expoſitores Hebræi. Itē licet per agnum Paſchalem diſponente Deo euaſerunt à plaga primogenitorum: iſtud tamen præceptū per totum tempus legis veteris fuit obſeruādum, prout expreſſè habetur Exod. cap. allegato. Fuit etiam hoc præceptum datū in terra Aegypti, & in ipſa eductione de Aegypto obſeruatū, & ſic cauillationes prædictę ſunt nullæ. Ad ſecundum verò quod allegas de verbo Hierem. dicentis: Quia nō ſum loquutus cum patribus veſtris, nec pręcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocauſtōmatum & victimarum. dicendū, quòd hoc eſt verum, nam in exitu de Aegypto, quando Deus pręcepit agnū Paſchalem celebrare, nō pręcepit eis facere holocauſta & victimam, ſed ſolùm victimam: Agnus enim Paſchalis victima erat, vt dictum eſt, nō autem holocauſtum. Poſtea verò cùm lapſi ſunt in idolatriam, Deus pręcepit eis holocauſta & victimas Deo offerri à populo, ne talia offerrentur idolis, quæ eſt ſecunda ratio ſacrificiorum minus principalis quam prima: nam prima ratio, quæ ſumitur ex proteſtatione ſubiectionis ad Deum ſtat omni tempore, etiam cùm nulla idolatria in mūdo fuiſſet vel eſſet. Secunda verò ratio ſacrificiorū, quę ſumitur ex retractione ab idolatria, non habet

Exod. 12. d. 26. *Immolatio agni victima dicitur.* Exod. 11.

Ante idolatriam offerebantur victimæ. *Poſt idolatriam verò holocauſta offerri præcepit & victimas.*

habet locum, quando nulla idolatria eſt in mundo.

Replicat ex autoritate S. Tho. 1.2. q.102. art.3.

DISCIPVLVS. Videtur mihi, quòd ſanctus Thomas in 1.2. quæſt. 102. art. 3. prædictas allegationes facit ad probandũ, quòd ratio ſacrificiorũ ſumitur ex retractione ab idolatria.

MAGISTER. Si bene ſcrùtatus fueris verba S. Thomę manifeſtè reperies, quòd nõ aſſignat rationem illam de retractione à ſacrificiis idolorum, tanquam ſit totalis ratio & principalis ad ſacrificandum Deo, ſed aſſignat eam, tãquam cauſam partialem eorum, quæ fiebant particulariter circa ſacrificia, quę quidem particularia determinata fuerunt poſt fabricationem vituli. Vnde ſanctus doctor prædictus in loco per te allegato, ſic dicit: Et ideo de cauſa cerimoniarum circa ſacrificia poteſt aſſignari ratio, alio modo ex hoc quod per huiuſmodi homines retrahebantur à ſacrificiis idolorum. Hęc ille. Vbi nota, quòd nõ dixit: & ideo de cauſa ſacrificandi Deo in generali poteſt aſſignari alia ratio, quia ſacrificari Deo, prout ipſe ponit in 2. 2. quæſtio. 85. eſt de iure naturæ, quod ſemper ſtat, vt dictum eſt: ſed dicit notãter: De cauſa cęrimoniarum circa ſacrificia poteſt aſſignari alia ratio, &c. Et ſic manifeſtè ex verbis eius habes, quòd retractio à ſacrificiis idolorum non eſt cauſa totalis ad ſacrificandum Deo, ſed ſolùm partialis ad cærimonias particulares, quæ circa ſacrificia fiebant. Similiter ſecundum eum allegatur illud verbum Hierem. vbi dicitur: Non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocauſtomatum & victimarum. ad oſtendẽdum, quòd varia ſacrificia non fuerũt data populo Iſraelitico, ante lapſum in idolatria, per quod non excluditur vnum præceptum, ſcilicet de agno Paſchali, quod datum fuit tempore eductionis de Aegypto, vt dictum eſt. Et vt bene habeas cauſas ſacrificiorum veteris legis, prout prædictus ſanctus doctor tradit in 1.2. quæſtione per te allegata: ſcire debes, quod prædicta ſacrificia triplicem habent cauſam, duas, ſcilicet literales, quarum vna eſt prima & principalis, ſecundum quam ſacrificia proteſtabãtur, ordinationẽ mentis in Deum, ad quam ſacrificium offerens excitabatur, vt dictũ eſt: & iſta cauſa ſemper habet locum in ſacrificiis, ſiue ante legem, ſiue in lege, ſiue poſt legem, cùm ſit de iure naturæ, quòd indelebile eſt, per quam redditur ratio de varietate cærimoniarum circa ſacrificia veteris legis. Secunda eſt vt per ea homines retraherentur ab idolorum ſacrificiis, quæ quidem cauſa habet locum tantum modo in temporibus, in quibus idolatria per mũdum vniuerſum viguit. Tertia verò cauſa ſacrificiorum veteris legis eſt figuralis, ſcilicet, vt per illa ſacrificia multa &

Reſpõſio ad S. Tho.

S. Tho. 2.2. q.85.

Sacrificare eſt de iure naturæ.

Sacrificia triplicem habẽt cauſam.

Prima & principalis literalis.

Secunda verò cauſa literalis, per quam, &c.

Secũda cauſa literalis.

Tertia cauſa figuralis.

ta & varia, quæ in lege tradebantur vnum ſingulare & præcipuum ſacrificium, ſcilicet illud, quo ipſe Chriſtus obtulit ſeipſum Deo in odorem ſuauitatis, vt dicitur ad Epheſ. 5. figuraretur, tanquam perfectum per imperfectũ. Vnde rationes ſacrificiorum veter. teſta. figurales ſumuntur ex vero ſacrificio Chriſti, vt in prędicta quęſt. plenè traditur: & iſta tertia cauſa habuit locum à principio mundi, vſque ad paſſionem Chriſti, quæ figurata fuit per prædicta ſacrificia. qua quidẽ paſſione celebrata, ratio figurandi eam ceſſauit. Ex quibus tribus cauſis Rab. Moy. ſolam ſecundam cauſam aſſignauit, tanquam totalem prædictorum ſacrificiorum, in quo à veritate deuiauit, ſicut in multis aliis locis.

Ephe 5. a. 3.

Rationes ſacrificiorum vet leg. figurales ſumuntur ex vero ſacrificio Chriſti.

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quòd Chriſtus legem impleuit circa ſacrificium ſecundum triplicem eius cauſam, faciendo quod lex iubet, qui eſt primus modus implendi legem.

DISCIPVLVS.

Ex quo ergo triplicem cauſam habẽt ſacrificia, ſcire deſidero ſecundum quam illarum dici poteſt, quòd Chriſtus impleuit legem, inſtituendo prędictum ſacrificium, faciẽdo quod lex iubet, qui eſt primus modus implendi legem, ſecũdum gloſſam ſupra per te allegatam.

MAGISTER. Si bene conſideras Chriſtus inſtitutionem prædicti ſacrificij, ſcilicet ſacramenti altaris, excellenter impleuit legem, faciendo quod lex iubet ſecundum omnes tres cauſas ſupradictas. Nam ſi homo offerens ex rebus ſuis Deo ſacrificiũ, in hoc proteſtabatur quod ea, ſcilicet oblata, haberet à Deo tanquam à principio, & ordinaret in Deum tanquam in vltimum finẽ, quanto magis hoc oſtendebat ſeu proteſtabatur, qui ſeipſum totum in honorem Dei offerebat immaculatũ, prout Chriſtus fecit in ſua paſſione: quæ quidem paſſio in hoc ſacrificio, cuius memoriale eſt repræſentatur, vt dictum eſt. Secunda verò cauſa offerendi Deo ſacrificia excellentius fuit per huiuſmodi ſacrificij inſtitutionem impleta: nam poſt huiuſmodi ſacrificium, & eius diuulgationem per orbem per prædicationem Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti, homines fuerunt retracti à ſacrificiis idolorum: multo magis quàm antea, quod patet ad ſenſum. Nam cultu diuino in templo Dei vigente ſecundum cærimonias Moſaycæ legis, nedum inter gentes idolatria vbique vigebat, ſed etiam in populo Iſraelitico publicè colebantur idola, & hoc quo ad decem tribus ſemper, quo ad tribum Iuda, & ſi non ſemper, tamen frequenter, vt habetur 4. Regum per totum. Quantum verò ad tertiam cauſam, ſcilicet figuralem manifeſtum eſt, quòd Chriſtus

Chriſtus in inſtitutione ſacramenti altaris, excellenter impleuit legẽ ſecundũ tres cauſas.

4. Regum.

Chriſtus legem ſacrificiorum legalium perfectiſſimè impleuit, principaliter per ſacrificium ſuę paſſionis: quod quidem ſacrificium tanquam perfectiſſimum figurabatur per omnia illa ſacrificia imperfecta veteris legis, vt dictum eſt. Et ſic ſacramentum altaris, quod prædictam paſſionem repræſentat, terminum ponit & finem omnibus figuralibus ſacrificiis in lege contentis. Vnde & Eccleſia in feſto corporis Chriſti in Hymno cātat: Dat panis cælitus figuris terminum.

Sacramentum altaris finem omnibus figuralibus ponit.

CAPITVLVM XIII.

In quo oſtenditur, quòd Chriſtus impleuit legem ſacrificiorum antiquorū, ſupplendo quod in eis deerat; qui eſt ſecundus modus implendi legem.

DISCIPVLVS.

Placent mihi rationes tuæ, quibus oſtendis, quòd Chriſtus impleuit legem ſacrificiorum, faciendo quod lex iubet ſecundū prædictas tres cauſas per te aſſignatas: & vellem vlterius doceri circa hoc, ſcilicet, an Chriſtus impleuit legem ſacrificiorū antiquorum, ſupplēdo quod in eis deerat, qui eſt ſecundus modus implendi legem, ſecundum gloſſam per te allegatam.

MAGISTER. Ex hoc quod Chriſtus per ſuam paſſionem impleuit ea, quæ in ſacrificiis veteris legis præfigurabantur, vt dictum eſt, cōſequens eſt Chriſtum impleuiſſe per ſuam paſſionem, ea quę deerant in ſacrificiis antiquis. Ad hoc enim quòd res ſignificans ſeu pręfigurans aliquid perficiatur ſeu verificetur, requiritur quòd tale ſignificatum ſeu figuratum, eſſe habeat in rerum natura, ſicut cū ad veritatem propoſitionis aliquid ſignificatur, requiritur quòd ſuum ſignificatum in rerū natura ſit. Ex quo patet, quòd Chriſtus ſuppleuit, quod in ſacrificiis antiquorum deficiebat, in quantum per ſuam paſſionem, ea quæ in eis figurabatur impleuit: & idem dicendum eſt de inſtitutione ſacramenti altaris, in quo memoria prædictæ paſſionis recolitur. Sed adhuc ſunt alij modi conſiderandi circa hoc ſacramentum ſeu ſacrificium, fortè excellentiores, quibus conſiderari poteſt, quòd Chriſtus ſuppleuit, ea quę in ſacrificiis antiquis deerant.

Quæris de ſecundo modo. An ſcilicet impleuit legem Chriſtus, supplendo quod deerant legi.

Reſpondet oſtendendo veritatem.

DISCIPVLVS. Rogo te vt mihi aperias illa quæ dicis, vt magis poſſim intelligere defectum ſacrificiorū veteris legis, & perfectionem huius ſacrificij, quod ea quę deerant in antiquis ſuppleuit.

MAGISTER. Si bene ſcrutatus fueris, ea quæ in Propheticis ſcripturis de ſacrificiis dicuntur antiquis, manifeſtè reperies, quòd ſacrificia antiqua non erant Deo grata, neque accepta ex parte rerum in eiſdem ſacrificiis oblatarum, ſed ſolùm erāt accepta ex parte offerētiū, quando ſic erant diſpoſiti, quòd

Nota imperfectionem ſacrificiorū vet. leg. & perfectionē ſacrificij Chriſti.

illa ex fide vera & obedientia Deo offerebant. Sacrificium verò Chriſti, in quo ſeipſum Deo obtulit in odorem ſuauitatis, nõ ſolùm fuit Deo gratum ex partẽ offerẽtis, ſcilicet Chriſti, qui ex ſumma obedientia, & perfectiſſima charitate, ſeipſum Deo obtulit, ſed etiam ex parte ipſius rei oblatæ, quæ fuit ipſemet Chriſtus, quo ſecundum Dei potentiam ordinatã, nulla res gratior eſſe poſſet, neque æqualiter grata. Et idem dicendum eſt de ſacramento altaris, ipſum Chriſtũ paſſum & oblatum realiter continente.

CAPITVLVM XIIII.

In quo oſtenditur, quod dictum eſt in proximo præcedenti capitulo per autoritatem Pſalmiſtæ, in Pſalmo qui incipit: Deus deorum Dominus loquutus eſt, non obſtantibus cauillationibus Hebræorum: & finaliter cõcluditur, quòd Chriſtus inſtituẽdo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum ſupplendo quod deerat, qui eſt tertius modus adimplendi legem.

DISCIPVLVS.

Differentia inter ſacrificia veteris legis & nouæ.

SCire valde deſidero ſcripturas, quæ hoc, quod modo aſſeris teſtantur.

MAGISTER. In Pſalmo qui incipit: Deus deorũ Dominus loquutus eſt, &c. manifeſtè habetur differentia inter ſacrificia veteris legis, & ſacrificia nouæ legis. In ipſo enim Pſalmo poſtquam Pſal. loquens in perſona Dei reddidit populũ ad dicenda attentum, dicens: Audi populc meus, & loquar, &c. cõſequẽter oſtendit eis, quòd ſacrificia antiqua non erant Deo accepta ſeu grata, ſcilicet ſecundũ ipſa oblata: dicit enim: Non in ſacrificiis tuis arguam te, quaſi dicat, non arguam te de ommiſſione ſacrificiorũ ſeu holocauſtomatum, nam ipſa non ſunt mihi accepta, de quo dicit: Nõ accipiam de domo tua vitulos neq;, &c. ideſt non acceptabo. & infra: Nunquid mãducabo carnes taurorum, &c. quaſi dicat, manifeſtum eſt, quòd iſta quę mihi offeruntur in ſacrificiis antiquis non pertinent ad me ſecundum ſeipſa: non enim pertinet ad me manducare carnes, neq; potare ſanguinem, ſicut idolatræ inſipiẽtes de ſuis falſis diis exiſtimabãt. Et ex hoc patet imperfectio ſacrificiorum antiquorum ex parte ipſarum rerum oblatarũ, quia ad Deum ſecundum ſe non pertinebant, vt dictum eſt: et ſequitur ſtatim perfectio ſacrificij nouæ legis, quòd aliorum imperfectionem ſuppleuit, & hoc cũ dicit: Immola Deo ſacrificium laudis, nam ſacramentũ altaris propriè dicitur ſacrificium laudis, tum quia Chriſtus in eodem cõtentus ſummè laudandus eſt, in tantum quòd maior eſt omni laude, Eccleſi. 43. et ſic dicitur: Sacrificium laudis. anthonomaticè. Tũ quia memoria paſſionis, quæ in prædicto ſacramento recolitur, maximè obligat hominẽ ad gra-

Pſal. 49.

Euchariſtia ſacramentũ propriè dicitur ſacrificiũ laudis.

Eccl. 43.43

ad gratiarum actiones Deo, quę ad laudes Dei pertinent; cũ per ipſam paſſionem homo fuerit à dãnatione perpetua liberatus: de illis enim quibus Deus miſit verbum ſuum & ſanauit eos, legitur in Pſalmo: Vt ſacrificẽt ſacrificium laudis. & ſic ex autoritate huius Pſalmi habes defectũ ſeu imperfectionem antiquorũ ſacrificiorum, in quibus carnes taurorum, & ſanguis hircorum immolabantur, quæ ſecundum ſe non erant Deo accepta, & perfectionem ſacrificij laudis Deo acceptiſſimi. Vnde manifeſtum eſt, quòd Chriſtus inſtituẽdo hoc ſacrificium laudis; quod ex ſe eſt Deo acceptiſſimũ, & eſt maximè laude dignũ, suppleuit defectum ſacrificiorũ antiquorum, in quibus iſta manifeſtè deerant.

DISCIPVLVS. Quare ſacrificia antiquæ legis nõ eſſent Deo accepta ſecundum ſe oblata, niſi ſolùm ex fide & obedientia offerentium ex multis ſacrę ſcripturę locis haberi poteſt. Vnde 1. Reg. 15. Nunquid vult Dñs holocauſta aut victimas & non potius, vt obediatur voci Dñi. Similiter Micheæ 6. Quid dignum offeram Dño, &c. Nunquid offerã ei holocauſtomata & vitulos anniculos? nũquid placari poteſt Dominus in millibus arietum? aut in multis millibus hircorum pinguium? Ex quibus autoritatibus & ſimilibus ſatis habetur, quòd ſacrificia antiqua non erant Deo accepta ex parte rerum oblatarum.

1. Reg. 15. c. 22.

Mich. 6. a. 6

Sacrificia vet. leg. non erant Deo accepta ex parte rerum oblatarum.

Sed quod tu vlterius addis, quòd per illud quod dicitur in Pſalmo: Immola Deo ſacrificium laudis, intelligitur ſacrificium nouæ legis, ſolet ab Hebræis impugnari ſic. Nam dictio, quæ in hoc Pſalmo ponitur, vbi dicitur: Sacrificium laudis. eſt omnino eadẽ cum dam dictioni, quæ ponitur Leuit. 7. vbi dicitur: Si pro gratiarũ actionẽ fuerit oblatio. in quo loco agitur de tertio genere ſacrificiorũ veteris legis, ſcilicet de hoſtia pacificorum. Nam primum genus eſt holocauſtum, quod totũ conſumitur in altari, vt habetur Leuit. 1. Secundum verò genus eſt pro peccato, quod non totũ in altari conſumitur, vt habetur Leuit. 4. Tertiũ verò genus eſt hoſtia pacificorum, quæ eſt duplex; quia vno modo offertur pro gratiarum actione de prętcritis beneficiis, & alio modo, pro voto vel ſponte, pro futuris ſpectãdis beneficiis. Et iſtud tertium genus vocatur in Hebraico Todda, quę quidem dictio ſecundum tranſlationem noſtrorum, quãdoq; ſignat gratiarum actionem, quandoq; confeſſionem, quandoq; verò laudẽ. Vnde cùm dicitur in Pſalmo: Immola Deo ſacrificium laudis. in Hebræo habetur. Immola Deo ſacrificium Todda, quod exponitur ab Hebræis de tertio genere ſacrificiorũ ſupradicto, quod eſt diſtinctum à primo & ſecũdo genere ſacrificiorum: nõ autem de ſacrificio nouæ legis. Et ideo

Impugnat Eucharistiã eſſe ſacrificiũ laudis.

Leui. 7. b. 12

In lege veteri tria erãt genera ſacrificiorum, primum holocaſtum. Leuit. 1. Secundum pro peccato. Leuit. 4.

Tertium pacificorum, quod eſt duplex.

ſcire vellē, ſi hæc expoſitio tua, quæ ad literam videtur rationabilis poſſet probabiliter euacuari.

Todda tribus modis transfertur. MAGISTER. Verum eſt, quòd hæc dictio Todda in Hebraico poſita tribus modis ſolet transferri in latino ſecūdum Hiero. ſed omnes tres modi ad vnum quodāmodo redeunt, ſcilicet confeſſionē, hoc enim propriè ſignificat hæc dictio Todda in Hebraico: ſed quia confeſſio hominis ad Deum, quandoq; eſt de beneficiis iam acceptis. Vnde cùm dicitur in Pſalmo: *Confeſſio Multiplex.* Confiteantur Domino miſericordiæ eius. & ſequitur: Quia ſaciauit animam inanem, &c. & iterū in eodem Pſalmo: Quia contriuit portas æreas, &c. In quibus locis, & ſimilibus confeſſio facta à Deo intelligitur, cùm quis confitetur ſe recepiſſe à Deo aliquā miſericordiam ſeu beneficium: & tunc talis cōfeſſio poteſt etiā dici gratiarum actio, eo enim ipſo quod homo confitetur beneficium recepiſſe ab aliquo, intelligitur eidem gratiarum actionē reddere. *Seneca.* Vnde Seneca in ſuis epiſtolis: Qui gratè beneficium recipit, primam eius penſionem ſoluit. Eſt etiam alius modus cōfitendi Deo, ſcilicet cū quis, conſiderata Dei ſumma excellentia ſeu bonitate, ipſum prout poteſt laudat, de quo dicitur in *Pſal. 117.* Pſal. Confitemini Domino quoniam bonus, ideſt confitendum eſt Domino, quoniā eſt bonus, ſcilicet per eſſentiam, quæ eſt ſumma bonitas excedens omnē laudem. Eſt etiam alius modus confitendi Deo, ſcilicet per confeſſionem peccatorum, ſecundū quam homo cōfitetur Deo proprium defectum ſeu fragilitatē, quod etiam pertinet ad laudem Dei. Vnde Ioſuæ 7. Ipſe Ioſuæ *Ioſ. 7. c. 19.* dicebat Achan, qui transgreſſus fuerat præceptum diuinum: Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & cōfitere atq; indica mihi quid feceris ne abſcondas. Cui Achā reſpōdit ibidē: Verè ego peccaui Dño Deo Iſrael, & ſic feci. Et ſic patet, quòd ille qui peccata ſua debitè Deo cōfitetur, eo ipſo dat ei gloriā ſeu laudē. In quo loco vbi dicitur: Confitere, in Hebræo habetur, da ei Todda. Qui quidē modi ꝓpriè concurrunt in ſacrificio nouæ legis à Chriſto pro noſtra ſalute inſtituto. *In Eucharistia ſacrificio, quæ ſint conſideranda.* In hoc enim ſacrificio ritè celebrato, homo cōfitetur ſe à Deo recepiſſe beneficium redemptionis, quod eſt ſummum inter cætera beneficia diuina, & ſic pertinet ad gratiarum actionem. Similiter & in eodem ſacrificio conſideratur excellentia diuinæ poteſtatis, ſecūdum quā in ipſo ſacrificio miracula continentur ineffabilia, de quibus poteſt dici illud Pſalm. Confitemini Dño, &c. & ſequitur: Quis narrabit magnalia Domini. Similiter, & in primo ſacrificio conſiderare debet ſacrificans ſeu ipſum ſumēs proprium defectum & fragilitatem, quod ad confeſſionem pertinet peccatorum.

Cùm

Cùm enim quis ſummã excellentiam diuinam & eius miſericordiam, prout poteſt, in hoc ſacramento cõſiderat, conſequẽs eſt ſuum defectum & fragilitatẽ agnoſcere: & quia omnia prędicta in laudem Dei maximè redũdant. Idcirco hoc ſacrificiũ propriè dicitur ſacrificiũ laudis, de quo propriè intelligi debet verbum Pſal. ſupradictum, ſcilicet: Immola Deo ſacrificium laudis. Ex quibus bene cõſideraris, patet quòd impugnatio Hebræorum in hoc paſſu non habet locum, & ſic eorum expoſitio per te dicta eſt omnino irrationabilis: quod ſic patet. Nam Pſalm. reprobans ſacrificia antiqua ex eorùm materià dicit, quod non erant per ſe Deo accepta, nec per ſe Deo pertinentia: de quo dicit: Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. quomodo potuit laudare tertium genus ſacrificiorum per te ſupradictũ, quod erat de eadem materia, ſcilicet de carnibus taurorum, & ſanguinibus hircorũ: nulla enim ratio eſt, quare tertium genus ſacrificiorùm legalium eſſet Deo acceptum, magis quàm prima duo genera, cùm omnia prędicta tria genera conuenirent in materia, quam Propheta dicit Deo non eſſe acceptã: & ideo neceſſe eſt, quòd ſacrificium laudis, quod Deo dicit eſſe immolandum, tanquam Deo acceptum non ſit de eadem materia, ſcilicet de occiſis animalibus brutis, ſecũdum quam materiam ſacrificia antiqua reprobauit, vt dictum eſt, ſed oportet quòd hoc ſacrificiũ à Propheta commẽdatũ, ſit ex re Deo per ſe accepta, ſicut eſt ſacrificium nouæ legis, quod per ſe Deo eſt maximè acceptũ. Vnde expoſitio quã tibi propoſuerã eſt catholica & vera, tanquam conſona rationi, & etiam ſequenti literæ.

Contra expoſitionem Hebræorũ.

DISCIPVLVS. Video quòd expoſitio tua eſt rationabilis: nulla enim ratio apparet quare prima duo genera ſacrificiorũ reprobarentur, eo quod eſſent de rebus corruptibilibus & non pertinentibus ad Dei obſequium ſecundum ſe, & tamen cùm hoc approbaretur tertium genus ſacrificiorum, quod cùm primis duobus conueniebat in eadem ratione, ſecũdum quam prima duo genera reprobãtur: & vellem vt vlterius mihi declares, quomodo expoſitio tua conſonat iis quæ in literà ſequũtur, prout tu aſſeris.

MAGISTER. Continuantur hæc verba Prophetice, ſcilicet: Immola Deo ſacrificiũ laudis. ſecundum prędictam expoſitionem, quæ vera eſt & catholica iis quæ ſequuntur ſic: nã ſtatim ſequitur: Et redde Altiſſimo vota tua. per hæc enim vota intelligenda eſt bona voluntas offerentis, quæ ex ipſo eſt per gratiam Dei, iuxta illud. Pſalm. In me ſunt Deus vota tua. Vel per hæc vota intelligãtur, ea quę fideles vouent in baptiſmo, vel in religione ſupererogando, quia

Expoſitio Pſal. 49.

Vota Deo reddenda.

quia ad hoc quod immolatio ſacrificij laudis proficiat in ſalutẽ æternam, oportet quòd iſta vota reddantur, & ſequitur: Inuoca me in die tribulationis. ſcilicet in præſenti vita, quę dies tribulationis eſt: Eruam te. ſcilicet mitigando preſſuras huius vitæ per manifeſtã liberationem, ſicut patet de tribus pueris, vel per occultam, ſicut de martyribus, qui eruũtur à Deo, ne in tormentis ſuccumbant: Et ſic honorificabis me. quia ſic Deo immolans ſacrificium laudis, propriè Deus honoratur, vt in fine Pſalmi concluditur: Et quia hoc ſacrificium laudis immolantes non honorificãt Deum ſi ſint in mortali peccato, ideo ſubdit: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, &c. quaſi. dicat: Cur credis, quòd tibi ſufficiat enarratio iuſtitiæ per vocẽ, ſine hoc quod iuſtè viuas: Et aſſumis teſtamentũ meum per os tuum. in quo increpat ſacerdotem celebrantẽ in peccato mortali exiſtentem, qui in hoc nouũ peccatũ cõmittit, in quantũ aſſumit teſtamentum Dei, aſſumẽdo in ore ſuo verba cõſecrationis in perſona Chriſti. vel aſſumẽdo ſanguinem noui teſtamenti, & hoc eſt quod dicit: Et aſſumis teſtamentum meum per os tuũ. & communiter exemplificat de peccatis grauibus, in quibus homines occurrunt occultè, falſè eſtimãtes, quòd talia latẽt Deo, vnde dicit: Tu verò odiſti diſciplinam. tale enim odium in corde cõſiſtit, ſimiliter: Et proieciſti ſermones meos retrorſum. eos in corde tuo vileſcendo. Similiter dicit de furto & adulterio & ſuſurratione, quæ quidem prædicta communiter occultè committuntur, ac ſi committentes exiſtiment, quòd Deus neſcit occultã, ſicut & homines occulta latent, vnde ſubdit: Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis. ſcilicet ignorando, ea quę latent, ſicut tu abſcõdita ignoras, quod falſum eſt: Nam arguam te & ſtatuam contra faciem tuam, ſcilicet oſtendendo tibi, quòd peccata tua, licet occulta perfectè nouerim. Vnde tales exhortando ſubdit: Intelligite hęc, qui obliuiſcimini Deũ, &c. quaſi dicat: Vos qui occultè peccata cõmittitis eſtimantes falſè, quòd Deus talia ignoret obliuiſcimini Deum, quòd Deus iſta non cõſideret: vnde conuertimini, ne quando rapiat, &c. Vnde prædicta propriè diriguntur ad offerẽtes ſacrificiũ laudis ſupradictũ, qui non ſolũ mundare ſe debent à peccatis publicis, ſed etiã ſcrutari occulta. vnde Cor. ii. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. In hoc enim quod dicit: Probet ſe. propriè intelligitur loqui de occultis, quæ probatione indigent, iuxta illud: Proba me Deus & ſcito cor meũ. & ſequitur: Sacrificiũ laudis honorificabit me. Ad quod ſciẽdum, quòd cùm honor ſecũdum Philoſophum in 1. Ethicorum, ſit exhibitio reuerentiæ in

Qui in peccato immolant Deũ in honorant.

Peccata grauia occulta.

1. Cor. 11. f. 28.

Probare ſe homo debet de occultis.

Ariſtot. 1. Ethic.

in ſignū virtutis, ſequitur quòd quantum illa reuerētia exhibita ſit maioris virtutis ſignum, tāto honor creſcit: & ideo quia in immolatione ſacrificij laudis ritè celebrata exhibetur reuerentia Deo, tanquam omnipotenti ſecundum maxima miracula in eodem contenta. Similiter, & tanquam omnia ſcienti, in quantum occulta cordis ſcrutatur, vt dictum eſt. Similiter, & tanquam ſummo bono, ſecūdum redemptionem humani generis per propriam paſſionem, quę in eodem recolitur: idcirco propriè dicitur: Sacrificium laudis honorificabit me. quia in hoc ſacrificio ſummus honor diuinus, qui in hac vita ex Dei operibus percipi poſſet cōſideratur. Et quia in hoc ſacrificio eſt via ad videndum Deum beatificè: in qua quidem viſione ſalus conſiſtit, ideo ſubdit: Et illic eſt iter, &c. id eſt in illo ſacrificio laudis eſt via, per quam oſtendam illi, id eſt ſic ſacrificanti, ſalutare Dei, id eſt ſalutem æternam. Vides ergo ex ſupradictis quomodo Chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum, ſupplēdo quod in eis deerat. In ipſis enim ſacrificiis antiquis nec Deo, ſimilis honor attribuebatur, nec in ipſis ſimilis honor diuinus erat cōſiderabilis, nec etiā in eis erat via ad ſalutē Dei oſtēdendam, quod fuit intentum. Et attende quòd licet prædicta verba Pſal. ab aliquibus ſanctis doctoribus aliter exponantur, ex hoc tamen non excluditur quin prædicta expoſitio ſit vera, tanquam cōſona catholicæ veritati & literæ.

Honor eſt exhibitio reuerentiæ in ſignum virtutis.

Eucharistia ſacrificium laudis.

Hoc ſacrificium eſt via ad videndū Deum.

In hoc ſacrificio impleuit legem ſacrificiorum, ſupplendo quod in eis deerat.

DISCIPVLVS. Placet mihi prædicta expoſitio, quia exprimit differētiam inter ſacrificia antiqua & ſacrificium laudis, ſcilicet nouæ legis, in hoc quod antiqua ex opere operato non erant Deo accepta: Sacrificium verò laudis, ſcilicet noui teſtamēti, in ipſo opere operato Deō eſt acceptiſſimum: & ſic patet, quòd Chriſtus impleuit legem ſacrificiorum non ſolùm faciēdo quod iubet, qui eſt primus modus implendi, ſed etiam ſupplēdo quod deerat, qui eſt ſecundus modus. Nūc autem vellem vt oſtēdas mihi, quomodo Chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit legem, faciēdo illa quæ propheticè circa hoc dicebātur futura, qui eſt tertius modus implendi legem, prout ſupra propoſueras.

Sacrificia veteris legis non erant Deo accepta ex opere operato. Sacrificium verò nouæ legis eſt Deo acceptiſſimum ex opere operato & operātis, quia Deus eſt.

CAPITVLVM XV.

In quo oſtenditur, quòd in inſtitutione huius ſacramenti ſeu ſacrificij Chriſtus legem impleuit, implendo ea quæ de hoc fuerunt in antiquo teſtamento prænunciata ſeu præfigurata.

MAGISTER.

DE geſtis Chrī quędā fuerūt in vaticiniis ꝓpheticis antiquitus expreſsè tradita, ſicut eſt de introitu eius in Hieruſalē ſolenni, de quo Zach. 9. Ecce Rex tuus

Chriſti geſta diuerſimodè vaticinata fuerūt, quedam clarè, quędam verè ænigmaticè.

tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, pauper, & æquitans ſuper aſinam, &c. & ſic de quibuſdam ſimilibus. Quædam verò non ita planè prophetãtur, ſicut eſt myſterium incarnationis, quod in propheticis traditur obſcurè, & figuratiuè propter magnitudinẽ myſterij & errores vitandos, vt dictum fuit ſupra: & quia in hoc ſacrificio myſteriũ incarnationis Chriſti includitur, qui quidẽ Chriſtus Deus & homo in eodẽ realiter continetur: idcirco in propheticis ſcripturis nõ ſic expreſsè myſterium huius ſacrificij traditur, ſed ænigmaticè ſeu figuratiuè. Vnde Geneſ.14. de Melchiſedech, qui ſacerdos Dei altiſſimi erat legitur, quòd cùm procederet ad benedicendum Abrahæ de victoria inimicorum venienti, quòd eduxit panem & vinum, in quo figuratur ſacrificium Euchariſtiæ, quod ſub ſpeciebus panis & vini cõficitur, & à Chriſto qui eſt ſacerdos in ęternum principaliter conſecratur. Vnde & Pſal. loquens de ſacerdotio Chriſti ęterno, dicit: Iurauit Dominus, tu es ſacerdos in æternũ, ſecundum ordinem Melchiſedech. quia ſicut Melchiſedech obtulit panem & vinum, vt dictum eſt, ſic Chriſtus in ſacrificio Euchariſtię ſub ſpeciebus panis & vini conſecrat corpus ſuũ & ſanguinem, in quo ſacrificio Chriſtus eſt ſacerdos principalis & hoſtia oblata: quod quidẽ myſterium ſic figuratum traditũ in prædictis autoritatibus Gen. & Pſalterij, licet Hebręi ex toto non intellexerunt, ſicut nec alia myſteria Chriſti cognouerũt ad plenum: nihilominus quidam de eorũ gloſſatoribus antiquis aliquid de hoc quaſi ſomniãdo ſenſerunt: vnde in gloſſa magna ſuper Geneſ. quæ dicitur Bereſith Rabba, ſuper illud Geneſ.14. At verò Rex Salem eduxit panem & vinum, &c. ſic dicit: Hoc eſt ac ſi diceret ſcriptura: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Hæc ille. Ex quo patet, quòd ſecundum eum ſacerdos in æternũ, qui non erat realiter ille Melchiſedech, ſed per eum figuratus, habebat panem & vinum in ſacrificio offerre, quod propriè adaptatur propoſito noſtro. Item in Pſalmo, qui incipit: Deus iudicium tuum regi da. in quo quidem Pſalmo ſecundum veram expoſitionem literalem de Chriſto agitur, de ipſo Chriſto loquendo, dicit ſecũdum tranſlationem noſtram: Erit firmamentũ in terra in ſummis montium, in Hebraica tamẽ veritate ſic habetur: Erit placenta ſeu placentula frumẽti in terra. quod propriè applicatur huic ſacrificio, in quo ſub ſpecie placentulæ frumenti Chriſtus continetur, cui cõcordat tranſlatio Chaldaica, in qua vbi dicitur in ſummis montium interpretatur in capitibus ſacerdotum ſeu ſupra capita ſacerdotum. Habes igitur manifeſtè ex hac autoritate cum ſua Chaldaica trãſlatione, quòd ipſe Chriſtus, de quo dixerat

Margin notes: Gen.14. d.18. — *Euchariſtiæ ſacrificium figuratũ in Melchiſedech.* — Pſa.109.b.6 — *Hebræi aliquid de hoc myſterio ſenſerunt.* — *Gloſſa magna ſuper c.14.Geneſ.* — Pſal.71.a.1 — *Nota expoſitionem.* — *Placenta frumẽti in terra Euchariſtiæ ſacramentum eſt.* — *Chaldaica tranſlatio.* — *In ſummis montium, id eſt in capitibus Sacerdotum.*

dixerat in eódē Pſalmo: Et adorabunt eum omnes Reges, & omnes gentes ſeruiēt ei. & multa alia quæ non niſi Chriſto conueniūt, de eodem ſubdit: Et erit placentula frumenti ſupra capita Sacerdotum. quod quotidie impletur in eleuatione corporis in ſacramento altaris. Item in ſupradicta gloſſa, ſcilicet Bereſith Rabba, ſuper illud Gen. 14. Melchiſedech Rex Salem protulit panem & vinū. ſic habetur: Magiſtri dixerunt, quòd legē reuelauit ei, ſcilicet Melchiſedech, qui reuelauit ipſi Abrahæ, quæ quidem lex dicit: Venite comedite panem meum, & bibite vinū quod miſcui vobis. Prou. 9. Ex quo patet, quòd Melchiſedech reuelauit Abrahæ in illa productione ſecretum legis, quod includitur in illa autoritate Prouerb. Venite comedite panem meū, & bibite vinū, &c. quod propriè propoſito noſtro adaptatur, vt patet intuenti. Itē in hoc Pſalmo qui incipit: Confitebor tibi Domine. qui immediatè ſequitur Pſalmum illū, in quo dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecūdum ordinem Melchiſedech. legitur: Memoriam fecit mirabiliū ſuorum miſericors & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe. quę quidē verba ad ſenſum planum literalem intellecta clarè dicūt, quòd Deus daturus erat eſcam timentibus ſe in memoriam mirabilium ſuorum. Chriſtus enim cùm hoc ſacramentum inſtitueret expreſſè dixit: Hoc facite in meam cōmemorationem Matth. 26.

Gloſſa magna.

Prob. 9. b. 5.

Melchiſedech reuelauit Abrahæ ſecretum legis huius ſacramenti.

Pſal. 110. a. 4

Matth. 26.

DISCIPVLVS. Iſta autoritas quam allegas, ſcilicet eſcā dedit timentibus ſe exponitur ab Hebręis de Manna, quę fuit eſca data à Deo populo ſuo, vt habetur Exo. 16. ad quod dicūt, quòd adaptantur verba Pſalmi magis quam ad noſtrum ſacramentum. Primo ex hoc quod nō dixit Pſalm. Eſcam dabit timentibus ſe, ſed eſcā dedit timentibus ſe. Ex quo dicunt quod Pſalm. loquebatur de præterito, non autem de futuro. Item dicūt, quòd Manna fuit datum populo, eo quod Deus miſertus fuit eis, ne fame perirēt per deſertū, quod nō ſic verificaretur de Euchariſtia, de qua impropriè ſecūdum eos diceretur: Miſerator & miſericors Dominus. quia nō per miſericordiam hæc eſcā fuit data, ſed in memoriam mirabilium.

Hebrei verba Pſal. Eſcā dedit. de Manna debere intelligi probant, quia dixit dedit, & nō dabit.

MAGISTER. Verum eſt, quòd Hebræi hoc exponunt de Manna, ſed verè intuenti illū Pſalmum ſecundum ſuam expoſitionem literalem propriè adaptatur propoſito noſtro, nō obſtāte eorum cauillationibus. Nā hoc quod dicunt quòd Pſalm. loquitur de pręterito dicens: Eſcā dedit. non facit aliquam difficultatem, cùm Prophetæ ſæpiſſimè loquuntur de futuro ad modum pręteriti, propter prophetię certitudinem, vt patet in innumerabilibus locis ſacræ Scripturæ. Hoc etiam, quod Deus prouidit populo Chriſtiano de hoc ſacramento

Prophetæ loquuntur de futuro ad modum præteriti ad oſtendendā prophetiæ certitudinem.

mento pertinet ad diuinam miſericordiam, ſecundum quā, quia de abſentia corporali Chriſti in Eccleſia merito contriſtaretur populus fidelium, niſi per ſingularem conſolationem ipſius præſentię, in hoc ſacramēto ſpiritua le ſolatium haberet. Vnde in officio inſtitutionis eius legitur, quòd in hoc ſacramento de abſentia Chriſti habetur ſolatium ſingulare, & de hoc etiam exponitur vno modo illud verbum Chriſti Matth. 28. Ego autem vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſumationem ſeculi. ad magnam enim diuinam miſericordiam pertinet, quòd Chriſtus ſemper principaliter adſit ſuæ Eccleſię. Vnde ſi vis expoſitionem prædictæ autoritatis, & totius Pſalmi plenè habere, vide Poſtillam Nicolai de Lyra ſuper hunc Pſalmum cùm additione, quæ ibidem ponitur, & videbis ibi, quòd iſta allegatio eſt propria & literalis ad propoſitum. Idem etiam habetur in Pſalmo qui incipit: Expectās expectaui Dominum. vbi de reprobatione ſacrificiorum antiquæ legis dicit: Sacrificium & oblationem noluiſti, &c. & ſequitur in perſona Chriſti: Aures autē perfeciſti mihi. ſcilicet ad obediendum, quia Chriſtus in paſſione factus eſt obediens vſq; ad mortem. Philippē. 2. Idem in aliis locis, quæ cauſa breuitatis ommittuntur.

Matth. 28. d. 20. *Poſtilla Nicolai de Lyra.* *Pſal. 39. b. 7.* *Phili. 2. a. 9.*

CAPITVLVM XVI.

In quo agitur de multitudine nominum huius ſacramenti, quæ multitudinem effectuum eius ſalubrium denotat, ex quia excitari debet deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium.

DISCIPVLVS.

Habeo mentem tuam circa hoc ſacramentum, per quā mihi oſtendis, quòd eſt ſacrificium verum, & Deo acceptiſſimum ſecundum ſe, quod nō pertinebat ad ſacrificia antiqua. Ex quo habetur, quòd Chriſtus impleuit legē in hoc ſacrificio, ſupplēdo quod deerat in antiquis. Sed miror quare hoc ſacrificium multis nominatur nominibus, præſertim cùm ſit vnum in ſe indiuidualiter, quantum ad rē contentam & non plura, prout in veteri lege erant plura inter ſe diſtincta, non ſolùm ſecundum indiuiduum, ſed etiam ſecundum ſpeciem: vnde ſufficiebat ipſum nominari ſacrificium tantum.

MAGISTER. Si bene conſideras hoc ſacrificium, rationabiliter diuerſis nominatur nominibus ſecundum diuerſas eius excellentes proprietates ſeu notabiliſſimos effectus, quæ quidē nominationes excitatiuę ſunt deuotionis fidelium. Vnde hoc ſacramētū Euchariſtia vocatur, quod idē eſt quod bona gratia: nā licet in omnibus ſacramētis Eccleſiæ gratia cōferatur, attribuitur tamen huic ſacramēto hoc nomē Euchariſtia anthonomaticè,

Sacrificium hoc diuerſis nominibus rectè nominatur, ſecundum multiplices proprietates, quas habet. *Primum nomen Euchariſtia, id eſt bona gratia.*

maticè, inquantũ continet Chriſtũ plenum gratia, ex cuius plenitudine omnes gratiam accepimus, vt Ioannis 1.

Ioan.1.b.16

Secundum ſacrificium.

Item inquantum eſt commemoratiuum Dominicæ paſſionis, quæ fuit verũ ſacrificium, poſt quod nullum ſacrificium Deo eſt acceptum niſi per ipſum. Idcirco ſacrificium ſimpliciter nominatur.

Sacrificium laudis.

Nominatur etiam ſacrificium laudis, vt cum dicitur in Pſalmo: Immola Deo ſacrificium laudis, & ſacrificium laudis honorificabit me, rationibus ſupra tactis.

Pſa.4.2.6.

Sacrificium iuſtitiæ.

Nominatur etiam ſacrificium iuſtitiæ, vt cũ dicitur in Pſalmo: Sacrificate ſacrificium iuſtię. & alibi: Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ. inquantum deuotio per ipſum rectè ſumptum accreſcit, quę quidem deuotio eſt actus religionis. Vt in 2.2. quæſt.82. Religio autem eſt pars iuſtitiæ, vt in eadem quæſt.81.

Pſal.50.

S.Tho. 2.2. q.82.& 81.

Tertium nomen ſacra communio.

Item in quantum per ipſum cõmunicamus Chriſto, eius carnem & ſanguinem participantes, ſimiliter & per ipſum vnimur adinuicem, nominatur ſacra communio. Item inquantum nos reficit in via ſpiritualiter, vt in eius virtute ad fruitionem diuinam quæ eſt in patria perueniamus, eo modo quod de Helia figuratiuè dictũ eſt; Et ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montẽ Dei.

Quartum nomen viaticum.

nominatur etiam viaticũ, vt ſupra eadẽ diſt. dicitur: quæ quidẽ fruitio per ipſum viaticum pręfiguratur vt ſupra. Conſiderandum eſt igitur, quòd magna multitudo dulcedinis in hoc ſacramento abſconditur, in quo non ſolùm gratia ſed fons totius gratiæ continetur.

Quintum nomen fons totius gratia.

Similiter & in eo ſummum ſacrificium veſpertinum commemoratur: ſimiliter & per ipſum Chriſtum verum communicamus, & in ipſo adinuicem vnimur. Similiter & per ipſum fortitudinem ſpiritualem ad diuinam fruitionẽ perueniendi accipimus, per quod ritè acceptum pignus quodammodo futuræ glorię figuratiuè nobis datur. Et ſic habes quòd multitudo nominationum huius ſacroſancti ſacramenti multitudinẽ deuotæ dulcedinis in corde ipſum ſpiritualiter ſumentis excitare debet.

DIſtinctio quarta de Scrutinio Scripturarum, circa differentiã inter modum viuendi patrum antiquorum, ſcilicet ſanctorum Patriarcharũ, & aliorum ſub antiquo teſtamento viuentium ante aduentum Chriſti, & inter Patres ſeu ſanctos, qui fuerunt poſt aduentum Chriſti. Et continet nouem capitula.

In capitulo primo cõtinuantur ea quæ dicta ſunt de ſacramento altaris addicẽda circa differentiam inter modum viuendi ſanctorum vtriuſque teſtamẽti.

In capitulo ſecundo, redditur alia ratio, quare antiqui Patres bonis temporalibus vt communiter videbãtur adhærere, & non ſancti noui teſtamenti, qui communiter conſilia Euangelica ſequuti ſunt.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd cõſilia Euangelica, licet non ſint ad ſalu

tem neceſſaria, ſunt tamen valde vtilia, & ibidem redditur ratio, quare huiuſmodi conſilia non fuerunt antiquis data explicitè.

In capitulo quarto oſtenditur, quòd cõſilium de deſertione rerũ temporaliũ eſt vtile ad Deo adhærendũ, & implicitè continetur in veteri teſtamento.

In capitulo quinto oſtenditur, continentiam eſſe laudabilẽ & oportunam, ad diuina ſuſcipienda, quæ in vete. teſt. ſatis implicitè traditur.

In capitulo ſexto oſtẽditur, quòd obedientia prout cadit ſub voto religionis, eſt virtuoſa & laudabilis, & etiã implicitè in antiquis documentis traditur.

In capitulo ſeptimo ponuntur quędã obiectiones Phariſæorum contra viros iuſtos, ſeu ſanctos noſtrę religionis, qui per ieiunia & abſtinentias frequenter ſe affligunt, quæ quidem obiectiones ibidem ſoluuntur.

In capitulo octauo oſtenditur, quòd autoritates in quibus Rabbini Phariſæorum fundantur ad reprobandũ abſtinentias & ieiunia noſtræ religionis, nihil faciunt pro eis.

In capitulo nono agitur, de differentia victoriæ antiquorum Patrum, ad victoriam noui teſtamenti.

CAPITVLVM I.

In quo continuantur ea quæ dicta ſunt de ſacramento altaris, addicenda circa differentiam inter modum viuendi ſanctorum vtriuſque teſtamenti.

DISCIPVLVS.

PErcipio prout poſſum quantum fragilitas noſtrę mentis ſufficere valet, quã magna multitudo dulcedinis ſpiritualis in ſacramento altaris ſupradicto abſcondita eſt: ſecundum quam deuotio ipſum ſpiritualiter ſumẽtium maximè excitari habet: ex quo cogito quòd fortè huiuſmodi cauſa viri ſancti ſub lege naturę, ſeu ſub antiquo teſtamento viuentes, qui huiuſmodi ſacrificiũ ſeu ſacramentum realiter non habebant, niſi tantum figuraliter, ſed ſacrificiis brutorum animalium occiſorum vtebantur, non ſegũtur cõmuniter fuiſſe, tam deuoti Deo, ſicut ſancti noui teſtamẽti, qui ex vſu debito huius ſacrificij tam excellentiſsimi deuotiores Deo viuere ſe oſtendunt. Videmus enim quòd in primordiis Eccleſiæ, tanta deuotio in ipſis fidelibus demonſtrabatur, quòd quam plurimi eorum & ferè omnes omnia bona temporalia relinquebãt, vt Chriſtum ſeu eius doctrinam ſequerẽtur. Ex quo manifeſtè oſtenditur, quòd tanta in eis vigebat Chriſti deuotio, quòd omnia terrena pro ipſius amore ſeu ſequæla contẽnebant: neque ſolùm hoc faciebant circa bona terrena exteriora, quæ ſunt minima hominis bona, ſed etiam circa bona corporis quæ maiora ſunt reſpectu exteriorum. Fuerunt enim in primitiua Eccleſia, & etiã poſt, quã plurimi martyres, qui in ſuis corporibus crudeliſsima martyria pro fide Chriſti ſuſtinuerunt, ſimiliter & virgines Deo dicatæ quamplurimæ: quod tamen de

Antiqui Patres non fuerunt Deo tã deuoti quã Patres noui teſtamenti. Vide cauſam.

Sancti noui teſtamẽti tẽporalia contempſerunt; ſecus autem fecerũt vete. leg. ſancti qui temporalibus adhæſerunt.

de ſanctis antiquis minimè ſeu rariſsimè talia leguntur. Fuerũt enim præcipui eorum omnes ferè adhærentes mundi diuitiis, & in eis abũdantes, vt patet de Abraham Patriarcha qui de excellentiſsimis viris antiqui teſtamenti fuit, de quo legitur Geneſ. 13. Erat autem Abraham diues valdè in poſſeſsione argenti & auri, & ſic de multis ſanctis illius temporis. Princeps autem Apoſtolorũ de ſe dicebat, Acto. 3. Argentum & aurum nõ eſt mihi. vnde generaliter loquendo, paupertas voluntaria, quæ valdè commendatur in ſtatu noui teſtamenti, in antiquo tamen minimè legitur commendari, quod ad virtutem huius ſacroſancti ſacrificij meo iudicio, ſaluo ſemper meliori, attribuẽdum videtur. Nã licet in vtroque ſtatu fuerunt ſancti viri: nõ tamen in vtriſque æqualia deuotionis ſigna ſunt oſtenſa. In antiquis enim qui nõ habebant ſacrificia in quibus tãta dulcedo deuotionis abſcondita eſſet, deuotio non ad tantum gradũ aſcendere videbatur, vt ad dimiſsionem bonorum temporalium, nec ad martyriã ſeu virginitatem attingeret, ſicut in iis quæ ſub nouo teſtamento Deo militãt, & hoc vt exiſtimo ratione prædicta.

Abraham.

Gen. 13. a. 2.

Acto. 3. a. 6.

Paupertas voluntaria in noua lege commendatur virtute Eucharistiæ

MAGISTER. Eſtimatio tua ſatis videtur rationabilis. In prima enim collecta de corpore Chriſti legitur, quòd Eccleſia à Deo petit, vt per venerationẽ debitam huius ſacramenti, fructus redemptionis in ipſis fidelibus iugiter ſentiatur. Opera autem virtutum ſecundum Ambroſium, vt in 1. 2. quæſt. 70. dicuntur fructus, eo quod ſuos poſſeſſores ſancta & ſincera delectatione reficiunt. Sunt igitur fructus redemptionis Chriſti opera virtutum illarum, quæ per imitationem paſsionis Chriſti, per quam noſtra redemptio celebrata fuit efficiũtur. In Chriſto enim ſumma paupertas volũtaria, & ſummum martyrium, & ſumma virginitas proculdubio fuerunt, ex quibus ſimiles fructus in ſuis fidelibus, per virtutem huius ſacramenti debitè ſumpti, iugiter ſentiũtur, prout per te dictum eſt. Vnde ad conſiderationem tuam applicari põteſt illud Pſalmi: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. In quo reprobatio ſacrificiorum demonſtratur antiquorum, quæ quidem ſacrificia ſolũ ex opere operante, vt dictũ eſt, Deo placebant, & ideo ſtatim ſubdit: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. quaſi dicat: Holocauſta noſtra non delectãt Deũ ſecundum ſe, niſi inquantũ offerũtur à ſpiritu contribulato & corde contrito: & vt deſignaret quod futurũ erat in Eccleſia Dei ſacrificium ſeu holocauſtũ per ſe Deo acceptũ. Ideo petit: Benignè fac Domine in bona võluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalẽ. quod de Eccleſia Chri-

Ambro.

S. Tho. 1. 2. q. 70.

Opera virtutũ fructus dicuntur, vide cauſam.

Per debitã huius ſacramenti ſumptionem fructus virtutũ Chriſti augẽtur in nobis.

Pſa. 50. d. 19

Vide elegãtem expoſitionẽm partis iſtius Pſal.

ſia Chriſti, prout tunc futura intelligendum eſt: in qua ſacrificium iuſtitiæ offerendum erat, pro quo ſacramẽtum altaris, vt ſupradictum, eſt intelligitur, de quo dicit: Tũc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, &c. Et quia virtute iſtius ſacrificij fideles ad maximam imitationem Chriſti, quę per martyrium perficitur attingere debebãt, ideo ſubdit: Tũc imponent ſuper altare tuum vitulos. quod ſecundum glo. intelligitur de ſanctis martyribus qui in odorẽ ſuauitatis ſeipſos, quaſi in altare Dei per modum holocauſtorum accendunt: quod ſatis concordat cum tua ęſtimatione. Et ſcias quòd licet prædicta ęſtimatio tua ſit rationabilis vt dictum eſt, eſt tamẽ circa differentiam ſupradictam, alia propria cõſideratio, vt patet in ſcripturas ſacras ſcrutanti.

CAPITVLVM II.

In quo redditur alia ratio, quare antiqui Patres bonis tempoalibus vt communiter videbãtur adhærere, & non ſancti noui teſtamenti, qui communiter conſilia Euangelica ſequuti ſunt.

DISCIPVLVS.

Admiratio circa prædicta eadẽ fides præteritorum & modernorum.

INdica mihi quęſo cauſam illã, quam dicis eſſe aliam ab illa ſuperius dicta: nã animum meũ quædam admiratio vehementer pulſat, quæ talis eſt. Cùm enim fides antiquorũ ad neceſſitatem ſalutis pertinens vna & eadem ſit, niſi ſolũ inquantum quædã quę antiqui crediderũt, vt futura, moderni credunt, vt iam præterita, vt inferius videbimus. Cõſtat autẽ quòd ex recta fide mentiũ pietas ſequi debet actionũ: conſequẽs videtur quod in appetitu ſeu conceptu bonorũ eſſet ęqualitas vel ſaltẽ magna ſimilitudo inter ſanctos vtriuſque teſtamenti, cuius oppoſitum manifeſtè legimus. In geſtis enim ſanctorum antiquorum cõmuniter repe ritur, quòd adhærebant temporalibus bonis, & in illis aſsiduè exercitabã tur, gaudentes de ipſorum licita acquiſitione, & de eorũ amiſſione valde dolẽtes. Legitur enim de Iacob Patriarcha, quòd cùm credidiſſet Ioſeph filiũ ſuũ fuiſſe mortuum, indutus eſt ſacco, & lugebat per multos dies, nec aliquo modo cõſolari volebat, Geneſ. 37. De Moyſe etiam legitur, quòd affligebatur valde de afflictione populi Iſraelitici, intantum quòd Deo dicebat: Domine, cur afflixiſti populũ tuũ? quare miſiſti me, &c. Exo. 5. De Ioſue autẽ legitur, quòd cũ aliqui de exercitu Iſrael terga verterunt ab hoſtibus, quod ſcidit veſtimẽta ſua, & querulosè dicebat Deo: Quid dicam videns Iſraelem terga vertentẽ? Ioſuę 7. Hęc & multa ſimilia ſcripturas ſcrutanti patent. Ex quibus habetur quòd antiqui non patienter tollerabant tẽporalia mala, cuius contrarium in diſcipulis Chriſti & eorũ ſequacibus frequenter reperitur: gaudebant enim cũ de bonis propriis expoliaban-

Quare tanta diuerſitas eſt in modo viuendi, inter antiquos & modernos.

Antiqui Patres in bonis tẽporalibus gaudebant, & in eorum amiſsione triſtabãtur, Sancti vero noui teſtamenti è contrario.

Geneſ. 37. g. 34.

Exo. 5. d. 23.

Ioſuę. 7. a. 7.

Hebr. 10. g. 34.

liabantur propter Deum: ad Hebræo. 10. Rapinam bonorum veſtrorum cū gaudio ſuſcepiſtis: nec ſolum hoc, ſed etiam in iniuriis & contumeliis pro nomine Chriſti ſuſtinendis patientes erant. Vnde Acto. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu cōcilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nec ſolū hoc ſed etiam tormenta grauia vſq; ad mortē propriam cum magna patientia, & non ſolū quā cum mētis hilaritate ſuſtinebāt, vt in geſtis martyrū latius cōtinetur. Non igitur immerito quęrenda videtur eſſe ratio tantę differētię inter ſanctos vtriuſq; teſtamenti, quorū fides ſalutifera eadem fuit, vt dictum eſt.

Act. 5. g. 41.

MAGISTER. Ad iſtā tuā admirationem tollendā preſupponere debes, quod ſicut in ſciētiis oportet ordinatè procēdere, ſic vt ex notioribus incipiat diſciplina, vt in 1. Phiſi. & in aliis locis docet Philoſophus; Ita etiā oportet, quòd qui inducere vult hominem ſeu populū ad obſeruantias legū & preceptorum: eū incipiat mouere ex illis quę ſunt magis in eius affectu. Pueri enim qui nondum habēt plenè rationis vſum, nō prouocantur ad aliquid faciendum ſeu addiſcendū, niſi puerilibus allitiātur munuſculis, quę in eorum affectu magna bona ęſtimātur. Cùm enim ad perfectā perueniunt ętatem, deſpectis puerilibus, mouentur ad aliquid faciendū ſub ſpecie maiorū bonorū, ut puta diuitiarū ſeu honorū & huiuſmodi. Cōſtat autē quòd lex vetus diſponebat ad Chriſtū, ſicut imperfectū ad perfectū, eo quòd dabatur populo rudi & imperfecto in cōparatione ad perfectionē, quę futura erat per Chriſtū, qua ratione populus ille puero ſub pedagogo exiſtēti cōparatur, ad Gal. 4. Imperfectorū autem eſt tēporalia bona in magna ęſtimatione habere, perfectorū autem eſt quòd temporalibus cōtemptis in ſpiritualibus bonis tantum finem conſtituant. Et ideo ſub veteri lege exiſtentes, quia tanquā imperfecti temporalia quęrebant, & eis adherebant, oportebat vt per tēporalia promiſſa manu ducerentur ad Deum, qua ratione promiſsiones quę in veteri lege continentur, cōmuniter ſunt de bonis tēporalib⁹, quę in affectu hominum imperfectorū magna repręſentabantur, & ſic ex talib⁹ adeptis valde gaudebāt, & in eorum amiſsione vehemēter cōtriſtabantur: ſecus eſt autē fidelibus ſub nouo teſtamēto exiſtentibus, qui tanquā perfecti, non per bona tēporalia, quę minima ſunt, inducūtur ad legis obſeruantiā, ſed per ſpiritualia, quę maxima ſunt. Vnde Apoſtolus ad Philip. 3. Quę quidē retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora me extēdo, quicumq; ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus. Vnde iſti de bonis tēporalibus adeptis vel amiſsis, non multū gau

Ariſt. 1. Phiſico.

Modus inducendi hominis ad obſeruatias preceptorū

Antiqui quaſi pueri ſub pedagogo dicuntur

Ad Gala. 4. a. 2.

Promiſſiones vet. teſt. fuer. de bonis temporalibus, ſed in noua lege de ſpiritualibus.

Ad Philip. 3. c. 13.

debant nec triſtabantur, ſed ſolū de ſpiritualibus. Ex quibus diligenter conſideratis habes rationem ſupradictæ differentiæ.

Replicat. *Quare viri perfectiſſimi vet teſta. non temporalia propter Deū reliquiſſe legimus.*

DISCIPVLVS. Hæc ratio tua ſatis videtur ſufficiens, quantum ad differentiam vtriuſque populi in communi: populus enim antiquus indubiè rudis erat & imperfectus, vt ex eorū geſtis ſatis patet: nihilominus tamen inter antiquos erant aliqui viri perfecti. De Abraham enim legitur Geneſ.17. Ambula corā me,& eſto perfectus.& de Moyſe Num.12. Seruus meus Moyſes in tota domo mea fideliſſimus eſt, ore enim ad os loquor ad eū,& palam non per ænigmata & figuram Deū intuetur. Ex quibus Auguſt. concludit quòd Moyſes tantę perfectionis fuit in hac vita, quòd Deum videret per eſſentiā, quod maximę perfectionis eſt. Non igitur modica admiratione videtur dignū, quo modo prędicti & eorum ſimiles, non leguntur in aliquo mundū contempſiſſe, nec temporalia bona propter Deum reliquiſſe, ſed huiuſmodi bonis ſicut & alij ſimplices adhærere. Non enim dicendum eſt, quòd tales erant rudes ſeu imperfecti, cū de eis ſcriptura ſacra oppoſitum teſtetur: vellem igitur de hoc amplius à te erudiri.

Gen.17.a.2 Nume.12.b.8. Auguſt.

Perfectio ſpiritualis vitæ in quo conſiſtat.

MAGISTER. Ad hoc quod quæris ſanè intelligendū, preſupponere debes, quod perfectio ſpiritualis vitę non conſiſtit eſſentialiter, in dimiſſione diuitiarū & virginitate ſeruādā & huiuſmodi: licet iſta ſint via ad perfectionē facilius ſeu ſecuriꝰ acquirendam: ſicut aliqua ſunt quæ iuuāt ſeu proficiunt ad ſanitatē corporalem habendā, quæ tamen non ſunt ad hoc neceſſaria, nec in eis etiā conſiſtit eſſentialiter corporalis ſanitas: & ideo de huiuſmodi deſertione tēporalium nō legitur Chriſtū dediſſe preceptum quod neceſſitatē imponit, ſed tantum conſilium, quod non de neceſſariò datur ſed de vtili. Vnde poſſibile eſt, quod aliquis diuitias poſſidens habeat perfectionē ſpiritualē, id eſt Deo per charitatem quātū in ſtatu vię pertinet adhęrēdo, in tali enim adhæſione perfectio charitatis eſſentialiter cōſiſtit. Vnde Pſalm. Mihi antē adhærere Deo bonum eſt. Vnde Abraham & Moyſes & alij ſancti Patres antiqui, licet non leguntur tēporalia reliquiſſe: nihilominus tenendum eſt ipſos fuiſſe perfectos, ſicut multoties reperitur, quòd aliquis ſanitatē corporalem perfectā acquirit, etiā non ſeruando medicorum conſilia, quę Dei inſtinctu infirmantibus ad ſanitatē dātur: immò ex hoc quod aliquis perfectam ſanitatem ſine huiuſcemodi medicinalibus cōſiliis adipiſcitur, fortioris naturæ eſſe iudicandum eſt, quam ille qui non poteſt acquirere ſeu conſeruare ſanitatem, niſi talia conſilia ſequatur, vt in libro de cælo & mundo. Vnde ſi benè ſcrutatus fueris verba Sal-

Quare Chriſtus non dedit preceptum de deſertione bonorum temporaliū ſed tantum conſilium.

Pſalm.72. d.28.

Similitudo notanda.

Ariſt. in lib. de cælo & mundo.

ba Saluatoris circa Euangelica
conſilia, clarè reperies quòd nõ
imponunt neceſſitatem, ſed ele
ctioni eius cui dabãtur ea relin-
quit, dicunt enim: Si vis perfe-
ctus eſſe, vade & vẽde, &c. Mat
thæi, 19. Ex quo patet, quod non
neceſſitatem imponendo, ſed ſo
lùm conſiliando hæc dicit. Non
enim dicit: Si vis ſaluus eſſe, vel
ſi vis ad vitam ingredi æternam,
ſed ſi vis perfectus eſſe. Simili-
ter in hoc quod ſubdit: Et ſeque
re me. ſatis innuit, quòd in ſequę
la Chriſti perfectio eſſentialiter
conſiſtit: dimiſſio verò diuitia-
rum nõ perfectio ſed perfectio
nis via eſt: & ſic intelligit iſtum
paſſum Hieronymus & alij Do-
ctores. Abraham igitur, qui diui
tias poſſidebat, perfectus fuit,
non enim habebat animum diui
tiis irretitum, ſed totaliter quan
tũ in ſtatu viæ, poſſibile eſt Deo
coniunctum. Vnde ſi diligenter
verba Domini ad eum intelligis
dicentis: Ambula coram me, &
eſto perfectus, ſatis reperies,
quòd perfectio Abrahæ in am-
bulando coram Deo, eum per-
fectè amando vſque ad contem
ptum ſui & omnium ſuorum cõ-
ſiſtit: quem quidem contemptũ
in immolatione filij ſui vnigeni
ti maximè demonſtrauit: mani-
feſtum eſt enim quòd Abrahã
prædiligebat filium ſuum vnige
nitum, quã omnia bona ſua exte
riora, dicebat enim ad Deũ: Do-
mine quid dabis mihi? & ego va-
dã ſine liberis. & ibidẽ infra: Ec-
ce mihi non dediſti ſemẽ, & ver-
naculus meus hæres meus erit:
& tamen ipſe Abrahã ad vnicũ
iuſſum Dei volebat immolare fi
liũ, quẽ tam diu deſiderauerat
habere: vnde & ibidẽ dictũ eſt
ei: Quia feciſti rem hanc, & non
pepperciſti filio tuo propter me,
benedicã tibi, &c. vſque ibi: Et
benedicentur in ſemine tuo om
nes gentes terræ, in quibus ver
bis facta eſt promiſſio Abrahæ,
de Chriſto ex ſemine ſuo ventu
ro, in quo omnes gentes ſecun-
dum ſufficiẽtiam ſpiritualem be
nedicuntur, vt Apoſtolus dicit:
Non igitur dubitandũ eſt quòd
bona exteriora Abraham, pro-
pter Deum dimiſiſſet, qui immo
lationẽ filij, tam prompte pro-
pter Deum facere intendebat.
Similiter & de Moyſe legitur,
quòd in tantũ proximos dilige-
bat propter Deũ, quod pro re-
miſsione peccatorum populi
Deum deprecans dicebat: Aut
dimitte eis noxã hanc, aut ſi non
facis, dele me de libro tuo quẽ
ſcripſiſti. Quomodo autẽ intelli
gatur talis deletio poteſt habe-
ri. Exo. 32. vbi eſt proprius lo-
cus tam in poſtilla, quàm in ad-
ditione, & quocũque modo ex-
ponatur. Ex hoc manifeſtè ha-
betur, quòd charitas Moyſi ad
proximos propter Deum erat
tantum intenſa quantum poſſi-
bile erat in ſtatu viæ, & ſic non
eſt dubitandum, quòd Moyſes
dimiſiſſet omnia bona tempo-
ralia exteriora, & etiam vitam
corporalem, propter bonũ po-
puli ſpirituale. Similiter & de

Cõſilia Chriſti hominis voluntati relinquuntur.

Matt. 19. c. 21.

Hierony.

Quomodo poſſeſsio bonorum temporaliũ non impedit ſpiritualis vitæ perfectionẽ.

Abraham exemplum perfectionis vitæ.

Gen. 15. 1. 2.

Exemplum perfectionis vita Moyſi.

Deletio de libro vitæ quomodo intelligatur, vide additionem ſuper Exo. c. 32. f. 32.

2.Reg.vlt. c.17. Dauid legitur 2.Reg.vlt. Quòd cùm vidiſſet Angelum percutientem populum dixit Deo: Ecce ego ſum qui peccaui, iſti qui oues ſunt quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domũ patris mei. Ex quo patet, quòd in ipſo Dauid virtus charitatis ſic erat ordinata, quòd preeligebat mortẽ propriã temporalem ſui & ſuorũ pluſquam mortem populi, qui non peccauerat in illo peccato: & ſic non eſt dubitandum, quòd Dauid reliquiſſet omnia bona tẽporalia, quibus vita corporalis præfertur, propter Deũ & proximum. Ex præmiſsis igitur habes quòd antiqui patres, & ſi non leguntur reliquiſſe temporalia, prout in conſiliis Euangelicis continetur, quæ ad viam perfectionis pertinent, non ex hoc tenẽdũ eſt, quòd ipſam perfectionem ſpiritualem nõ haberent. Nec mirari debes, ex hoc quod antiqui patres, non leguñ tur mundum contempſiſſe, ſeu bona tẽporalia; nam quia ex ruditate populi oportebat eos per promiſsionem bonorũ temporaliũ, populos ad obſeruantiã legis inducere, vt iam dictũ eſt. Ideo neceſſarium erat vt tẽporalia bona, per quorũ promiſſiones rudes & ſimplices inducere, ad ſpiritualia conabantur, tãquam precioſa viderentur reputare. Ille enim qui puerũ per munuſcula parua vult ad aliquod bonũ inducere, oportet, quòd illud munuſculum vt magnũ & precioſum puero oſtendat, vt puer per illud attrahatur ad bonum: ſi enim illud munuſculum puero illi vile oſtẽderet, ſicut eſt in rei veritate, nequaquam per promiſsionem illius munuſculi puerũ promouerẽt. Iſto igitur modo antiqui patres temporalibus bonis videbãtur adherere ſicut cæteri, vt vulgares rudes temporalia bona, magna eſſe exiſtimarent, vt ſic per taliũ promiſsiones ad ſpiritualia bona inducerentur.

Exemplum perfectionis vitæ Dauid

Corolariũ in quo perfectionem antiquorũ exponit.

Similitudo notanda.

Quomodo oportuit antiquos patres bona temporalia poſſidere, & nõ concupiſcere.

CAPITVLVM. III.

In quo oſtenditur, quòd conſilia Euangelica, licet nõ ſint ad ſalutẽ neceſſaria, ſunt tamen valde vtilia: & ibidem redditur ratio, quare huiuſmodi cõſilia non fuerunt antiquis data explicitẽ.

DISCIPVLVS.

SI conſilia prædicta, quæ tu dicis, ſolùm viam perfectionis habẽt demonſtrare, nõ ſunt neceſſaria ad ſalutem, eo quod perfectio etiam ſine illis haberi poſſet, ad quid queſo predicta conſilia data ſunt, cũ ſine eis, vt dicis, perfectio haberi poſſit.

Ad quid cõſilia Euangelica fuerunt data à Chriſto.

MAGISTER. Manifeſtũ eſt, quod licet ad victoriã quærendam de aduerſario, nõ ſit neceſſarium armis vti militaribus: legitur enim de Sãpſone, quòd cum mandibula aſini interfecit quamplurimos Philiſtæos, Iudic.15. Similiter & Dauid deuicit Philiſtæum ſine armis militaribus, cum ſola fundibula, 1.Regum.17. Non tamen ex hoc ſequitur,

Reſpondit per ſimilitudinẽ oppoſitam.

Iudi.15.c.15. 1.Reg.17. g.50.

quitur, quòd non ſit conſilium vtile militantibus vt armis competentibus vtatur in bello, pauci enim ſunt qui inermes triumphum belli obtineant, nec ſua ſecurè poſſideat, vnde. Luc. 11. Si fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, &c. Vnde & conſilia Euangelica de dimiſsione temporalium & huiuſmodi valdè vtilia ſunt: illa enim, quæ in conſiliis continentur Euangelicis, ſunt quaſi arma contra ſpirituales nequitias, quę impediũt perfectionem vitę ſpiritualis, & ideo ſummè vtilia ſunt, preſertim pro infirmis, qui ex huiuſmodi tẽporalibus vt plurimum impediũtur à conſequutione ſpiritualiũ, vt dictum eſt ſupra: licet talia cõſilia quandoq; non ſint neceſſaria, quo ad fortes & robuſtos, qui radicati ſunt in charitate Dei, vt patet ex prædictis ſanctorum antiqui teſtamenti exemplis.

Luc. 11. c. 21.

Conſilia Euangelica ſunt quaſi arma cõtra ſpirituales nequitias.

DISCIPVLVS. Si hęc cõſilia, prout tu dicis, vtilia ſunt ſpecialiter infirmis, qui modicũ habent de virtute, congruum videtur quòd huiuſmodi conſilia fuiſſent data antiquis, qui cõmuniter, vt ſupra dictum eſt, erant rudes & imbecilles in ſpiritualibus: vnde tales potius indigebant conſiliis quàm iſti, qui iam non vt paruuli ſed vt adulti iudicantur. Vnde Apoſtolus ad Hebr. 5. fidelibus nouæ legis qui adhuc imbecilles circa ſpiritualia erant dicebat: Facti eſtis quibus lacte opus ſit, nõ ſolido cibo.

Quare conſilia non fuerint antiquis data.

Heb. 5. d. 13.

MAGISTER. Ratio autem quare conſilia Euangelica non leguntur, in antiquo teſtamento expreſsè data, poteſt eſſe duplex. Prima quia inter conſiliũ & præceptũ talis differentia cõmuniter aſſignatur, ſcilicèt quòd pręceptũ neceſſitatẽ importat, conſiliũ autẽ in optione eius cui datur eſt impoſitũ. Vnde in lege noua, quæ eſt lex libertatis, conuenienter fuerunt addita conſilia præceptis, non autẽ in veteri lege, quę lex ſeruitutis erat. Et hęc ratio habetur 1. 2. q. 108. ar. 4. Alia ratio poteſt ad hoc aſſignari, & eſt talis, nã antiquus populus ſic erat rudis, quòd ſpiritualia valdè difficulter capiebat, & temporalibus communiter adhærebat. Vnde ſi talibus expreſsè dimiſsio temporalium fuiſſet propoſita, tanquam valdè vtilis, tunc tales ex ſui ruditate à cultu diuino faciliter recederent. Legitur enim Matth. 19. Quòd cũ Chriſtus de conſiliis ad perfectionem pertinentibus expreſsè loquæretur, vt dicendo adoleſcẽti: Si vis perfectus eſſe, &c. quòd ille abiit triſtis: ſimiliter & cùm diſcipulis dixiſſet, de conſilio continentiæ: Sunt eunuchi qui caſtrati ſunt propter regnũ cælorum, illi dixerũt: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Si igitur iſti qui doctrinam ſalutiferam ab ipſo Chriſto immediatè audiebant, eius miracula continuè videntes, cum hoc tamen ex talibus conſiliis contriſtabantur ſeu turbabãtur,

Duplex ratio quare cõſilia antiquis data fuiſſe non legatur.

Prima ratio

S. Th. 1. 2. q. 108. artic. 4

Secunda ratio, quia antiquus populus erat rudis, cui ſi dimiſſionẽ temporaliũ precepiſſet, facile recalcitraret.

Matth. 19. c. 21.

quanto magis ſentiendum eſt de populo illo antiquo, qui puero ſub pędagogo exiſtenti comparatur. Ad Gal. 4. vnde talia conſilia non conueniebant vt talibus darētur expreſsè, ſicut populo nouæ legis, in quibus communiter gratia abundantius data eſt per Chriſtum: iuxta illud Ioā. 1. Lex enim per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et circa hoc notare debes, quòd licet conſilia prædicta in antiquo teſtamento, non fuerunt expreſsè data propter rationes prædictas, nihilominus tamen talia cōſilia eſſe ad perfectionē vtilia implicitè ibidem continetur, licet Phariſęorū turba hoc nō ſentiat.

Ad Gal. 4. a. 2.

Ioan. 1. b. 17

Conſilia dā da erant iis quibus maior dabatur implēdi gratia.

CAPITVLVM IIII.

In quo oſtenditur, quòd conſiliū de deſertione rerum temporalium eſt vtilē ad Deo adhęrendum, & implicitè continetur in veteri teſtamento.

DISCIPVLVS.

Declara mihi rogo, quomodo conſilia Euangelica implicitè in veteri teſtamento cōtineantur.

MAGISTER. Ad iſta ſciēdum attēdere debes, quòd ſicut de iis quę ſunt de neceſſitate ſalutis credenda, ad quę naturalis ratio humana minimè attingit, ſicut eſt myſteriū Trinitatis in diuinis, & myſteriū incarnationis Chriſti, ſimiliter & vltimum pręmiū beatorum, non tradūtur in veteri teſtamento, expreſsè propter debilitatē intellectus illius populi, vt ſupra dictū eſt: nihilominus tamen prędicta tradūtur implicitè ſeu figuratiuè, intātum quòd habentes ſenſus ſpirituales exercitatos poſſunt illa percipere: ſic eadē ratione in agibilibus, illa quę cadūt ſub cōſiliis Euāgelicis, ad quę implēda homines modicę virtutis ſeu cōſiderationis difficulter attraherentur, talia non tradūtur in lege veteri expreſsè, nihilominus tradūtur implicitè. Vnde ſi ſcripturas ſacras antiquas diligēter ſcrutatus fueris, reperies quòd paupertas pertinet ad illos, qui ad cultum diuinum ſingulariter deputantur, & hoc vt liberius & expeditius ſe haberēt ad obſequiū diuinū. Tribus enim Leui qui ex ordinatione diuina fuit ſeparatus ab aliis tribubus, vt Dei ſeruitio deputaretur, idcirco fuit ſibi prohibitū habere poſſeſſiones ſeu hęreditatem cum cæteris. Legitur enim Deut. 10. Eo tēpore ſeparauit Dominus tribū Leui, vt portaret arcā fœderis Dñi, & ſtaret tin miniſterio corā eo, ac benediceret in nomine illius, vſq; in præſentem diē, quamobrem nō habuit Leui partem, neque poſſeſsionē cum fratribus ſuis, quia ipſe Dñs poſſeſſio eius, & hęc ibi. Ex quo habes manifeſtè, quòd dimiſsio terrænorū propter Dei obſequiū, virtuoſa eſt & laudabilis: alioquin nō fuiſſet hoc ſingulariter impoſitū tribui Leui, quę inter alios diuino cultui aſſignabatur.

Antiquis myſteria ſupernaturalia implicitè tradebantur, non autem expreſsè ob debilitatem intellectus illi' populi.

Pari ratione Euangelica conſilia implicitè tradebantur.

Paupertas propriè pertinet ad illos qui cultui diuino deputantur.

Deut. 10. b. 8.

Paupertas tribus Leui.

DIS-

DISCIPVLVS. Iſta quę proponis vlteriori indigent declaratione: paupertas enim Leuitarum, non erat per deſertionem omnium temporalium bonorum, ſicut ad conſiliū Euangelicum pertinet. De quo Matt. 19. Vade & vende omnia quæ habes, &c. Leuitę enim habebant decimas omnium fructuū in mercedem laborum ſuorū, vnde Numerorum 18. legitur: Filiis autē Leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Conſtat autē, quòd illi qui omnes decimas totius Iſraelis habebant, non debent dici pauperes, nec omnia exteriora deſerentes, ſed potius diuites poſſunt dici.

Math. 19. c. 21.

Arguit quòd Leuitica tribus, nō indigebat: cū haberet decimas.

Nume. 18. c. 21.

MAGISTER. Ad iſtam tuam obiectionem tollendam, præſupponere debes generaliter, quòd ſicut illa, quę figuratiuè traduntur in veteri teſtamento de credendis, non ſunt omnino ſimiles reb⁹ per ea figuratis, ſed multū differentes, alioquim eſſent eędem, ſic inter implicitam traditionem eorum, quę in veteri teſtamēto tradūtur agēdorum & inter ipſorum explicitam expreſsionem, magna differentia cenſenda eſt. Particulariter etiam circa decimas, quę in veteri teſtamēto pręcipiūtur ſolui; debes ſcire, quòd de huiuſmodi decimis varij varia ſenſerūt. Fuerunt quidam opinantes quòd tres decimę debebant dari in quolibet anno. Vna ſcilicet pro Leuitis, de qua Numero. 18. Filiis Leui dedi omnem decimā Iſraelis, &c. vt ſupra fuit allegatum. Secunda verò decima erat retinenda apud dominos prædiorum, ad hoc vt ipſam vel precium eius portarent in Hieruſalem, & ibidem expenderentur in victualibus ad nutū dominorum eam portantiū. De qua decima habetur expreſsè Deu. 14. vbi dicitur: Decimabis omnem fructū ſeminis tui, & comedes coram Domino Deo tuo in locō quem elegerit, &c. Tertia verò decima, erat danda peregrinis, pupillis & viduis, & huiuſmodi pauperibus, vt infra eodē cap. & ſecundum hanc opinionē ad Leuitas pertinebat in quolibet anno, prȩterquam in anno ſeptimo, ſcilicet Sabbathi, vna decima integra. Sed licet hęc opinio ſatis poſſet in litera fundári, nō tamen ſic tenetur cōmuniter ab Hebręis, quibus in ſimilibus, quę non reſpiciūt fidem noſtrā aſſentiendum eſt, preſertim cùm ratio dictat, quòd tres decimas in quolibet anno ſoluere, ſeu ſeparare eſſet grauiſsimum. Videmus enim per experientiā quòd fideles Chriſti vt plurimū vnā ſolam decimā difficulter ſoluūt, & hoc in aliquibus regionibus, quia in multis aliis nulla ſoluitur decima. Vnde ſecundū cōmunem ſententiā Hebræorum, prȩdictę tres decimę aliter ſunt intelligendæ. Ad cuius declarātionē ſciendū, quòd in qualibet hebdomada annorū, erat vnus

Diuerſæ opiniones circa decimas quæ in vete. teſt. ſoluebantur.

Quidam dicebant tres decimas debere ſolui ſingulis annis.

Prima pro Leuitis. Num. 18. c. 21.

Secūda, portabatur in Hieruſalem.

Deut. 14. c. 22.

Tertia danda peregrinis, pupillis, viduis & pauperibus.

Hebræi non tenēt prædictā opinionem.

Alia opinio decimarum.

annus

Septimo anno non licebat colere terram, &c. quia erat annus Sabbathi.
Leui. 25. a. 5.

annus Sabbathi terrę, in quo nō licebat ſeminare neque colere terram: fructus enim illius erat communis, tam hominibus quā beſtiis agri, vt habetur Leui. 25. & ſic in illo Sabbatho terræ non dabantur decimæ, cùm fructus terræ non erant proprij alicuius, ſed occupanti, ſeu comedēti concedebantur. In ſex verò annis cuiuſlibet hebdomadę decimæ dabantur iſto modo. Nam primo anno decimæ dabantur Leuiticis: ſecundo verò anno decimę aſſignabantur dominis, ſcilicet decimantibus, ad hoc vt eas vel precium earum comederent in Hieruſalem: in tertio verò anno, decimę dabātur pauperibus: & iſte ordo ſeruabatur in tribus ſequentibus cuiuſlibet hebdomadæ: ita quòd in quarto anno decimæ pertinebant ad Leuitas, in quinto verò ad ipſos dominos decimantes, in ſexto pertinebant ad pauperes. Vnde cùm legitur Numer. 18. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſrael. hoc eſt intelligendum in primo anno, & in quarto cuiuſlibet hebdomadę tantum. Cùm autem dicitur Deute. 14. Decimā partem ſeparabis de cunctis fructibus, qui naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu Domini Dei tui, in loco quē elegerit Dominus Deus tuus: nec ſi potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia & in precium redigeſ, portabiſque manu tua, & proficiſceris ad locū, quem elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit & comedes, &c. hoc intelligitur de decimis ſecundi & quinti anni cuiuſlibet hebdomadę, ad dominos decimantes pertinentibus. Cùm autem in aliis locis dicitur, quòd decimę erant dandę peregrinis, pupillis & huiuſmodi, prout in prędicto cap. & in aliis habetur, hoc eſt intelligendū de decimis tertij & ſexti anni, quę ad pauperes pertinebāt, vt dictum eſt: & ſic intelligunt omnes Hebraici expoſitores, tā antiqui quā moderni diſtributiones decimarū: & quia in fine cuiuſlibet triennij domini prediorū debebant cōputare decimas illorum triū annorū, vt prędicti perfectè haberent portionem ſuam modò ſupradicto: idcirco legitur Deut. 26. Quando cōpleueris decimā cunctarum frugū tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitę & aduenę, pupillo & viduę, vt comedāt intra portas tuas & ſaturentur. in quo loco non fit mentio de portione propria pertinēti domino decimanti, vt dictum eſt: quia illa erat ſua ad prædictū vſum, ſed fit mentio de Leuitis, cuius erat decima primi anni, & de peregrino & vidua, &c. cuius erat decima tertij. Ex quibus patet, quòd ad Leuitas non pertinebant decimæ cuiuſlibet anni, ſed ſolū decimę duorū annorum, ſcilicet primi & quarti, in qualibet hebdomada ſeptem annorum: & ſic præſumendū eſt, quòd

Modus quo perſoluebantur decimæ ſex annis.

Numer. 18. c. 21.

Deut. 14. c. 22.

Expoſitio notanda de ſolutione decimarum, & de modo diſtribuendi Leuitis, dominis, & pauperibus.

Deut. 26. b. 12.

Hinc patet, reſpōſio ad argumentū, oſtendendo Leuitas non eſſe dominos.

quòd ex iſta decima Leuitæ non eſſent diuites: nam cùm tribus Leui eſſet duodecima pars, ſeu tredecima totius Iſraël, & tamē non haberet aliquas poſſeſſiones ſicut cæteræ tribus, vt dictū eſt: conſtat quòd decima duorum annorum tātum in qualibet hebdomada non correſponderet eis ad totalem ſufficientiam vitæ, ſed ſemper eſſent indigentes ſeu egeni. Vnde in ſacra ſcriptura Leuitæ, cum pauperibus & peregrinis & huiuſmodi numerantur, Deute. 12. Gaudebitis cū Domino Deo veſtro vos & filij & filię veſtræ & ſerui & ancillæ, & Leuita, qui in portis veſtris eſt, & non habet partē nec hæreditatem vobiſcum. Similiter in eodem 14. Venit Leuita, qui non habet partem nec hæreditatem tecū, & peregrinus & orphanus & vidua, & comedēt, &c. & ſic in quā pluribus locis: ex quibus patet, quòd Leuitæ vt pauperes reputabātur inter omnes tribus Iſrael, quæ quidē paupertas diſpoſitione diuina fuit tribui Leui aſſignata, eo quòd erant deputati ad miniſterium diuinum, prout habetur Deute. 10. vt ſupra eſt allegatū. Ex quo vlterius ſequitur, quòd deſertio bonorum temporaliū exteriorū pertinet ad eos qui Deo & ſuis obſequiis mancipātur, quod eſt propoſitum.

Leuitæ in ſacra ſcriptura cū pauperibus cōputantur. Deut. 12. c. 18.

Deut. 14. d. 29.

Leuitæ inter omnes tribus pauperes reputabantur.

Deut. 10. b. 8.

Arguit oſtēdendo paupertatē Apoſtolorum in comparatione ad Leuitas.

DISCIPVLVS. Paupertas Leuitarum prout tu etiā exponis, nullo modo eſt ſimilis paupertati, quę in cōſiliis Euangelicis continetur: in illa enim nihil debet remanere propriū. Legitur enim de Apoſtolis, Matthęi. 19. Nos qui reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. & Matt. 19. Vade & vende omnia quę habes, &c. vbi ergo omnia dimitti debent, nihil debet remanere. Vnde & ſi prædictæ decimæ duorum annorum tantū in hebdomada præſumantur ſufficere ad ſuſtentationem ſufficientē Leuitarum, ſufficiunt tamen ad excludendum ab eis paupertatem, vt manifeſtum eſt.

Matt. 19. c. 27.

Ibid.

MAGISTER. Si decimæ duorum annorum prædictorum quæ ad Leuitas pertinebant eſſent ſingulariter aſſignatæ, ita quod quilibet Leuita haberet certam portionē aſſignatā ſibi de illis decimis, ſicut modo in Eccleſia vbi decimę dantur, clerici cōmuniter habēt portiones ſuas aſſignatas in diuerſis locis, vel in eodem ſecūdum certam taxationem, ſic verū eſſet quòd Leuitæ non deberent dici pauperes, ſecūdum omnimodā deſertionem temporalium, etiā ſi portio ſua nō eſſet ſibi ſufficiēs, ſed ſic pertinebant decimæ illorum duorum annorum Leuitis, quòd nullus eorum habebat aliquā portionē certam: nā in optione ſeu libertate dominorum decimantium erat ſoluere decimas ad Leuitas pertinentes, cuique Leuitæ maluiſſet. Vnde ſi omnes darent decimas ſuas, vni Leuitæ tantum, nulli aliorū tenerentur dare decimas ſuas, & ſic

Quomodò Leuitæ percipiebāt decimas.

In optione dominorum erat ſoluere decimas Leuitæ cui maluiſſet.

&ſic nullus eorũ dici debet habere proprium in decimis, quia erant quaſi omnibus communia. Habere autem proprium in communi tantum, non ſemper excludit rationem paupertatis, vt poteſt haberi 2.2. quæſt. 88. artic.7. In primitiua enim Eccleſia tempore Apoſtolorum, à quibus religio ſumpſit exordium, omnia erãt eis cõmunia. Act.2. Vnde huic primitiuæ paupertati quodãmodo aſſimilatur paupertas Leuitarũ, & hoc in duobus. Primo in habendo aliquid in communi: ſecundo in non habendo bona immobilia, quia tẽpore Apoſtolorum fideles vẽdebant talia bona: vnde etiam ſi ſtrictè paupertas Leuitarum, non ſit omnino ſimilis, paupertati Euangelicæ ſiue Apoſtolorum: tamen ſatis ſufficit ad oſtendendum quòd dimiſſio terrẹnorũ vtilis eſt ad adhærendũ Deo ſeu ad vacandum diuinis obſequiis. Nec obſtat prædictis quòd in promiſsionibus antiquo populo factis legitur: Indigens & mendicus non erit inter vos. Deute.15. & infra, 28. Et fœnerabis gentibus multis, &c. Ex quibus apparet quòd paupertas non eſt laudabilis, ſed potius abundantia diuitiarum. Nã iſta & conſimilia pertinent ad communem ſtatum illius populi, qui per promiſſiones temporales, erant reducendi ad opera virtutum, vt iam dictum eſt, ſed ad innuendum, quòd deſertio terrẹnorũ eſt vtilis ad Deo adhærendum, ſatis oſtenditur per paupertatem Leuitarum ſupradictam.

S.Tho. 2.2. q.88. art.7.

Act.2.g.45

Paupertas in primitiua Eccleſia ſimilis erat paupertati Leuitarum in duobus.

Nota expoſitionem illarum autoritatum.

Deu.15.a.4 & 28.

CAPITVLVM. V.

In quo oſtenditur continẽtiam eſſe laudabilem & oportunam ad diuina ſuſcipienda: & quod in veteri teſtamento ſaltem implicitè traditur.

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta ad oſtendẽdum, quòd deſertio temporalium ſit vtilis vel oportuna ad vacandum Deo ſeu adhærendum ei, prẹſertim ad eos qui alios habent docere legem diuinã, ſicut de Leuitis legitur Deute.23. Docebũt iudicia tua Iacob, & legem tuam Iſrael. ſic eſt in Hebræo. Sed adhuc ſcripturas ſcrutando antiquas, non inuenio, quòd continẽtia ſit ibidem cõmendata intãtum, quòd ſit licitum & multo minus meritorium, vt homo à cõtrahendo matrimonio abſtineat, potius enim reperio oppoſitum. Legitur enim Deut.7. Benedictꝰ eris inter omnes gentes non erit in te ſterilis vtriuſque ſexus. Ex quo patet, quòd ad benedictionem ſingularem illius populi inter omnes gentes fœcũditas reputabatur, quod nõ poteſt exerceri cum omnimoda cõtinentia, quẹ inter Euãgelica cõſilia habetur: talẽ enim cõtinentiã nullus Patriarcharum ſeu ſanctorũ antiquorũ nec etiã ipſi Leuitẹ, qui Deo, vt dictũ eſt, ſpecialiter famulabãtur, legũtur obſeruare.

Arguit de continentia.

Deut.23. b.10.

Deut. 7. c.14.

Vnde

Vnde peto quòd mihi oſtendas ſi fortè in aliquo loco ſcripturarum antiquarũ reperiri poſſet ſaltem implicitè, quòd huiuſmodi continentia ſit laudabilis.

Virginitas in vete. teſt. non legitur commendata. rimota cauſam. MAGISTER. Virginitas ſeu continentia perpetua in veteri taſtamento non legitur cõmendari, eo quod maior ſeu potior benedictio quam antiqui à Deo habuerũt fuit illa, per quã fuit eis diuinitus annunciatum, quòd in ſemine ſuo, ſcilicet in Chriſto, benedicerẽtur omnes

Geneſ. 22. d. 18. gentes. Gen. 22. Ad cuius maximę benedictionis exequutionẽ neceſſario requirebatur fœcunditas in illa natione: quapropter in illo ſtatu ſterilitas non

Cõtinentia requiritur ad diuinas reuelationes ſuſcipiẽdas, & ad rei ſacre vſum. commendabatur, ſed potius fœcunditas. Nihilominus tamẽ, ſi ſcripturas antiquas ſcrutatus fueris, reperies ſaltem implicitè, quòd cõtinentia requiritur, & eſt laudabilis ſaltem in illo tẽpore, quo quis habet ſeipſum eleuare ad diuinas ſuſcipiendas reuelationes: quandoque etiã cùm habet vti aliquo ſacro inſolito modo.

Probat primum. Primum patet, nam cùm Deus moneret populum per Moyſen, vt diſponerentur ſeu ſacrificarentur ad legem diuinam in monte Sinay recipiendam, tunc ſpecialiter prohibuit eis acceſſum ad vxores. Vnde

Exo. 19. c. 15. Exo. 19. cùm de datione legis tractaretur ſic legitur: Deſcendit Moyſes de monte ad populum & ſanctificauit eos: cùmq; lauaſſent veſtimenta ſua, dixit ad populum: Eſtote parati in diẽ tertium, id eſt, per tres dies, ne appropinquetis vxoribus veſtris. Ex quo ſatis innuitur, quòd actus matrimonialis licet in aliis temporibus eſſet licitus: tamen in præparatione ad audiendam ſeu recipiendam legem diuinã illicitus erat, quod ſatis demonſtrat intentum ſaltẽ implicitè.

Secundum patet, nam cùm David à facie Saulis fugiẽs ab Abimelech ſacerdote panem peteret, ad ſui & ſuorum neceſsitatẽ ſubueniendam, legitur ſacerdotem reſpõdiſſe ipſi Dauid, 1. Regum. 21. Non habeo panes laicos ad manum, ſed habeo panẽ ſanctum: ſi mundi ſunt pueri maximè à mulieribus manducent. *Probat ſecundum.* *1. Reg. 21. b. 5.*

Ex quo patet, quòd etiam ad debitum vſum rei ſacræ continẽtia ſaltem momentanea requiritur: quod ſatis ſufficit ad oſtendendum implicitè, quòd continentia laudabilis eſt in caſibus prædictis & ſimilibus.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtẽditur, quòd obediẽtia, prout cadit ſub voto religionis, eſt virtuoſa & laudabilis, & etiam implicitè in antiquis documentis traditur.

DISCIPVLVS.

Satis habeo ex per te dictis, quòd dimiſſio temporaliũ & etiam carnalium affectionũ per continẽtiam, quę ſecundum cõſilia Euangelica ad viam perfectionis pertinent, in antiquo teſtamento licet non explicitè, ſaltem implicitè innuitur. De obe- *Obedientia neceſſaria ad ſalutem.*

obedientia verò, quæ inter cætera conſilia continetur, ſi conſideretur in communi, ſecundum quam quilibet inferiorum tenetur obedire ſuo ſuperiori in iis quæ pertinent ad talem ſuperioritatem, ſatis habetur in veteri teſtamẽto. Nam de iis quæ pertinent ad obedientiam Dei, quæ ſe extendit ad omnes & per omnia manifeſtum eſt. In hac enim obedientia tota vis obligationis diuinę legis fundatur.
Exo.19.a.5. Vnde Exo.19. cùm Deus intenderet populũ diſponere ad ſuæ legis receptionem, præmittit: Nũc ſi audieritis vocem meam, &c: quod idem eſt ac ſi diceret, ſi obedieritis mãdatis meis. Vnde talis obedientia, ſecundum quam Deo oportet obedire, neceſſaria eſt nec pertinet ad conſilium. Sunt etiam alia in quibus obedientia eſt de neceſſitate ſalutis in antiquo teſtamento: in iis enim quæ pertinent ad iudicialia negotia lex antiqua docuit, vt obediretur ſummo ſacerdoti, vel Iudici, in loco à Deo electo præſidenti vel præſidentibus, vt habetur Deute.17. In aliis verò agibilibus obediendũ eſt voci Prophetæ. Deut.18. Ex quib' licèt habeatur quòd obedientia ſit quid virtuoſum & laudabile, eſt tamen neceſſaria in caſibus prædictis, non enim reperio in antiquis voluminibus quod aliqua obedientia ſit laudabilis & virtuoſa, quę tamen non ſit de neceſſitate ſalutis, ſicut eſt obedientia religioſorum, quæ ante votũ cadit ſub conſilio tantum, non autem ſub præcepto.

Obedientia quæ præceptis debetur nõ pertinet ad conſiliũ.

Deut. 17. c.13.

Deut. 18. d.19.

Quærit an ſi aliqua obedientia laudabilis quæ non ſit neceſſaria ad ſalutem.

MAGISTER. Quod autem quis totum ſuũ velle in poteſtate alterius, ſupponat propter Deum, de quo datur conſilium Euangelicum, quod quidem conſilium religioſi vouent, ſi diligenter antiquas ſcrutatus fueris ſcripturas, ſatis reperies quòd ſaltim implicitè talis obedientia, quæ eſt totalis inquantum ſit per abdicationẽ proprię voluntatis, eſt laudabilis & meritoria, quod ſic patet. Nam vt legitur 1. Regum.15. Obedientia præfertur victimis & holocauſtis. cuius ratio eſt: nam in ſacrificiis quæ Deo offeruntur, vt ait Gregor. aliena caro mactatur: in ipſa verò obedientia propria voluntas Deo offertur. Conſtat autem quòd inter ſacrificia quæ Deo offeruntur, holocauſtum principaliorem tenet locum, inquantum totum incenditur in Dei honorem, de cęteris vero ſacrificiis pars incenditur in altari, & pars cędit in vſum offerentium, vt habetur Leuit.1. & infra. Sicut ergò ſe habet holocauſtum ad cætera ſacrificia, ſic ſe habet obedientia totalis ad particulares obedientias ſupradictas. Item circa obedientiam totalem de qua agimus conſiderandũ eſt, quòd per deſertionem temporalium bonorum exteriorum propter Deum, quod ad viam pertinet perfectionis, vt dictũ eſt, homo

Obedientia religioſorũ laudabilis implicitè ſaltem reperitur in ſacris ſcripturis.

1. Reg.15 e.22.

Grego.

Holocauſtũ inter ſacrificia principaliorem tenet locum.

Leui.1.b.9.

toffer

offert Deo ſacrificium de bonis exterioribus: per continentiam autem offertur Deo ſacrificium de proprio corpore, per obediẽtiam verò totalem homo offert Deo ſacrificiũ de bono animæ: cùm voluntas in regione animæ principatum tenet: per ipſam enim homo dominatur cæteris viribus animæ & corpori proprio, & etiã rebus exterioribus. Ex quibꝰ patet quod ſicut inter hominis bona, corpus præfertur ex terroribus bonis, & anima corpori: ſic qui propriam voluntatem offert propter Deum, aliquid magis offert, quàm qui offert bona corporis ſeu bona exteriora. Vnde & Samuel, vbi ſupra, victimis & holocauſtis obedientiam prætulit. Vnde ex prędictis ſatis habes, quòd abdicatio propriæ voluntatis ad viam perfectionis præcipuè pertinet.

Abdicatio voluntatis ad perfectionẽ pertinet.

CAPITVLVM VII.

In quo ponuntur quędam obiectiones Phariſęorum contra viros iuſtos ſeu ſanctos noſtrę religionis, qui per ieiunia & abſtinentias frequenter ſe affligunt: quę quidem obiectiones ibidem ſoluuntur.

DISCIPVLVS.

EX dictis tuis ſufficienter habeo, quòd tria vota, in quibus conſiſtit eſſentialiter religio, pertinet ad viam perfectionis habendæ, & etiam quòd illa ad perfectionem pertinere in ſcrutinio ſcripturarum antiquarum implicitè reperiuntur. Sed adhuc video quædam, quæ in religione Chriſtiana conſueuerũt laudari, de quibus tamen infideles murmurant, dicẽtes hoc eſſe contra doctrinam legis antiquæ, vnde amplius vellem à te circa illa erudiri.

MAGISTER. Explica mihi illa vt veritas pateſiat.

DISCIPVLVS. Infideles & ſpecialiter illi, qui ſectam Phariſaicam ſequuntur, non ſolum ſimplices, ſed etiam eorum præcipui Rabbini ſeu magiſtri in ſuis codicibus ſæpe deridẽt de ſanctis atque religioſis noſtris, in hoc quòd affligunt ſe, vitam aſperam ducendo, abiectè viuendo, & corpora ſua variis ieiuniis & abſtinentiis macerando, quod aſſerunt eſſe contra mentem Moſaicæ legis. Vnde Rabbi Moyſes ille magnus magiſter eorum in ſuo Deuterono. lib. 1. titulo de moribus humanis capitu. 3. dicit: Qui abſtinent à carnibus, vel à potu vini, vel à contrahendo matrimonio, vel ab honeſtis indumẽtis, ita quòd non niſi ſacco vel lanis groſſis induantur, ſicut faciunt religioſi Idumitæ, per Idumitas autem communiter apud eos intelliguntur Chriſtiani, de quo ſubdit: Hæc eſt via peſſima, & qui in ea ambulat impius ſeu peccator vocatur. Hæc ille. Ad quod probandum inducit illud quod legitur Numer. 6. de Nazaræo, qui in trãſlatione noſtra dicitur conſecratus, qui ex voto proprio tenebatur à vino & ſicera abſtine-

Phariſæi irrident religioſos ſe ieiuniis & abſtinentiis affligentes.

Rab. Moyſ. lib. 1 titu de moribus. c. 3

Idumita apud Hebræos ſunt religioſi Chriſtiani Phariſæi eos Idumitas vocant.

Num. 6. a. 3.

abſtinere, & à racemis recentibus ſeu ſiccis, & huiuſmodi. De quo Nazaræo legitur in eodem capit. quòd debebat offerre par turturum, aut duos pullos colũbatum, vnũ pro peccato, & aliũ pro holocauſto, & quòd ſacerdos debebat orare pro eo, quia peccauit ſuper animam, ſic eſt in Hebræo. Ex quo arguitur in nomine Talmudiſtarũ antiquorum ſic: Si Nazaræus, qui non afflixit ſe, niſi tantum per abſtinentiam vini indiget propitiatione ſeu indulgentia, eo quod afflixit animam ſuã in abſtinendo, quanto magis peccat illę, qui à multis rebus licitis abſtinet: & poſt multa dicit ibidẽ concludẽdo, quòd illi qui ieiunant frequenter non bene faciunt, & quòd de iſtis Salomon ſcripſit Eccleſiaſt. 7. Noli eſſe iuſtus multum. Hæc & alia ſimilia prædictus Rab. ſcribit cõtra abſtinentes & ieiunantes, & hoc quamplurimi eorum ſequũtur, vertentes quaſi in deriſum abſtinẽtias & vigilias, & alias auſteritates, quibus veri deuoti & ſancti noſtræ religionis communiter vtuntur.

Argumentũ Rab. Moyſ. contra ſe affligentes.

Eccleſi. 7. b. 17.

MAGISTER. Nõ mireris ſi Pharisęi & eorum ſequaces in prædictis errant. In quam plurimis enim aliis, quæ ad verũ intellectum ſacræ ſcripturæ, & etiam ad bonos mores pertinẽt, manifeſtè erraſſe reperiuntur, prout patet ex quibuſdã ſupradictis, & Deo duce forte in ſequentibus amplius patebit. Ad præſens autem ipſos erraſſe in hoc quod abſtinentias & ieiunia noſtra reprobant, manifeſtè poteſt haberi per Scrutinium ſcripturarum, in quibus putant vitam æternam habere. Moyſes enim legiſlator, de quo Deus teſtatur, quòd in tota domo Dei fideliſſimus eſt, & multas alias pręeminentias habuit reſpectu cæterorum prophetarum. Vnde Num. 12. De eo tamen legitur: Quòd bis ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus, vt mereretur legẽ diuinã accipere. Vnde in præ dicto cap. legitur: Quando aſcẽdi in montẽ, vt acciperem tabulas lapideas, &c. & perſeueraui in mõte 40. diebus & 40. noctibus panẽ non comedẽs, & aquã non bibens. & infra: Cũq; tranſiſſent 40. dies & totidẽ noctes, dedit mihi Dñs duas tabulas lapideas tabulas fœderis. Ieiunauit etiam ſecundo alios 40. dies & 40. noctes pro peccato populi expiando, vnde ibidem infra: Et procidi ante Dñm, ſicut prius 40. diebus & 40. noctibus, panẽ non comedens, & aquam non bibens propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum. Quanta ergo inſania eſt illorum, qui ieiunia deuotè facta reprobant, cùm ſcriptura teſtatur, quòd mediantibus ieiuniis Dominus legem diuinam dedit Moyſi, & peccatis populi pepercit. Iſti enim duo effectus, ſcilicet receptio legis diuinæ, & remiſſio peccatorum maximè totius populi, quos mediãtibus ieiuniis Moyſes à Deo impetrauit,

Probat per teſtimonia ſcripturarũ Phariſæos errare abſtinentias & ieiunia irridentes.

Num. 12. b. 7.

Moyſes bis ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Maximi effectus ieiuniorum.

La⁹ ieiunij.

uit maximi ſunt. Vnde & ieiunia deuotè facta, quibus talia à Deo impetrantur non modici meriti reputanda ſunt. Item Dan. 1. de Daniele & tribus pueris, qui à cibo & potu regio abſtinentes, ſolis leguminibus & aqua contentabantur: de eis ibidem legitur, quòd eis Dominus dedit ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapiẽtia, Danieli autem intelligẽtiam omnium viſionum & ſomniorum: quomodo ergo abſtinentia etiam ſtricta reprobari poſſet? cùm Deus ipſa mediante talia dare famulis ſuis cõſueuit.

Dan. 1. c. 12. *Tres pueri per ieiuniũ adepti ſunt ſcientiam.*

Item Dan. 9. de ſe ipſo Daniel dixit: Et poſui faciem meam ad Dominum Deum meũ rogare & deprecari in ieiuniis, ſacco & cinere, & oraui Dominum Deum meum & confeſſus ſum & dixi: Obſecro, &c. Per quod quidem ieiunium reſponſum accepit ab Angelo de aduẽtu Meſſiæ, quem Daniel vir deſideriorum maximè deſiderabat: vnde pro tunc habuit reuelationẽ Angelicam de 70. hebdomadibus, per quam terminũ aduentus Meſſiæ cognouit. Itẽ ibidem capitu. 9. legitur. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierũt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum, donec explerẽtur trium hebdomadarum dies. in quo capitu. poſtquam narratur quędam viſio terribilis Danieli facta, per quendam Angelum Danieli miſſum, legitur: Et ait ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua. Ex quibus habetur, quòd oratio Danielis audita ſeu accepta fuit apud Deum, mediantibus afflictionibus ieiuniorum & aliorũ, quæ ad humiliationẽ & afflictionem corporis pertinẽt.

Dan. 9. a. 3. *Daniel per ieiunium Meſſiæ aduentum accepit.*

Ieiuniũ fecit, vt Danielis oratio exaudiretur.

Item de Niniuitis legitur, quòd audita ſẽtẽtia diuina cõtra eos, crediderũt in Deũ, & cùm maximis ieiuniis induti ſunt ſaccis, & Deum inuocauerũt in fortitudine, auerterũt ſe à via mala, & ſic Deus miſertus eſt eis, & ſententiam contra eos latam reuocauit. Ionę 3. quis ergo ſanę mentis contẽnere ieiunia poteſt & afflictiones, & huiuſmodi, quæ tanti meriti ſunt apud Deum, vt etiam ſentẽtia condemnationis à Deo lata reuocetur.

Niniuitæ per ieiuniũ reuocationẽ diuinæ ſententiæ meruerunt.

Ionæ 3. d. 10.

DISCIPVLVS. Ex hiſtoria Niniuitarum quã allegas Phariſæi & eorum ſequaces arguere nituntur contra laudabilitatem ieiunij, dicunt enim, quòd ſi quis verba de Niniuitis in hoc loco dicta diligẽter ſcrutetur, manifeſtè reperiet, quòd nõ fuit ſententia Dei contra Niniuitas reuocata propter meritũ ieiunij, ſed propter hoc quod pœnituerunt & conuerſi ſunt a viis ſuis peſſimis. Legitur enim ibidẽ, ſcilicet Ionæ 3. ſic: Et vidit Deus opera eorũ, quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſert⁹ eſt ſuper malitia, qua

Replicat oſtendens non propter ieiuniũ, ſed propterea quod cõuerſi ſunt remiſſionem meruerunt.

Ionæ 3. d. 10.

qua loquutus fuerat, vt faceret eis, & nõ fecit. Ex quo ſic arguũt. Non dixit ſcriptura: Vidit Deus ieiunium eorum & ſaccum & miſertus eſt, &c. Ex quo patet, quòd non propter ieiunia ſeu induméta ſaccinea Niniuitarum Deus miſertus eſt eis, ſed propter cõuerſionem à viis eorum peſſimis: & ſic ex hac hiſtoria ſecundum eos non habetur, quòd ieiunia laudabilia ſint ſeu meritoria, ſed fortè potius oppoſitũ.

Ieiunium, prout eſt actus virtutis propter tria fit.

MAGISTER. Ieiuniũ, de quo loquimur, prout ſcilicet eſt virtuoſum, in quantum eſt actus virtutis, eſt illud quod per rationé ordinatur ad aliquid bonum honeſtum. Aſſumitur enim tale ieiuniũ principaliter ad tria.

Primum ad eleuationẽ mentis confert.

Primum ſcilicet aſſumitur ieiunium virtuoſum, ad hoc quod mens liberius eleuetur ad ſublimia contemplanda.

Secundum confert ad comprimenda vitia.

Secundum verò quantum ad concupiſcentias carnis reprimendas: per abſtinentiam enim cibi & potus ſecundum ieiunium tempeſcit luxuria.

Tertium ad ſatiſfaciendũ pro peccatis.

Tertium verò ad ſatiſfaciendum pro peccatis. Vnde primum ieiunium Moyſes ſupradictum intelligitur eſſe aſſumptũ primo modo, vt ſcilicet mens eius eleuaretur ad ſuperna, vt legem Dei recipere mereretur, ſimiliter & ieiuniũ Danielis triũ hebdomadarum, nam poſt illud ieiunium reuelationem à Deo recepit, vt ibidẽ. Secundũ verò ieiuniũ Moſaicum aſſumptũ eſt, tertio modo, ſcilicet, vt pro peccatis populi ſatiſfaceret. Ieiunium verò Niniuitarum intelligitur aſſumi ſecundo & tertio modo, nam cùm ipſi haberent peccata carnalia, ad quæ repriméda ieiunia, vt dictum eſt, cõferunt, ſimiliter & peccata alia quibus per ieiuniũ ſatiſfacerẽt. Idcirco ieiunia eorũ ad talem finem ordinata reputanda ſunt inter bona opera, de quibus dicitur: Vidit Deus opera eorum, quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, &c. Niniuitę enim, qui prius carnalibus vitiis dediti erant, ieiunando ab illis malis viis conuertebantur, ſimiliter & pro præteritis peccatis ſatiſfaciebant. Et ideo in hoc quod dicitur: Vidit Deus opera eorum non excludũtur ieiunia, prout Phariſæi intelligere volunt, ſed potius intelligẽda ſunt includi inter cętera bona opera eorum. Ieiunia enim ſimpliciter ſumpta in quãplurimis locis ſacrę ſcripturæ ad bona opera reputãtur, in quantũ ſecundũ ſe intelligũtur ordinare ad eleuationem mentis & carnis ſuperbiam ſupprimẽdam. Vnde Ioelis 2. ad conuerſioné generalem exhortans, dicit: Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio & fletu & ſacco, &c. Circa quod ſi amplius ſcripturas ſcrutari volueris, reperies quòd ieiunia & induméta ſaccinea & huiuſmodi quandoque etiam in iis, qui non ſunt verè pœnitentes commendantur à Deo, in quantum talia inducũt quandam humiliationẽ ſeu attritionem, quę ſunt diſpoſitiones ad pœnitentiam.

Niniuitę quare ieiunarunt.

Ieiuniũ Niniuitarum inter opera bona numerantur.

Ioel. 2. c. 12.

Ieiunia etiã in non verè pœnitentes diſponunt eos ad pœnitentiam.

DISCI-

DISCIPVLVS. Vellē ſcire vbi habetur hoc quod dicis, ſcilicet quòd etiam ſine vera pœnitētia, ieiunia, & huiuſmodi quandoq; commēdantur à Deo.

Ex Achab pœnitentia videmus pœnitentiā malorū diſpoſitionem eſſe ad verā pœnitentiam, & etiam veniam obtinere.

MAGISTER. De Achab qui peſſimus fuit, vt hiſtoria ſacra teſtatur, de eo tamē legitur quòd cùm audiſſet ab Helia ſententiam Dei contra eum latā de deletione ſua cum ſua poſterita te, quòd ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & ieiunauit, &c. & licet iſta non fecit ex deteſtatione peccati, nec amore Dei: ſed ſolū quodam timore ſeruili, ſcilicet pœnę, cū legitur Deū dixiſſe Helię: Nō vidiſti Achab humiliatū coram me: eo quod humiliatus eſt, in eū non inducā malum in diebus eius. Quę quidem hiſtoria habetur 3. Reg. 21. Ex quo patet, quòd per ieiunia, & alia quę ſuperbiā mentis ſupprimunt, etiā ſi nō ſint ex corde totaliter cōtrito facta, Deus leuat aliquid ſaltē de pœna tēporali.

3. Reg. 21. c. 19.

Infert ex dictis ieiunia & opera pœnalia nō eſſe contemnenda.

Vnde ieiunia & alia ſimilia quæ humiliationē mentis inducunt, non ſunt contemnenda ſeu deridenda, ſicut Phariſęi exiſtimant, niſi fortè cū fiunt per exteriora ſigna: tamen ſine hoc quod interius aliquē effectum humiliationis inducāt, quod pertinet ad hypocriſim, quæ eſt bonitas ſimulata; & per cōſequens ſecundūm Greg. duplex iniquitas, de qua falſa humiliatione Eccleſi. 19. legitur: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo.

Eccleſ. 19. d. 23.

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd autoritates, in quibus Rabbini Phariſęorum fundantur ad reprobandas abſtinentias, & ieiunia noſtrę religionis, nihil faciunt pro eis.

DISCIPVLVS.

Petit expoſitionem autoritatum Rab. Moyſ.

LIcet vera ſint & mihi grata, ea quæ circa ieiunia & abſtinentias per te ſunt dicta; adhuc reſtat dicendum cōtra autoritates Rabbi Moyſes ſupra allegatas, quarum prima eſt de Nazaræo Numer. 6. qui propter hoc quod nouerat abſtinere à vino & ſicera incurrebat peccatum, intantum quòd indigebat propitiatione cum ſacrificio & oratione ſacerdotis, licet non afflixerat ſe, niſi tantum per abſtinētiam à vino. Ex quo arguitur, quòd multo magis peccat ille, qui à multis rebus licitis abſtinēdo ſe affligit. Alia autoritas ſumitur ab Eccleſiaſt. 7. vbi dicitur: Noli eſſe iuſtus multum. Ex quo intelligunt, quòd ſupra iuſtitiam legalem Moſaicam, per quam prohibentur certa cibaria & comeſtibilia, non ſunt addendæ aliæ abſtinentiæ ſeu ieiunia, quia hoc videtur eſſe multa ſeu ſuperflua iuſtitia. Declara ergo mihi has autoritates, ſic vt ſciam quomodo non contradicant illis, quæ à te circa hoc ſupra dicta ſunt. Sequitur prima autoritas.

Num. 6. b. 11.

Eccl. 7. b. 17.

MAGISTER. Prima autoritas ſupradicta, ſcilicet de Naza

Lex Nazaraeorum & conſecratorum.

rẹo manifeſtè facit contra ipſum allegantem, ſcilicet Rab. Moyſ. & ſuos Rabbinos Phariſẹos: nã aſpicienti legem Nazaræorum, ſeu cõſecratorum, quæ Num. 6. continentur, manifeſtè patet, quòd Nazaræus cõſecratur ſeu ſanctificatur Deo per votum de abſtinẽtia à vino & ſicera & aliis ad hoc pertinentibus. Legitur enim ibi ſic: Loquere ad filios Iſrael vir ſiue mulier, qui fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint conſecrare Domino, à vino & omne quod inebriare poteſt abſtinebunt, &c. Ex quo clarè habetur, quòd votum prædictum de abſtinẽtia à vino & aliis inebriantibus, ad ſanctificationẽ & conſecrationem vouẽtis pertinent: & ideo infra de ipſo legitur: Omni tempore cõſecrationis ſuæ ſuper mortuum nõ egredietur, nec ſuper patrem, &c. & reddens rationem huius ſubdit: Quia conſecratio Domini ſuper caput eius eſt. & eſt ratio. Nã ſicut ſacerdotes miniſtrãtes olim ſeruare ſe debebant à contaminatione mortui, vt Leuit. 21. ſic Nazaræus conſecratus per votum abſtinentiæ ſupradictum, à tali cõtaminatione mortuorum obſeruare ſe debebat, quæ quidem obſeruatio, ita ſtrictè præcipiebatur Nazaræo, ſicut ſummo Sacerdoti, qui etiam pro patre & matre non debebat contaminari. Simplices verò ſacerdotes licet à contagiis quorumcunq; mortuorum obſeruari debebãt, non tamen à patre ſeu matre de functis, vt habetur Leuit. cap. ſupra allegato & Nu. 6. Ex quo manifeſtè habetur, quòd ſanctitas Nazaræi, æquiparabatur ſanctitati ſummi ſacerdotis in cærimonialibus ſupradictis de cõtagione mortuorũ. Et quia poſſet contingere, quòd Nazarẹo, minimè circa hoc prouidente, talem cõtaminationem mortui incurreret. Ideo legitur infra: Si autem mortuus fuerit quiſpiam ſubito coram eo, polluetur caput conſecrationis eius. ad cuius reparationem ſeu recõciliationem debebat offerre ſacrificium, prout in litera, & ſacerdos debebat deprecari pro eo quod peccauerit ſuper mortuo modo prædicto. Vnde expiatio iſta requirebatur, eo quod non diligenter fuerat obſeruatus à cõtagione mortui, cùm tamen eſſet Deo conſecratus. Ex quibus patet, quòd votum Nazarẹi de abſtinentia à vino, & huiuſmodi commendatũ eſt & laudatũ, tanquã virtuoſum, & Deo ſanctificatum ſeu cõſecratum, eius tamen negligentia, circa obſeruationem à contaminatione, ad quã tenebatur indigebat propitiatione & indulgẽtia, vt dictũ eſt, quod manifeſtè facit contra Rabbi Moyſes. Et attẽde, quòd in hoc loco male interprætati ſunt illud verbũ: Eo quod peccauerit ſuper animam: dicendo quòd peccauerit ſuper animam ſuam in abſtinendo, quod tamen litera nõ patitur, quæ prædictum votum Nazaræi ad ſanctificationem, & con-

Num. 6. a. 2

Quomodo intelligatur quòd Nazaræi nõ egrederentur ſuper mortuũ nec ſuper patrem.

Leui. 21. a. 2

Summus Sacerdos non poterat ſe cõtaminare, nec pro patre nec pro matre.

Leui. 21. a. 3

Num. 6. a. 7

Simplex autẽ ſacerdos non tenebatur ſeruare hanc legem cum patre & matre.

Nazaræi ſanctitas æquiparatur ſanctitati ſummi Sacerdotis in hoc.

Nazaræus debebat ſe mundare à negligẽtia, qua habuit tangendo mortuum.

Amos 2. d. 11.

& conſecrationem pertinere dicit, quod etiam Amos 2. manifeſtè oſtenditur: vbi inter magna beneficia, quę Propheta in perſona Dei recitat fuiſſe impēſa populo Iſraelitico, de quibus fuerunt Deo ingrati, etiā de Nazaręis facit mentionē, vnde cū dicitur: Et ego aſcendere feci vos de terra Aegypti, &c. Duxi vos per deſertum quadraginta annis, &c. ibidem ſubdit: Et ſuſcitaui de filiis Iſrael Prophetas, & de iuuenibus veſtris Nazaręos. Ex quo habetur manifeſtè, quòd ad magnam gratiā reputare debebat populus Iſraeliticus diuinitus ſibi conceſſum, quòd de eis ſuſcitarentur Nazaræi. Vide igitur, quanta ſit fatuitas Phariſaica, quæ Nazaręos peccatores reputat. Intelligendum eſt ergo quod dicit ſuper animam, ideſt ſuper mortuum, à quo ſequeſtrata eſt anima, ſicut in trāſlatione noſtra. Nam anima in ſcripturis ſacris, quandoque accipitur pro toto homine, vt cùm dicitur Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur; & ſic in aliis. Quandoque autem per animam intelligitur mortuus. Vnde cùm dicitur Numer. 6. Immundi ſumus ſuper animam hominis. quæ quidem immunditia intelligitur ex tactu hominis mortui modo prædicto. Item illa autoritas, quam allegat Eccleſiaſtes 7. vbi dicitur: Noli eſſe iuſtus multum, nihil facit pro eo, arguit enim à diſparibus. Ibi enim agitur de virtute iuſtitiæ, quæ corrumpitur, quandoque per exceſſum, ſcilicet cùm quis acrius quam oportet, quod pertinet ad crudelitatem, quod cōmuniter ex hoc quod aliquis de iuſtitia ſua nimis eſtimat, ad quod reprimendum dicit: Noli eſſe iuſtus multum. hìc autem agimus de ieiuniis & abſtinentia, quæ pertinent ad temperantiam, quæ eſt alia virtus diſtincta à iuſtitia, vnde ſua argumentatio in hoc loco non valet.

Magna gratia Iſraelitis fuit à Deo facta, cùm ex iuuenibus eorū excitauit Nazareos, nec minor gratia ſit populo Chriſtiano religioſos concedendo.

Anima in ſcriptura ſacra, quādoque pro toto homine, quandoque pro mortuo accipitur.

Ezec. 18. a. 5

Num. 6. a. 7

Eccl. 7. b. 17

Expoſitio ſecundę autoritatis.

Iuſtitię virtus corrumpitur per exceſſum.

CAPITVLVM IX.

In quo agitur de differentia victoria antiquorum patrum ad victoriam noui teſtamenti.

DISCIPVLVS.

Adhuc video quandam differentiam inter ſtatum ſeu vitam iuſtorum ſeu ſanctorū veteris teſtamenti, & inter ſtatum ſeu vitam ſanctorum noui teſtamenti, cuius differentiæ rationē habere cupio, quæ quidem differentia talis eſt. Sancti enim antiqui teſtamenti in hoc gloriabantur, quòd Deum in gentibus magnificabant, quiā ſuperabant infideles, & eos vltra modum vincebant ſeu ſupprimebant, & hoc quandoque per armorum potentiam, ſicut legitur de Abraham Geneſ. 14. qui quatuor Reges vicit potentes cum paucis ſuæ comitiuæ viribus, & hoc ſine aliquo miraculo patēte. Similiter de Machabæis, qui plures debellauerūt Grecos, qui valdè plures

Differentia ſanctorum vet. teſt. & noui in victoriis de hoſtibus ſuis partis.

Geneſ. 14. c. 15.

Sancti vet. teſt. hoſtes ſuos, quandoque armis, quandoque miraculis vicerunt.

plures eis erant numero, & magis armis muniti bellicis, vt habetur Mach. 1. & ſic de aliis quamplurimis. Fuerunt etiam in illo ſtatu, qui mediantibus miraculis viſibilibus aduerſarios vincebant, vel eorũ reſiſtebant tyrãnidi. Primum patet per Moyſen in mari rubro contra Aegyptios Exod. 14. & de aliis quamplurimis, quæ in libro Iudicum & in aliis libris canonicis continentur. Secũdum patet in Daniele, quem Dominus ab ore leonum miraculoſè eruit Dan. 6. Et de tribus pueris, qui virtute diuina impetum ignis in fornace ardenti euaſerunt, & ſic reſtiterũt ſeu ſuperauerunt perſecutorum rabiem, vt habetur Dan. 3. In ſtatu autem nouo ſpecialiter in primitiua Eccleſia aliter contingit, & quaſi per oppoſitum: nam Apoſtoli & ſancti martyres tunc temporis non legũtur ſuperaſſe aduerſarios, ſed potius ab eis affligi & occidi, vt patet in quamplurimis legendis ſanctorum. Cùm autem eadem ſit fides vtrorũq; ſcire cupio tantæ diffentiæ rationem.

1. Mac. 1. a. 2. — Exod. 14. e. 24. — Ioſuæ per totum. lib. — Dan. 6. f. 22. — Dan. 3. e. 50.

Sancti noui teſt. non vincendo hoſtes, ſed patiẽdo vicerunt.

MAGISTER. Ad rationem huius differentiæ, quam quæris oſtendendam, oportet te reducere ad memoriam quędam ſupradicta. Ex quibus cùm aliis quibuſdam veris rationem differentiæ quam petis habebis manifeſtè. In ſupradictis enim, ſcilicet in 1. parte diſt. 5. oſtẽſum fuit, quòd duplex eſt victoria, ſcilicet corporalis & ſpiritualis,

Superius. — *1. part. diſt. 5.* — *Victoria duplex corporalis & ſpiritualis.*

& quòd victoria ſpiritualis eſt melior ſeu dignior quam victoria corporalis, quod teſtatur ſcriptura Proue. 16. vbi dicitur: Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. cuius excellentiæ rationem in prædicta diſt. planè habes. Vnde victoria Chriſti, ſecundum quam hoſtem humani generis deuicit, non fuit corporalis victoria, quę imperfecta eſt, ſed ſpiritualis, patiẽdo enim & moriẽdo vicit. Victoria enim antiquorum patrum, vt cõmuniter corporalis fuit, ſuperando diuina virtute aduerſariorũ corporales potẽtias: ex quibus habere poſſes differentiæ rationẽ quam petis. Ad populum enim antiquum, qui tanquam imperfectus per corporales promiſſiones inducebatur ad legis obſeruationem, victoria corporalis, quæ ſenſibilis eſt, licet minùs digna, pertinebat. Ad populũ vero nouũ, qui tãquam perfectus per ſpirituales promiſſiones dicitur, victoria ſpiritualis, quæ dignior eſt, pertinet. Et ideo Apoſtoli, & alij diſcipuli, veſtigia Chriſti ſequentes victoriam ſpiritualem ſequuntur, quæ perficitur per veram paciẽtiam & perſequentium, vſque ad mortem propriam, docente vero Magiſtro Luc. 9. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Circa quod vlterius attendere debes, quòd vtraq; vctoria in teſtimonium, fidei fidelibus eſt conceſſa.

Pro. 16. d. 32. — Luc. 9. c. 23.

Victoria Chriſti ſpiritualis.

Victoria antiquorũ patrum corporalis fuit, quæ eis tanquam minus digna pertinebat.

Ad populũ nouum ſpiritualis victoria, quæ dignior eſt pertinet.

Vtriſq; fidelibus conceſſa eſt victoriam teſtimoniũ fidei.

conceſſa. Sicut etiam antiqui, vidētes victorias miraculoſas corporales, in Deum credebāt. Vnde Exod. 14. Vidit Iſrael manum magnā, quā Deus fecit in Aegyptiis, & crediderūt Deo & Moyſi ſeruo eius. Sic tempore noui teſtamenti videntes populi conſtantiam mitiſſimam & pacientiā Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum Chriſti, qui paciendo terribilia & acerbiſſima tormenta, viriliter in fide Chriſti permanebant vſque ad mortem crudeliſſimā, per hoc populi ad aſſenſum fidei inducebātur, vt patet in hiſtoria Eccleſiaſtica, & aliis ſanctorum martyrum legendis. De qua quidem differentia circa teſtimonia fidei inter patres veteris teſtamenti, & patres noui conſideranda, Apoſtolus ad Heb. 11. agit vbi de primis, dicit: Sancti per fidem vicerūt regna, operati ſunt iuſtitiam, obturauerunt ora leonum, extinxerūt impetum ignis, &c. vſque ibi: Alij verò excluſiuè, quæ omnia ad ſtatum antiquorū pertinent: vbi omnia illa & plura ſimilia leguntur facta fuiſſe per ſanctos antiquos, vt patet per diſcurſum veteris teſtamenti. Vnde diuina ſapientia, quæ omnia ſuis temporibus & locis ſuauiter diſponit; antiqui teſtamenti patribus victoriam temporalem, ſicut & bona temporalia, cōmuniter præſtauit in teſtimonium fidei: vt ex talibus bonis imperfectis, populus ille imperfectus induceretur ad agendum & credendum

Exod. 14. g. 31.

Heb. 11. f. 33.

De victoria ſanctorum vet. teſt.

Victoriam temporalē, ſicut bona temporalia antiquis patribus Deus dedit.

illa, quæ ad perfectionem vitæ pertinebāt. Conſequenter poſtquam Apoſtolus narrauit victorias & alia miracula antiquorum patrum ſubdit: Alij verò diſtēti ſunt, non ſuſcipientes, &c. vbi loquitur de ſanctis noui teſtamēti, qui ſunt alij à prædictis, ſcilicet antiquis. Qui quidē ſancti, præſertim in primitiua Eccleſia, non leguntur victorias tēporales habuiſſe de aduerſariis, ſed potius ab eis affligi & occidi: vnde de iis dicit: Non ſuſcipientes redēptionem, ſcilicet corporalē ab hoſtibus, vt meliorem inuenirēt reſurrectionem, ſcilicet ſpiritualem. Vnde de iſtis, ſcilicet ſanctis noui teſtamenti dicit: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, &c. vbi finaliter de omnibus concludit: Ij omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. Si autem quis quærat de comparatione alterius victoriæ ad alteram, ſcilicet corporalis ad ſpiritualem, quæ ſcilicet illarum ſit maior, ſcrutando diligenter Apoſtolorum dicta, hanc reperiet cōparationem. De antiquis enim ſanctis propriè dicitur, quòd vicerunt regna: illi enim per veram fidem vicerunt Aegyptum, Chananæā, Paleſtinam, Idumeā, & huiuſmodi, quæ ſunt regna particularia. Sancti verò noui teſtamenti per victoriam ſpiritualem, non ſolùm regna dicuntur vincere, ſed mundum. Vnde 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria, quę vincit mundum fides noſtra. cuius ratio eſt. Nam iu-

Victoria ſanctorū noui teſtamēti.

Cōparatio prædictarū victoriarū.

Antiqui vicerunt regnas Aegyptium, Chananeorum, Idumeorū, &c.

Sancti verò noui teſtam. vicerunt mūdum.

1. Ioan. 5. a. 5

ſtus ille, qui tormenta mũdi vſq; ad mortem patiendo immobiliter in fide manet, non ſolũ vnum regnum vel plura regna particularia vincere dici debet, ſed vincere mundum. Si enim totus mundus viſibilis aggregatus eſſet, non plus poſſet contra vnũ hominem facere, quàm ipſum multipliciter torquendo interficere: et ideo ſancti noui teſtamẽti ſuperando omnia in teſtimonium fidei, quæ mundus contra illos poſſet facere, totum mundum vicerũt. Vnde Chriſtus huiuſmodi nouas victorias commẽdãdo dicebat: Ne terreamini ab illis, qui occidũt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant. Luc. 12. & ſi vis amplius de hac materia habere, vide in additione ſuper epiſtolam ad Hebræ. 11.

Luc. 12. 4. Vide additionem in epiſtolã ad Hebr. 11.

DISCIPVLVS. Satis habeo rationem differẽtiæ, quã petebam in autoritatibus noui teſtamenti, quam modo allegas fundatam: vellem tamen adhuc informari, ſi fortè in antiquis ſcripturis de hac differentia, ſcilicet victoria antiquæ & nouæ aliquid habeatur.

MAGISTER. Scripturas ſcrutãdo antiquas, aliquid de hoc inueniri poſſet, licet non ita clarè, ſicut in aliis myſteriis contingit, vt dictum eſt. De victoria enim antiquorum, quæ corporalis erat, ſcilicet per corporalem potẽtiam, ſatis traditur in hiſtoriis antiquis, in quibus habetur, quòd populus Dei ſæpe aduerſarios vincebat, eos debellãdo corporaliter & affligendo, non virtute propria ſed diuina: vnde Pſal. de huiuſmodi victoriis antiquorum dicebat: Non in gladio ſuo poſſederunt terram, nec brachiũ ſuum ſaluauit eos, ſed dextera tua & brachium, &c. De victoria tamen ſpirituali non palã, ſed figuratiuè antiquitus traditur, & hoc per ſacrificia diuerſa & varia, quæ in veteri lege fiebant, ad præfigurandum principaliter ſacrificium Chriſti, per quod victoria ſpiritualis habetur, vt ſupra dictum eſt: de qua figuratione in 1.2. quæſt. 102. plene habetur.

De victoria corporali antiquorum hiſtoriæ loquuntur manifeſtè.

Pſal. 43. 4.

De victoria ſpirituali figuratiuè ſcriptura loquitur.

S. Tho. 1. 2. q. 102.

DISCIPVLVS. Licet in iis, quæ modo allegas duplex victoria intelligatur, hoc tamen eſt in diuerſis autoritatib⁹: vellem autẽ ſcire ſi forte in vna aliqua autoritate de antiquis hęc duplex victoria tradatur.

MAGISTER. Scrutanti diligenter ſcripturas, hoc quod petis reperiri poſſet; & ſpecialiter in Pſalmo 76. qui incipit: Voce mea. Ibi enim propriè Pſalm. in perſona fidelium Chriſti, qui in primitiua Eccleſia ſub tyrannica poteſtate Romani imperij maximè affligebãtur, principaliter loquitur, vt rectè intuenti literã illius Pſalmi hoc patet: & quia hoc erat cõtra modum diuinitus conſuetum circa antiquos, vt dictũ eſt, qui aduerſarios ſupprimebant & debellabant: idcirco Pſalm. ibidem dicit: Et dixi nunc cœpi, hęc mutatio

Pſa. 76. 1. 11. Nota pro vtraque victoria expoſitioni Pſal. predicti.

Mutatio dexteræ Excelſi, quo modo intelligatur.

tio dexteræ Excelſi. cuius ſenſus eſt potentia Dei, quæ per eius dexteram communiter in ſcripturis ſignificatur: iuxta il-
Exod.15. a.7. lud Exod.15. Dextera tua Domine confregit inimicum. antiquitus manifeſtabatur per deſtructionem aduerſariorum corporalem. Nũc autem, ſcilicet in ſtatu primitiuæ Eccleſiæ, de qua ibidem Pſalm. tractat, principalius manifeſtabatur dextera Dei ſeu eius potentia per miram patientiam fidelium, qua grauiſſimas perſequutiones, vſque ad acerbiſſimam mortem ab aduerſariis pro fide veritatis tollerabant. Vnde de hoc Pſal. dicebat: Nũc cœpi hæc mutatio dexteræ Excelſi. Nam dextera Excelſi, quæ vna & eadem eſt eſſentialiter, ſcilicet diuina potentia non vniformiter, ſed mutabiliter incipiebat manifeſtari in ſtatũ primitiuæ Eccleſiæ, ab eo modo quo manifeſtabatur tẽpore antiquorum, vt dictum eſt. Et ſic ex iſta autoritate bene intellecta habes differentiam ſupradictam quam petis.

DISCIPVLVS. Hic Pſalmus communiter exponitur de fidelibus in captiuitate Babylonica afflictis, prout in poſtilla Nicolai, qui ad literam Pſalmũ prædictum ſic exponit, habetur. Vnde ſecũdum ſuam expoſitionẽ, quę literalis eſt, nõ habet locum allegatio tua ſupradicta.

Vide additionem ſuper Pſal.76. MAGISTER. Vide additionem ſuper poſtillam in prędicto Pſalmo, & ibi manifeſtè reperies, quòd expoſitio poſtillatoris non propriè applicatur literæ, vt patet ex multis rationibus, quæ in prædicta additione hoc oſtẽdunt, ſed propriè applicatur litera ſtatui primitiuæ Eccleſiæ, vt iã tibi allegaui, in quo ſtatu incœpit mutatio dexteræ Excelſi modo ſupradicto. Vnde ſi de expoſitione illius Pſalmi plenius vis informari, vide ibi in poſtilla & in additione.

DISCIPVLVS. Adhuc litera iſtius verſus non videtur conſonare tuæ ſententiæ: dicit etenim: Et dixi nunc cœpi hæc mutatio dexterę Excelſi, debuiſſet enim dicere ſecundum te. Et nunc cœpit mutatio dexteræ Excelſi.

MAGISTER. In ſcripturis ſacris, vt noſti, ſępe ponitur præteritum pro futuro & è cõtra. Similiter & verba ſeu pronomina primæ perſonæ pro tertia: vnde Exo.3. Angelus loquẽs Moyſi dicebat: Ego ſum Dominus Deus patris tui, &c. vnde in hoc loco non eſt inconueniens, vt verbum primę perſonæ ponatur loco verbi tertiæ perſonæ. *Verba ſeu pronomina primæ perſonæ ſæpe pro tertia ponũtur in ſcriptura.* *Exod.3.b.6*

Diſtinctio quinta de Scrutinio ſcripturarum, quæ in libro Iob continẽtur, declarando mentẽ ipſius Iob & ſociorum. Similiter & Helui, in quibus expoſitores Hebræorum manifeſtè errauerunt, & continet tredecim capitula.

In capitulo primo oſtenditur, quòd Iob in dictis ſuis ſeu altercationibus, quas cum ſociis habuit, non eſt blaſphemus, nec hæreticus cẽſendus, ſicut Rabbi Moy-

bi Moyſes, & omnes antiqui Talmudici erroneè exiſtimauerunt.

In capitulo ſecundo ponuntur, quædam dicta ipſius Iob, ex quibus prædicti Hebræi arguũt Iob fuiſſe hæreticum ſeu blaſphemum, & ponitur quoddam præambulum ad veram intelligentiam quorundam, quæ in diſputatione Iob cũ ſociis continentur.

In capitulo tertio ponuntur ea, in quibus tam Iob, quàm ſocij eius conueniebant, & ea in quibus differebant, & ibidem reſpõdetur ad autoritates ſupra dictas, quæ per Rabbi Moyſes contra Iob allegantur.

In capitulo quarto arguitur contra prædictam reſponſionem, & ſoluuntur argumenta.

In capitulo quinto ponuntur, quædã alia verba ipſius Iob, ex quibus arguũt ſupradicti, Iob negaſſe reſurrectionem futuram, & ibidem ſoluuntur argumẽta eorum per veram expoſitionem verborum ipſius Iob.

In capitulo ſexto ponuntur quædam verba Dei ad ipſum Iob, ex quibus apparet, quòd Iob loquebatur contra iuſtitiam diuinã: & exponuntur verba prædicta ſic, vt ex iis non intelligatur Iob fuiſſe loquutum in derogatione diuinæ iuſtitiæ.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd ex hoc quod Iob natiuitatem ſuam & cõceptionem, & huiuſmodi maledixiſſet, & etiam vitam propriam dicebat ſe abhorrere, nõ derogatur perfectioni ipſius Iob, ſeu ipſius virtuoſæ patientiæ: nam talia ſecundum partem inferioris rationis dici intelligenda ſunt, non autem ſecundum partem rationis ſuperioris.

In capitulo octauo ponitur quædam obiectio contra ea quæ dicta ſunt in præcedenti capitulo, & ibidem ſoluitur.

In capitulo nono declaratur conuenientia amicorum Iob in ipſius impugnatione, & diſtinctio eorum inter ſe.

In capitulo decimo exponitur opinio Helui, quæ fuit erronea, & à Deo condemnata contra Hebræos, qui aſſerunt, quòd Helui victoriam obtinuit de ipſo Iob.

In capitulo vndecimo oſtenditur, quòd ſicut tres amici Iob erant de ſecta Saducæorum, ſic & Helui erat de ſecta Phariſæorum, quibus aſſimilatur tam in ſuis opinionibus erroneis, quàm in conditionibus ſuis.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quid in reſpõſionibus diuinis ſuperaddi intelligitur, quo ad quæſtionem propoſitam de Iob pertinere videatur.

In tredecimo oſtenditur, quòd ex malis temporalibus, quæ hominibus eueniunt, non ſemper concludi poſſet eorum malitia.

CAPITVLVM I.

In quo oſtenditur, quòd Iob in dictis ſuis ſeu altercationibus, quas cum ſociis habuit, nõ eſt blaſphemus nec hæreticus cenſendus, ſicut Rabbi Moyſes, & omnes Talmudici erroneè exiſtimauerũt.

DISCIPVLVS.

PLACENT mihi rationes tuę, quas aſſignas, ad hoc quod antiqui patres veteris teſtamenti bonis temporalibus adhærebant, propter conformitatem ad populum, quẽ ad obſeruationem diuinorum præceptorum

rum inducere intendebant, qui quidem populus ex ſui ruditate temporalibus adhęrebat, in tantum quòd non niſi per tempora les promiſſiones ad Dei obſequium induci oportebat: ſed circa hoc quędā inſurgit mihi admiratio, quæ talis eſt: Quomodo Iob, de quo ſcriptura teſtatur, quòd erat ſimplex & rectus, timens Deum & recedens à malo. Iob 1. cùm hoc tamen in tantum temporalibus adhærebat, quòd ex eorum amiſſione quandoq; in blaſphemiam Dei verba prorūpebat, prout Rabbi Moyſes, in libro de directione parte 3. cap. 23. dicit: Non enim dicendū eſt, quòd Iob adhæſiſſet temporalibus propter ruditatē populi, quem intendebat inducere ad fidem ſeu opera legis facienda, quia Iob gentilis erat, nec de eo legitur fuiſſe ſub aliqua lege diuina pręter legem naturalem cōſtitutus, nec fuit à Deo miſſus ad aliquem populum de lege diuina informandum. Vnde admiratione dignum videtur, quòd tātus vir à Deo ſic approbatus in blaſphemiam diuinam prorumperet, propter temporalium bonorum amiſſionem.

Iob. 1. a. 1. *Videtur quòd Iob ob temporaliū rerū amiſſionē, quandoque blaſphemarit. Rab. Moyſ. lib. de directio. part. 3. c. 23.*

MAGISTER. Dicere quòd Iob fuit blaſphemus, vel non bene ſentiēs de Deo ſeu de prouidētia diuina, eſt valde erroneum, tanquam contra veritatem ſacræ ſcripturæ dictum: manifeſtè enim teſtatur ſcriptura de eo in principio ſuæ hiſtoriæ, quòd fuit rectus & timens Deū, &c. Similiter, quòd Deus frequēter vocat eum ſeruum tam in alloquutione cum ſathana, vt cùm dicit: Nunquid poſuiſti cor tuum ſuper ſeruum meum Iob, quia nō eſt ſimilis ei in terra, &c. Iob 2. quàm etiam in fine huius hiſtoriæ Deus alloquens ad ipſum Elipham, dicit: Iob ſeruus meus orabit pro vobis. Ex quibus & ſimilibus manifeſtè patet, quòd Iob computandus eſt inter ſeruos Dei, non autem inter blaſphemos. Itē Ezec. 14. Deus alloquens Prophetæ, dicit: Et ſi fuerint tres viri in medio eius Noë, Daniel & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Ex quo patet, quòd Deus reputabat Iob inter iuſtos, qui per ſuā iuſtitiam fuerant digni liberare illos. Abſit ergo dicere Iob fuiſſe blaſphemū, & huiuſmodi, ſicut Rabbi Moyſes erroneè aſſeritin loco per te allegato. Quē quidem errorē ipſe Rabbi Moyſes non habuit ex ſe, ſed in hoc ſequitur Talmudicam ſeu Phariſaicam opinionem, qui in diuerſis locis habēt errorem, ſicut & in multis aliis ſupradictis, & Deo duce infra dicendis.

Iob blaſphemus nō fuit ſed ſeruus Dei. *Iob. 2. a. 3.* *cap. 42. b. 6* *Ezech. 14. f. 20.*

DISCIPVLVS. Ad hoc quod allegas pro defenſione iuſtitiæ ipſius Iob, Rabbi Moyſes, vbi ſupra reſpōdit, dicēs: Quòd de blaſphemia & aliis erroribus ſuis Iob pœnituit: vnde in vltima loquutione ipſius Iob ad Deum, ſic dicit: Idcirco me reprehendo & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Iob 42. In quibus

Replicat ad dictam ſolutionē dicēs: Quòd Iob pœnituit de blaſphemia *Iob. 42. a. 6*

quibus verbis ſecundum ipſum Rabbi Moyſes oſtēditur, quòd Iob pœnituit de blaſphemia diuina, & de aliis erroribus per ipſum dictis. Et ideo poſt prædictā pœnitentiam Deus vocat ipſum ſeruum in prædicto capit. ſimiliter & in Prophetia Ezech. & ſic etiam antequā tentaretur, nec prædicta peccata incurreret, ſeruus vocatur, vt in 1. & 2. capitu. ipſius Iob hoc patet: Motiuum autem ſeu cauſam pœnitētiæ ipſius Iob ipſe Rabbi Moyſes, vbi ſupra aſſignat, dicens, quòd Iob opinabatur, quod proſperitates temporales erant finis vltimus vitæ humanæ, & hoc quādo ipſe Iob cognoſcebat Deum ſolùm ex narratione ſeu auditu, nō per viam ſpeculatiuā, quòd probat ex hoc quod Iob dicit Deo in capitu. 42. ſupradicto: Auditu auris audiui te, & nūc oculus meus videt te. Vnde ſecundum eum nō fuit Iob cōmendatus in principio ſuæ hiſtoriæ de intelligentia ſeu ſapiētia & huiuſmodi, ſed de ſimplicitate & rectitudine vitæ, & timore Dei, & receſſu a malo, quæ conditiones poſſunt cōpetere etiam rudibus. Ex quo dicit, quòd Iob quando ex ſolo auditu cognoſcebat Deum erat perplexus in prędictis opinionibus: ſed poſtquam habuit notitiam diuinam per viam ſpeculatiuam, tūc cognouit, quòd finis vltimus humanæ vitæ non conſiſtit in proſperitatibus huius mundi, ſcilicet temporalibus: & ideo pœnituit de iis quæ dicta fuerunt per eum contra diuinā iuſtitiam atque prouidentiam, prout in libro Rabbi Moyſes ſu pradicto per te & capitulis allegatis iſta plenius habentur.

Motiuum pœnitentiæ Iob ſecundū Rab. Moyſ.

Iob.42.a.5.

MAGISTER. Si bene verba Dei ad Elipham & ſocios eius directa ſcrutatus fueris, ſanè reperies quòd Deus, tanquā verus ſeu proprius determinator diſceptationis ſeu cōtentionis ipſius Iob, & eius aduerſariorum, determinant quòd in ipſa diſceptatione ſeu diſputatione Iob cum illis loquutus fuerat rectum coram Deo, non autem aduerſarij eius: dicit enim ſic Deus ipſi Elipham: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis loquuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Ex quibus manifeſtè patet, quòd Deus approbat verba ipſius Iob in prędicta diſputatione contenta tanquam recta, & condemnat partem illorū tanquam oppoſitam: quam quidē ſententiam Deus infra paucis interpoſitis replicat ſub eiſdē verbis. Conſtat autem, quòd ſi Iob in diſputando cum aduerſariis, prouidentiam Dei negaſſet ſeu eius iuſtitiam, cōtra quod aduerſarij eū impugnaſſent, quòd tūc falſum eſſet dicere, quòd Iob fuerat loquutus rectum coram Deo, & ſocij oppoſitum, ex hoc autem quod Iob feciſſet pœnitentiam de commiſſis ſeu de dictis ſuis, non rectè dictis, non ſequitur quòd fuerat loquutus rectum in diſputatione præcedēti. Opor-

Deus iudex determinat litem inter Iob, & Elipham & ſocios.

Iob.42.b.8.

Deus Iob verba approbat tanquā recta.

Oportet ergo dicere, quòd in diſputatione ipſius Iob cum aduerſariis, Iob tenuit quod rectum eſt, vt litera teſtatur: Et ſic patet quod tam Rabbi Moyſes, quã magiſtri ſui quos ſequitur, ſcilicet Phariſæi nõ rectè, ſed falſè & erroneè dicta ipſius Iob in diſputatione cum ſociis, tanquã hæretica condemnauerunt, cũ conſtet hoc eſſe manifeſtum cõtra diuinam determinationẽ ſupradictam. Item quod aſſerit ipſe Rabbi Moyſes de motiuo pœnitentiæ ipſius Iob, quod fuit, quia antea cognouerat Deũ per ſolum auditum, nunc autem per viam ſpeculatiuam, eſt inconueníenter dictum: tũ quia in iis, quę pertinẽt ad cognitionem humanam de diuinis magis meritoriũ eſt, quòd homo ex auditu accipit, quàm ſi per ſpeculationem humanam hoc haberet. Fides enim eſt ex auditu, ad Rom. 10. Tum quia per ſpeculationẽ humanam, nõ ſufficienter habetur prouidẽtia diuina eſſe circa particulares actus hominis, & quòd remuneratio & punitio hominis ſecundum ipſius actus ſit in alia vita, & multominus in reſurrectione futura, de quibus Iob aliqua docuit, vt infra patebit. Itẽ, quòd ipſe Rabbi Moyſes aſſerit Iob non fuiſſe commendatum à Deo de ſapiẽtia ſeu intellectu, falſum eſt. Nam commendatus fuit de timore Dei & receſſu à malo in principio hiſtorię, & etiã poſtea 2. capit. dicente Deo dẽ Iob ad ipſum ſathan, quòd non

Cõtra Rab. Moyſes & Phariſæos.

Magis meritorium eſt hominẽ per auditum de Deo accipere intelligentiã, quã per ſpeculationem humanam habere.

Ad Ro. 10. d. 17.

Iob cõmendatus à Deo de timore & receſſu à malo.

erat ſimilis ei in terra, vir ſimplex & rectus timens Deum & recedens à malo. Cõſtat autem quòd timor Dei eſt ipſa ſapientia, quæ in ſcripturis commẽndatur: ſimiliter & recedere à malo eſt intelligentia, quę laudatur in ſcripturis, vt habetur expreſsè Iob 28. & ſic Iob, de quo Deus teſtatur, quòd erat timens Deũ, & recedens à malo, neceſſe eſt dicere, quòd erat ſapiens & intelligens & timens Deum.

Iob 1. & 2. a. 2.

Iob 28. d. 28.

CAPITVLVM II.

In quo ponuntur quædam dicta ipſius Iob, ex quibus prędicti Hebræi arguunt Iob fuiſſe hæreticum ſeu blaſphemum: & ponitur quodam præambulum ad veram intelligentiam horum, quæ in diſputatione Iob cum ſociis continentur.

DISCIPVLVS.

Qvicquid ſit de aliis, vellẽ habere veram intelligentiam de autoritatibus, quas ipſe Rabbi Moyſes allegat, ex quibus ad literam videtur haberi, quòd Iob credebat, quòd differentia nõ erat inter iuſtum & impium apud Deum, vterq; enim, vt dicit, ſimili modo ab eo conſumuntur. Vnde in cap. 9. ipſe Iob dicit: Vnum eſt, quod loquutus ſum, & innocentẽ & impium ipſe conſumit. Item infra Iob 21. videtur dicere de impiis, quòd aliqui moriuntur in magna tranquillitate & opulentia, & aliqui in magna amaritudine: & de vtriſq; concludit: Et tamẽ ſimul in

Accuſatur Iob de blaſphemia, quia dixit Innocentem & impiũ ipſe conſum. it.

Iob 9. c. 22.

Idẽ 21. d. 26

in puluere dormient, & vermes operient eos. Ex quibus autoritatibus videtur arguere, quòd de mente Iob erat, quòd Deus indifferenter punit innocentem & impium, ſimiliter & quoſlibet impios indiſtinctè, quod videtur contra diuinam iuſtitiam ſeu prouidentiam: vnde ex iſtis concludit, quòd ſecũdum Iob Deus non prouidet de actibus humanis: quorum vtrumq; eſt erroneum, tanquam repugnãs ſacræ ſcripturæ in multis locis, in quibus manifeſtè habetur, quòd Deus habet notitiã de omnibus actibus humanis, & retribuit vni cuiq; ſecũdum opera ſua. Vnde & in Pſalmo de primo dicit: Qui finxit ſigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorũ. De ſecundo verò Pſalmiſta Deo dicit: Tu reddis vnicuiq; ſecundũ opera ſua. & ſic in multis aliis locis, vellem igitur vt mihi oſtenderes: quomodo verba Iob & ſimilia poſſunt intelligi ſine derogatione diuinæ iuſtitiæ & prouidentiæ.

Calumnia quam cõtra Iob ponunt dicentes ipſum negare prouidẽtiã diuinam, erga hæc inferiora.

Pſal. 32. c. 15.

Pſal. 61. b. 13

MAGISTER. Ad intelligentiam prædictorum & ſimilium oportet primo ſcire, in quo pendeat huiuſmodi diſceptatio, ſcilicet Iob & ſuorum aduerſariorum, ſic vt opinio cuiuſlibet eorum diſtintè habeatur, aliàs procederetur confuſè & indeterminatè. Et circa hoc vlterius eſt attendendum, quòd ſtilus libri Iob, & ipſius modi loquẽdi, eſt valdè ſingularis in obſcuritate inter cæteros libros veteris teſtamenti. Vnde communiter tradunt Hebræi, quòd modus loquendi iſtius libri eſt non ſolùm poëticus, ſed etiam metricè compoſitus, in quibus cõcordat Hieronymus: vnde in prologo huius libri, ſic dicit: A verbis Iob, in quibus ait: Pereat dies, in qua natus ſum. vſque ad eum locum vbi ante finẽ voluminis ſcriptum eſt: Idcirco me repræhendo: exametri verſus ſunt dactilo ſpondeoq; currentes. Et ſic patet, quòd liber iſte per modum poëmatis conſcriptus eſt, vnde per totum hũc librum figuris & coloribus vtitur, quibus poëtæ vti cõſueuerunt. Illa autem, quę metricè traduntur, non planè exprimũtur, ſicut ſit in loquutionibus proſaicis, ſed truncatè, & quandoq; propriè, quandoque impropriè, & quandoq; breuius quãdoq; largius quàm oportet proponuntur, ſimiliter & in talibus vna ſententia ſæpe replicatur ſub diuerſis verbis ſeu ſimilitudinibus. Itẽ in ſimilibus quandoque quædam traduntur, quæ prima facie videntur eſſe ſecundũ mmentem loquentis, & tamen ſerie diſceptationis proſpecta, oportet ea intelligere non ſecundum mentem loquentis, ſed ſecundum mẽtem aduerſarij, quam loquens ſeu proponens vult inducere ad inconueniens, prout in quibuſdam videbitur. Vnde ad habẽdam veram intelligentiam de mente ipſius Iob & ſociorum, & in quo vel in quibus cõſiſtit huiuſmodi diſputationis

Liber Iob eſt obſcurior cæteris libris vete. teſtamenti, eo quod more poetico carmine ſit compoſitus.

Hieronym.

Modus intelligendi librum Iob.

tationis fundamentum, oportet primo certitudinaliter habere cuiuſlibet mentem per dicta plana cuiuſlibet eorum, & ſic de ſingularibus dictis cuiuſlibet poſſet ſciri quomodo ſint intelligẽda, & in quo ipſorũ diſceptatio conſiſtat.

CAPITVLVM III.

In quo ponuntur ea, in quibus tam Iob, quàm ſocij eius conueniebant, & ea in quibus differebant: & ibidem reſpondetur ad autoritates ſupradictas, quæ per Rabbi Moyſes contra Iob allegantur.

DISCIPVLVS.

Ante omnia placeat, vt mihi declares mentẽ ipſius Iob, fundando eam in ſuis dictis, & hoc fundato habito procedetur ad alia.

Primum. Cõueniebat Iob & eius amici in hoc quod aſſerebant res humanas à diuina prouidentia regi.

MAGISTER. Ad hoc quod petis clarius oſtendẽdum præſupponere debes, quòd tã Iob quã eius amici, qui ei aduerſabantur firmiter tenebãt, quòd res humanæ à diuina prouidẽtia reguntur, ſicut boni diuina prouidente iuſtitia præmiantur, mali verò eadem iuſtitia puniuntur: quod quidẽ ratione conceptum ſe habet, vt principiũ ad alia quę ex fide credenda ſunt, quòd etiã conceptũ ſeu principium, licet per ſolã rationem naturalẽ à Philoſophis antiquitus non fuit repertũ, per inſpirationem tamen diuinã antiquis veteris teſtamẽti patribus reuelatũ fuit, & in ſacris ſcripturis dupliciter traditũ; tam ſcilicet per hiſtorias ſacras

Philoſophi antiqui non intelligebãt prouidẽtiæ diuinæ abyſſum, patrib⁹ tamen fuit reuelatum.

Primo per hiſtorias.

hoc teſtantes, quã per dogmata diuina, quæ hoc expreſsè aſſerũt. Primũ patet in quãplurimis locis, in quibus ſcripturæ diuinã iuſtitiã res humanas ꝓuidere hiſtorialiter teſtãtur, quod patet tam in ſingularibus perſonis, vt Gen.4. de punitione Caim fratricida, & de pręmiatione Noe iuſti, Geneſ.6. & de præmiatione Abrahę Gen.12. & 15. quã etiam in quodã vniuerſali, vt de punitione pereuntiũ in diluuio Gen. 7. & de punitione Sodomitarũ Gen.19. & ſic de quã plurimis hiſtorijs ſacris teſtãtibus, quòd diuina iuſtitia prouidẽte, mali puniũtur & boni pręmiantur. Secũdo modo idem patet per diuina ſcripturarum ſacra dogmata: vnde Geneſ.18. Abraham dicebat Deo: Abſit à te, vt rẽ hãc facias, vt occidas iuſtum cũ impio, non eſt hoc tuum, qui iudicas omnẽ terram, &c. & in datione legis Exod.20. Ego ſum Dñs Deus tuus Deus zelotes, viſitãs peccata patrũ in filios, &c. Et faciẽs miſericordiã diligentibus me, &c. quæ quidem prouidentia circa actus humanos iuxta ſacrarũ teſtimoniũ ſcripturarum nõ tantũ conſiderat exteriora hominum opera, ſed etiam interiora & intima, vt vnicuique reddatur præmiũ vel pœna ſecũdum propria merita ſeu demerita. Legitur enim Hier.17. Ego Dñs ſcrutans cor, & probãs renes, qui do vnicuiq; iuxta viam ſuam; & iuxta fructum adinuẽtionum ſuarum. vbi Propheta poſtquam oſten-

Gene.4.

Gen.6.

Gen.12. & 15.

Gen.7. & 19

Secũdo per dogmata.

Gen.18. c.25.

Exo.20.a.5.

Hie.17.b.10

dit, quòd humana notitia nõ attingit ad interiores hominũ cogitationes ſeu actiones cognoſcendas, dicẽs: Prauũ eſt cor hominis, & inſcrutabile, ſcilicet ab homine, qui tantũ ea quæ apparent videt. 1. Reg. 16. ſtatim ſubdit, quòd hęc interiora ſcrutatur dicens: Ego Dñs ſcrutans cor & probãs renes, in quo intelliguntur cogitationes & affectiones humanæ quantũcunq; ſint occultę, & vt oſtendat huius ſcrutinij diuini, ſeu probationis effectum ſubdit: Qui do vnicuique iuxta viã ſuam, & iuxta fructũ adinuentionũ ſuarum. Vbi per viã ſuam intelligitur finis, quem homo in ſuis operibus cõſtituit, ſicut per viã corporalem homo tendit ad terminũ intẽtum: per fructus autem adinuentionũ intelliguntur ipſa opera ab homine facta. Vnde ex hac autoritate, & quibuſdã ſimilibus habetur manifeſtè, quòd Deus prouidet de actibus humanis ipſos examinans ſecundũ ſe, & etiã ſecundum intentionẽ operantis ſeu adinuenientis.

1. Reg. 16. b. 7.

Principium fidei eſt credere Deum habere prouidentiã circa res humanas, tam internas, quã externas.

Ex qua autoritate, & quãpluriмis ſimilibus habetur, quòd dictũ eſt de prouidentia diuina circa res humanas: quod quidem principiũ à quolibet fideli credẽdum eſt, tanquã quoddam præſuppoſitũ ad omnia, quę per fidẽ traduntur ſeu creduntur. Vnde Apoſtolus ad Heb. 11. Accedentẽ ad Deũ oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt. Hoc autem prẹſuppoſito, ſcire debes, quòd fuerũt nõ nulli, qui licet prẹdictum principiũ credidiſſent: errauerunt tamen circa prẹmiũ iuſtorum & punitionẽ malorũ, ponẽtes vtrũq; in hac vita tantum eſſe, nõ autẽ in futura, quã ſcilicet vitã omnino negabãt, aſſerentes animam hominis eſſe mortalẽ, vnde poſt hanc vitã ſecũdum illos, nulla remanet pœna vel prẹmiũ homini.

Heb. 11. b. 6

Multi errarunt circa premiũ bonorum & punitionẽ malorum, quia dicebant in hac vita tãtũ vtrũque eſſe, eo quod credebant animam eſſe mortalẽ.

Conſequẽter etiã eandem erronẽã rationem de mortalitate animę humanæ ſequentes, reſurrectionẽ negabant, & de hac falſa ſeu hẹretica ſecta fuerunt Saduççi, de quibus Ioſephus in lib. 20 antiq. refert, quòd recipiebant tantũ quinq; libros Moyſi, in quibus nõ fit mẽtio expreſſa de alio ſeculo, nec de immortalitate animæ, ſed potius cõminationes & punitiones, quæ ſecundũ literæ ſuperficiẽ omnes ſunt temporales: vnde ſequentes pentatheucũ ſuperficialiter tãtum, & nihil aliud de ſcripturis diuinis, in hũc inciderunt errorẽ, quem errorẽ cõfutat Chriſtus Matt. 22. vt ibidem plene continetur.

Saducæorũ error negantes futuram reſurrectionem

Ioſephus li. 20. antiquit.

Matth. 22. d. 35.

Vlterius autẽ conſiderandũ, quòd ij tres aduerſarij ipſius Iob propriè vidẽtur fuiſſe de ſecta prẹdicta Saducçorum nefanda: & ideo omnes tribulationes tẽporales, quę ipſi Iob cõtigerunt, attribuebãt peccatis ſeu delictis ipſius, falſè exiſtimantes, quòd in hac vita nullus affligitur, niſi in pœna proprij delicti: vnde innocentes & recti ſecundum eos nũquam affligebantur in hac vita, quod patet per dictum ipſorum: Eliphas

Iob aduerſarij de ſecta Saducæorũ erant.

Iob amici credebant, quòd innocentes nunquam affligebantur in hac vita. phas enim dicebat ipſi Iob: Recordare obſecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt, quin potius vidi eos, qui operãtur iniquitatem, *Iob 4.b.7.* &c. Iob. 4. Baldach etiã dicebat ipſi Iob: Si mundus & rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculũ iu- *Iob. 8. a. 6.* ſtitię tuæ Iob. 8. Sophar etiã ipſi Iob dicebat, & intelliges quòd multo minora exigaris, ab eo *Iob. 11. b. 6.* quã meretur iniquitas tua. Iob. 11 Et hęc ſententia pluries replicatur in dictis eorũ. Ex quibus patet, quòd nõ credebãt, quòd aliquis homo in hoc mundo tribularetur, vt meritum ſuũ augeretur in alia vita, talẽ enim vitã eſſe *Iob nec pœnã nec premiũ in hac vita ponebat, ſed in futura.* nõ credebãt. Iob autem tãquã verus fidelis firmiter credebat per diuinã prouidentiã actus regi humanos, ſed verũ & propriũ pręmium iuſtorũ, & verã & propriã punitionem reproborũ nõ ponebat in hac vita, quę momẽtanea eſt & caduca, ſed in vita futura: & cõmuniter ex hoc quod ſibi in hac vita tribulationis maximè deuenerunt, non credebat ſequi, quòd ipſe eſſet iniuſtus, ſicut nec ſecundũ veritatem fidei *Error Rab. Moyſes, qui cũ Ariſt. negas diuinã prouidentiã circa inferiora indiuidua.* hoc ſequitur. Ex quibus patet quòd Rab. Moy. manifeſtè errauit aſſerens, quòd Iob in prouidentia diuina cõueniebat cũ Ariſtotile, qui negauit prouidentiã diuinã eſſe in iſtis inferioribus, niſi ſolũ ſecundũ genus vel ſpeciem, nõ autem ſecũdum indiuidua & particulares actiones: cuius oppoſitũ in multis dictis ipſius Iob manifeſtè patet: dicit enim Iob de Deo: Nõne ipſe cõſiderat vias meas, & cũctos greſſus meos dinumerat Iob. 31. & in- *Iob. 31. a. 4.* fra in eodẽ ſe excuſans à præſumptione ſeruorum ſuorum, ſic dicit: Si cõtempſi ſubire iudicium cũ ſeruo meo, & ancilla mea cũ diſceptarẽt aduerſũm me, quid enim faciã cũ ſurrexerit ad iudicandum Deus, & cũm quęſierit, quid reſpondebo illi? Ex quibus manifeſtè patet, quòd Iob credebat prouidentiã diuinã ſe extendere vſq; ad actus particulares humanos: & etiã quòd iudicium diuinũ contra ſe, ſi à Iuſtitia deuiaſſet, timebat. *Iob credebat prouidẽtiam diuinã ſe extendere, vſque ad actus particulares humanos.* Ridiculum enim videtur aſſerere, quòd Iob negaſſet prouidẽtiam diuinã in actibus particularibus humanis, cũm expreſsè tã generationem quàm formationem ſuã, quã omnia quę ipſi deuenerunt, Deo tã quam principali autori attribuebat, vt patet in multis locis ſpecialiter Iob. 10. vbi dicit: Manus *Iob. 10. b. 8.* tuę fecerunt me & plaſmauerũt me, & c. vſq; ad finem capit. & in omnibus dictis ſuis ferè clariſſimè patet, quòd ipſe gubernationem diuinã ſe extẽdere ad actus humanos fatebatur. Ad autoritates ſupradictas per Rab. Moy. allegatas, quarum vna eſt illa, in qua Iob dicebat. Vnũ eſt, quod *Reſpõſio ad autoritates Rab. Moyſ. & expoſitio notanda.* loquutus ſum, innocentem & impium ipſe cõſumit, ex qua intendit probare, quòd Iob loquebatur contra diuinã iuſtitiam: dicẽdum, quòd hoc eſt verum, ſed intelligendum eſt, hoc dixiſſe Iob

ſecundum opinionem aduerſariorum, quam ad incōueniens in tēdit deducere: quaſi dicat, hoc eſt quod dixi, ſcilicet, quòd ſi in hac vita tātum totum præmium iuſtorum & pœna impiorum cōſiſteret, vt vos aſſeritis, ſequeretùr, quòd innocentes & impij æqualiter à Deo punirentur: cū tā iſti quā illi morte temporali, quę maxima pœnarum temporaliū eſt, cōſumantur: & quia ſecūdū vos nulla pœna nec præmiū hominis remanet in alia vita, ſequeretur, quòd Deus non iuſtè procederet in hominū gubernatione. Et quia contra hoc poſſet dici, quòd pœna mortis eſt communis omnibus propter peccatū naturæ, quod eſt cōmune, ad huc videtur irrationabile, quòd innocentes, qui ex propriis peccatis nō ſunt rei, alias paterētur afflictiones pręter mortē, cùm ſecundum vos nulla alia cauſa eſt, quare alicui infligatur pœna, niſi propter peccatū propriū: cōſtat autē innocentes pœnas pati in hoc mūdo, & ſic ſecundū vos ſequeretur, quòd tales ſine cauſa punirētur, de quo ſubdit: & ſi flagellat, occidat ſemel, & nō de pœnis innocētium irrideat. Idē dicendū eſt ad aliā autoritatem

Iob.21. d.26. Iob. 21. vbi dicitur: Simul in puluere dormiēt, &c. quia hoc dicit Iob ad confutandū aduerſarios, qui tātummodo in hac vita dicūt eſſe totalem pœnā impiorum, cùm tamē videmus, quòd aliqui impij continuè viuunt, & moriūtur in proſperitate temporali, & alij per oppoſitū, qui tamē ſimul in puluere dormiunt, &c. quod eſſet contra diuinā iuſtitiam ſeu prouidētiam, niſi in alia vita iſta reducerentur ad veram iuſtitiā: & ſic Iob impugnat ſuos aduerſarios in huiuſmodi loquutionibus & ſimilibus, deducendo eos ad incōueniens, ex hoc quod futuram vitam negabant.

CAPITVLVM IIII.

In quo arguitur contra prædictā reſponſionem, & ſoluuntur argumenta.

DISCIPVLVS.

Contra expoſitionem tuā de dictis ipſius Iob, ſupradict. Rab. Moy. & turba Talmudicorū poſſent obiicere, ſic dicētes: Verba Iob planè intellecta, intelligi debent fuiſſe dicta de mente ipſius Iob non autem aduerſariorum: non enim dixit ſecundū vos, innocētem & impium ipſe, ſcilicet Deus, cōſumit, ſed dicit ſimpliciter: Vnū eſt quòd loquutus ſum, innocentem & impium ipſe conſumit. quòd planè ſonat hoc eſſe dictum de mente Iob. Cùm autem in expoſitione tua ſuperaddis, quòd hoc intelligitur ſecundum mentem aduerſariorum, hoc eſt extra textū: vnde nec videtur talis ſenſus recipiendus, niſi aliqua ratio ſeu autoritas nos cogat ad hoc. Idem poſſet dici cōtra expoſitionem ſecundæ autoritatis ſupradictā. *Obiectio cōtra prædicta.*

MAGISTER. Ex duobus cogimur exponere verba Iob in hac diſputatione eſſe fide liſſima *Iob verba ex duobus vera eſſe cōprobantur.*

liſſima & vera, & ſpecialiter ea, quæ ipſe dixit circa futuram vitam & circa reſurrectionem. Primum eſt autoritas diuina, quæ falli non poteſt, quæ teſtatur, quòd Iob fuit loquutus coram Deo in illa diſputatione, non autem ſui aduerſarij. Iob vlt. Non eſtis loquuti rectum coram me, ſicut ſeruus meus Iob. prout ſupra fuit allegatum. Si enim Iob in ſua diſputatione cōtra ea, quę in fidei veritate continentur aliquid aſſeruiſſet, non potuiſſent prædicta verba verificari de loquutione ipſius Iob cum aduerſariis. Et vltra hoc notandū eſt, quòd non dixit Deus ſolùm: Nō fuiſtis loquuti rectum, ſicut ſeruus meus Iob: ſed addit. coram me. in quo denotatur, quòd verba Iob intellecta ſecundum intimam ſui intentionem, quæ nuda eſt & aperta coram Deo, fuerunt recta licet poſſint iudicari, ſicut ſonant aliter. Deus enim, qui ſolus nouit corda hominum, teſtatur quòd verba ipſius Iob recta fuerūt coram Deo: & ideo verba ſua, & ſi poſſunt dupliciter intelligi, oportet vt exponātur eo modo, quo recta ſunt coram Deo, & hoc eſt quod nos cogit verba Iob exponere ſic, vt ſint recta coram Deo, & nō aliter. Secundum verò, quòd nos cogit ad prædictam expoſitionem eſt, quòd ex verbis Iob propriè intellectis nos oportet concedere, ipſum habere ſpem in aliam vitam, quod eſt manifeſtè conſonum fidei, & repugnans errori aduerſariorū: Dicit enim Iob cap. 13. ſic: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo, veruntamē vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus, non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. In quibus verbis manifeſtè habetur, quòd Iob in hac vita exiſtens habebat ſpē, vt Deus ipſum ſaluaret poſt mortem, quod eſt manifeſtè contra errorem ſociorum, qui vitam futuram, & ſalutē omnino negabant. Vnde verba ſua alibi dicta, in quibus apparet, quòd ipſe pariſicat innocentem & impium, oportet vt intelligātur non ſecūdum ſuam mentem, ſed ſecundum mentem aduerſariorū, & vt inſinuaret quòd verba prędicta, ſcilicet: Si occiderit me in ipſo ſperabo, &c. dicta ſint ſecundum mentem propriam & nō aliter: idcirco immediatè ante illa præmittuntur hæc: Tacete paulisper, & loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit, quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam leuo in manibus meis, etiam ſi occiderit me, &c. In huiuſmodi enim verbis ante præmiſſis duo exponuntur: Vnum eſt, quòd illud quod erat loquuturus ex propria mentis ſuggeſtione procedebat, & de hoc dicit: Tacete paulisper, & loquar quodcunque mihi mēs ſuggeſſerit. Secūdum eſt, quòd omnia quę patiebatur tam in carne, quā in ſpiritu, ſuſtinebat propter ſpem futuræ ſalutis. Primū patet per hoc quod dixit: Quare

Iob vlt. a. 7.

Deus teſtatur verba Iob vera eſſe, &c.

Iob 13. b. 15. *Iob ſpem firmam habuit de futura vita.*

In prædictis verbis duo exprimuntur, ſcilicet, quòd omnia ex propria procedūt ſuggeſtione, & quòd omnia quę patiebatur ſuſtinebat propter ſpem futuræ ſalutis.

re lacero carnes meas dentibus meis. quod pertinet ad corporales pœnas. Secundum verò cùm dicit: Animam meam leuo in manibus meis. quod pertinet ad afflictiones intrinſecas animę: vnde declarans quare iſta ſuſtinebat, ſtatim ſubdit: Etiã ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. quaſi dicat, non ſolùm alias pœnas citra mortem, ſed etiam ipſam mortẽ, quæ eſt maxima pœnarum, præſertim cùm ſit violenta, quæ pertinet ad occiſionẽ, paratus ſum ſuſtinere propter ſpem ſalutis. Idem dicendum eſt ad ſecũdam autoritatẽ Iob 21. ſcilicet, quòd illa dicta intelligenda ſunt ſecundum mẽtem aduerſariorũ, quos vult ad incõueniens deducere, vt ſupra dictum eſt.

Iob 21.d.26

CAPITVLVM V.

In quo ponuntur quędam alia verba ipſius, Iob, ex quibus arguunt ſupradicti Iob negaſſe reſurrectionem futuram: & ibidem ſoluuntur argumenta eorum, per veram expoſitionem verborum ipſius Iob.

DISCIPVLVS.

SVnt alia verba ipſius Iob, quæ manifeſtè videntur negare reſurrectionem futurã, vt cùm dicit cap. 14. Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, &c. Et infra in eodẽ contextu. Homo cùm dormierit nõ reſurget, donec atteratur cælũ non euigilabit, nec cõſurget de ſomno ſuo. In quibus verbis & ſimilibus manifeſtè patet, quòd Iob negabat reſurrectionẽ, nec valet dicere, quòd hæc dicebat ſecundum mentem aduerſariorum, nã ante prædicta verba ſic præmittit: Recede ergo paululũ ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat ſicut mercenarij dies eius. In quo loco Iob loquitur Deo ſupplicãs habere refrigeriũ pœnarum, cõſiderata breuitate vitæ humanæ: ad quod fortificãdum inducit differentiam inter durationem ligni & durationẽ hominis, eo quod lignũ poſt ſui præciſionem vireſcit, nõ autem homo poſt mortem, & ſic vult inducere Deum ad miſerendũ homini, propter breuitatẽ vitę ſuę, ex quo ad ipſam nũquam redit, lignum verò ſic. Vnde manifeſtum eſt ſecũdum ſeriem literæ, quòd hoc loquitur de mẽte ſua, non autem ſecundum mentẽ aduerſariorum.

Iob 14.b.7 Talmudiſtæ arguunt Iob negaſſe reſurrectionem.

MAGISTER. Hęc verba ipſius Iob, quæ allegas, intelligi poſſunt eſſe dicta de mẽte ipſius. Ad quod ſciendũ, quòd fuerunt aliqui antiqui, qui falſè aſſerebant, quòd homo poſt hãc vitam poſt magna temporis curricula, redeuntibus omnium conſtellationibus ſiderum, ſicut fuerant ante, tunc idem homo per naturã ſimiliter rediret ad vitã mortalem, & omnia officia, vel alia quęcũq; prius per ipſum fiebãt, vt puta quòd Plato legeret Athenis in eiſdẽ ſcholis, & eaſdẽ lectiones, ſicut ante dũ viuebat. Quę quidem opinio de reſurrectione

Fuerunt falſo aſſerentes quidam ex antiquis, qui dicebãt hominem poſt longa tẽporis curricula ad hanc vitam redire.

ctione eſt erronea & falſa. Nã ſecundũ Philoſophorũ doctrinã, ea quę corrũpuntur, nõ redeũt eod[illegible] numero per motum ſeu mutationem, vt in ſecũdo de generatione. Eſt etiã cõtra veritatem fidei, ſecũdum quã reſurrectio creditur ſeu ſpectatur ad vitam glorioſam immortalẽ. Vnde Iob illã falſam reſurrectionẽ negat, quod patet ex hoc quod dicit: Lignũ habet ſpẽ, &c. Lignũ enim poſt ſui pręciſionẽ iterũ vireſcit in eadẽ vita, prout ad animã pertinet vegetatiuã, homo verò cũ dormit nunquã ad talẽ vitã reſurgit, ſed ad vitã immortalem, vt dictũ eſt. Vnde ex hoc Iob volebat inducere Deum, vt cõcederet ſibi refrigeriũ pœnarum in hac breui duratione, ex quo nunquam ad vitã ſimilem reſurgendus erat homo. Et ſic ex prædictis verbis non habetur, quòd Iob negaſſet verã reſurrectionẽ, quę per fidẽ habetur, ſed falſam reſurrectionem, vt dictũ eſt. Alij verò exponũt verba Iob prędicta, vt ex iis cõcludatur vera reſurrectio futura, dicentes: Quòd homo cùm ſit nobiliſſima creatura, inter corruptibiles creaturas, rationabile eſt, vt nõ ſit deterioris conditionis ligno, ſed cõſtat quòd ſi lignum fuerit præciſum iterũ producit ramos & germinat. De corpore autem hominis pręciſi à vita pręſenti, nihil tale videtur pullulare: & ideo ne homo ſit peioris conditionis ligno cõcluditur, quòd in homine ſit aliquid immortale, ſcilicet anima rationalis, cuius reſurrectio ſpectatur, & ſecundum hoc exponunt illud: Lignum habet ſpem, &c. ſic quod per modum perſuaſionis rethoricæ, ſecundum quem proceditur in hoc libro, Iob reſurrectionem veram cõcludit. Vnde ex prædictis verbis Iob in hoc loco, non habetur ipſum à fide reſurrectionis deuiaſſe, exponendo ea aliquo prędictorum modorum, ad quod cogimur non ſolùm autoritate diuina ſupradicta teſtante Iob recta fuiſſe loquutum; ſed etiã ex dictis ipſius Iob reſurrectionem veram teſtantibus. Vnde in 19. cap. volens de myſterio reſurrectionis loqui, quod eſt de maximis ſeu difficilioribus inter credibilia, vt redderet auditores attentos præmittit: Quis mihi tribuat, vt ſcribãtur ſermones mei & exarẽtur, in libro ſtilo ferreo aut plũbi lamina vel ſcelte ſculpãtur in ſilice? Et declarans, quę ſint illa tã magna & ardua, quæ peteret ſcribi, modo prædicto ſubdit dicens: Scio, quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ ſaluatorem meum, &c. quæ verba propriiſſimè exponuntur de reſurrectione futura, quã expreſſè ſanctus Iob in hoc profitetur: & ideo oportet, quòd cùm alibi de hac materia loquatur, ipſius verba ſic exponantur, vt huic ſuæ veræ profeſſioni concordent.

Ariſto. 2 de genera.

Expoſitio verborum Iob.

Alia expoſitio verborũ Iob. de vera reſurrectione hominis.

Iob. 19. d. 23.

Expreſſè ſanctus Iob reſurrectionem generalem ponit.

CAPITVLVM VI.

In quo ponuntur quædam verba Dei ad ipſum Iob, ex quibus apparet, quòd Iob loquebatur cõtra iuſtitiam diuinam: & ibidem exponuntur verba prædicta, ſic vt ex iis non intelligatur Iob fuiſſe loquutum in derogationem diuinę iuſtitię.

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta ad oſtendendũ, quòd Iob credebat futuram vitam, in quâ ſpectatur iuſtorum præmium, vt verba ſua ſupra allegata. 13. c. Et ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. teſtantur. Similiter, & quòd credebat reſurrectionem futurã, vt patet ex autoritate per te vltimo allegata, ſed video quòd De' ipſum Iob condemnauit ſeu reprehendit in ſuis reſponſionibus in duobus locis. Primo vbi dicit: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Secundo legitur Iob 40. Nunquid irritum facies iudiciũ meũ, & condẽnabis me, vt tu iuſtificeris, ex quibus patet ſecundum veritatẽ diuinæ ſentẽtiæ, Iob non ſolú fuiſſe loquutum ſermones imperitos, ſententias inuoluendo, ſed etiam in derogationem diuinæ iuſtitiæ, quòd manifeſtè patet cũ Dñs alloquens ſibi dixit: Condẽnabis me, vt tu iuſtificeris. Peto igitur vt mihi declares, quomodo verba prædicta poſſunt concordare, cũ verbis Dñi perſte allegatis, Iob vlt. vbi dicitur: Non fuiſtis loquuti rectum corã me, ſicut ſeruus meus Iob.

Iob. 13. b. 15. *Arguit quòd Deus reprehendit Iob in duobus.* *Iob. 38. a. 2.* *Iob. 40. a. 3.* *Iob. vlt. a. 8.*

MAGISTER. Verba Domini, quę primo allegas, ſcilicet: Quis eſt iſte inuoluẽs ſentẽtias ſermonibus imperitis. ſi rectè exponantur intelligũtur de Helui eſſe dicta, non autẽ de Iob, prout infra Deo dante, ſi de mente ipſius Helui tractabitur erit manifeſtum. Ad verũ autem intellectum ſecundæ autoritatis, quam allegas attendere debes, quod quia aduerſarij Iob cõmuniter aſſerebant, quòd erat punitus in vltionẽ ſuorum delictorũ, quòd erat falſum, vt patet ex hiſtoria ipſius Iob, in qua ante huiuſmodi diſputationem præponitur, quòd Deus dixit ipſi ſathan, qui ipſum Iob permiſſione diuina affligebat. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei in terra, vir ſimplex, & rectus, & timens Deum ac recedens à malo, & adhuc retinẽs innocentiam ſuam. Tu atem cõmouiſti me aduerſus eum, vt affligerem illũ fruſtra. Ex quo patet manifeſtè, quòd Iob non erat afflictus propter demerita ſua. Et ideo Iob volẽs excludere falſam impoſitionem ſuorũ aduerſariorum, ſuam iuſtitiam cõmendabat in tantũ quòd petebat diſputare cũ Deo, quod aliis videbatur redũdare in derogationẽ diuinæ iuſtitiæ. Circa quod notare debes, quòd ſi contingat cõtentio inter duos æquales, nõ eſt repræhenſibile ſi alter eorũ à culpa ſe expurget, etiam ſi ex hoc alter culpabilis in hominum opinione videatur: quia homo plus

Expoſitio prima autoritatis. *Expoſitio ſecundæ autoritatis.* *Iob nõ fuit afflictus ob demerita ſua, vt aduerſarij opinabãtur, & vt hanc eorum opinionẽ excluderet, ſuam iuſtitiam cõmendabat.*

plus ſe diligit naturaliter, quàm alium. Sed cùm inter Deũ & hominem ſit diſtinctio infinita, in quacũq; perfectione potius debet homo pati, vt in ſe culpa iniuſtè referatur, quã quòd in Deo putetur eſſe iniuſtitia & ideo, Dñs ad arguendũ Iob de cõmendatione indiſcreta ſuæ iuſtitiæ, proponit excellentiam Dei ſuper homines, quæ quidẽ excellentia in verbis prędictis manifeſtatur. Vnde autoritas illa quam allegas: Nunquid irritum facies iudicium meum, intelligitur ſic. quaſi dicat: Nunquid ſic iuſtitiã tuam cõmendas, vt irritũ, ideſt non rectum facies videri iudiciũ meum, ſic enim commendas iuſtitiam tuã, quòd ego apud alios videar condemnabilis, & hoc eſt quod dicit: Cõdemnabis me, vt tu iuſtificeris? Vnde ex verbis ſupradictis Dei ad ipſum Iob manifeſtum eſt, quòd non reprehendit eum de hoc, quod prouidentiam Dei negabat circa homines, vt Rabbi Moyſes, erroneè exiſtimauit, ſed ſolũ de hoc quod ſe iuſtificabat indiſcretè, in tãtum quod hoc poſſet referri in derogationem diuinæ iuſtitiæ, de qua incauta loquutione, ſeu iuſtificatione indiſcreta Iob pœnituit. Vnde poſtquam reprehenſionem Domini audiuit, in fine concludit: Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Dei excellẽtiam oſtendit Dñs, ad arguendum Iob de commendatione indiſcreta ſuæ iuſtitiæ.

Expoſitio autoritatis.

Deus nõ reprehendit Iob, eo quod prouidentiam Dei circa homines negaret.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtenditur, quòd ex hoc quod Iob natiuitatẽ ſuã et cõceptionẽ ſuã, et hmõi maledixiſſet, & etiã vitã propriã dicebat ſe abhorrere, nõ derogatur perfectio in ipſius Iob, ſeu ipſius virtuoſę patiẽtię: nã talia ſecũdum partẽ inferioris rationis dici intelligenda ſunt, non autem ſecundum partem ſuperioris rationis.

DISCIPVLVS.

SI Iob prout tu doces tãtę perfectionis erat, quòd etiã ſi flagellatio ei inflicta à Deo, vſq; ad mortem incluſiuè attingere, adhuc in ipſo remaneret vera ſpes in Deo, prout verba per te ſupra allegata ſonare videtur, cũ dicit: Et ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Iob 13. quomodo ergo vir tã tæ perfectionis per amiſſionẽ rerũ temporalium, & etiã per afflictionẽ corporis ſui in tantã incideret triſtitiã ſeu anxietatẽ, vt conceptionem ſuã, & natiuitatẽ malediceret, & etiam vitam propriã abhorreret? quę quidẽ pertinent ad vitę perfectionẽ ſeu ad virũ perfectum, in quo ſpes futurę vitę cõſiſtit. Secundũ enim doctrinã Apoſtoli: Non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futurã vitã, quę reuelabitur in nobis. Rom. 8. Incõueniens igitur eſt, quòd vir iuſtus nõ ex peccatis propriis, ſed ad meriti ſui augmentũ flagellabatur, ſicut erat Iob, prout ex ſupradictis patet, quòd vitã ſic abhorreret, vt appeteret nunquam fuiſſe ſub hac luce, quod tamen Iob appetebat, vt patet in 3. cap.

Iob. 13. b. 15.

Arguit Iob fuiſſe impatientem Deũ cõceptionis, & natiuitatis maledicendo.

Rom. 8. d. 18.

Iob. 3. a. 3.

MAGISTER. Ex hoc

 quod

Iob. conceptionem & natiuitatem ſuam maledicendo nõ fecit aliquid perfectioni ſuæ repugnant.

quod Iob ſuam conceptionẽ & natiuitatem, & huiuſmodi maledicebat,& ex quibus odibilẽ vitam ſuam demõſtrabat,nõ ſequitur aliquid perfectioni ſuæ repugnans.Chriſtus enim,qui ſuper omnes ſanctos perfectionem vitæ humanæ attingit,legitur de morte ſua futura triſtari,dixit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.Matth.26. Cuius ratio eſt.Nam ratio inferior humana, quæ ſenſitiuam partem ſequitur (quę quidem ſenſitiua nihil ad finem refert) talis ratio abhorret illud quod ſenſui repugnat. Ratio verò ſuperior illa,quæ ſecundum partem ſenſitiuam odibilia ſunt(ſi tamẽ referantur ad finem bonum) talia acceptat vt bona, ſicut patet de potione amara, quæ licet ſeçundũ ſenſum horrida eſt & odioſa,cùm autẽ refertur ad ſanitatem conſequẽdam, eſt ſecũdum rationem valdè accepta.Vnde Chriſtus diſpoſitionem ſenſitiuę partis circa imminentem paſſionem oſtẽdens, triſtitiam ſuam de paſſione declarauit,quam quidem paſſionem ſecũdum rationẽ ſuperiorem ſemper acceptauit:ſimili modo dicẽdũ eſt de Iob,quòd licet flagella ſua,& afflictiones patiẽter ſuſtinebat,reddens pro eis Deo gratias:vnde poſtquã ei omnia aduerſa aduenerunt,dicit: Dñs dedit, Dñs abſtulit, ſicut Dño placuit ita factũ eſt, ſit nomen Dñi benedictũ.nihilominus tamẽ ſecundũ diſpoſitionẽ ſenſitiuę partis,quam ratio inferior ſequitur valdè dolebat & anxiabatur de huiuſmodi aduerſitatibus : ad quã diſpoſitionem oſtendendã dicebat: Pereat dies in qua natus ſum, &c. oſtendendo quòd ſecundum huiuſmodi diſpoſitionem vita ſua erat odibilis & oneroſa.Vnde verba Iob in hoc loco nõ ſunt intelligenda, tanquã verba impatiẽtis,ſed tanquã hominis paſſiones ſuas ſenſitiuas exprimentis,& ſecundũ eas de ſe loquentis:ſicut etiã & Hieremias,qui ſanctificatus in vtero legitur fuiſſe Hier. 1. nihilominus tamẽ ſuperueniẽtibus ſibi tribulationibus ſeu perſequutionib⁹ magnis,maledixit non ſolũ diei natiuitatis,ſed etiã viro denuncianti patri ſuo natiuitatem ſuã. Hier.20.vt oſtenderet ſe eſſe in tantis miſeriis,quòd vita ſua ſecũdum inferiorem rationẽ, quã homines vt plurimum ſequuntur,odibilis erat & oneroſa.

Chriſtus cõtriſtatus eſt de morte ſua. Matth.26. d.38.

Sicut Chriſtus ſecundũ rationem ſuperiorẽ paſſionem acceptauit: ita quoque Iob licet ſecundũ inferiorem partem flagella abhorrebat, ſecundum tamen ſuperiorem partem acceptabat cum gratiarũ actione.

Sic quoque Origenes exponit.

Hieremias quoque maledixit natiuitatis ſuæ diem.

Hier.20. d.15.

DISCIPVLVS. De Chriſto triſtitiã oſtẽdente imminẽte tẽpore paſſionis nemo rationabiliter dubitare poſſet,quin hoc eſſet ſecundũ ſenſitiuã partẽ humanã,quã ad oſtendendũ humanitatis veritatẽ fieri oportebat, Chriſtus tamẽ magna ſigna oſtẽdit , in quibus manifeſtabatur, quòd ipſe paſſionẽ ſuã acceptabat,vt cũ eam futuram ſæpiſſimè ſuis diſcipulis prędixit,& crucifigẽtibus occurrit,& diſcipulũ increpauit,dicẽns:Calicẽ quẽ dedit mihi pater non vis,vt bibam illum.Ioann.18.Hierem. etiam, vt oſtẽderet quòd verba illa , in quibus

Chriſtus & Hieremias magna ſigna oſtenderunt,quibus ſuas acceptabant paſſiones,non autem ſic videtur de Iob.

Ioã.18.b.11.

quibus maledicebat virum, qui ſuam natiuitatem denũtiauit, nõ ſecũdum rationem ſuperiorem dicebãtur, eiſdem verbis immediatè ante præmiſit: Cantate Domino. Laudate Dñm. quia liberauit animam pauperis de manu malorum. in quibus verbis ſatis oſtendebat, quòd ad laudem & honorem Dei aduerſitates ſuas, cum cantu & gaudio offerebat, quòd intelligẽdum eſt ſecundũ rationem ſuperiorẽ, ſed de Iob, qui ſimpliciter maledicebat natiuitatem & vitam & huiuſmodi, ſcire vellem ſi ex dictis ſuis ſeu ex hiſtoria propria oſtendi poſſet, quòd hæc non ſecundum ſuperiorem rationem ab eo dicebantur.

Iob. ſecundũ ſuperiorem partem animæ plagas ſuas cũ gratiarum actione ſuſcepit.

MAGSTER. Quod autẽ Iob tribulationes, ſeu plagas ſuas ſecundum cõſiderationem ſuperioris partis animæ, quæ rationem ſequitur, patiẽter ſuſtinuiſſet, ſatis habetur ex dictis, nã poſt omnia aduerſa, quę ei aduenerũt, vxori eũ ſubuertere volẽti, dixit: Si bona ſuſcepimus de manu Dñi, mala autẽ quare non ſuſtineamus? Ex quo patet, quòd ſecũdum ipſum æquinimiter ſuſcipienda ſunt huiuſmodi bona & mala, quę à Deo dantur, ſeu infligũtur: vnde omnibus aduerſitatibus ſuſceptis, in benedictionem Dei omnia terminauit, dicens: Sit nomẽ Dñi benedictũ. Et ideo tanquã diſputationem inferioris rationis ſuæ ſenſitiuã partẽ ſequẽtis vt expreſiſſet, notãter prę mittitur in litera: Poſt hęc aperuit Iob os ſuum, & male dixit diei ſuæ. quaſi dicat: Poſtquam Iob ex plagis & anxietatibus, ſibi illatis Deum benedixit, quod intelligendũ eſt ſecũdum rationem ſuperiorẽ, poſtea maledixit diei, &c. ad oſtendẽdum inferioris rationis diſpoſitionẽ. Vnde ex prima benedictione, ſcilicet Dei & ſequenti maledictione natiuitatis & conceptionis, &c. ſatis habetur diſtinctio ſupradicta. Item ex hiſtoria Iob, in huiuſmodi tẽtatione ſatis innuitur propoſitũ. Nã vt ait magiſter in ſecũdo diſt. 4. talis nũc in homine tẽtationis ordo eſt & progreſſus, qualis tũc in primis præceſſit parentibus. Vt enim ſerpens tunc mulieri malum ſuaſit, ipſaq; conſenſit, deinde viro ſuo dedit, & ſic conſumatum eſt peccatũ: ita & nunc in nobis pro ſerpente eſt ſenſualitatis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro viro ſuperior rationis portio. Hæc ille. Attende igitur diligenter, quòd in tentatione parentum, in qua conſumatum eſt peccatum per ſerpentẽ, mulier, & per mulierem vir, prolapſi ſunt, & ſic peccatum perfectè cõſumatũ eſt, per lapſum viri, qui ſuperiorẽ rationem deſignat, non ſic in tentatione ipſius Iob. In tentatione enim Iob mulier perſuaſa fuit à ſerpente, ſeu a ſathana tentante, in tantum quod viro dixit, ipſum intendens à rectitudine declinare: Adhuc retines innocentiam tuam, &c. Iob 2. ſed vir mulierem

Magiſter ſent. diſt. 2. in 4. lib.

Tentationis ordo talis nunc eſt in hominibus, qualis tunc fuit in peccato Adæ.

Tẽtatio Iob in hoc differt à tentatione Adæ, quòd Adã nõ obiurgauit vxorem, Iob vero ipſam exprobrauit.

lierem exprobrauit, dicens ei: Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es: ſi bona ſuſcepimus, &c. Ex qua hiſtoria tentationis Iob, vir, ſcilicet ſuperior ratio, nõ cõſenſit in peccato, licet mulier per quam inferior ratio intelligitur conſenſiſſet: quẽ quidem mulieris conſenſum, Iob in ſua prima propoſitione exprimere volens, dicit: Pereat dies, &c. quod exponendũ eſt de motu inferioris partis rationis, vt ſupradictum eſt, non autem ſuperioris. Et circa hoc conſidera, quòd licet omnia, quæ erant ipſius Iob prter animam Deus dedit in manu ipſius ſathan, vt patet in 2. cap. per quam poteſtatẽ permiſſiuam ſathã, ad omnia ipſius Iob deſtruenda proceſſit, vſque ad filios & filias, & etiam corpus proprium, vt in hiſtoria patet: non tamen ſathan nocere mulieri legitur, retinuit enim eã illæſam, vt eſſet inſtrumẽtum ad ſeducẽdum virum, ſcilicet Iob, quod quidem inſtrumentum expertus fuerat fuiſſe ſufficiens in ſubuerſione Adæ, vt patet Geneſ. 3. ſed in hac tentatione Iob ſathan hoc nõ potuit obtinere, etiam per dictum inſtrumẽtum, ſcilicet per mulierem, eo quod ratio ſuperior, quæ per virũ deſignatur, ſemper remanſit illæſa, & ſic prædicta expoſitio non ex ſolùm verbis Iob, ſed etiã ex ipſo intellectu ipſius hiſtoriæ, confirmatur.

Expoſitio dicti Iob: Pereat dies. c. 3.

Iob. 2. c. 9.

Nota quòd licet ſathan omnia ipſius Iob deſtruxerat, non tamen mulieri nocuit, quia inſtrumentum diaboli erat

Gen. 3.

CAPITVLVM VIII.

In quo ponitur quædam obiectio contra ea quę dicta ſunt in prçcedenti capitulo, & ibidem ſoluitur.

DISCIPVLVS.

SI prædicta verba Iob in maledictione diei natiuitatis & huiuſmodi ſolùm intelliguntur, prout tu exponis, ſcilicet, quòd fuerunt dicta tantummodo ſecundum inferioris partis rationem, non autem ſecundum ſuperiorem, inconueniens videtur, quòd amici Iob, cũ eſſent ſapientes, & literati viri, cõtradixiſſent ipſi Iob tali modo loquenti: debuiſſent enim ſcire paſſionis afflictiuas triſtabiles eſſe ſimpliciter, ſecundum ſenſitiuam partẽ: vnde ſecundum hoc tota diſputatio contra Iob videtur procedere in æquiuoco: nã amici Iob nituntur oſtẽdere, quòd ipſe ex impacientia, tanquã loquens ex erronea ratione, blaſphemiã incurriſſet, quod tamen Iob ſecũdum te, hoc loqueretur ex ſolo motu inferioris rationis.

Obiectio cõtra prædicta & eſt Nicolai de Lyra contra ſanctũ Tho.

MAGISTER. Expoſitio mea ſupradicta eſt S. Thomę ſuper Iob, cõtra quam Nicolaus in poſtilla arguit, opponẽdo prędictam tuam obiectionem, quæ quidem obiectio, ſi bene conſideras, non videtur valere. Nam Iob & amici eius, principaliter diſputabant circa hoc quod Iob credebat ſeu dicebat, ſe eſſe flagellatum ſine culpa, amici vero quia exiſtimabant falsè, quòd nulla

Status cauſe, circa quã diſputabant Iob & amici ipſi.

nulla alia vita eſſet niſi præſens. Conſequenter habebant aſſerere, quòd nullus patitur pœnam in hac vita, niſi propter peccatũ proprium: vnde oportebat eos dicere, quòd Iob erat flagellatus in pœnam ſui & ſuorum, vt patet ex proceſſu huius diſputationis: vnde eorum diſputatio non erat in æquiuoco, vt obiectio tua ponit, quæ eſt poſtillatoris, ſed de directo huiuſmodi diſputantes ſibi inuicem contradicebant. Diſputabant enim ſub hoc titulo quæſtionis, ſcilicet vtrum Iob fuiſſet iuſtus tempore ſuæ flagellationis an non: in qua quæſtione Iob tenebat partem affirmatiuam, aduerſarij verò negatiuam. Vtrum autem Iob exprimens vitam ſuam eſſe odibilem ſecundum partem ſenſitiuã, prout mea expoſitio, quæ S. Thomę eſt, ponit, an eſſent dicta ſecũdum ſuperiorẽ rationẽ, hoc nõ eſt de principali materia quæſtionis, vnde nec amici de hoc curabant, ſed ſolùm de impugnando iuſtitiam ipſius Iob.

Titulus diſputationis Iob & amicorum.

Replicat cõtradicta.

DISCIPVLVS. Indica mihi vnde habebãt amici Iob, quòd ipſe credebat ſeu exiſtimabat ſe eſſe iuſtum, vt hoc intẽderent principaliter impugnare, prout tu dicis: non enim video Iob hoc dixiſſe ſeu aſſeruiſſe antequã Eliphas, qui primus fuit inter impugnãtes, loqueretur. Vnde videtur, quòd titulus quæſtionis principalis huius diſputationis non fuiſſet circa iuſtitiam ipſius Iob prout tu dicis.

MAGISTER. Quòd crederet ſeipſum ſine culpa fuiſſe flagellatum, potuerunt amici ſui percipere, tum ex eorum cõuerſatione cum ipſo antiqua. Iſti enim tres viri, qui ad conſolãdum eum venerant, vnuſquiſq; de loco ſuo, vt habetur Iob. 2. præſumendum eſt, quòd erant noti ipſi Iob, & ſciebant vitam & conuerſationem ſuã. Tum quia ex iis verbis, quæ Iob dixerat: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autẽ, quare non ſuſtineamus. poſſet intelligi, quòd ſi cut bona frequẽtér dãtur à Deo ſine meritis, ita & mala pœnalia darẽtur à Deo ſine culpa: æqualiter enim dicebat bona & mala à Deo dari: tũ quia ex hoc ꝙ Iob tã ardenter procedebat in maledictionẽ ſuæ natiuitatis, & huiuſmodi rationabiliter præſumebatur, quòd Iob credebat ſe eſſe flagellatum ſine culpa: qui enim ex culpa propria punitur, non tantum procedit in querulo ſas proclamationes, tũ quia Iob in prima ſua reſpõſione cap. 3. dixerat de ſe: Viro cuius abſcondita eſt via: quod veriſimiliter intelligebatur, eo quod ipſe ſe incedere credebat per viam iuſtitiæ, prout erat verum, & tamen cõtingebant illi miſeriæ magnę, ſicut impiis ſæpe contingunt, & ſic eius via erat eis abſcõdita: vnde ex prædictis amici percipientes, quòd Iob crederet ſeipſum ſine culpa eſſe flagellatum, proceſſerũt ad impugnationem ſuę iuſtitiæ quilibet ſecũdum modũ ſuum:

Amici Iob potuerunt illũ cognoſcere iuſtum ex multis. Iob. 2. c. 11.

Iob. 3. d. 23.

ſuũ: quod patet in proceſſu diſputationis eorum, in quo quilibet eorum conabatur impugnare iuſtitiam ſecundum modum proprium cuiuſlibet eorum.

CAPITVLVM IX.

In quo declaratur conuenientia amicorum Iob in ipſius impugnatione & diſtinctio eorum inter ſe.

DISCIPVLVS.

Video quòd iſti tres communiter conabantur impugnare iuſtitiam ipſius Iob: ſed nõ video aliquã diſtinctionem inter impugnationes eorũ, ſic vt quilibet teneat proprium modum in huiuſmodi impugnatione: & de hoc peto à te aliam declarationem.

Tres amici Iob erãt de ſecta Saduceorum, & omnes ſub praetextu diuinae iuſtitiae, iuſtitiã Iob impugnabat vnuſquiſque ſecũdum ſuũ modum.

MAGISTER. Sicut iã tibi dixerã iſti tres de ſecta ſunt Saducęorum, ponentium totum præmium iuſtorum & pœnã impiorum in hac vita tantũ: & ideo omnes conueniunt in impugnatione iuſtitię ipſius Iob, erroneè eſtimantes, quòd non poſſet aliter diuina iuſtitia ſaluari, quod oportebat eos dicere ſecũdum falſum præſuppoſitũ ſuum ſupra dictum. In hac tamen impugnatione quilibet eorum trium inuenit primo vnũ modum ad ſaluandum iuſtitiã diuinam, quãdo cõtingit, quòd aliquis qui ſecundum famam cõmunem eſt iuſtus punitur, quòd patet diligenter eorũ dicta ſcrutãti.

Eliphas imponebat Iob publicas iniquitates.

Eliphas enim qui primo loquutus eſt iuſtitiam ipſius Iob impugnabit, imponẽdo ei publicas iniquitates ſeu iniuſtitias: vnde in prima ipſius propoſitione, dicit: Recordare obſecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti delcti ſunt. Iob. 4. Ex quo patet, quòd ſecundum eum, ex quo Iob ſic affligebatur ſequebatur, quòd non erat innocens nec rectus: *Iob. 4. b. 7.* & infra ipſe Eliphas cap. 22. dicebat ipſi Iob: Nonne propter malitiam tuam & infinitas iniquitates tuas, abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus, &c. *Iob. 22. a. 5.* vbi multa publica peccata attribuit ei, ad crudelitatem & auaritiam pertinentia.

Baldach impugnat Iob, ex occultis iniquitatibus.

Baldach verò iuſtitiam Iob impũgnabat, nõ ſic opponẽdo ei publicas malitias ſed occultas, ſic quòd ſecundum eũ licet opera Iob exteriora bona apparerent, quia tamen occultè non rectam ſed peruerſam haberet intentionem, idcirco ei contingebant mala: vnde in 8. capi. *Iob. 8. c. 13.* Baldach imponebat ipſi Iob vitium hypocriſis dicens ſic: Viæ hominũ, qui obliuiſcuntur Deũ & ſpes hypocritæ peribit. Arguebat enim in ipſo eſſe hypocriſim ex aduerſitatibus ſibi euenientibus, licet exteriora ſua opera fuiſſent bona: vnde ad prædicta verba ſic præmiſit: Nunquid vireſcere poteſt ſtirps abſq; humore. quaſi dicat: Ex hoc quod tu non vireſcis, ſequitur quòd non habes humorem intrinſecus, quod intelligitur de humore charitatis, per quem homo

Secundum mentem Baldach, bona temporalia ſunt præmia virtutis.

mo ſecundum veritatē vireſcit in virtutibus ſecundum Baldach in bonis tēporalibus, quę ſecundum eum ſunt præmia virtutis: & quia iis tēporalibus bonis maniſeſtè carebat Iob, idcirco concludebat ipſum eſſe hypocritā: & in hoc Baldach concordabat cū ſathan. Cùm enim Dñs dixiſſet ſathan de Iob, quòd erat ſimplex & rectus & timēs Deū, &c. ſathan reſpondit: Nunquid fruſtra Iob timet Deū, &c. quaſi diceat: omnia bona quę Iob facit nō procedunt ex recta intentione, ſed ſolū vt bona tēporalia ei conſerues. Sophat autem & ſi non attribuebat Iob aliqua publica peccata nec etiā hypocriſim, impugnabat attamē iuſtitiā ipſius Iob, ex profunditate diuinæ ſapientię, ſecūdum quā Deus mūdum gubernat, dicens: Vtinam Deus loqueretur tecum & aperiret labia ſua tibi, & oſtenderet tibi ſecreta ſapiētiæ, & intelliges, quòd multo minora patiaris ab eo quàm meretur iniquitas tua. quaſi licet ego neſcirē oſtēdere tibi peccata tua publica ſeu occulta nec fortè tu ipſa ſcis, nihilominus tamen ſi Deus tecū loqueretur oſtēderet tibi ſecreta ſapientiæ ſuæ, & intelligeres, quòd multo minora exigaris ab eo quàm meretur iniquitas tua: hoc eſt dicere, quòd te punit citra condignum.

Iob. 1. b. 10.

Sophat impugnabat iuſtitiam Iob, ex diuinæ ſapientiæ profunditate.

DISCIPVLVS. Hęc diſtinctio quam ponis inter impugnationes, quas amici Iob cōtra eū oppoſuerunt, licet ſit rationabilis, & in Dictis eorū fundata, non tamen ſic videtur preciſa, quòd impugnatio vnius non tangatur per alium. Hypocriſis enim quā Baldach imponit ipſi Iob, etiā Eliphas ſimiliter facit, qui in 15. c. dicebat Iob: Cōgregatio hypocritę ſterilis. vbi notans eum de hypocriſi cauſam ſterilitatis ſeu perditionis bonorum ſuorū hypocriſi attribuebat. Sophat etiā ipſi Iob dicebat 20. c. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quòd laus impiorū breuis ſit, & gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Ex quo patet, quòd ipſe imponebat Iob peccatum hypocriſis, ſecūdum quod dicebat proſperitates ſuas fuiſſe momētaneas, ſeu cito trāſituras. Ex quibus & aliis quæ in dictis amicorū Iob poſſunt inueniri, videtur quòd diſtinctio tua non ſit præciſa, vt dictum eſt.

Eliphas ſimiliter imponit, id quod Baldach de hypocriſi.

Iob. 15. d. 34.

Iob. 20. a. 4.

Sophat etiā calūniatur Iob de hypocriſi.

MAGISTER. Cōcedo tibi, quòd diſtinctio tua ſupradicta de impugnationibus amicorū Iob contra eū, non eſt ſic pręciſa, vt vnuſquiſq; ſociorum ponat impugnationē ſuā tantum, & nunquā tangat impugnationem alterius: ſed cōſideranda eſt prædicta diſtinctio ſic, vt vnus ſociorū quandā primo inuenit impugnationē, & deinde alij illā eandē inter ſua quādoq; reputāt, vt puta, quòd Eliphas primo impugnauit Iob de publica iniuſtitia & impietate, non autē de hypocriſi, ſimiliter & Baldach primo impugnauit eum de hypocriſi, non autem de publica iniuſtitia.

Quomodo conſideranda eſt impugnationum diſtinctio.

Con-

Cōſequenter Sophar primo impugnauit eum per inſcrutabilitatem diuinæ ſapientię: ſecundū quam credēdum eſſet, quòd minus puniebatur à Deo, quā peccata ſua exigerēt: ſed ex hoc nō excluditur, quòd quilibet eorū obiectionem alterius in ſuis dictis interponeret, quandoq; tanquam verum, ſicut cùm in diſputationibus cōtingit, quòd opponentes diuerſis viis impugnent reſpondentem, & tamen ipſi inuicem in omnibus impugnationibus concordent, præſertim in hoc libro, in quo non ſolū poëticę ſed metricę, vt dictum eſt procedi tur: & ſic vna ſententia pluries repetitur & ſæpe replicatur tam propria quàm aliena. Vnde ſi ſcrutatus fueris verba Iob in vltimo reſpōſionis ſuæ loco, ſcilicet cap. 27. & in ſequenti, ſcilicet 28. manifeſtè reperies, quòd ad tres impugnationes prædictas dirigit defenſionē ſuam. In eodē enim cap. prædictis impugnationibus per ordinē contradicit: vnde poſtquā omnes ſimul falſificat dicens: Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicē. conſequenter contra impugnationē primo per Elipham inuentam dicit: Iuſtitiam meam quam cœpi tenēre non deſeram, &c. Sit ſicut impius inimicus meus & aduerſarius meus quaſi iniquus. Ille enim cuius exteriora bona ſunt iuſta ſicut Iob, omnes ſui inimici dicūtur impij, tanquā impugnātes publicam iuſtitiā. Conſequē ter cōtra impugnationēBaldach dicit: Quæ eſt ſpes hypocritæ, &c, quaſi dicat: Nō debetis mihi imponere vitiū hypocriſis: ſcio enim quòd hypocrita nō poteſt habere veram ſpem, quę ex meritis & gratia habetur: quòd autem hypocrita nō habeat ex meritis ſpē, declarat, cū ſubdit: Cū auarè rapiat, &c. quòd autem ex gratia nō debeat ſpectare declarat dicens: Nunquid clamorem eius exaudiet Deus, &c. Et vt Iob ſuis aduerſariis oſtenderet, quòd erat immunis à prædictis duobus vitiis, ſcilicet publicis & occultis, quæ ſibi imponebantur ſubdit: Ecce vos omnes noſtis, & vt quid ſine cauſa loquimini: nouerant enim eius aduerſarij, quib⁹ cōuerſatio ſua nota erat, quòd nulla peccata exteriora habuiſſet, ſimiliter nec interiora: quia neceſſe eſt, vt per diuturnam conuerſationem, per exteriora opera interiora cognoſcantur. Vnde ſaluator de hypocritis dicit: Ex operibus eorū cognoſcetis eos & ideo ſuos aduerſarios inuocat in teſtes circa prædicta, cùm dicit: Ecce vos omnes noſtis, & vt quid ſine cauſa vana loquimini. Ad tertiā verò obiectionē, per quam vitam ſuā impugnabāt ex inſcrutabilitate diuinę ſapientiæ, ſecundū quam homo debet credere, quòd De⁹ iuſtè punit, licet cauſa punitionis in actibus humanis ab hominibus nō inueniatur: ad hoc reſpondet conſequenter in prædicto cap. ſcilicet 28. primo oſtendendo excellentiam ſapientiæ, quæ

Marginalia: Iob 27. & 28. a. 5. — *Reſponſio Iob ad impugnationes prædictas amicorum per ordinem.* — *Impugnatio contra Elipham.* — *Impugnatio contra Baldach.* — *Impugnatio contra Sophar, quæ multiplex eſt.* — Iob. 28. b. 13

Primo oſtendit ſapientia Diuina excellētiam. quæ intelligenda eſt diuina, quę incomparabiliter tranſcendit in precioſitate omnia precioſa dicens: Neſcit homo preciū eius, &c. *Secundo occultationem.* Secundo oſtendit occultationem eius cùm dicit: Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, &c. *Tertio quòd Deus ſolus nouit eam.* Tertio dicit, quòd ſolus Deus cognoſcit eam dicēs: Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locū illius. *Quarto eā docuit homines.* Quarto dicit, quòd Deus, qui illam ſcit, ſeu cognoſcit viam eius, docuit hominem quæ ſit illa ſapientia, prout ad gubernationem rerū humanarum pertinet, & de hoc dicit: Vidit illam, & enarrauit, &c. & ſequitur: Et dixit homini: Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligētia. Ex quibus colligitur ſufficiens reſponſio Iob, ad tertiam obiectionem ſupradictā, quæ ex magna profunditate ſeu ſapientia Dei in gubernatione humana procedebat, quæ quidem reſpōſio in hoc conſiſtit. Poſito enim, prout verum eſt, quòd diuina ſapientia excellit, cunctas res in precioſitate, prout in primo prę ſuppoſito. Secūdo poſito quòd illa diuina ſapientia ſit abſcondita ab omnib⁹ creaturis, prout in ſecundo præſuppoſito, etiam quòd ſolus Deus intelligit viam eius, prout in tertio præſuppoſito. Poſito etiam, quod Deus reuelauit homini, quòd timor Dei eſt ipſa ſapientia, ſcilicet quantum ad res humanas gubernandas, ſimiliter & recedere à malo ſit intelligentia. Conſequenter habetur, quòd non obſtante inſcrutabilitate ſeu profunditate diuinæ ſapientiæ quantū ad ſe, cū hoc tamen ſtat quòd ſciat quòd in rebus humanis gubernandis, timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia, prout patet ex diuina reuelatione per ipſum Iob allegata. Cùm autem de Iob teſtatur ſcriptura, quòd erat timens Deum, & recedēs à malo, Iob. 1. *Iob. 1. a. 2.* Sequitur vlterius quòd, nō obſtante inſcrutabilitate diuinę ſapientiæ, iudicandus erat rectus, & ſic non erat puniendus propter demerita ſua. Ex quibus omnibus diligenter conſideratis habes opinionē ipſius Iob, quæ vera eſt & catholica, ſcilicet quòd præmium iuſtorum & pœnę impiorū principaliter in alia vita conſiſtunt, non in vita præſenti: & ſic non ſequitur, quòd ſi aliquis in hac vita punitur, quòd ſit iniuſtus, ſicut ſi aliquis in hac vita proſperatur, non ex hoc ſequitur quòd ſit iuſtus, prout amici Iob falsè opinabantur.

Opinio Iob certiſsima, ſcilicet quod præmium iuſtorū & pœnæ impiorū principaliter in alia vita conſiſtunt.

Vnde Rab. Moyſ. qui ſententiam Iob tanquam hæreticam condēnauit, parte & cap. ſupradictis manifeſtè in hoc errauit. *Rab. Moyſ.* Habes etiam ex hoc opiniones amicorum eius, qui de ſecta Saducæorum, vt dictum eſt erant. *Error Rab. Moyſ. & Saducæorum.* Vnde ſimul conueniebāt in hoc, quòd totum præmium iuſtorum & pœna impiorū, in preſenti vita erat, non in alia, quam non credebāt. Ex quo firmiter æſtimabant concludere, quòd nullus in hac vita punie-

ſecundum opinionem aduerſariorum, quam ad incõueniens intẽdit deducere: quaſi dicat, hoc eſt quod dixi, ſcilicet, quòd ſi in hac vita tãtum totum præmium iuſtorum & pœna impiorum cõſiſteret, vt vos aſſeritis, ſequeretur, quòd innocentes & impij æqualiter à Deo punirentur: cũ tã iſti quã illi morte temporali, quæ maxima pœnarum temporaliũ eſt, cõſumantur: & quia ſecũdũ vos nulla pœna nec præmiũ hominis remanet in alia vita, ſequeretur, quòd Deus non iuſtè procederet in hominũ gubernatione. Et quia contra hoc poſſet dici, quòd pœna mortis eſt communis omnibus propter peccatũ naturæ, quod eſt cõmune, ad hoc videtur irrationabile, quòd innocentes, qui ex proprijs peccatis nõ ſunt rei, alias paterẽtur afflictiones prẹter mortẽ, cùm ſecundum vos nulla alia cauſa eſt, quare alicui infligatur pœna, niſi propter peccatũ propriũ: cõſtat autẽ innocentes pœnas pati in hoc mũdo, & ſic ſecundũ vos ſequeretur, quòd tales ſine cauſa punirẽtur, de quo ſubdit: & ſi flagellat, occidat ſemel, & nõ de pœnis innocẽtium irrideat. Idẽ dicendũ eſt ad aliã autoritatem Iob.21. vbi dicitur: Simul in puluere dormiẽt, &c. quia hoc dicit Iob ad confutandũ aduerſarios, qui tãtummodo in hac vita dicũt eſſe totalem pœnã impiorum, cũm tamẽ videmus, quòd aliqui impij continuè viuunt, & moriũtur in proſperitate temporali, & alij per oppoſitũ, qui tamẽ ſimul in puluere dormiunt, &c. quod eſſet contra diuinã iuſtitiam ſeu prouidẽtiam, niſi in alia vita iſta reducerentur ad veram iuſtitiã: & ſic Iob impugnat ſuos aduerſarios in huiuſmodi loquutionibus & ſimilibus, deducendo eos ad incõueniens, ex hoc quod futuram vitam negabant.

Iob.21. d.26.

CAPITVLVM IIII.

In quo arguitur contra prædictã reſponſionem, & ſoluuntur argumenta.

DISCIPVLVS.

Contra expoſitionem tuã de dictis ipſius Iob, ſupradict. Rab. Moy. & turba Talmudicorũ poſſent obiicere, ſic dicẽtes: Verba Iob planè intellecta, intelligi debent fuiſſe dicta de mente ipſius Iob non autem aduerſariorum: non enim dixit ſecundũ vos, innocẽtem & impium ipſe, ſcilicet Deus, cõſumit, ſed dicit ſimpliciter: Vnũ eſt quòd loquutus ſum, innocentem & impium ipſe conſumit. quòd planè ſonat hoc eſſe dictum de mente Iob. Cùm autem in expoſitione tua ſuperaddis, quòd hoc intelligitur ſecundum mentem aduerſariorum, hoc eſt extra textũ: vnde nec videtur talis ſenſus recipiendus, niſi aliqua ratio ſeu autoritas nos cogat ad hoc. Idem poſſet dici cõtra expoſitionem ſecundæ autoritatis ſupradictã.

Obiectio cõtra prædicta.

MAGISTER. Ex duobus cogimur exponere verba Iob in hac diſputatione eſſe fideliſſima

Iob verba ex duobus vera eſſe cõprobantur.

liſſima & vera, & ſpecialiter ea, quæ ipſe dixit circa futuram vitam & circa reſurrectionem. Primum eſt autoritas diuina, quæ falli non poteſt, quæ teſtatur, quòd Iob fuit loquutus coram Deo in illa diſputatione, non autem ſui aduerſarij. Iob vlt. Non eſtis loquuti rectum coram me, ſicut ſeruus meus Iob. prout ſupra fuit allegatum. Si enim Iob in ſua diſputatione cõtra ea, quę in fidei veritate continentur aliquid aſſeruiſſet, non potuiſſent prædicta verba verificari de loquutione ipſius Iob cum aduerſariis. Et vltra hoc notandũ eſt, quòd non dixit Deus ſolùm: Nõ fuiſtis loquuti rectum, ſicut ſeruus meus Iob: ſed addit. coram me. in quo denotatur, quòd verba Iob intellecta ſecundum intimam ſui intentionem, quæ nuda eſt & aperta coram Deo, fuerunt recta licet poſſint iudicari, ſicut ſonant aliter. Deus enim, qui ſolus nouit corda hominum, teſtatur quòd verba ipſius Iob recta fuerũt coram Deo: & ideo verba ſua, & ſi poſſunt dupliciter intelligi, oportet vt exponãtur eo modo, quo recta ſunt coram Deo, & hoc eſt quod nos cogit verba Iob exponere ſic, vt ſint recta coram Deo, & nõ aliter. Secundum verò, quod nos cogit ad prædictam expoſitionem eſt, quòd ex verbis Iob propriè intellectis nos oportet concedere, ipſum habere ſpem in aliam vitam, quod eſt manifeſtè conſonum fidei, & repugnans errori aduerſariorũ: Dicit enim Iob cap. 13. ſic: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo, veruntamẽ vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus, non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. In quibus verbis manifeſtè habetur, quòd Iob in hac vita exiſtens habebat ſpẽ, vt Deus ipſum ſaluaret poſt mortem, quod eſt manifeſtè contra errorem ſociorum, qui vitam futuram, & ſalutẽ omnino negabant. Vnde verba ſua alibi dicta, in quibus apparet, quòd ipſe pariſicat innocentem & impium, oportet vt intelligãtur non ſecũdum ſuam mentem, ſed ſecundum mentem aduerſariorũ, & vt inſinuaret quòd verba prędicta, ſcilicet: Si occiderit me in ipſo ſperabo, &c. dicta ſint ſecundum mentem propriam & nõ aliter: idcirco immediatè ante illa præmittuntur hæc: Tacete paulisper, & loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit, quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam leuo in manibus meis, etiam ſi occiderit me, &c. In huiuſmodi enim verbis ante præmiſſis duo exponuntur. Vnum eſt, quòd illud quod erat loquuturus ex propria mentis ſuggeſtione procedebat, & de hoc dicit: Tacete paulisper, & loquar quodcunque mihi mẽs ſuggeſſerit. Secũdum eſt, quòd omnia quę patiebatur tam in carne, quã in ſpiritu, ſuſtinebat propter ſpem futuræ ſalutis. Primũ patet per hoc quod dixit: Quare

Margin notes:

Iob vlt. a. 7.

Deus teſtatur verba Iob vera eſſe, &c.

Iob 13. b. 15. *Iob ſpem firmam habuit de futura vita.*

In prædictis verbis duo exprimuntur, ſcilicet, quæ ex propria procedũt ſuggeſtione, & quòd omnia quæ patiebatur ſuſtinebat propter ſpem futuræ ſalutis.

re lacero carnes meas dentibus meis. quod pertinet ad corporales pœnas. Secundum verò cùm dicit: Animam meam leuo in manibus meis. quod pertinet ad afflictiones intrinſecas animę: vnde declarans quare iſta ſuſtinebat, ſtatim ſubdit: Etiã ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. quaſi dicat, non ſolùm alias pœnas citra mortem, ſed etiam ipſam mortẽ, quæ eſt maxima pœnarum, præſertim cùm ſit violenta, quæ pertinet ad occiſionẽ, paratus ſum ſuſtinere propter ſpem ſalutis. Idem dicendum eſt ad ſecũdam autoritatẽ Iob 21. ſcilicet, quòd illa dicta intelligenda ſunt ſecundum mẽtem aduerſariorũ, quos vult ad incõueniens deducere, vt ſupra dictum eſt.

Iob 21.d.26

CAPITVLVM V.

In quo ponuntur quędam alia verba ipſius Iob, ex quibus arguunt ſupradicti Iob negaſſe reſurrectionem futuram: & ibidem ſoluuntur argumenta eorum, per veram expoſitionem verborum ipſius Iob.

DISCIPVLVS.

Svnt alia verba ipſius Iob, quæ manifeſtè videntur negare reſurrectionem futurã, vt cùm dicit cap. 14. Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, &c. Et infra in eodẽ contextu. Homo cùm dormierit nõ reſurget, donec atteratur cælũ non euigilabit, nec cõſurget de ſomno ſuo. In quibus verbis & ſimilibus manifeſtè patet, quòd Iob negabat reſurrectionẽ, nec valet dicere, quòd hæc dicebat ſecundum mentem aduerſariorum, nã ante prædicta verba ſic præmittit: Recede ergo paululũ ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat ſicut mercenarij dies eius. In quo loco Iob loquitur Deo ſupplicãs habere refrigeriũ pœnarum, cõſiderata breuitate vitæ humanæ: ad quod fortificãdum inducit differentiam inter durationem ligni & durationẽ hominis, eo quod lignũ poſt ſui præciſionem vireſcit, nõ autem homo poſt mortem, & ſic vult inducere Deum ad miſerendũ homini, propter breuitatẽ vitę ſuę, ex quo ad ipſam nũquam redit, lignum verò ſic. Vnde manifeſtum eſt ſecũdum ſeriem literæ, quòd hoc loquitur de mẽte ſua, non autem ſecundum mentẽ aduerſariorum.

Iob 14.b.7 Talmudiſtæ arguunt Iob negaſſe reſurrectionem.

MAGISTER. Hęc verba ipſius Iob, quæ allegas, intelligi poſſunt eſſe dicta de mẽte ipſius. Ad quod ſciendũ, quòd fuerunt aliqui antiqui, qui falſè aſſerebant, quòd homo poſt hãc vitam poſt magna temporis curricula, redeuntibus omnium conſtellationibus ſiderum, ſicut fuerant ante, tunc idem homo per naturã ſimiliter rediret ad vitã mortalem, & omnia officia, vel alia quęcũq; prius per ipſum fiebãt, vt puta quòd Plato legeret Athenis in eiſdẽ ſcholis, & eaſdẽ lectiones, ſicut ante dũ viuebat. Quę quidem opinio de reſurrectione

Fuerunt falſo aſſerentes quidam ex antiquis, quo dicebãt hominem poſt longa tẽporis curricula ad hanc vitam redire.

ctione eſt erronea & falſa. Nã ſecundũ Philoſophorũ doctrinã, ea quę corrũpuntur, nõ redeũt eod[em n]umero per motum ſeu mutationem, vt in ſecũdo de generatione. Eſt etiã cõtra veritatem fidei, ſecũdum quã reſurrectio creditur ſeu ſpectatur ad vitam glorioſam immortalẽ. Vnde Iob illã falſam reſurrectionẽ negat, quod patet ex hoc quod dicit: Lignũ habet ſpẽ, &c. Lignũ enim poſt ſui pręciſionẽ iterũ vireſcit in eadẽ vita, prout ad animã pertinet vegetatiuã, homo verò cũ dormit nunquã ad talẽ vitã reſurgit, ſed ad vitã immortalem, vt dictũ eſt. Vnde ex hoc Iob volebat inducere Deum, vt cõcederet ſibi refrigeriũ pœnarum in hac breui duratione, ex quo nunquam ad vitã ſimilem reſurgendus erat homo. Et ſic ex prædictis verbis non habetur, quòd Iob negaſſet verã reſurrectionẽ, quę per fidẽ habetur, ſed falſam reſurrectionem, vt dictũ eſt. Alij verò exponũt verba Iob prędicta, vt ex iis cõcludatur vera reſurrectio futura, dicentes: Quòd homo cùm ſit nobiliſſima creatura, inter corruptibiles creaturas, rationabile eſt, vt nõ ſit deterioris conditionis ligno, ſed cõſtat quòd ſi lignum fuerit præciſum iterũ producit ramos & germinat. De corpore autem hominis pręciſi à vita pręſenti, nihil tale videtur pullulare: & ideo ne homo ſit peioris conditionis ligno cõcluditur, quòd in homine ſit aliquid immortale, ſcilicet anima rationalis, cuius reſurrectio ſpectatur, & ſecundum hoc exponunt illud: Lignum habet ſpem, &c. ſic quod per modum perſuaſionis rethoricæ, ſecundum quem proceditur in hoc libro, Iob reſurrectionem veram cõcludit. Vnde ex prædictis verbis Iob in hoc loco, non habetur ipſum à fide reſurrectionis deuiaſſe, exponendo ea aliquo prędictorum modorum, ad quod cogimur non ſolùm autoritate diuina ſupradicta teſtante Iob recta fuiſſe loquutum, ſed etiã ex dictis ipſius Iob reſurrectionem veram teſtantibus. Vnde in 19. cap. volens de myſterio reſurrectionis loqui, quod eſt de maximis ſeu difficilioribus inter credibilia, vt redderet auditores attentos præmittit: Quis mihi tribuat, vt ſcribãtur ſermones mei & exarẽtur, in libro ſtilo ferreo aut plũbi lamina vel ſcelte ſculpãtur in ſilice? Et declarans, quę ſint illa tã magna & ardua, quæ peteret ſcribi, modo prædicto ſubdit dicens: Scio, quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ ſaluatorem meum, &c. quæ verba propriiſſimè exponuntur de reſurrectione futura, quã expreſſè ſanctus Iob in hoc profitetur: & ideo oportet, quòd cùm alibi de hac materia loquatur, ipſius verba ſic exponantur, vt huic ſuæ veræ profeſſioni concordent.

Ariſto. 2 de genera.

Expoſitio verborum Iob.

Alia expoſitio verborũ Iob de vera reſurrectione hominis.

Iob. 19. d. 25.

Expreſſè ſanctus Iob reſurrectionem generalem ponit.

CAPITVLVM VI.

In quo ponuntur quædam verba Dei ad ipſum Iob, ex quibus apparet, quòd Iob loquebatur cõtra iuſtitiam diuinam: & ibidem exponuntur verba prædicta, ſic vt ex iis non intelligatur Iob fuiſſe loquutum in derogationem diuinę iuſtitię.

DISCIPVLVS.

SVfficiunt mihi prædicta ad oſtendendũ, quòd Iob credebat futuram vitam, in quã ſpectatur iuſtorum præmium, vt verba ſua ſupra allegata. 13. c. Et ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. teſtantur. Similiter, & quòd credebat reſurrectionem futurã, vt patet ex autoritate per te vltimo allegata, ſed video quòd De⁹ ipſum Iob condemnauit ſeu repręhendit in ſuis reſponſionibus in duobus locis. Primo vbi dicit: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Secundo legitur Iob 40. Nunquid irritum facies iudiciũ meũ, & condẽnabis me, vt tu iuſtificeris, ex quibus patet ſecundum veritatẽ diuinæ ſentẽtiæ, Iob non ſolũ fuiſſe loquutum ſermones imperitos, ſententias inuoluendo, ſed etiam in derogationem diuinæ iuſtitiæ, quòd manifeſtè patet cũ Dñs alloquens ſibi dixit: Condẽnabis me, vt tu iuſtificeris. Peto igitur vt mihi declares, quomodo verba prædicta poſſunt concordare, cũ verbis Dñi perṗte allegatis, Iob vlt. vbi dicitur: Non fuiſtis loquuti rectum corã me, ſicut ſeruus meus Iob.

Iob. 13. b. 15.

Arguit quòd Deus reprehendit Iob in duobus.

Iob. 38. a. 1.

Iob. 40. a. 3.

Iob. vlt. a. 8.

MAGISTER. Verba Domini, quę primo allegas, ſcilicet: Quis eſt iſte inuoluẽs ſentẽtias ſermonibus imperitis. ſi rectè exponantur intelligũtur de Helui eſſe dicta, non autẽ de Iob, prout infra Deo dante, ſi de mente ipſius Helui tractabitur erit manifeſtum. Ad verũ autem intellectum ſecundæ autoritatis, quam allegas attendere debes, quod quia aduerſarij Iob cõmuniter aſſerebant, quòd erat punitus in vltionẽ ſuorum delictorũ, quòd erat falſum, vt patet ex hiſtoria ipſius Iob, in qua ante huiuſmodi diſputationem præponitur, quòd Deus dixit ipſi ſathan, qui ipſum Iob permiſſione diuina affligebat. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei in terra, vir ſimplex, & rectus, & timens Deum ac recedens à malo, & adhuc retinẽs innocentiam ſuam. Tu atem cõmouiſti me aduerſus eum, vt affligerem illũ fruſtra. Ex quo patet manifeſtè, quòd Iob non erat afflictus propter demerita ſua. Et ideo Iob volẽs excludere falſam impoſitionem ſuorũ aduerſariorum, ſuam iuſtitiam cõmendabat in tantũ quòd petebat diſputare cũ Deo, quod aliis videbatur redũdare in derogationẽ diuinæ iuſtitiæ. Circa quod notare debes, quòd ſi contingat cõtentio ĩter duos æquales, nõ eſt repræhenſibile ſi alter eorũ à culpa ſe expurget, etiam ſi ex hoc alter culpabilis in hominum opinione videatur: quia homo plus

Expoſitio primæ autoritatis.

Expoſitio ſecundæ autoritatis.

Iob nõ fuit afflictus ob demerita ſua, vt aduerſarij opinabãtur. & vt hanc eorum opinionẽ excluderet, ſuam iuſtitiam cõmendabat.

plus ſe diligit naturaliter, quàm alium. Sed cùm inter Deũ & hominem ſit diſtinctio infinita, in quacũq; perfectione potius debet homo pati, vt in ſe culpa iniuſtè referatur, quã quòd in Deo putetur eſſe iniuſtitia & ideo, Dñs ad arguendũ Iob de cõmendatione indiſcreta ſuæ iuſtitiæ, proponit excellentiam Dei ſuper homines, quæ quidẽ excellentia in verbis prędictis manifeſtatur. Vnde autoritas illa quam allegas: Nunquid irritum facies iudicium meum. intelligitur ſic. quaſi dicat: Nunquid ſic iuſtitiã tuam cõmendas, vt irritũ, ideſt non rectum facies videri iudiciũ meum, ſic enim commendas iuſtitiam tuã, quòd ego apud alios videar condemnabilis, & hoc eſt quod dicit: Cõdemnabis me, vt tu iuſtificeris? Vnde ex verbis ſupradictis Dei ad ipſum Iob manifeſtum eſt, quòd non reprehendit eum de hoc, quod prouidentiam Dei negabat circa homines, vt Rabbi Moyſes, erroneè exiſtimauit, ſed ſolũ de hoc quod ſe iuſtificabat indiſcretè, in tãtum quod hoc poſſet referri in derogationem diuinæ iuſtitiæ, de qua incauta loquutione, ſeu iuſtificatione indiſcreta Iob pœnituit. Vnde poſtquam reprehenſionem Domini audiuit, in fine concludit: Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Dei excellẽtiam oſtendit Dñs, ad arguendum Iob de commendatione indiſcreta ſuæ iuſtitiæ.

Expoſitio autoritatis.

Deus nõ reprehendit Iob, eo quod prouidentiam Dei circa homines negaret.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtenditur, quòd ex hoc quod Iob natiuitatẽ ſuã et cõceptionẽ ſuã, et hmõi maledixiſset, & etiã vitã propriã dicebat ſe abhorrere, nõ derogatur perfectioni ipſius Iob, ſeu ipſius virtuoſę patiẽtiæ: nã talia ſecũdum partẽ inferioris rationis dici intelligenda ſunt, non autem ſecundum partem ſuperioris rationis.

DISCIPVLVS.

SI Iob prout tu doces tãte perfectionis erat, quòd etiã ſi flagellatio ei inflicta à Deo, vſq; ad mortem incluſiuè attingere, adhuc in ipſo remaneret vera ſpes in Deo, prout verba per te ſupra allegata ſonare vidẽtur, cũ dicit: Et ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Iob 13. quomodo ergo vir tã Iob.13.b.15. tæ perfectionis per amiſſionẽ rerũ temporalium, & etiã per afflictionẽ corporis ſui in tantã incideret triſtitiã ſeu anxietatẽ, vt conceptionem ſuã, & natiuitatẽ malediceret, & etiam vitam propriã abhorreret? quę quidẽ pertinent ad vitę perfectionẽ ſeu ad virũ perfectum, in quo ſpes futurę vitę cõſiſtit. Secundũ enim doctrinã Apoſtoli: Non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futurã vitã, quę reuelabitur in nobis. Rom. 8. Incõueniens igitur Rom.8. d.18. eſt, quòd vir iuſtus nõ ex peccatis propriis, ſed ad meriti ſui augmentũ flagellabatur, ſicut erat Iob, prout ex ſupradictis patet, quòd vitã ſic abhorreret, vt appeteret nunquam fuiſſe ſub hac luce, quod tamen Iob appetebat, vt patet in 3. cap. Iob.3.a.3.

Arguit Iob fuiſſe impatientem Deũ cõceptionis, & natiuitatis maledicendo.

MAGISTER. Ex hoc

Iob. conceptionem & natiuitatem ſuam maledicendo nõ fecit aliquid perfectioni ſuæ repugnans.

quod Iob ſuam conceptionẽ & natiuitatem, & huiuſmodi maledicebat,& ex quibus odibilẽ vitam ſuam demõſtrabat,nõ ſequitur aliquid perfectioni ſuæ repugnans.Chriſtus enim,qui ſuper omnes ſanctos perfectionem vitæ humanæ attingit,legitur de morte ſua futura triſtari,dixit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.Matth.26. Cuius ratio eſt.Nam ratio inferior humana, quæ ſenſitiuam partem ſequitur (quę quidem ſenſitiua nihil ad finem refert) talis ratio abhorret illud quod ſenſui repugnat. Ratio verò ſuperior illa,quæ ſecundum partem ſenſitiuam odibilia ſunt(ſi tamẽ referantur ad finem bonum) talia acceptat vt bona, ſicut patet de potione amara, quæ licet ſecũdũ ſenſum horrida eſt & odioſa,cùm autẽ refertur ad ſanitatem conſequẽdam, eſt ſecũdum rationem valdè accepta.Vnde Chriſtus diſpoſitionem ſenſitiuę partis circa imminentem paſſionem oſtẽdens, triſtitiam ſuam de paſſione declarauit,quam quidem paſſionem ſecũdum rationẽ ſuperiorem ſemper acceptauit:ſimili modo dicẽdũ eſt de Iob,quòd licet flagella ſua,& afflictiones patiẽter ſuſtinebat,reddens pro eis Deo gratias:vnde poſtquã ei omnia aduerſa aduenerunt,dicit: Dñs dedit, Dñs abſtulit, ſicut Dño placuit ita factũ eſt,ſit nomen Dñi benedictũ.nihilominus tamẽ ſecundũ diſpoſitionẽ ſenſitiuę partis,quam ratio inferior ſequitur

Chriſtus cõtriſtatus eſt de morte ſua.
Matth.26. d.38.

Sicut Chriſtus ſecundũ rationem ſuperiorẽ paſſionem acceptauit: ita quoque Iob licet ſecundũ inferiorem partem flagella abhorrebat,ſecundum tamen ſuperiorem partem acceptabat cum gratiarũ actione.

valdè dolebat & anxiabatur de huiuſmodi aduerſitatibus : ad quã diſpoſitionem oſtendendã dicebat: Pereat dies in qua natus ſum,&c. oſtendendo quòd ſecundum huiuſmodi diſpoſitionem vita ſua erat odibilis & oneroſa.Vnde verba Iob in hoc loco nõ ſunt intelligenda,tanquã verba impatiẽtis,ſed tanquã hominis paſſiones ſuas ſenſitiuas exprimentis,& ſecundũ eas de ſe loquentis:ſicut etiã & Hieremias,qui ſanctificatus in vtero legitur fuiſſe Hier.1. nihilominus tamẽ ſuperuenientibus ſibi tribulationibus ſeu perſequutionib⁹ magnis,maledixit non ſolũ diei natiuitatis,ſed etiã viro denunciantí patri ſuo natiuitatem ſuã. Hier.20.vt oſtenderet ſe eſſe in tantis miſeriis,quòd vita ſua ſecũdum inferiorem rationẽ,quã homines vt plurimum ſequuntur,odibilis erat & oneroſa.

Sic quoque Origenes exponit.

Hieremias quoque maledixit natiuitatis ſuæ diem.

Hier.20. d.15.

DISCIPVLVS. De Chriſto triſtitiã oſtẽdente imminẽte tẽpore paſſionis nemo rationabiliter dubitare poſſet,quin hoc eſſet ſecundũ ſenſitiuã partẽ humanã,quã ad oſtendendũ humanitatis veritatẽ fieri oportebat, Chriſtus tamẽ magna ſigna oſtẽdit, in quibus manifeſtabatur, quòd ipſe paſſionẽ ſuã acceptabat,vt cũ eam futuram ſæpiſſimè ſuis diſcipulis prędixit,& crucifigẽtibus occurrit,& diſcipulũ increpauit,dicens:Calicẽ quẽ dedit mihi pater non vis,vt bibam illum.Ioann.18.Hierem. etiam, vt oſtẽderet quòd verba illa,in quibus

Chriſtus & Hieremias magna ſigna oſtenderunt,quibus ſuas acceptabant paſſiones,non autem ſic videtur de Iob.

Ioã.18.b.11.

quibus maledicebat virum, qui ſuam natiuitatem denũtiauit, nõ ſecũdum rationem ſuperiorem dicebãtur, eiſdem verbis immediatè ante præmiſit: Cantate Domino. Laudate Dñm. quia liberauit animam pauperis de manu malorum. in quibus verbis ſatis oſtendebat, quòd ad laudem & honorem Dei aduerſitates ſuas, cum cantu & gaudio offerebat, quòd intelligẽdum eſt ſecundũ rationem ſuperiorẽ, ſed de Iob, qui ſimpliciter maledicebat natiuitatem & vitam & huiuſmodi, ſcire vellem ſi ex dictis ſuis ſeu ex hiſtoria propria oſtendi poſſet, quòd hæc non ſecundum ſuperiorem rationem ab eo dicebantur.

Iob. ſecundũ ſuperiorem partem animæ plagas ſuas cũ gratiarum actione ſuſcepit.

MAGSTER. Quod autẽ Iob tribulationes, ſeu plagas ſuas ſecundum cõſiderationem ſuperioris partis animæ, quæ rationem ſequitur, patiẽter ſuſtinuiſſet, ſatis habetur ex dictis, nã poſt omnia aduerſa, quę ei aduenerũt, vxori eũ ſubuertere volẽti, dixit: Si bona ſuſcepimus de manu Dñi, mala autẽ quare non ſuſtineamus? Ex quo patet, quòd ſecũdum ipſum æquinimiter ſuſcipienda ſunt huiuſmodi bona & mala, quę à Deo dantur, ſeu infligũtur: vnde omnibus aduerſitatibus ſuſceptis, in benedictionem Dei omnia terminauit, dicens: Sit nomẽ Dñi benedictũ. Et ideo tanquã diſputationem inferioris rationis ſuæ ſenſitiuã partẽ ſequẽtis vt exprẹſiſſet, nõ tãter prẹmittitur in litera: Poſt hęc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuæ. quaſi dicat: Poſtquam Iob ex plagis & anxietatibus, ſibi illatis Deum benedixit, quod intelligendũ eſt ſecũdum rationem ſuperiorẽ, poſtea maledixit diei, &c. ad oſtendẽdum inferioris rationis diſpoſitionẽ. Vnde ex prima benedictione, ſcilicet Dei & ſequenti maledictione natiuitatis & conceptionis, &c. ſatis habetur diſtinctio ſupradicta. Item ex hiſtoria Iob, in huiuſmodi tẽtatione ſatis innuitur propoſitũ. Nã vt ait magiſter in ſecũdo diſt. 4. talis nũc in homine tẽtationis ordo eſt & progreſſus, qualis tũc in primis præceſſit parentibus.

Magiſter ſent. diſt. 8. in 4. lib.

Vt enim ſerpens tunc mulieri malum ſuaſit, ipſaq; conſenſit, deinde viro ſuo dedit, & ſic conſumatum eſt peccatũ: ita & nunc in nobis pro ſerpente eſt ſenſualitatis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro viro ſuperior rationis portio. Hæc ille.

Tentationis ordo talis nunc eſt in hominibus, qualis tunc fuit in peccato Adæ.

Attende igitur diligenter, quòd in tentatione parentum, in qua conſumatum eſt peccatum per ſerpentẽ, mulier, & per mulierem vir, prolapſi ſunt, & ſic peccatum perfectè cõſumatũ eſt, per lapſum viri, qui ſuperiorẽ rationem deſignat, non ſic in tentatione ipſius Iob. In tentatione enim Iob mulier perſuaſa fuit à ſerpente, ſeu a ſathana tentante, in tantum quod viro dixit, ipſum intendens à rectitudine declinare: Adhuc retines innocentiam tuam, &c. Iob 2. ſed vir mulierem

Tẽtatio Iob in hoc differt à tentatione Adæ, quòd Adã nõ obiurgauit vxorem, Iob vero ipſam exprobrauit.

lierem exprobrauit, dicens ei: Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es: ſi bona ſuſcepimus, &c. Ex qua hiſtoria tentationis Iob, vir, ſcilicet ſuperior ratio, nõ cõſenſit in peccato, licet mulier per quam inferior ratio intelligitur conſenſiſſet: quẽ quidem mulieris conſenſum, Iob in ſua prima propoſitione exprimere volens, dicit: Pereat dies, &c. quod exponendũ eſt de motu inferioris partis rationis, vt ſupra dictum eſt, non autem ſuperioris. Et circa hoc conſidera, quòd licet omnia, quæ erant ipſius Iob pręter animam Deus dedit in manu ipſius ſathan, vt patet in 2. cap. per quam poteſtatẽ permiſſiuam ſathã, ad omnia ipſius Iob deſtruenda proceſſit, vſque ad filios & filias, & etiam corpus proprium, vt in hiſtoria patet: non tamen ſathan nocere mulieri legitur, retinuit enim eã illæſam, vt eſſet inſtrumẽtum ad ſeducẽdum virum, ſcilicet Iob, quod quidem inſtrumentum expertus fuerat fuiſſe ſufficiens in ſubuerſione Adæ, vt patet Geneſ. 3. ſed in hac tentatione Iob ſathan hoc nõ potuit obtinere, etiam per dictum inſtrumẽtum, ſcilicet per mulierem, eo quod ratio ſuperior, quæ per virũ deſignatur, ſemper remanſit illæſa, & ſic prædicta expoſitio non ex ſolùm verbis Iob, ſed etiã ex ipſo intellectu ipſius hiſtoriæ, confirmatur.

Expoſitio dicti Iob: Pereat dies. c. 3.

Iob. 2. c. 9.

Nota quòd licet ſathan omnia ipſius Iob deſtruxerat, non tamen mulieri nocuit, quia inſtrumentum diaboli erat

Gen. 3.

CAPITVLVM VIII.

In quo ponitur quædam obiectio contra ea quę dicta ſunt in pręcedenti capitulo, & ibidem ſoluitur.

DISCIPVLVS.

SI prædicta verba Iob in maledictione diei natiuitatis & huiuſmodi ſolùm intelliguntur, prout tu exponis, ſcilicet, quòd fuerunt dicta tantummodo ſecundum inferioris partis rationem, non autem ſecundum ſuperiorem, inconueniens videtur, quòd amici Iob, cũ eſſent ſapientes, & literati viri, cõtradixiſſent ipſi Iob tali modo loquenti: debuiſſent enim ſcire paſſionis afflictiuas triſtabiles eſſe ſimpliciter, ſecundum ſenſitiuam partẽ: vnde ſecundum hoc tota diſputatio contra Iob videtur procedere in æquiuoco: nã amici Iob nituntur oſtẽdere, quòd ipſe ex impacientia, tanquã loquens ex erronea ratione, blaſphemiã incurriſſet, quod tamen Iob ſecũdum te, hoc loqueretur ex ſolo motu inferioris rationis.

Obiectio cõtra prædicta & eſt Nicolai de Lyra contra ſanctũ Tho.

MAGISTER. Expoſitio mea ſupradicta eſt S. Thomę ſuper Iob, cõtra quam Nicolaus in poſtilla arguit, opponẽdo prędictam tuam obiectionem, quæ quidem obiectio, ſi bene conſideras, non videtur valere. Nam Iob & amici eius, principaliter diſputabant circa hoc quod Iob credebat ſeu dicebat, ſe eſſe flagellatum ſine culpa, amici vero quia exiſtimabant falsè, quòd nulla

Status cauſe, circa quã diſputabant Iob & amici ipſi.

nulla alia vita eſſet niſi præſens. Conſequenter habebant aſſerere, quòd nullus patitur pœnam in hac vita, niſi propter peccatũ proprium: vnde oportebat eos dicere, quòd Iob erat flagellatus in pœnam ſui & ſuorum, vt patet ex proceſſu huius diſputationis: vnde eorum diſputatio non erat in æquiuoco, vt obiectio tua ponit, quæ eſt poſtillatoris, ſed de directo huiuſmodi diſputantes ſibi inuicem contradicebant. Diſputabant enim ſub hoc titulo quæſtionis, ſcilicet vtrum Iob fuiſſet iuſtus temporæ ſuæ flagellationis an non: in qua quæſtione Iob tenebat partem affirmatiuam, aduerſarij verò negatiuam. Vtrum autem Iob exprimens vitam ſuam eſſe odibilem ſecundum partem ſenſitiuã, prout mea expoſitio, quæ S. Thomę eſt, ponit, an eſſent dicta ſecũdum ſuperiorẽ rationẽ, hoc nõ eſt de principali materia quæſtionis, vnde nec amici de hoc curabant, ſed ſolùm de impugnando iuſtitiam ipſius Iob.

Titulus diſputationis Iob & amicorum.

Replicat cõtradicta.

DISCIPVLVS. Indica mihi vnde habebãt amici Iob, quòd ipſe credebat ſeu exiſtimabat ſe eſſe iuſtum, vt hoc intẽderent principaliter impugnare, prout tu dicis: non enim video Iob hoc dixiſſe ſeu aſſeruiſſe antequã Eliphas, qui primus fuit inter impugnãtes, loqueretur. Vnde videtur, quòd titulus quæſtionis principalis huius diſputationis non fuiſſet circa iuſtitiam ipſius Iob prout tu dicis.

MAGISTER. Quòd crederet ſeipſum ſine culpa fuiſſe flagellatum, potuerunt amici ſui percipere, tum ex eorum cõuerſatione cum ipſo antiqua. Iſti enim tres viri, qui ad conſolãdum eum venerant, vnuſquiſq; de loco ſuo, vt habetur Iob. 2. præſumendum eſt, quòd erant noti ipſi Iob, & ſciebant vitam & conuerſationem ſuã. Tum quia ex iis verbis, quæ Iob dixerat: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autẽ, quare non ſuſtineamus. poſſet intelligi, quòd ſi cut bona frequẽtèr dãtur à Deo ſine meritis, ita & mala pœnalia darẽtur à Deo ſine culpa: æqualiter enim dicebat bona & mala à Deo dari: tũ quia ex hoc ꝙ Iob tã ardenter procedebat in maledictionẽ ſuæ natiuitatis, & huiuſmodi rationabiliter præſumebatur, quòd Iob credebat ſe eſſe flagellatum ſine culpa: quí enim ex culpa propria punitur, non tantum procedit in querulosas proclamationes, tũ quia Iob in prima ſua reſpõſione cap. 3. dixerat de ſe: Viro cuius abſcondita eſt via: quod veriſimiliter intelligebatur, eo quod ipſe ſe incedere credebat per viam iuſtitiæ, prout erat verum, & tamen cõtingebant illi miſeriæ magnę, ſicut impiis ſæpe contingunt, & ſic eius via erat eis abſcõdita: vnde ex prædictis amici percipientes, quòd Iob crederet ſeipſum ſine culpa eſſe flagellatum, proceſſerũt ad impugnationem ſuę iuſtitiæ quilibet ſecũdum modũ ſuum:

Amici Iob potuerunt illũ cognoſcere multum ex multis. Iob.2.c.11.

Iob.3.d.23.

ſuũ: quod patet in proceſſu diſputationis eorum, in quo quilibet eorum conabatur impugnare iuſtitiam ſecundum modum proprium cuiuſlibet eorum.

CAPITVLVM IX.

In quo declaratur conuenientia amicorum Iob in ipſius impugnatione & diſtinctio eorum inter ſe.

DISCIPVLVS.

VIdeo quòd iſti tres communiter conabantur impugnare iuſtitiam ipſius Iob: ſed nõ video aliquã diſtinctionem inter impugnationes eorũ, ſic vt quilibet teneat proprium modum in huiuſmodi impugnatione: & de hoc peto à te aliam declarationem.

Tres amici Iob erãt de ſecta Saducæorum, & omnes ſub prætextu diuinæ iuſtitiæ, iuſtitiã Iob impugnabat vnuſquiſque ſecũ dum ſuũ modum.

MAGISTER. Sicut iã tibi dixerã iſti tres de ſecta ſunt Saducęorum, ponentium totum præmium iuſtorum & pœnã impiorum in hac vita tantũ: & ideo omnes conueniunt in impugnatione iuſtitię ipſius Iob, erroneè eſtimantes, quòd non poſſet aliter diuina iuſtitia ſaluari, quod oportebat eos dicere ſecũdum falſum præſuppoſitũ ſuum ſupra dictum. In hac tamen impugnatione quilibet eorum trium inuenit primo vnũ modum ad ſaluandum iuſtitiã diuinam, quãdo cõtingit, quòd aliquis qui ſecundum famam cõmunem eſt iuſtus punitur, quòd patet diligenter eorũ dicta ſcrutãti. Eliphas enim qui primo loquutus eſt iuſtitiam

Eliphas impõebat Iob publicas iniquitates.

ipſius Iob impugnabit, imponẽdo ei publicas iniquitates ſeu iniuſtitias: vnde in prima ipſius propoſitione, dicit: Recordare obſecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti delecti ſunt. Iob. 4. Ex quo patet, quòd ſecundum eum, ex quo Iob ſic affligebatur ſequebatur, quòd non erat innocens nec rectus: & infra ipſe Eliphas cap. 22. dicebat ipſi Iob: Nonne propter malitiam tuam & infinitas iniquitates tuas, abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus, &c. vbi multa publica peccata attribuit ei, ad crudelitatem & auaritiam pertinentia. Baldach verò iuſtitiam Iob impugnabat, nõ ſic opponẽdo ei publicas malitias ſed occultas, ſic quòd ſecundum eũ licet opera Iob exteriora bona apparerent, quia tamen occultè non rectam ſed peruerſam haberet intentionem, idcirco ei contingebant mala: vnde in 8. capi. Baldach imponebat ipſi Iob vitium hypocriſis dicens ſic: Viæ hominũ, qui obliuiſcuntur Deũ & ſpes hypocritæ peribit. Arguebat enim in ipſo eſſe hypocriſim ex aduerſitatibus ſibi eueniẽtibus, licet exteriora ſua opera fuiſſent bona: vnde ad prædicta verba ſic præmiſit: Nunquid vireſcere poteſt ſtirps abſq; humore. quaſi dicat: Ex hoc quod tu non vireſcis, ſequitur quòd non habes humorem intrinſecus, quod intelligitur de humore charitatis, per quem homo

Iob. 4. b. 7.

Iob. 22. a. 5.

Baldach impugnat Iob, ex occultis iniquitatibus.

Iob. 8. c. 13.

Secundum mentem Baldach, bona temporalia ſunt præmia virtutis.

Iob.1.b.10.

mo ſecundum veritatẽ vireſcit
in virtutibus ſecundum Baldach
in bonis tẽporalibus, quę ſecun-
dum eum ſunt præmia virtutis:
& quia iis tẽporalibus bonis ma-
nifeſtè carebat Iob, idcirco con
cludebat ipſum eſſe hypocritã:
& in hoc Baldach concordabat
cũ ſathan. Cùm enim Dñs dixiſ-
ſet ſathan de Iob, quòd erat ſim
plex & rectus & timẽs Deũ, &c.
ſathan reſpondit: Nunquid fru-
ſtra Iob timet Deũ, &c. quaſi di-
cat: omnia bona quę Iob facit nõ
procedunt ex recta intentione,
ſed ſolũ vt bona tẽporalia ei con

Sophat impugnabat iuſtitiam Iob, ex diuinæ ſapientiæ profunditate.

ſerues. Sophat autem & ſi non
attribuebat Iob aliqua publica
peccata nec etiã hypocriſim, im
pugnabat attamẽ iuſtitiã ipſius
Iob, ex profunditate diuinæ ſa-
pientię, ſecũdum quã Deus mũ-
dum gubernat, dicens: Vtinam
Deus loqueretur tecum & ape-
riret labia ſua tibi, & oſtenderet
tibi ſecreta ſapiẽtiæ, & intellige
res, quòd multo minora patiaris
ab eo quàm meretur iniquitas
tua. quaſi licet ego neſcirẽ oſtẽ-
dere tibi peccata tua publica
ſeu occulta nec fortè tu ipſa ſcis,
nihilominus tamen ſi Deus tecũ
loqueretur oſtẽderet tibi ſecre
ta ſapientiæ ſuæ, & intelligeres,
quòd multo minora exigaris ab
eo quàm meretur iniquitas tua:
hoc eſt dicere, quòd te punit ci
tra condignum.

DISCIPVLVS. Hęc diſtin
ctio quam ponis inter impugna-
tiones, quas amici Iob cõtra eũ
oppoſuerunt, licet ſit rationabi-
lis, & in Dictis eorũ fundata, non
tamen ſic videtur præciſa, quòd
impugnatio vnius non tangatur
per alium. Hypocriſis enim quã
Baldach imponit ipſi Iob, etiã Eli

Eliphas ſimiliter imponit, id quod Baldach de hypocriſi.

phas ſimiliter facit, qui in 15. c. di
cebat Iob: Cõgregatio hypocri
tę ſterilis. vbi notans eum de hy
pocriſi cauſam ſterilitatis ſeu

Iob.15.d.34

perditionis bonorum ſuorũ hy-
pocriſi attribuebat. Sophat etiã
ipſi Iob dicebat 20. c. Hoc ſcio à

Iob.20.a.4.

principio, ex quo poſitus eſt ho
mo ſuper terram, quòd laus im-
piorũ breuis ſit, & gaudium hy-
pocritę ad inſtar puncti. Ex quo

Sophat etiã calũniatur Iob de hypocriſi.

patet, quòd ipſe imponebat Iob
peccatum hypocriſis, ſecũdum
quod dicebat proſperitates ſuas
fuiſſe momẽtaneas, ſeu cito tráſ-
ituras. Ex quibus & aliis quæ in
dictis amicorũ Iob poſſunt inue-
niri, videtur quòd diſtinctio tua
non ſit præciſa, vt dictum eſt.

Quomodo conſideranda eſt impugnationum diſtinctio.

MAGISTER. Cõcedo
tibi, quòd diſtinctio tua ſupradi-
cta de impugnationibus amico-
rũ Iob contra eũ, non eſt ſic prę-
ciſa, vt vnuſquiſq; ſociorum po-
nat impugnationẽ ſuã tantum, &
nunquã tangat impugnationem
alterius: ſed cõſideranda eſt præ
dicta diſtinctio ſic, vt vnus ſocio-
rũ quandã primo inuenit impu-
gnationẽ, & deinde alij illã ean-
dẽ inter ſua quãdoq; reputãt, vt
puta, quòd Eliphas primo impu
gnauit Iob de publica iniuſtitia
& impietate, non autẽ de hypo-
criſi, ſimiliter & Baldach primo
impugnauit eum de hypocriſi,
non autem de publica iniuſtitia.

Con-

Cõſequenter Sophar primo impugnauit eum per inſcrutabilitatem diuinæ ſapientię: ſecundũ quam credẽdum eſſet, quòd minus puniebatur à Deo, quã peccata ſua exigerẽt: ſed ex hoc nõ excluditur, quòd quilibet eorũ obiectionem alterius in ſuis dictis interponeret, quandoq; tanquam verum, ſicut cùm in diſputationibus cõtingit, quòd opponentes diuerſis viis impugnent reſpondentem, & tamen ipſi inuicem in omnibus impugnationibus concordent, præſertim in hoc libro, in quo non ſolũ poëticę ſed metricę, vt dictum eſt procedítur: & ſic vna ſententia pluries repetitur & ſæpe replicatur tam propria quàm aliena. Vnde ſi ſcrutatus fueris verba Iob in vltimo reſpõſionis ſuæ loco, ſcilicet cap. 27. & in ſequenti, ſcilicet 28. manifeſtè reperies, quòd ad tres impugnationes prædictas dirigit defenſionẽ ſuam. In eodẽ enim cap. prædictis impugnationibus per ordinẽ contradicit: vnde poſtquã omnes ſimul falſificat dicens: Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicẽ. conſequenter contra impugnationẽ primo per Elipham inuentam dicit: Iuſtitiam meam quam cœpi tenere non deſeram, &c. Sit ſicut impius inimicus meus & aduerſarius meus quaſi iniquus. Ille enim cuius exteriora bona ſunt iuſta ſicut Iob, omnes ſui inimici dicũtur impij, tanquã impugnãtes publicam iuſtitiã. Conſequẽter cõtra impugnationẽ Baldach dicit: Quæ eſt ſpes hypocritæ, &c, quaſi dicat: Nõ debetis mihi imponere vitiũ hypocriſis: ſcio enim quòd hypocrita nõ poteſt habere veram ſpem, quę ex meritis & gratia habetur: quòd autem hypocrita nõ habeat ex meritis ſpẽ, declarat, cũ ſubdit: Cũ auarè rapiat, &c. quòd autem ex gratia nõ debeat ſpectare declarat dicens: Nunquid clamorem eius exaudiet Deus, &c. Et vt Iob ſuis aduerſariis oſtenderet, quòd erat immunis à prædictis duobus vitiis, ſcilicet publicis & occultis, quæ ſibi imponebantur ſubdit: Ecce vos omnes noſtis, & vt quid ſine cauſa loquimini: nouerant enim eius aduerſarij, quib⁹ cõuerſatio ſua nota erat, quòd nulla peccata exteriora habuiſſet, ſimiliter nec interiora: quia neceſſe eſt, vt per diuturnam conuerſationem, per exteriora opera interiora cognoſcantur. Vnde ſaluator de hypocritis dicit: Ex operibus eorũ cognoſcetis eos, & ideo ſuos aduerſarios inuocat in teſtes circa prædicta, cùm dicit: Ecce vos omnes noſtis, & vt quid ſine cauſa vana loquimini. Ad tertiã verò obiectionẽ, per quam vitam ſuã impugnabãt ex inſcrutabilitate diuinę ſapientiæ, ſecundũ quam homo debet credere, quòd De⁹ iuſtè punit, licet cauſa punitionis in actibus humanis ab hominibus nõ inueniatur: ad hoc reſpondet conſequenter in prædicto cap. ſcilicet 28. primo oſtendendo excellentiam ſapientiæ, quæ

Margin notes:

Iob 27. & 28. a. 5.

Reſponſio Iob ad impugnationes prædictas amicorum per ordinem.

Impugnatio contra Eliphans.

Impugnatio contra Baldach.

Impugnatio contra Sophar, quæ multiplex eſt.

Iob. 28. b. 13

Primo oſtendit ſapientia Diuina excelētiam.

quæ intelligenda eſt diuina, quę incomparabiliter tranſcendit in precioſitate omnia precioſa dicens: Neſcit homo preciũ eius, &c. Secundo oſtendit occultationem eius cùm dicit: Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, &c. Tertio dicit, quòd ſolus Deus cognoſcit eam dicẽs: Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locũ illius. Quarto dicit, quòd Deus, qui illam ſcit, ſeu cognoſcit viam eius, docuit hominem quæ ſit illa ſapientia, prout ad gubernationem rerũ humanarum pertinet, & de hoc dicit: Vidit illam, & enarrauit, &c. & ſequitur: Et dixit homini: Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligẽtia. Ex quibus colligitur ſufficiens reſponſio Iob, ad tertiam obiectionem ſupradictã, quæ ex magna profunditate ſeu ſapientia Dei in gubernatione humana procedebat, quæ quidem reſpõſio in hoc conſiſtit. Poſito enim, prout verum eſt, quòd diuina ſapientia excellit, cunctas res in precioſitate, prout in primo prę ſuppoſito. Secũdo poſito quòd illa diuina ſapientia ſit abſcondita ab omnib[9] creaturis, prout in ſecundo præſuppoſito, etiam quòd ſolus Deus intelligit viam eius, prout in tertio præſuppoſito. Poſito etiam, quod Deus reuelauit homini, quòd timor Dei eſt ipſa ſapientia, ſcilicet quantum ad res humanas gubernandas, ſimiliter & recedere à malo ſit intelligentia. Conſequenter habetur, quòd non obſtante inſcrutabilitate ſeu profunditate diuinæ ſapientiæ quantũ ad ſe, cũ hoc tamen ſtat quòd ſciat quòd in rebus humanis gubernandis, timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia, prout patet ex diuina reuelatione per ipſum Iob allegata. Cùm autem de Iob teſtatur ſcriptura, quòd erat timens Deum, & recedẽs à malo, Iob. 1. Sequitur vlterius quòd, nõ obſtante inſcrutabilitate diuinę ſapientiæ, iudicandus erat rectus, & ſic non erat puniendus propter demerita ſua. Ex quibus omnibus diligenter conſideratis habes opinionẽ ipſius Iob, quæ vera eſt & catholica, ſcilicet quòd præmium iuſtorum & pœnę impiorũ principaliter in alia vita conſiſtunt, non in vita præſenti: & ſic non ſequitur, quòd ſi aliquis in hac vita punitur, quòd ſit iniuſtus, ſicut ſi aliquis in hac vita proſperatur, non ex hoc ſequitur quòd ſit iuſtus, prout amici Iob falsè opinabantur. Vnde Rab. Moyſ. qui ſententiam Iob tanquam hæreticam condẽnauit, parte & cap. ſupradictis manifeſtè in hoc errauit. Habes etiam ex hoc opiniones amicorum eius, qui de ſecta Saducæorum, vt dictum eſt erant. Vnde ſimul conueniebãt in hoc, quòd totum præmium iuſtorum & pœna impiorũ, in pręſenti vita erat, non in alia, quam non credebãt. Ex quo firmiter æſtimabant concludere, quòd nullus in hac vita

Secundo occultatione.

Tertio quòd Deus ſolus nouit eam.

Quarto eã docuit homines.

Iob. 1. a. 1.

Opinio Iob certiſſima, ſcilicet quod premium iuſtorũ & pœnæ impiorũ principaliter in alia vita conſiſtunt.

Rab. Moyſ.

Error Rab. Moyſ. & Saducæorum.

Hh punie-

puniebatur, niſi propter propria demerita, quod eſt falſum, vt patet in hiſtoria ipſius Iob, de quo ſcriptura teſtabatur, quòd erat ſimplex & rectus, &c. & tamen fuit grauiter punitus, nullis ſuis demeritis præcedentibus: ex quo patet error Rab. Moyſ. qui opinionem Eliphas approbauit, vt patet vbi ſupra. Qualiter autem opiniones prædictorum trium diſtingui intelligun tur habes ſupra.

CAPITVLVM X.

In quo exponitur opinio Helui, quę fuit erronea & à Deo condemnata contra Hebręos, qui aſſerunt quod Helui victoriam obtinuit de ipſo Iob.

DISCIPVLVS.

LIcet ea quæ dicis circa diſputationem Iob & ſociorum eius, tenenda videtur tanquam vera: tamen adhuc occurrit mihi in eiſdem vnū, quod videtur inconſonum ſupradictis. Video enim quod Helui conuenit cum prædictis tribus in condemnatione ipſius Iob, quod patet in multis ipſius dictis, & tamē Helui videtur victoriam obtinere de ipſo Iob, quod ſaltem patet ex hoc: nam Iob ſilentium videtur impoſuiſſe tribus ſociis, qui ad vltimas reſponſiones eius quæ à cap. 26. vſque ad 31. incluſiuè continētur, nihil valuerunt reſpondere: ad dicta tamē Helui, quæ à cap. 32. vſque ad 37. incluſiuè continentur, nihil videtur Iob reſpondiſſe: ex quo patet quòd Helui deuicit, ſeu concluſit ipſum Iob. Vnde & expoſitores Hebræorum, vt Rab. Salo. & Rab. Moyſ. & alij communiter tenent, quod Helui in hac diſceptatione triumphum obtinuit: cùm tamen cum aliis tribus conueniſſet in ipſius Iob condē nationem, vt dictum eſt. Vnde de hoc volo vt me doceas, declarando mihi opinionem ipſius Helui & eius diſtinctionem ab opinionibus aliorum.

Arguit de Helui, quē dicit victoriam obtinuiſſe de Iob.

MAGISTER. Circa hoc quod petis, ſcire eſt, quòd ſicut tres amici Iob, vt dictū eſt, erāt de ſecta Saducæorum, futuram vitam negantium, & totum premium iuſtorum, & pœnam impiorum in hac vita tantum eſſe ponebant: vnde & Iob ex ſua flagellatione, vt impium condemnabant, credentes quòd nullus in hac vita punitur, niſi ſecundū propria peccata ſeu demerita, vt ſupra largius dictum eſt. Sic tenendum eſt quod Helui erat de ſecta Phariſæorum, qui licet aliam vitam concedunt, vt patet Matth. 22. ſupra allegato, tamē credebant, quòd nullus in hac vita punitur niſi propter propria demerita, vt Rab. Moy. qui propriè Phariſæus fuit, in parte, & cap. allegatis expreſsè dicit, & eſt communis ſententia Talmudiſtarum. Falſitas tamen huius credulitatis manifeſtè patet ex ipſa hiſtoria Iob, quæ teſtatur quòd Iob nihil mali demeruit, vt ſic puniretur, ſed ſolùm hoc

Helui erat de ſecta Phariſeorū, qui licet aliam vitam concedunt, credūt neminē in hac vita puniri niſi propter propria demerita. Rab. Moyſ. Matth. 22. d. 35.

euenit

euenit ei per modum tentationis, vt ipſa litera manifeſtè dicit in primis duobus cap. Quòd autem Helui aliam vitam crederet, habetur ex dictis ſuis cap.
Iob.33.c.18. 33. vbi dicit: Vt reuocet animas eorum à corruptione. ſcilicet animas pœnitentium, de quibus ibidẽ loquitur, & ſubdit: Et illuminet in luce viuentium. quod ad literam intelligitur de vita futura. Quòd autem Helui crederet nullum in hac vita puniri, niſi propter propria peccata, ſatis patet ex hoc quod ipſe condemnauit Iob ſicut & alij ſocij, & adhuc acrius, propter demerita quæ ſibi imponebat. Et notandum, licet opinio Helui quantum ad aliquid magis contineat veritatem, inquãtum aliã vitam concedit: tamen eſt magis inconſona ſibi ipſi, inquantum cùm dicit, quòd nullus in hac vita punitur ſine proprio peccato: cùm enim punitiones & præmia huius vitæ momentaneæ ſunt reſpectu eorum quæ ſunt in futura: manifeſtum eſt, quòd licet iuſti in hac vita puniantur, & mali proſperentur, quòd iſta poſſunt recompenſari ad plenum in alia vita, quę eſt in perpetuum duratura. Vnde credentes præmia & punitiones in futuro ſeculo, non debẽt condemnare patientes tribulationes in hac vita, dicitur enim
Eccle.9.a.2 Eccleſiaſtes 9. Vniuerſa æque eueniunt iuſto & impio. quòd intelligatur ad literam, de aduerſitatibus & proſperitatibus

Helui acriꝰ condemnat Iob quàm prædicti tres amici.

huius vitæ. Et ideo de Helui propriè intelligũtur verba Dei dicentis: Quis eſt iſte inuoluẽs ſententias ſermonibus imperitis. Iob 38. Inuoluit enim Helui ſententias, inquantum ſententiam ipſius Iob aſſerentis in alia vita eſſe vera præmia & punitiones, inuoluebat cum ſententia aduerſariorum ipſum Iob condemnantium, quæ quidem ſententiæ non conſonant ad inuicem, vt dictum eſt. Quod autem dicis de expoſitoribus Hebræorum aſſerentibus, quòd Helui obtinuit victoriam in huiuſmodi diſputatione, verũ eſt & rationi conſonum. Nam expoſitores Hebræorũ propriè ſunt Phariſæi ſicut & Helui, vt dictũ eſt, ſed aſſertio eorum in verificando opinionem Helui eſt falſa, ſicut etiam falsè condemnauerunt Iob de hæreſi, vt iam ſupra dictum eſt. Nec ex hoc quod Iob non reſpondit Helui, & tamen reſpondit aliis tribus, ſumi debet argumẽtum ad hoc, quod Iob fuit concluſus ab ipſo Helui, poſſet enim ad hoc triplex ratio aſſignari. Quarum prima eſt, quia ſi ſcrutatus fueris dicta Helui, manifeſtè reperies quòd fuit loquutus ex arrogantia, intendendo principaliter vilipenſione ipſius Iob. Dicebat enim illi: Tace, & docebo te Sapientiã. 33. & infra 34. dicebat: Iob autẽ ſtultè loquutus es. ſic in aliis locis, qua ratione Iob ipſi Helui noluit reſpondere, ſequens Sapientis conſilium. Prouerb. 26.

Iob.38.a.1.

Expoſitio Hebræorũ de victoria Helui eſt falſa.

Triplici de cauſa Helui, non reſpondet Iob, licet tribus ſociis reſpõderet.

Iob.33. & 34.a.31.

Prou.26. a.4.

Stulto non reſpondendum, niſi ſecundum ſtultitiam ſuã. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis illi. Aliis verò ſofiis, qui non ſic ex arrogantia videbantur loqui, Iob reſpondit, vt ipſorũ error pateſieret, ſequendo conſilium ſapiẽtis prædicto cap. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã, ne ſibi ſapiens videatur. *Secunda.* Secunda ratio eſt, nam Helui intantũ elatus eſt per ſuperbiam, quòd correctionem Iob non deſiderabat, ſed eius maiorem ruinam apetebat. Vnde in 34. cap. ſupra dicto dicebat Helui ipſi Deo: *Iob. 34. d.36.* Pater mi, probetur Iob vſque in finem. in quibus verbis, prout communiter exponuntur, Helui petebat à Deo, quòd nõ deſiſteret à flagellatione ipſius Iob in præſenti vita, & etiam quòd in alia vita duceretur ad æternam condemnationem: quod eſt valde inhumanum, & à magna elatione procedens. Vnde gloſ. hîc dicit: Quòd aſperitas ſuperbiæ vſque ad maledicendum ſe extendit. Helui, contra Iob Deum præcatur, & ideo talia loquenti non videtur dignũ reſpondere. *Tertia ratio.* Tertia verò ratio eſt, nam verba Helui, non ſolùm ex arrogãtia, ſed etiã ex ira proceſſerũt. Ex ira enim Helui principaliter fuit prouocatus ad loquendum, vt in 32. expreſsè dicitur: *Iob.32.a.2.* Et ideo laudabiliter Iob abſtinuit à reſponſione ipſius Helui, intendẽs irę locum dare, iuxta illud Eccleſ. 8. *Eccl.8.a.4.* Ne litiges cũ homine linguato, & ne ſtrues in ignem illius ligna.

DISCIPVLVS. Video quòd de Helui propriè poſſunt intelligi verba ſupra per te allegata: Quis eſt iſte inuoluens ſententias. prout tu exponis: ſed ad huc vellem doceri de hoc quod ſequitur: Sermonibus imperitis. intelligere igitur vellẽ qui fuerũt ſermones imperiti inter dicta Helui, de quibus iſta verba poſſent verificari. *Quærit quæ ſint verba imperita Helui.*

MAGISTER. Inter verba Helui ſermones imperiti reperiuntur, dixit enim Helui in cap. 33. Omnia hæc operatur *Iob.33.d.29* Deus tribus vicibus per ſingulos. qui eſt ſermo manifeſtè imperit', exponitur enim ab Heb. communiter quòd tribus vicibus tantum recipit Deus peccatores ad pœnitentiam, ſed non amplius: nam ſi quarto recidiuat nõ recipitur, ſed reſeruatur ad gehennam, quod eſt falſum ſecundum communem ſententiam ſanctorum, & etiam ſecundum hiſtoriam veteris teſtamẽti: *Sermo imperit' quid Deus tantũ ter ignoſcat & non amplius.* Peccauit enim Dauid, primò in adulterio Bethſabeę, ſecũdò in homicidio Vriæ, tertiò, in fractione iuramenti facti Ionathę, quartò, in numeratione populi, & ſecũdum quoſdam peccauit in morte ſacerdotum Nobę: & tamen Dauid connumeratur inter ſanctos, vnde ſeru' Dei poſt mortẽ in multis locis ſacrę Scripturæ vocatur. *Dauid pluries quater peccauit & inter ſanctos numeratur.* Vnde neceſſe eſt dicere, quòd pœnituit de omnibus, & ſic prædicta verba Helui, ſecundum expoſitionem ſupradictam Hebræorum, quæ eſt inter *Alia expoſitio prædictæ autoritatis Helui quæ eſt falſa & imperita.*

eſt inter eos communior, ſunt falſa. Fuerunt etiam aliqui eorum vt Rab. Moyſ. Gerūdenſis, qui prædicta verba expoſuerūt de reuolutione ſeu reuocatione animarū, aſſerentes quòd anima vnius hominis poſt eius ſeparationem à corpore, iterum informat corpus alterius hominis, quod dicunt et fieri, quod eſt imperitè dictum, non ſolùm ſecundum veritatem fidei, ſed etiam ſecundum naturalem rationem, vt patet intuenti. Et licet prædicta verba ab expoſitoribus noſtris intelligantur ad inſinuandum, quòd Deus monet peccatores ad pœnitentiam toties quoties iudicauerit expedire, vtendo numero trino determinato pro numero indeterminato, hoc tamen non ſonant verba eius: & ideò magis ſentiēdum eſt, expoſitores Hebræorum non erraſſe, intelligendo illa ſecundum expoſitionē Hebræorum, qui de ſecta Phariſaica erant ſicut ipſe Helui, vt dictum eſt, quàm ſecundum interpretationem noſtrorum, qui verba ſua voluerunt reducere ad verum intellectum. Item imperitè fuit loquutus in condemnatione ipſius Iob: aſſerens quòd nullus in hac vita flagellatur niſi propter propriam culpam: quod eſt erroneè dictum, vt ſupra dictum eſt. Vnde Helui tam ex dictis ſuis principalibus, quā ex circunſtantiis eorum Phariſęus iudicandus eſt.

Rab. Moyſ. Gerun.

Alius imperitus ſermo quòd nullus in hac vita flagellatur, niſi propter culpam.

CAPITVLVM. XI.

In quo oſtenditur, quòd ſicut tres amici Iob erant de ſecta Saduceorum, ſic & Helui erat de ſecta Phariſeorum, quibus aſſimilatur tam in ſuis opinionibus erroneis, quàm in conditionibus ſuis.

MAGISTER.

Ex multis poſſet haberi, quòd ſicut tres amici Iob erant de ſecta Saducæorum, vt dictum eſt, ſic Helui erat Phariſæus, tā in ſuis opinionibus quā in conditionibus eius: de opinionibus enim patet per ſermones imperitos, de quibus ſtatim ſupradictum eſt, de conditionibus verò patet ex hoc, nam nec Iob nec tres amici ſui leguntur genealogizari in hoc libro, ſed tā ipſe quā illi ſolùm à regionibus ſuis cognominātur, vt Iob de terra Hus. Eliphas Themanithes, Baldach Subithes, Sophar Naamathites, Helui verò, nō ſolùm cognominatur à regione cū dicitur: Helui filius Barachiel, ſimiliter & nomen cognationis, cū dicitur de cognatione Ram, quod interpretatur altum, in quo Helui aſſimilatur Phariſæis, qui gloriabantur de bonitate parentū ſuorū, quibus dicebatur Math. 3. Ne velitis dicere inter vos, patrem habemus Abraham. Item Phariſæi aſſueuerunt intantum iactare de ſe, quòd cęteros ſpernebant, vt patet Lucæ. 18. de parabola Chriſti, in qua dicitur: Duo homines aſcenderūt in templum, vnus Phariſæus & alter

Sicut tres amici Iob. Saducei erant, ita quoque Helui Phariſeus in conditione & opinione erat.

Buſites ſet etiam imponitur ibi nomen patris, dicitur Helui filius, &c.

Matt. 3. b. 9

Conditio Phariſeorū eſt gloriari de bonitate parētum, & alios ſpernere.

Luc. 18. b. 10.

Publicanus,&c. quàm arrogantiam, ſcilicet Phariſaicã, Helui ſequutus eſt, qui tam Iob, quàm eius aduerſarios ſpernebat, vt

Iob.32. a. 2. patet ex ſuis dictis cap.32. & infra. Item Helui fuit motus ad loquendum ex paſſione iræ, vt patet, cũ dicitur cap. 32. Iratus eſt furor Helui in Iob. & infra: Et in tres amicos eius iratus eſt, &c. ſuper quod verbum gloſ. Vanę enim gloriæ ſectatores cũ ſe hominibus præferunt, alios de fatuis ſenſibus, alios de indignis meritis repræhendunt. Hæc in gloſ. Helui autem Iob de fatuitate & blaſphemia, & ſocios de ignorantia repræhẽdit, & ſic manifeſtè incidit in errore Phariſaico, qui Deo dicebat: Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cęteri hominum, &c. Luc. vbi ſupra. Itẽ Helui aſſimilatur Phariſæis in hoc, quod non ſolùm correctionem deſiderabat, ſed potius pro eius ruina Deũ imprecabatur, dicebat enim Helui: Pater mi probetur Iob vſq; in finem.

Vanæ gloria ſectatores alios cõtemnunt.

Iob.34. d.36. cap. 34. In quibus verbis petebat Helui à Deo, quòd nõ deſiſteret à flagellatione ipſius Iob, in præſenti vita, & etiã in alia vſque ad æternã condemnationẽ, vt dictum eſt, quod ad magnã & crudelem ſuperbiã pertinet, vt in glo. ſupra allegata, in quo Helui aſſimilatur Phariſæis qui in ſuis orationib⁹ & codicibus aliis nunquã orant pro conuerſione Gentilitatis, ſed pro eorũ finali deſtructione. Ex quibus iã dictis habetur quod opinio eorũ qui dixerunt, quòd liber Iob fuit à Moyſe ſcriptus, eſt veriſimilis. Nam ſuper Penthateucum quẽ Moiſes ſcripſit tres diuerſæ ſententiæ inſurrexerunt. Prima ſcilicet fidelium aliam vitam cõcedentiũ, in qua vera ſunt præmia & punitiones, & in hac vita proſpera & aduerſa iuſtis & iniuſtis æque contingerent: & hæc fuit ſententia ipſius Iob. Alia verò fuit ſententia Saducæorum, qui nullã vitam niſi pręſentẽ concedebant, & proſpera & aduerſa huius vitæ iuxta merita & demerita hominum eſſe aſſerebant. Tertia verò ſententia Phariſęorũ, qui duas ſupradictas inuoluebant, vt ſupra dictum eſt.

Opinio eorum qui dixerũt librũ Iob, à Moyſe fuiſſe ſcriptũ eſt veriſimilis, quia tunc de futura vita tres fuerunt ſententiæ.

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quid in reſponſionibus diuinis ſuperaddi intelligitur, quo ad quęſtionem propoſitam de Iob pertinere videatur.

DISCIPVLVS.

Cum Iob veram ſententiam tenuit in prędictis, vt tu aſſeris, & etiã verba Dei dicta Iob approbãtis teſtãtur cũ dicit: Nõ fuiſtis mihi loquuti rectũ, ſicut ſeruus me⁹ Iob. Iob. vlt. Reſpõſio igitur diuina videtur eſſe quaſi ſuperflua: ſuffeciſſet enim Deũ approbaſſe ſuã ſententiam & reprobaſſe alias, tam trium ſociorum, quàm Helui, nec videtur ſufficere, quod quidã expoſitores dicũt, ſcilicet quod omnia quę in reſponſionibus diuinis, quę in 38. & 39. cap. continẽtur, traduntur ad inmenſitatem diuinæ

Iob. vlt. b 7. Reſponſio diuina quæ ex in textu videtur ſuperflua. Iob. 38. & 39.

diuinæ potentiæ & ſapiētiæ oſtēdedam: vt ex hoc manifeſtetur quòd Iob indiſcretè ſeu fatuè ſe habuerat incipiendo diſputare cum Deo: nam hoc non videtur conuenienter dictum. Illa enim quæ altera pars diſputantium per ſe concedit, non requiritur vt per aliam ſibi probetur. Conſtat autem quod Iob concedebat potentiam diuinam, & ſapientiam eſſe tantæ inmenſitatis, quòd ab hominibus nō eſſet cōprehēſibilis. Vnde in cap. 26. postquā Iob narrauit multa de mirabilibus à Deo factis ſubdit. Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius: & cùm vix paruā ſcintillā ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri. Ex quibus patet quod Iob profitebatur in cōprehenſibilitatem & immenſitatem diuinæ ſapientiæ & potentiæ, quæ in diuinis effectibus apparet. Non ergo requirebatur vt de hoc vlterius aliquid ſibi diceretur. Rogo ergo vt mihi aliquid vlterius circa hoc declares.

Iob. 26. d. 14.

MAGISTER. Ad hoc quod petis amplius intelligendū cōſiderare debes, quòd Iob in ſuis proclamationibus inſtanter à Deo petebat, vt Deus oſtēderet ſibi cauſam ſuæ flagellationis, cū ipſe credidiſſet ſe eſſe iuſtum. Vnde Iob. 10. dicebat: Indica mihi cur me ita iudicas? Ad quod videtur Iob, in multis alijs locis tendere. Deus tamen oſtendit ſibi in his capitulis, quòd interrogatio ſua prædicta eſſet irrationabilis & hoc ſic. Conſtat enim quòd diuina prouidentia diſpoſuit omnia creata, producendo ea ſecūdum menſuram & modum correſpondentem cuiuſlibet rei exiſtentiæ & durationi: vt exemplificat primò de terra, quæ habitationi hominis, cui loquebatur, eſt deputata, de quo dicit: Vbi eras quādo ponebam fundamēta terræ & c. quaſi dicat, illa quæ pertinēt ad exiſtētiam terræ & eius ſtabilitatem fuerunt per meam prouidentiam fundata & menſurata, te non exiſtente, nec etiam nūnc horum rationem ad plenum compræhendente. Similiter quod ſequitur: Cùm me laudarent aſtra matutina, &c. intelligendum eſt, quaſi dicat, per meam prouidentiam diſpoſitum eſt, vt à principio creationis me laudarent aſtra matutina, & filij Dei iubilarent, cuius prouidentiæ rationem tu plenè non ſcis. Similiter quod ſequitur: Quis concluſit hoſtijs mare, &c. & omnes interrogationes quas Deus ipſi Iob proponit in prædictis capitulis, tam de principalibus partibus mundi, quàm de certis conditionibus aliquorum animalium, per hunc modum ſunt intelligendæ, ſcilicet, quòd omnia illa per diuinam prouidentiam fiunt, taliter quòd in ſuo eſſe naturali perſeuerant: de quibus fragilitas humana non ſufficeret per ſingula reddere rationem, niſi ſolū quòd omnia prædicta,

Iob à Deo petebat ſuæ flagellationis cauſam, quam ipſe [illegible] dit, Deus eſſe irrationabilem.

Iob. 10. a. 2.

Omnia diuina prouidentia diſpoſita, nec ratio humana ſufficit per ſingula reddere rationem.

cta & quęcunq; ſimilia per diui- nā prouidentiam diſpoſita ſunt modo & ordine debitis: iuxta illud quod dicitur de Sapientia diuina: Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Sap. 8. Ex quo ſequitur, quòd indiſcretum eſt vt homo quærat à Deo rationem ſuę prouidétiæ circa ſingulares perſonas ſeu actus humanos, prout Iob petebat, vt dictū eſt, ſed firmiter tenendum eſt, quòd ſi ſapientia ſeu prouidentia diuina omnia ſuauiter diſponit, licet à nobis ipſius rationes ſint incomprehéſibiles, ſic etiā circa actus humanos credendum eſt, ſcilicet prouidentiam diuinam eſſe iuſtam & rationabilem, quāuis à nobis eorum rationes non comprehendatur: iuxta illud Apoſtoli: O altitudo diuitiarū ſapientiæ & ſcientię Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles vię eius. Vnde in reſponſione diuina concluditur quoddā proprium & principalé circa materiam propoſitæ quæſtionis in lib. Iob, ſcilicet quòd circa actus humanos nō ſemper eſt cauſa particularis quærēda, eo modo quo Iob videbatur petere.

Sap. 8. a. 1.

Indiſcretū eſt Diuinæ prouidentiæ rationē quærere.

Rom. 11. d. 33.

CAPITVLVM XIII.

In quo oſtenditur, quòd ex malis temporalibus quæ hominibus eueniunt, non ſemper concludi poſſet eorum malitia.

DISCIPVLVS.

Si circa huiuſmodi materiam ſcripturas ſacras ſcrutemur manifeſtè reperitur, quòd ex hoc quod mala temporalia alicui eueniunt, ſumitur argumentum efficax, quòd ille cui talia eueniūt eſt à Deo elōgatus ſeu derelictus. Legitur enim Deut. 31. de populo Iſraelitico, quòd ex malis quę ei euenīſſent debuiſſet arguere ſeu intelligere quòd Deus non erat in eo ſeu cum eo. Vnde de eo ibidē dicitur, ita vt dicat in illa die: Verè quia non eſt Deus mecū, inuenerunt me hæc mala. Similiter & ibidē in 32. cap. Deus redarguēs illos qui ex malis tēporalibus ſibi euenientibus, non intelligebāt hoc veniſſe ex punitione diuinę iuſtitię, ſic dicit: Vtinā ſaperent & intelligerēt, &c. & ſequitur: Quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fugarunt decē millia, niſi quia Deus vendidit eos & Dñs cōcluſit illos. Ex quibus & multis ſimilibus clarè habetur, quòd ex malis temporalibus quæ hominibus infligūtur ſeu contingunt, arguendum eſt efficaciter, quòd hoc prouenit ex Dei iuſtitia puniente talium peccata, quòd videtur facere pro opinione trium amicorum Iob & etiam Helui.

Arguit quod ex malis temporalibus quæ hominibus eueniunt, contingit cōcludere eorum malitiam.

Deut. 31.

Deut. 32. e. 18.

MAGISTER. In hac materia diſtinguendum eſt. Nam ſecundū Thomam in 1. 2. q. 99. hiſtorias veteris teſtamēti reuoluenti ſeu ſcrutanti, clarè patet quòd communis ſtatus illius populi ſemper ſub lege in proſperitate fuit, quādiu legem obſeruabant, & ſtatim declinantes à prece-

S. Tho. 1. 2. q. 99.

De proſperitate populi Iudaici legē ſeruantis, & aduerſitate illius ipſam legem relinquētes particularis

legem obſeruans quandoque aduerſa patitur, nota cauſas.

præceptis legis in multas aduerſitates incidebãt: ſed aliquę perſonæ particulares etiam iuſtitiæ legis obſeruantes in aliquas aduerſitates incidebant, vel quia iã erãt ſpirituales effecti, vt per hoc magis ab affectu temporalium retraherentur, & eorũ virtus approbata redderetur, aut quia tales opera legis exterius implẽtes, cor carneũ habebant in temporalibus defixum, & à Deo elõgatũ, de quibus Iſai. 29. Populus ille labiis me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me. Hæc ille. Vnde autoritates per te allegatæ de ſtatu totius populi Iſraelitici loquuntur: in hiſtoria autem Iob agitur de perſona particulari vt eſt manifeſtum: & ideò tres ſocij Iob, & ipſe Helui, qui ex tribulationibus ipſi Iob euenientibus ipſum eſſe iniuſtũ arguebãt, erroneè ſe habuerũt: nam hæc debuiſſent interpretari in meliorem partem, ſcilicet quòd hoc ei cõtigebat, vt ipſius virtus approbata redderetur, prout ſecundum veritatem huiuſmodi aduerſa ipſi euenerũt, quibus aduerſitatibus virtus ipſius Iob examinata fuit, & à Deo approbata, prout ex ſupradictis patet: & vt huiuſmodi approbatio ſeu examinatio manifeſtaretur, etiam apud eos qui aliam vitam non credunt, ſicut Saducæi & infideles: ideo legitur, Iob vlt. Et addidit quoque Dominus omnia quæcunque fuerunt Iob duplicia.

Hiſtoriam Iob eſt de perſona particulari.

Iſai. 29. d. 13.

Iob virtus aduerſitatibus examinata fuit.

Iob. vlt. d. 12.

D*Iſtinctio ſexta de Scrutinio ſcripturarum, circa ea quæ Iudæis in ſua pernitioſa perfidia, poſt mortem Chriſti pertinaciter exiſtentibus euenerunt, & aliis ad hoc pertinentibus. Et continet quatuordecim capitula.*

In capitulo primo oſtenditur, quòd pœna Iudæorum Chriſtum negantium & occidentium cum eorum ſequacibus, grauior eſt etiam in hac vita, quàm pœna Sodomitarum & Dathan & Abiron, qui ſubito conſumpti ſunt: & quod eorũ duratio in hoc ſeculo, cedit in vtilitatem Eccleſiæ.

In capitulo ſecundo oſtenditur, quòd tres conditiones occurrere habent neceſſario in peccato negationis & occiſionis Chriſti, pro quo peccato Iudæi in hac captiuitate exiſtunt.

In capitulo tertio oſtenditur, quòd nõ ſolum per rationẽ comprobatur, quòd prædictę tres cõditiones occurrerunt in peccato negationis & occiſionis Chriſti, ſed etiã hoc fundatur in autoritatibus ſacris, & ibidem oſtenditur, quòd Iudæi per eorum culpam cæcitatem mentis incurrerũt circa cognitionem eorum quæ erant ſibi ad ſalutẽ neceſſaria: quæ quidẽ excæcatio ſeu ignorantia nõ excuſat eos, ſed potius aggrauat.

In capitulo quarto datur ratio, quare primi, ſcilicet Iudæi in captiuitate Babylonica exiſtentes, non legũtur incurriſſe excæcationem mentis, ſicut & ſecundi, ſcilicet exiſtentes in hac captiuitate.

In capitulo quinto oſtenditur, quòd pro peccato peſſimæ hypocriſis Iudęi, tempore templi ſecundi captiuitatẽ excæcationem mentis ſupradictam incurrerunt, Iſaiæ Prophetæ teſtimonio.

In capitulo ſexto oſtenditur, quòd licet hypocriſis ſimpliciter conſiderata non ſit de grauiſſimis peccatis, hypocriſis tamen Phariſaica, quam Chriſtus multipliciter increpauit, grauiſſimum peccatum eſt, quod ex quinque rationibus conſideratur.

In capitulo ſeptimo oſtenditur, quòd in cęcitate Phariſaica includitur negatio diuinę prouidentię magis culpabiliter, quam in illis qui peccata ſua publicãt, ſicut Sodomitę: & in eodem oſtenditur, quòd ex huiuſmodi Phariſaica hypocriſi nefanda Deus elicuit magnum bonum, ſcilicet Gẽtium illuminationẽ: & vtrumq; fundatur in quadam autoritate Iſai. de qua hic agitur.

In capitulo octauo oſtẽditur, quòd Phariſæi tripliciter incurrerunt excæcationem mentis, ſicut & triplicem veritatem per ſuam nefandam hypocriſim corruperunt: quorum duo in hoc cap. explicantur, & ibidem declarantur verba Iſaię ad hoc pertinentia, ſcilicet cum dicit: Et peribit ſapientia à ſapientibus eius, &c. quod propriè & multipliciter de Phariſæis & eorum ſequacibus intelligendum eſt. Et ibidem declaratur, quòd hoc non eſt doctrina Chriſti dicentis de Phariſæis: Supra cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſæi, quicquid dixerint vobis facite.

In capitulo nono declaratur tertius modus excæcationis Phariſaicę, qui conſiſtit in hoc quod ſuas proprias inuentiones & aſſertiones ab eiſdem abſconduntur.

In capitulo decimo oſtenditur, quòd multa de inuentionibus ſeu aſſertionibus Phariſæorum, quas ipſi inuentores ſeu aſſerentes minime intelligunt, quandoque nobis proficiunt ad eruditionem: & quod in terminis per eos aſſignatis ad ſuam redemptionem aliqua euenerunt, ad honorem fidei Catholicę pertinentia.

In capitulo vndecimo oſtenditur, quòd aliqua veriſſima circa eorum redemptionem aſſeruerunt, quę tamen ipſimet non intelligunt, & quod hoc probatum fuit per Iſaiam.

In capitulo duodecimo oſtenditur, quòd cęcitas Phariſaica, de qua Iſaias prophetauit, compendioſè traditur in Euangelio. Iſai.29.d.14.

In capitulo tredecimo oſtenditur, quòd ex excęcatione Phariſaica nullũ pręiudicium generatur fidelibus de genere deſcendentibus Iſraelitico, nam in potiſſimis temporibus Eccleſię, ſcilicet in eius exordio & fine, in quibus Chriſtus fuit, & erit præſens in Eccleſia in natura aſſumpta, Sancti de ſtirpe Iſraelitica deſcendentes principaliores fuerũt, & in fine mundi totum genus Iſraeliticum Chriſto firmiſſimè adhęrebunt.

In capitulo decimoquarto oſtenditur, quid de Iudęis in tempore medio, qui intra primum aduentum Chriſti & ſecundum ſecundum ſcripturarum ſcrutinium, ſentiendum eſt: & ibidem huiuſmodi tractatus in laude diuina finitur.

CAPITVLVM L.

In quo oſtenditur, quòd pœna Iudęorũ Chriſtum negantium & occidentium cum eorum ſequacibus grauior eſt etiã in hac vita quàm pœna Sodomitarũ & Dathan & Abiron, qui ſubitò cõſumpti ſunt: & quòd eorum duritia in hoc ſeculo cedit in vtilitatem Eccleſię.

DIS-

DISCIPVLVS.

VErum eſt, prout ſanctus Thomas docet in loco per te allegato, ſecundum ſacrarũ Scripturarum teſtimonia, quòd populus Iudaicus dũ legẽ ſub qua erat diligenter obſeruabat in tranquillitate viuebat, cùm autem ab huiuſmodi obſeruatione declinabat in magnas aduerſitates incidebat. Sed ex hoc occurrit mihi quędã non modica admiratio, quæ talis eſt. Video enim quòd populus ille Iudaicus valde grauius peccauit, blaſphemando & crucifigendo Chriſtũ, quàm ſi quęcumque alia peccata commiſiſſet citra blaſphemiã Dei: dicit enim gloſ. Iſai. 18. Omne peccatũ blaſphemiæ cõparatum leuius eſt. Cùm igitur Chore, Dathan & Abiron, & eorum Synagoga, propter hoc quòd cõtradixerunt ſacerdotio Aarõ & prępoſiturę Moyſi, deſcenderũt in infernũ viuẽtes. Num. 16. ſic quòd nihil ex eis remãſit, ſcilicet de participantibus in eorũ crimine: quãto magis debuiſſet ſubito à terra deleri, qui non Chriſtũ ſolùm verum Deũ & hominem eſſe contradixerunt, ſed eum cum magnis opprobriis & blaſphemiis crucifixerũt. Maxima ergo admiratione dignũ eſt, quòd Deus tanto tẽpore tolleràt prædictũ peccatũ, quod incõparabiliter maius eſt quã peccatũ Dathan & Abiron, quos tam celeriter ab hac vita Deus repulit: pręſertim cũ hoc peccatum continuè & pertinaciter ab omnibus & ſingulis ſub infidelitate Iudaica exiſtentibus committitur. Nullus enim talium eſt qui prædicta peccata in Chriſtũ cõmiſſa nõ approbet, immo ſingulitam in dictis, quàm in ſcriptis ſuis prędicta peccata approbãt, laudant & cõmendant, prout in ſuis codicibus, tàm Tamuldicis quã aliis quibuſcunq; hoc manifeſtè reperitur: quorũ allegatio omittitur, tum ad euitandã prolixitatem, tum quia ab ipſis cõmuniter conceditur.

Iudæi dum legem obſeruarunt in quiete viuebant.

Cũ blaſphemia peccatũ grauiſſimũ omnium ſit, quare Iudæi nõ fuerũt puniti ſaltim ſicut Chorε, Dathan & Abiron, quia in infernum viuentes fuerunt cõiecti eo quod contradixerunt Aaron.

Maior pœna digni ſũt Chriſtũ crucifigentes. Nume. 16. c. 33.

MAGISTER. Verum eſt quòd occiſores Chriſti, præſertim illi qui eũ cognouerunt, vt principes Iudęorum, in quibus ſi aliqua ignorantia fuit, non tamẽ eos poterat excuſare, cũ eſſet affectata, vt in 3. p. q. 47. Nec etiã talis ignorantia excuſat minores de populo, pręſertim eós qui poſt Reſurrectionem Chriſti & diſcipulorũ prædicationẽ, per quã maior ſeu pręcipua pars mundi ad fidem Chriſti per teſtimonia ſcripturarum & miraculorum euidentia conuerſa eſt: quo non obſtante adhuc pertinaciter, in ſua nequiſſima perfidia perſeuerant, ſe excuſando per falſas interpretationes ſcripturarum, quibus nituntur negare Chriſtum, vt in prima parte huius tractatus multipliciter eſt oſtenſum. Talis enim excuſatio eſt circũſtantia aggrauãs quodcunque peccatum, vt habetur in gloſ. ſuper illud Pſalmi:

S. Tho. 3. p. q. 47.

Ignorantia Iudæorũ nõ poteſt eos excuſare à grauiſſimo delicto occiſionis Chriſti, ſed magis peccatũ aggrauat eorũ excuſatio.

Non

Gloſſa ſuper Pſal. 74 Nolite extollere in altum cornu veſtrum. Itē aggrauatur hæc blaſphemia per cōcomitans homicidium, quod eſt grauiſsimū peccatum inter ea quæ committuntur in proximum. Vnde ſimpliciter concedēdum eſt, quòd peccatum occidentium Chriſtum ſupradictorum, ſimiliter & conſentientiū ſeu approbantiū illud poſtquā commiſſum fuit, eſt ſimpliciter grauiſſimum, vnde & ei debetur grauiſsima pœna, vt dicitur, Deut. 25. Secundū menſuram delicti erit & plagarum modus. Quæ quidem pœna licet ſit grauiſsima, Q. occidendum tamen eſt eis eſſe reſeruatam ad futurū ſeculum, in quo vnuſquiſque accipiet premium vel pœnam ſecundum operum exigentiam. Sed conſiderandū eſt quòd etiā in hac vita nō relinquuntur ſine pœna iuſtiſsima, à Deo proportionata peccato eorum ad Eccleſię vtilitatem & infidelium confuſionem.

Deut. 25. a. 3

Peccatum Chriſtū occidentiū eſt ſimpliciter grauiſſimū, cui grauiſſima pœna in hac & in alia vita ſubſequitur.

DISCIPVLVS. Quæro vt mihi oſtendas, quomodo in hoc ſupradicti proterui puniantur, proportionabiliter ad ſuum peccatum, cùm per te conceſsū eſt, quòd iſtud peccatum eſt ſimpliciter grauiſsimum, & tamen videmus, quòd illi qui fuerūt tempore diluuij & Sodomitę & Chorę, repentina plaga fuerūt conſumpti, quod pertinet ad grauitatem pœnę, iſti verò adhuc viuunt in humanis.

MAGISTER. Ex hoc quod iſti, ſcilicet occiſores Chriſti, & eorum ſequaces, ſecūdum conſenſum & approbationem non ſunt puniti repentino modo, ſicut legitur de illis quos allegas, non ſequitur quod leuiùs puniūtur quàm ſupradicti. Diuturna enim duratio pœnarum, ſepe efficit maiorem grauitatem pœnę, ſicut & momentanea pœnæ duratio, ad leuitatē pœnę videtur quodāmodo pertinere. Vnde de hac propria materia, ſcilicet de comparatione pœnæ Iudęorū ad pœnā Sodomitarū, loquitur Propheta magis agrauās peccatum ſuū: Filiæ populi mei, quā peccatum Sodomitarū, quę ſubuerſa eſt in momēto. Ex quo patet, quòd longa diuturnitas pœnę Iudæorū reddit eam grauiorem ſeu magis odibilē, quā pœna Sodomorū momētanea.

Diuturna pœnarū duratio maiorem pœnæ grauitatem facit.

Tren. 4. a. 6

DISCIPVLVS. Video quòd momētanea pœna etiam ſi ſit grauiſſima in ſe, eligibilior tamen fortè eſt quàm aliqua minor pœna, non ita grauis, ſi ſit valde lōga ſeu diūturna. Vnde & prouerbialiter ſolet dici, quòd melius eſt ſemel cadere, quàm imperpetuū pendere: ſed vellē ſcire quomodo huiuſmodi pœnę diuturnitas magis cedat in vtilitatē Eccleſię, prout tu aſſeris.

Prouerbium

MAGISTER. Conſiderare debes quòd Iudęi Chriſtū occidentes, ſeu ipſius occiſionē cōmuniter approbātes, nō ſubito perierūt de hoc ſeculo, ſicut illi de diluuio, & Sodomitæ, & qui fuerunt in ſciſmate Chorę, licet enim iſti grauius quā illi peccauerunt,

Occiſores Chriſti ob multas rationes in Eccleſiæ vtilitatē ſubito nō perierunt.

uerunt, hoc tamen cædit in vtilitatem Eccleſię multipliciter. Primo vt ex eis in temporũ ſucceſſione aliquid Deo prędeſtinati ſaluarentur, per quos Eccleſia, numero & merito augeretur, prout ex hiſtoriis autẽticis haberi poteſt, & fortè aliquid de hoc infra tangetur. Secundò, vt teſtimonia fidei quæ in veteri lege continentur, cuius textus ab eis cõnſeruatur, Eccleſia haberet ab eis. Sunt enim Iudæi, prout dicit quędam gloſ. Bibliothecæ noſtrę, & baiuli codicum noſtrorum, à quibus codicibus ſacræ Scripturæ teſtimonium accipitur, tanto fiducialius, quanto nobis ſupradicta teſtimonia obtinentes, auidius aduerſantur. Tertiò cędit in vtilitatẽ Eccleſiæ duratio populi Iudęorum in vili ſtatu, ſeruitutis & miſeriæ, inquantum vltio ſanguinis Chriſti in eis magis relucet, eo quòd in diuerſis tẽporibus, & locis eorũ deiectio, & opprobrium dignoſcitur, quòd nõ ſic oſtenderetur ſi in breui tempore & ſolum in aliquibus regionibus cõſumpti fuiſſent, & de hoc propriè intelligitur, illud Pſal. Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. ſcilicet ne populus Dei obliuiſcatur iuſtitiæ diuinæ vlciſcentis occiſionẽ Chriſti. Si enim celeriter fuiſſent conſumpti, ſicut Sodomitæ & Dathan & Abirõ, cito poſſet hæc vltio tradi obliuioni, ſicut multa quæ temporibus retroactis contigerunt, iam non ſunt in memoria hominum vt certa, ſed quaſi ſub dubio narrata, ſed videntes eos quotidie affligi & ſupprimi in pœnam ſceleris occiſionis Chriſti, non poſſunt iſta obliuioni tradere, nec de ea dubitare: ſenſus enim viſus certior eſt auditu & cæteris ſenſibus, vt in 1. Metaphiſicę.

Prima ratio, vt prędeſtinati ſaluentur.

Secunda. Vt fidei teſtimoniũ Eccleſia exhiberent.

Iudæi ſunt baiuli librorum noſtrorum.

Tertia ratio Duratio Iudeorum in vili ſtatu eſt Eccleſiæ vtilis, in memoriam paſſionis Chriſti.

Pſalm. 58. b. 12.

DISCIPVLVS. Scripturas ſacras ſerutanti ſatis conſtare debet, quòd Deus quandoque non ſtatim cõſumit peccatores, ſed in hac vita per pœnas eos affligit, vt ex hoc fortitudo Dei & eius iuſtitia prolixius oſtendatur. Legitur enim Deum dixiſſe Pharaoni, qui diuinis præceptis de miſsione populi Dei reſiſtebat: Nunc enim extendens manũ meã, percuſſiſſem te & populum tuum peſte, ita vt perires de terra: Idcirco tamen poſui te vt oſtendam in te fortitudinem meã, & narretur nomen meũ in omni terra. Ex quo patet quòd multitudo plagarum quas Deus Aegyptiis inflixit, non fuit propter hoc, quòd Deus nõ potuiſſet eos conſumere per vnã plagam tantum, ſed ideo vt fortitudo Dei in eis diutius oſtẽderetur prout veriſimiliter cõtingit in propoſito. Sed adhuc vellem doceri quid ſit dicendũ cõtra Iudęos, qui captiuitatẽ pręſentem in qua ſunt nõ dicũt eis aduenire propter peccatum occiſionis Chriſti, ſed ꝓpter peccata ſuorũ prędeceſſorũ antiquorum, vt puta propter peccatum vituli in deſerto fabricati. Vnde Rab. Sal. ſuper

Ex ſacra Scriptura patet, quòd Deus nõ ſtatim vindictam de peccatis ſumit.

Quare Deus tot plagis Aegyptum percuſſit.

Iudæi adhuc credunt captiuitatẽ, ſuã non eſſe propter Chriſti mortem, ſed propter peccatum vituli, quem in deſerto fecerunt.

Rab. Sal.

Exo. 32.

ſuper illud verbum Exo. 32. vbi dicitur: Ego autem in die vltionis. viſitabo hoc peccatum eorum. dicit, quòd in omnibus oppreſſionibus ſeu aduerſitatibus quæ populo Iſraelitico in diuerſis locis & temporibus contingũt, peccatum vituli. de quo ibi ad litteram, agitur à Deo punitur. Alij etiam dicunt, quòd propter peccata quę in templo primo fuerunt perpetrata, quę fuerunt magna & multa, ipſi puniuntur in hac captiuitate. Vellem igitur ſcire ſi eſſet aliqua ratio, ſeu autoritas autentica, ex qua oſtendi poſſet, quòd captiuitas Iudæorum & eorum ignominioſa deiectio, in qua nunc ſunt, eis infligitur propter peccatum occiſionis Chriſti, vt tu aſſeris: licet enim hanc aſſertionem tuã credo eſſe veram, vellem tamẽ adhuc habere aliquid rationis, ſeu autoritatis fulcimentum.

Alij credũt captiuitatẽ pati ob peccata quæ in templo primo perpetrarunt.

CAPITVLVM II.

In quo oſtenditur quòd tres conditiones occurrere habent neceſſario in peccato negationis & occiſionis Chriſti, pro quo peccato Iudęi in hac captiuitate exiſtunt.

MAGISTER.

Tria concurrunt in peccatũ Iudæorũ, pro quo in diuturna captiuitate exiſtũt.

SI diligẽter ſcripturas ſacras & alias apud Hebræos autẽticas ſcrutatus fueris, certè reperies quòd in peccato pro quo Iudæi exiſtũt in hac diuturna captiuitatę tria oportet concurrere. Primum eſt, quòd hoc peccatum ſit valde grauius quã illud pro quo afflicti ſeu detenti fuerunt in captiuitate Babylonica, quod patet ex hoc: nam ſicut præſens eorum captiuitas valde longior eſt in duratione, quã illa, vt eſt manifeſtum, ſic acrior eſt atque acerbior illa. In captiuitate enim Babylonica in qua tantum 70. annis durauerunt, vt habetur Hiere. 29. Ioachim Rex Iuda honoratus fuit, & in ſede regali cum aliis Regibus honorificè poſitus per Regẽ Babylonię, vt habetur 4. Reg. vlt. Similiter & aliis ipſiꝰ generis in honore fuerunt conſtituti, vt habetur Danie. 1. & 2. Similiter in illa captiuitate non leguntur Iudæi fuiſſe venditi in viliſſimo precio, nec etiam in magna multitudine interfecti ſunt. In hac verò captiuitate communiter non leguntur ſic in honore notabili conſtituti, ſed quodammodo vt ſerui ſeu eiecti vbique tractantur, & de eis maxima multitudo in deſtructione Hieruſalem per Titum interfecti, & cõmuniter in deſtructione ciuitatis, quæ dicitur Bither, vbi innumerabilis multitudo eorum ſub quodã falſo Meſsia, quẽ ſibi impoſuerũt nomine Barcozba cõmorabantur, maxima multitudo eorũ vaſtata fuit, vt iſta largius traduntur à Ioſepho in libro de Iudaico bello, & in Talmuth in libro qui dicitur Gintin. Item in captiuitate Babylonica inter eos fuerunt multi Prophetæ: quidam eorum præſentes fuerunt in ipſa captiuitate, qui eos ex parte Dei increpabant de pec-

Primum.

Hæc captiuitas acrior & acerbior captiuitate Babylonica.

Septuaginta annis fuerũt in captiuitate Babylonica: Hier. 29. b. 10.

4. Reg. vlt.

Dan. 1. & 2.

Barcozba falſus Meſſias.

Ioſephus lib. de Bello Iudaico. Talmuth.

In Babylonica captiuitate, multi Prophetæ fuerunt.

de peccatis præteritis, & exhortabantur ad bonum pœnitentię. Similiter de ſpe redemptionis, & ſalutis conſolabâtur, vt patet de Hieremia, & Ezechiele, in eorum prophetiis. Quidam verò Prophetæ fuerunt inter eos, iam prope finem captiuitatis, & in principio reductionis, vt patet de Daniele & Eſdra, & Zacharia, & Aggeo, & huiuſmodi, ex quo Dei pœnitētia in eis manifeſtabatur, eo quod Deus adhuc habebat eos tanquā populū proprium. In hac verò captiuitate nū quā aliquis Propheta inſurgit, iuxta illud Pſalmi: Iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius, quod eſt magnū ſignū reprobationis eorum à Deo, & quòd eos iā dereliquit tāquam non populum ſuū. Ex quibus & multis aliis ſimilibus manifeſtè habetur quòd Iudæi in hac captiuitate, ſunt grauius puniti & à Deo elongati quàm fuerunt in Babylonica captiuitate. Ex quo conſequenter concluditur veritas primi præſuppoſiti, ſcilicet quòd peccatum ex quo captiuitas eorum præſens eis prouenit valde grauius eſt, quā illud pro quo in captiuitate Babylonica fuerunt: patet ex hoc, quia ſecūdū menſurā delicti erit plagarū modus, Deute. 25. Secūdum verò quod oportet concurrere in hoc peccato eſt, quod ſit cōmune omnibus in hac captiuitate vbiq; terrarum exiſtentibus, ita quod in illo omnes quaſi cōmuniter participēt, faciēdo, vel cōſentiēdo, ſeu approbādo, & hoc à tempore quo iſta captiuitas in cœpit vſque nunc, & ſic patet. Nam dicere quòd per peccatū vituli in Oreb fabricati vel aliud ſimile quodcumque, in quo hodierni non participant per factū ſeu aſſenſum vel approbationē, eſt manifeſtè contra ſcripturę ſacrę autoritatem, per quam habetur, quod Deus reddit iniquitates patrum filiis, ac nepotibus, in tertiam & quartam generationem, Exod. 20. & 33. & in aliis locis: ſecūdum quam autoritatem & alias ſimiles habetur, quod non plus ſe extendit iuſtitia diuina in puniendo peccata prædeceſſorum in hac vita, niſi ad quartam generationem tantum. Cuius ratio eſt, nam filij & nepotes plurieſ inueniūtur imitatores paterni ſceleris. Vnde in tranſlatione Chaldaica ſuper illud verbū: Vſque in tertiam & quartam generationē, dicitur, quod hoc eſt, cū filij ſequūtur opera patrū. Conſtat autē quòd hoc nō habet locū in peccato vituli, quod cōmuniter deteſtatur ab omnibus Iudæis hodiernis. Et ſunt iſti non ſolū participes in cōmittendo illud peccatū, quia mortui erāt iam tunc natura, ſic etiā non participant conſentiendo vel approbando illud, vt eſt manifeſtū. Vnde cōtra diuinam iuſtitiam eſſet, quòd iſti pro tali peccato punirentur. Vnde Rabi Salo. & alij videntur fingere vt applicent huic captiuitati peccatū idolatriæ, quod eſt de maxi-

In hac vltima captiuitate nullus eſt ver⁹ Propheta, quod eſt magnum ſignū reprobationis

Pſal. 73. b. 9.

Deu. 25. a. 2.

Secundum quod cōcurrit Iudæorū peccatum cōmune ſinnibus.

Quæ ſit cauſa tā diuturnæ captiuitatis.

Exo. 20. & 33.

Quare iuſtitia diuina punit vſque ad quartam generationē & nō vltra.

Chaldaica tranſlatio.

Rab. Sal.

Tertiũ quod concurrit in hac captiuitate eſt, quod eſt peccatũ eis ignotum.

maximis: quod tamẽ non habet locum, vt dictum eſt. Tertium verò quod in peccato huius captiuitatis oportet concurrere eſt, quod hoc peccatum eſt eis omnino ignotum. Hoc enim habetur expreſsè in libro Talmudico, qui dicitur Magnila, vbi quæritur ratio quare primis, ſcilicet exiſtentibus in captiuitate Babylonica, fuit terminus captiuitatis reuelatus, vt patet Hierem. 29. vbi dicitur: Poſtquam completi fuerint in Babylone, 70. anni viſitabo vos, &c. & tamen poſteris, ſcilicet exiſtentibus in hac captiuitate, terminus redemptionis ab hac captiuitate non fuit, nec eſt eis reuelatus. Ad quod reſpondetur ibidem ſic, ſcilicet in captiuitate Babylonica exiſtẽtibus, quibus peccatũ ſuę captiuitatis fuit reuelatum, terminus etiam reuelatus fuit: ſed poſteris, ſcilicet exiſtentibus in hac captiuitate, quibus peccatũ ſuę captiuitatis nõ eſt reuelatum, ſimiliter nec terminus ſuę captiuitatis reuelatus fuit. Hæc ibidem. Ex qua autoritate apud eos autentica habes intentum, ſcilicet quòd peccatum, pro quo in hac captiuitate exiſtunt, non eſt reuelatum eis, ſed eſt eis occultũ ſeu ignotum, quod fuit tertium ſuppoſitum. Ex quibus benè conſiderantis concludit intentum, ſcilicet quòd peccatum pro quo Iudæi in hac captiuitate exiſtunt, propriè eſt illud, ſcilicet blaſphemia Chriſti & eius occiſio, quod ſic patet. Nã prędicto peccato propriè conueniunt tria præſuppoſita ſupradicta, & nulli alteri, quòd rationabiliter poſſet aſſignari, applicatur enim huic peccato primũ præſuppoſitum. Nã blaſphemia Dei in perſona Chriſti, cum tanto ſcelere & inormitate commiſſa, vſque ad ipſius occiſionem turpiſſimam & ignominioſam, grauior eſt quam idolatria, quæ licet ſit de grauiſsimis peccatorum, non tamen in perſonam Dei committitur de directo. Vnde nec Idolatria æquiparari debet blaſphemiæ Chriſti in grauitate. Qui enim in perſonam Regis committit offenſam, præſertim eum blaſphemandò, & turpiter occidendo, crimino ſius eum offendit, quàm qui alium Regem ſupra ſe præter proprium Regem imponit, vel quam ille, qui dominiũ ſuo Regi negat tantum, nõ committendo in perſonam ſuam aliam offenſam. Cũ enim peccata primorum prout declarantur, in 4. Regum, & in aliis locis, fuerũt idolatria, adulteria, & homicidia, quæ licet ſint grauia, non tamen ſunt tantæ grauitatis, ſicut peccata ſupradicta, quæ in perſonam Chriſti veri Dei fuerunt cõmiſſa: ſequitur quod hoc peccatum grauius eſt quàm peccata quę in templo primo à Iudęis fuerunt commiſſa. Secũdum verò præſuppoſitum quod occurrere debet in hoc peccato eſt, quòd tale peccatum ſit commune omnibus in hac captiuitate, vbique

Talmud in lib. Magnila.

Hierem. 29

Iudæorum captiuitas fuit ob blaſphemiã, & mortẽ Chriſti.

Omnes Iudæi occiſionem Chriſti approbant.

vbiq; terrarum exiſtētibus,&c. quod propriè cōuenit huic peccato, ſcilicet de blaſphemia & de occiſione Chriſti:licet enim Iudęi,qui poſt deſtructionem ſecūdi tēpli fuerunt,nō interuenerūt in blaſphemia Chriſti & eius occiſione,omnes tamen quicunque ſunt ſub Hebraica perfidia cōſentiunt,approbant&laudāt omnia ſcelera atq; peccata,quæ commiſſa fuerunt per ſuos prædeceſſores in perſona Chriſti,vt patet per omnes magiſtros eorū,qui conueniunt in hoc,quòd occiſores Chriſti ſecundū verā iuſtitiā legis eū occiderūt.Vnde Rab.Moyſ.in lib.de iudi.tit.de regibus & Meſſia,ſic dicit:Circa finem templi ſecūdi,Nazarenus ille iactauit ſe eſſe Meſſiā:&ideo ſapientes & magiſtri noſtri fecerunt de eo ſeu in eū,quod debebat fieri.Hæc ille.Et eſt cōmunis ſentētia omnium eorum,prout eſt ſatis notū cuicunq; notitiam eorū habēti. Tertiū verò,quòd in huiuſmodi peccato, pro quo Iudęi in hac captiuitate exiſtunt occurrere habet, ſcilicet quòd tale peccatū ſit ignotū, propriè applicatur peccato blaſphemiæ & occiſionis Chriſti, quòd ſic patet.Nam ipſi non reputāt,quod hoc fuit peccatū, immo in hoc credūt ſe obſequium præſtaſſe Deo,cū eſtimāt,quòd ſecundū iuſtitiā legis Chriſt⁹ fuiſſet reus mortis, vt ſtatim ſupra dictū eſt. Cū autem nulli alteri peccato Iudęorū prędicta tria cōueniunt ſimul, niſi tantū peccato ſupradicto,ſcilicet blaſphemiæ Chriſti, &c.ſequitur,quòd ſit iſtud peccatum,pro quo ſolo in hac captiuitate exiſtunt aſſumptum, patet, nam nullum peccatum dari poſſet, quod ſit grauius, quàm blaſphemia Dei, nec ipſi in alio peccato blaſphemię conueniūt: vt eſt manifeſtum,nec eſt etiam aliud peccatū,in quo omnes cōueniunt,nam ſi aliqui eorū peccant in homicidio, vel adulterio & vſuris & fraudibus ſeu mendaciis,& huiuſmodi,non tamē omnes,prout eſt manifeſtum.Similiter nō omnes peccāt in aliquo quod ſecundum omnes eſtimetur iuſtum & meritoriū, ſicut eſt peccatum ſupradictum, ſcilicet blaſphemiæ Chriſti,&c.Ex quibus rectè conſideratis habetur quod quæris,ſcilicet quòd peccatū ſupradictum eſt cauſa propria ſuę captiuitatis per modum demeriti.

Rab.Moyſ. lib de Iudi. tit. de regibus & Meſſia.

CAPITVLVM III.

In quo oſtenditur,quòd non ſolùm per rationem comprobatur, quòd prędictę tres conditiones occurrerunt in peccatò negationis & occiſionis Chriſti,ſed etiā hoc fundatur in autoritatibus ſacris:& ibidem oſtēditur,quòd Iudęi per eorum culpam cęcitatem mentis incurrerunt, circa cognitionem eorum,quę erant eis neceſſaria ad ſalutem : quę quidem excuſatio ſeu ignorantia non excuſat eos,ſed potius aggrauat.

DISCIPVLVS.

QVòd peccatū huius captiuitatis Iudæorum grauius ſit, quàm

quàm peccatū ſeu peccata, pro quibus fuerunt in Babylonica captiuitate, rationabile eſt, prout tu primo præſupponis, quòd etiã ſcripturas ſcrutando aliquæ reperiuntur autoritates, quæ huic conſonant veritati: vnde Hiere. 7. de eis dicitur: Non audierũt me, nec inclinauerũt aurem ſuã, ſed indurauerunt ceruicẽ, & peius operati ſunt, quàm patres eorũ. quæ propriè verificatur de occiſoribus Chriſti & eorum ſequacibus. Nã vt dicit Chriſoſt. ſuper illud verbũ Mat. 23. Implete menſurã patrum veſtrorũ. patres eorũ Prophetas occiderunt, iſti verò Dñm Prophetarũ. Secundum verò, quod præſupponis, ſcilicet quòd peccatũ, per quod Iudęi in hac captiuitate exiſtũt eſt cõmune omnibus in eadẽ captiuitate exiſtẽtibus, etiã habet aliquas autoritates, quæ huic cõſonant veritati. Vnde Hier. 2. Quid vultis mecũ iudicio cõtendere? omnes enim vos dereliquiſtis ſeu præuaricati eſtis me. quod propriè de hoc peccato intelligi debet, ſecundum quod quaſi in iudicio vidẽtur, cũ Deo contendere, eũ condẽnando, blanſphemando, & huiuſmodi: in quo etiã omnes Deũ derelinquũt. Ad tertium tamen pręſuppoſitũ tuum, in quo ſcilicet oſtẽdis, quòd huiuſmodi peccatum eſt eis ignotũ: licet hoc ſecundũ rationem & autoritatem apud eos autenticã manifeſtas, vellẽ tamen adhuc habere alicuius ſacrę autoritatis fulcimentũ.

Autoritates ſcripturæ ſacræ ad probandũ prædicta

Hier. 7. f. 26

Chryſoſto. in Matth. Matth. 23.

Hier. 2 f. 29

Quare peccatum captiuitatis ſit ignotum.

MAGISTER. Si ſcripturas ſacras ſcrutatus fueris ſatis reperies, quòd inter alias plagas, quę à Deo infligẽdę erãt populo Iudaico, vna erat pręcipua, ſcilicet ignorantia ſeu neſciẽtia eorũ, quę ſibi ad ſalutẽ per diuinas reuelationes prophetice inſinuabãtur. Vnde Iſa. 6. poſt quã Deus reuelauit Prophetæ ſumma fidei myſteria, ſcilicet myſteria ſanctæ Trinitatis, voce Seraphico ter proclamãdo: Sanctus, Sanctus, Sanctus, ſimul & diuinę vnitatis ſubiũgendo: Dñs Deus Sabaoth, in ſingulari, & cõmuniter innuẽdo ibidem myſterium ſanctę Incarnationis, cùm ſtatim ſubdit: Plena eſt omnis terra gloria eius. quod propriè impletum fuit per plenitudinem diuinitatis in Chriſto habitãtem, de quo in Pſalmo: Veritas de terra orta eſt. & Iſai. 45. Aperiatur terra & germinet ſaluatorẽ. Quod autem hęc plenitudo gratię eſſet in humana natura, ſatis demonſtratur ex hoc quod apparitio illa fuit in effigie hominis ſedentis, per quod ſignificabatur, quòd Deus aſſumpturus eſſet formam humanam. Vbi attende, quòd in eadem ſerie oſtendit hęc myſteria ad ſalutem humani generis pertinere, licet populo per veras prophetias proponerentur Iudaico: ipſi tamen pro maiori parte prędicta ſacra myſteria nequaquã intelligebant ſeu credebãt, propter quod ibidem ſequitur: Vade & dices populo huic: Audite

Iudæorum præcipua pœna eſt ignorantia.

Iſa. 6. b.

Pſa. 84. d.

Iſai. 45. b.

Apparitio Iſa. c. 6. facta, fuit in effigie hominis ſedentis, vt ſignificaret Deũ aſſumpturum formam humanam.

dite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & noli te cognoſcere. & vt oſtenderet, quòd in credẽdis ſupradictis cõſiſtebat ſalus eorum, ſtatim ſubdit: Excæca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis, & auribus ſuis audiat, & in corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſaluum faciam eum. Ex qua autoritate manifeſtè habes duo. Vnum eſt, quòd cor huius populi debebat eſſe excæcatũ, ſimiliter, & aures grauatę, & oculi clauſi, ſic vt non intelligerent ſeu crederent prędicta myſteria ad ſalutem humanam pertinentia. Secundum eſt, quòd ſi fortè hoc intelligerent ſeu crederẽt, & conuerterentur, ſtatim eſſent ſalui, quod propriè correſpõdet tertio pręſuppoſito.

Excæcatio Iudæorum, quare fuit à Deo facta.

DISCIPVLVS. Placet mihi expoſitio prædicta de myſteriis fidei in prędicta viſione Iſaię incluſa: licet enim Iudęi trinam iterationem huius dictionis Sãctus ad maiorem expreſſionẽ ſanctitatis diuinę exponant, allegãtes quędam, quę credunt eſſe ſimilia, vt cùm dicitur Hie. 22. Terra, terra, terra audiui verbũ Domini. hoc tamen non valet: tum quia trina iteratio huius termini terra, referenda eſt ad triplicem diſtinctionem terrę, cui loquebatur: Erat enim tripartita, cuius vna pars dicebatur terra Iudęę, alia Gallilęę, alia verò transiordanis, vt habetur in libro qui dicitur Sanhedrin: & de iſtis tribus prouinciis, quibus terra promiſſionis diuidebatur fit expreſſa mentio in Euangelio in geſtis Chriſti. Fuit enim conceptus in Gallilea, Lucę 1. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Gallilęę, &c. Fuit natus in Iudęa Matth. 2. Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudę. Fuit baptizatus tranſ iordanem, vbi erat Ioannes baptizans, Ioannis 1. Et de iſtis tribus prouinciis intelligenda eſt trina iteratio terrę, per Hieremiam antedictam. Similiter dicendum eſt de hoc quod legitur Hierem. 7. Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt, &c. Erat enim templum Salomonis principaliter tripartitum, ſcilicet in ſanctum ſanctorum, & ſanctum, & in atrium ſacerdotum. Vnde ex iis autoritatibus Hierem. magis habetur, quòd talis trina iteratio diſtinctionem inſinuet, quàm confirmationem. Tum quia licet loquendo de creaturis, ſcriptura quandoque vtitur tali iteratione, ad fortificandum ſententiam in huiuſmodi, non tamen ex hoc eſt trahenda conſequentia ad iterandã nomina omnino ſimilia, quando de Deo agitur. Nam in Deo ſummè periculoſum eſt multiplicitatẽ ponere, non autẽ in creaturis, ſed de hoc quod dicitur: Excęca cor populi huius, &c. videtur non modicũ admirandum: videtur enim, quòd iſta verba ſonãt, quòd De' præciperet, quòd corda populi

Ex terra Iudæorum expoſitio ad dictionem ſanctus, &c.

Hier. 22. g. 29.

Triplex terra Iudæorum, videlicet terra Iudæa, Gallilæa & terra transiordanem.

Sanhedrin.

Chriſtus in Gallilea cõceptus.

Luc. 1. a.

Natus in Iudæa.

Matt. 2. a.

Baptizatus transiordanem.

Ioan. 1. d. 28.

Hier. 7. a. 4.

Templũ Salomonis tripartitum.

Petit expoſitionem verborum Iſaiæ.

Excæca cor populi huius.

huius excæcarentur, & aggrauarentur eius aures, &c. quod eſt inconueniens, cùm à Deo de directo procedunt cuncta bona, non autem mala.

Excæcatio Iudæorum non à Deo principaliter cauſata, ſed defectu liberi arbitrij humani.

MAGISTER. Scire debes, quòd huiuſmodi excæcatio ſeu obturatio, quæ in hoc loco, & in aliis ſimilibus habetur ſcripturis, non eſt intelligenda, tanquam à Deo directè cauſata, ſed potius ex defectu liberi arbitrij humani. Nam homo qui ſe auertit à Deo, meretur vt Deus iuſtè retrahat gratiā ab illo, cuius gratię effectus eſt illuminare intellectum, & mollificare affectū, qua quidē gratia ſubtracta, homo remanet excęcatus in intellectu, & obturatus in affectu ex ſua propria malitia, non autem ex diuina operatione.

Deus excæcat ſubtrahēdo gratiam.

Replicat. Si cæci, non eſt peccatū, quòd Chriſtum nō agnouerint.

DISCIPVLVS. Licet excęcatio prędicta ex defectu liberi arbitrij humani procedat, vt tu dicis: adhuc videtur, quòd per talem excęcationem excuſarentur ab illo peccato, quò Chriſtum non cognouerunt, &c. Legitur Ioann. 9. Chriſtum dixiſſe: Si cęci eſſetis non haberetis peccatum.

Ioan. 9.

Cæcitas naturalis à peccato excuſat; cæcitas verò ex defectu voluntatis cùm ſit affectata ma litia non excuſat ſed grauat peccatum.

MAGISTER. Cęcitas quę excuſat à peccato eſt illa, quę contingit ex naturali defectu: vnde Philoſophus in libro Ethicorum: Nemo increpat cęco nato, ſed magis miſeretur. Cęcitas autem, de qua Propheta hîc loquitur, nō prouenit ex defectu naturali, ſed ex defectu voluntario, cauſato ex liberi arbitrij infirmitate ſeu malitia: ideo talis nō excuſat, ſed potius aggrauat peccatum, pręſertim cùm ſit affectata & ex malitia, prout eſt in propoſito.

DISCIPVLVS. Vellē vt oſtenderes mihi, quomodo in propoſito huiuſmodi cęcitas ſit volūtaria, cùm cęcitas dicit omnimodam priuationē cognitionis, circa illud quod quis ſit aptus cognoſcere.

Ignorantia dupliciter poteſt aggrauare peccatum.

MAGISTER. Ignorātia ſeu excęcatio, quę non ſolùm nō excuſat à peccato, ſed etiam ipſum aggrauat, dupliciter poteſt contingere. Vno modo quādo eſt affectata, vt puta cùm peccator vult ignorare illa, quę tenetur agere vel ommittere, vt liberius peccet, de quibus Iob 22. Qui dicūt Deo: Recede à nobis, ſcientiā viarum tuarum nolumus: quod propriè applicatur Iudęis, & pręſertim principibus Iudęorum, qui in crucifixione Chriſti affuerunt, qui per ſcrutinium ſcripturarum loquentium de Chriſto poterant & tenebantur Chriſtum cognoſcere, prout in prima parte huius tractatus eſt oſtēſum, ſimiliter & per eius opera: vnde Ioann. 15. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Vnde de talibus propriè verificatur verbum Iſaię pręallegatum, ſcilicet: Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua & oculos eius claude, &c. Iſti enim habuerunt oculos clauſos quaſi nō videntes opera Chriſti mira-

Iob 22.

Ioan. 15.

miraculoſa, vt ex eis proficerẽt habuerũt etiam aures aggrauatas, in quantum non audierunt debitè ea, quæ à Prophetis de Chriſto prenũciabantur: & quia iſta in eis procedebat ex voluntate deprauata, vt dictum eſt: id circo de ipſis verificatur habuiſ ſe cor excæcatum, quod totum inquantum poſſet conſiderari per modum pœnæ attribuendũ eſt Deo: & ſic videtur loqui Propheta. In quantum enim cõſideratur per modum culpæ ex defectu malitioſo liberi arbitrij procedente, attribuendum eſt ipſis transgreſſoribus, quę omnia applicabilia ſunt etiam modernis, in quantum nequitiæ ſeu facinori prædeceſſorum aſſentiunt.

Excæcatio per modum pœna attribuenda eſt Deo per modũ verò culpę ipſis trãſgreſſoribus.

DISCIPVLVS. Et ſi modernis poſſet applicari aggrauatio aurium, in quantum ea quæ in ſcripturis traduntur de Chriſto debitè non percipiunt. Similiter excæcatio cordis in quantum hanc ignorãtiam affectant. Clauſura tamẽ oculorum non videtur eis ſic applicabilis; nõ enim moderni viderunt opera Chriſti miraculoſa.

Excuſat modernos Iudæos, qui opera Chriſti non viderunt.

MAGISTER. Miracula Chriſti bene in corde diſpoſitis nunquam deficiunt. Vnde in collecta dicitur: Deus qui nullum tempus ſine teſtimonio tuæ bonitatis relinquis: ſed adhuc miracula Chriſti & diſcipulorum eius in nomine ipſius, debuiſſent credere: habent enim in multis eorum ſcripturis, quòd Chriſtus miracula faciebat, & etiam diſcipuli eius, ſed hoc attribuebant magicis artibus ſuperſtitioſis, ſicut & prædeceſſores eorum etiam Chriſto præſente dicebant: In Beelzebub principe dęmoniorum eiicit demonia. Matth. 9. Matth. 9. d. 34.

DISCIPVLVS. Habeo primum modum, in quo ignorãtia ſeu excæcatio aggrauat peccatum: doce ergo me de ſecundo modo.

MAGISTER. Eſt alius modus ſecundum quem ignorãtia peccati non excuſat, ſed potius aggrauat peccatum, & hoc eſt cùm quis ex malicia paſſionis errat in electione eius quod agẽdũ ſit, de quibus dicitur Sapi. 2. Excæcauit illos malitia eorum; quod potiſſimè contingit in prędictis trãſgreſſoribus, qui ex vitio peſſimo inuidiæ moti ſunt ad crucifigendum verum Chriſtũ, vt Matth. 27. Euangeliſta de Pilato dicit: Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum. De inuidia enim Greg. in 4. moralium dicit, quòd quamuis per omne vitium quod perpetratur humano cordi peſtis antiqui hoſtis intus effunditur: in hac tamen nequitia tota ſua viſcera ſerpens concutit. Dicitur enim Sapient. 2. Quod inuidia diaboli mors intrauit per orbem terrarum. Fuit etiam hęc inuidia grauiſſima, in quantum fuit inuidia fraternę gratię, ſecundum quam aliquis dolet de augmento gratię Dei, nõ ſolũ de bono proximi: qua ratione talis

Ignorantia ex malitia.

Sap. 2. d. 21.

Matth. 27. b. 18.

Greg. 4. lib. Mora.

Sap. 2. d. 24.

Inuidia peccatum grauiſſimum.

inuidia ponitur peccatum in Spiritum ſanctum 2.2.q.27.

S.Tho.2.2. q.27.

CAPITVLVM IIII.

In quo datur ratio, quare primi, ſcilicet Iudæi in captiuitate Babylonica exiſtentes, non leguntur incurriſſe excæcationem mentis ſicut & ſecundi, ſcilicet exiſtentes in hac captiuitate.

DISCIPVLVS.

Grego. in 5. Mora. Excæcatio mentis ex luxuria.

SEcundum doctrinam Greg. in 5. moraliũ. Excæcatio mentis oritur ex peccato luxuriæ: quod quidem peccatum non legitur fuiſſe in templo ſecundo, ſicut in primo, in quo tempore Prophetæ frequenter increpabant populum de illo vitio. Vnde Hiere. 5. Vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui inhiabat. Vnde huiuſmodi excæcatio potius debuiſſet contingere exiſtentibus in captiuitate Babylonica, quàm in huiuſmodi ſecunda, quod tamen non legitur.

Hiere.5.c.8

MAGISTER. Si bene conſideras aliud eſt vnum peccatũ oriri ex alio, & aliud eſt aliquod peccatum per modũ pœnæ infligi alicui. De primo loquitur Greg. aſſignans quædam ex aliis prouenire per modum originis, quæ quidem peccata dicit eſſe filias alterius, vt cũ dicitur, quòd inuidia oritur ex vanagloria: ſimiliter excęcatio mẽtis ex luxuria: ſed hîc agitur de ſecũdo modo, ſcilicet, quòd excæcatio cordis & aggrauatio auriũ, & huiuſmodi inflictæ fuerunt populo Iudaico in pœnam alterius peccati, in quo peccatum per modũ pœnæ inflictum correſpondere habet illi peccato, quod infligitur per modum demeriti. Et iſto modo excæcatio mentis & huiuſmodi inflicta fuit illi populo: demerebatur enim excæcationem mentis & clauſuram oculorum, & huiuſmodi per aliud peccatum, in quo volũtariè incurrebant, & hoc per correſpondentiam vnius ad alterũ, iuxta illud verbum ſupra allegatum: Iuxta menſuram delicti erit, &c.

Excæcatio Iudæorum fuit in pœnã alterius peccati.

CAPITVLVM V.

In quo oſtenditur, quòd pro peccato peſſimæ hypocriſis Iudæi tempore templi ſecundi captiuati, excęcationem mentis ſupradictã incurrerunt, Iſa. Propheta teſtimonio.

DISCIPVLVS.

DEclara quod ſit illud peccatum, per quod populus Iudaicus ſeu eorũ principes excæcationem meruerũt ſupradictã.

MAGISTER. Si bene ſcrutatus fueris ſcripturas reperies, quòd per peccatũ peſſimę hypocriſis, quę eſt ſimulata ſanctitas, & ſecundũ Hiero. eſt duplex iniquitas, De⁹ claudere habet ocũlos eorum, de quorũ officio erat legẽ & prophetias Iudęis interpretari, ſic quòd periret ſapiẽtia à ſapientibus eorũ, & intelligentia eorũ occultaretur, quod manifeſtè habetur Iſa. 29. vbi Propheta prænoſticauit Iudaicam cæcitatem à Deo infligendam in populo, dicens: Quoniã miſcuit vobis

Hiero. Hypocriſis peccatũ cauſa fuit excæcationis Iudæorum.

Iſa.29.c.10

vobis Dominus ſpiritū ſoporis, & claudet oculos veſtros, prophetas, ſcilicet falſos, & principes veſtros, qui vident viſiones operiet. quæ quidē excæcatio, & clauſura oculorum in Iudæis futuram Propheta declarat fore principaliter, circa intelligentiam ſcripturarum, à quarum vera intelligentia in locis pertinentibus ad cognitionē Chriſti dupliciter Iudæi declinant. Nā illi q' ſunt apud ipſos periti, vbi Prophetæ loquuntur de tempore aduentus Chriſti, & huiuſmodi, ſic quòd ſecundum planū, & verum intellectum, Chriſtum iā adueniſſe demonſtratur, reſpondent; quòd talia ſunt occulta, & non interpretabilia per eos: ſimplices verò de hoc excuſantur per ſuam imperitiam: de quibus duobus modis, quibus veritas ſcripturarū à ſupradictis ammouetur Propheta in loco allegato, ſic dicit: Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cū dederint ſcienti literas, dicēt; Lege iſtum, & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim, quod pertinet ad eorum peritos, & ſequitur: Et dabitur liber neſcienti literas, diceturq; ei: Lege, & reſpondebit: Neſcio literas. quod pertinet ad illiteratos. Et ſic patet, quòd vtriſque veritas ſcripturarum ignoratur per excæcationem ſupradictam: & reddens cauſam, quare ſic Deus clauſit oculos eorum, vt veritatem in ſcripturis traditam minimè participent, ſtatim ſubdit: Et dixit Dominus, Eo quod appropinquat populus iſtæ ore ſuo, & me glorificat labiis ſuis, cor autem eius longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo, peribit enim ſapientia à ſapientibus & intellectus prudentum eius abſcōdetur. Ex quo patet manifeſtè, quòd in ipſis habebat eſſe peccatum hypocriſis, ſecundum quod exterius Deum colebāt, de quo dicit: Labiis ſuis glorificant me. intus autem non ſolū glorificabant Deū, ſed etiam ab eo elongabantur in corde. In corde autem cultus Dei verus ſecūdum Auguſt. cōſiſtit, propter quod peccatum Deus ab eis abſtulit veram ſapiētiam & intelligentiam. Vnde ſequitur: Ideo ecce addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grādi & ſtupēdo, peribit enim ſapientia à ſapiētibus, & intellectus prudētum eius abſcondetur. Quod autem dicitur hîc de hac plaga excæcationis, quod eſt miraculum magnum & ſtupendum, intelligendū eſt propter magnitudinem detrimēti, quod eis ex iſta excæcatione cōtingit: nam per hoc errauerunt, circa cognitionē Chriſti, ex quo in cæteris aduerſitatibus & erroribus ſunt lapſi: ex quibus habes propoſitum, ſcilicet cauſam excæcationis Iudæorum à Deo inflictam eſſe eis, in pœnam hypocriſis nephandæ.

Iudæi à vera intelligētia dupliciter declinant.

Iſa. 29. A. 11.

Cauſa excæcationis.

In corde verus Dei cultus.

Auguſt.

Plaga excæcationis magnum miraculum & pœna hypocriſis.

DISCIPVLVS. Vt ſupra per te dictum eſt, pœnę correſpondere debent culpis: vellē igitur ſcire, quomodo culpa peccati hypocriſis, correſpōdet pœnæ excæcationis, prout autoritas Iſaiæ ſupra videtur ſonare.

MAGISTER. Correſpondētia peccati hypocriſis ſupradicti ad pœnam pro eo inflictam haberi poteſt per dictū ſaluatoris dicētis: In qua menſura menſi fueritis, remetietur & vobis. Marc. 4. Cōſtat autem quòd hypocrita, prę ſertim ille, qui exterius Deum videtur glorificare, interius autem, ſcilicet in corde, à Deo longè recedit, de quo Propheta loquitur, dicēs: Populus iſte, &c. Et cor eius longè eſt à me. talis conatur veritatē vitæ ſuæ, quæ peſſima eſt, hominibus ſub ſignis falſis exterioribus occultare. Vnde eadem menſura huiuſmodi hypocritæ remetietur, cùm veritas intelligentię ſacræ ſcripturę, in qua vita ſpiritualis humana doctrinaliter cōſiſtit, ei occultatur ſeu celatur: & ideo hypocriſis de directo oppponitur virtuti veritatis, vt in 2.2. q. 111. ideo eadem huiuſmodi pœna, ſcilicet excæcationis, per quam veritas diuinarum ſcripturarum occultatur, propriè correſpondet culpæ hypocriſis ſupradictæ.

Mar. 4. c. 24.

Commenſuratio hypocritæ ad excæcationi.

S. Tho. 2. 2. q. 111.

CAPITVLVM VI.

In quo oſtenditur, quòd licet hypocriſis ſimpliciter conſiderata non ſit de grauiſsimis peccatis, hypocriſis tamen Phariſaica, quam Chriſtus multipliciter increpauit, grauiſsimum peccatum eſt, quod ex quinque rationibus conſideratur.

DISCIPVLVS.

Licet hypocriſis ſit peccatū, non tamen ſemper eſt mortale, vt in 2.2. quæſt. 111. per te allegata habetur. Cùm autē eſt mortale non videtur ęquiparari maximis vitiis, vt pote idolatrię, homicidio & adulterio, & huiuſmodi. Irrationabile igitur videtur, quòd pœna Iudæorum in hac captiuitate exiſtentium, qui de hypocriſi principaliter notantur, grauior ſit quàm pœna primorū, qui de Idolatria, & aliis peccatis ſupradictis fuerunt rei. Cōſtat tamen ex prædictis, quòd ſicut maior eſt pœna exiſtentium in hac captiuitate, quàm in Babylonica, vt ex dictis patet, ſic & culpa maior debet eſſe ſecundū iam dicta.

S. Tho. 2. 2. q. 111.

Arguit quòd hypocriſis nō ſit grauiſsimū peccatum.

MAGISTER. Licet hypocriſis, ſimpliciter cōſiderata, prout ſolū dicit ſimulationē vel fictionē, nō ſit ita grauis, ſicut homicidiū & adulteriū, cùm hypocriſis, quādoq; poſſit eſſe veniale peccatū tantū, vt in 2.2. q. 111. hypocriſis tamen, de qua hîc loquimur Phariſaica, magnę grauitatis eſt. Vnde ſuper illud verbū Saluatoris. Luc. 12. Attendite à fermēto Phariſæorum, quod eſt hypo-

Hypocriſis aliquando veniale peccatum.

S. Tho. 2. 2. q. 111.

Hypocriſis Phariſæorū grauiſſimū peccatum.

Luc. 12. a. 1.

Beda.

hypocriſis. Beda ait: Sicut modicum fermentum totam farinæ maſſam corrumpit, ſic ſimulatione animi tota virtutum ſinceritas & veritas fraudabitur, &

Theophila.

Theophilatus ibidẽ: Nihil enim ſic alterat mores vt hypocriſis, ſcilicet Phariſaica. Vnde patet, quòd grauitas huius peccati, prout in Phariſæis vigebat, magna eſt tanquã alteratiua & corruptiua omnium morum. Circa quod conſiderandum eſt, quòd

Chriſtus inter cætera vitia maximè in Euangelio hypocriſim arguit, quæ ex quinque cauſis grauiſſimũ peccatũ eſt.

feriem Euangeliorum diligẽter ſcrutanti manifeſtè patet, quòd Chriſtus non legitur tantum impugnaſſe cætera vitia, quæ in Phariſæis & aliis ſuo tempore abundabãt, ſicut hypocriſis: cuius ratio eſt, nam hypocriſis Phariſaica, quã increpabat ex quinque redditur grauiſſimum peccatum.

Prima ob grauitatem.

Primũ eſt propter ipſius grauitatem, quæ quidem grauitas patet ex hoc quod vitiũ hypocriſis eſt corruptiuum omniũ morum, vt dictum eſt.

Secundo, quia in ſimulatione duplex iniquitas.

Secundo, quia gloſ. ſuper illud Thren. 4.

Thre. 4. a. 6

Maior eſt iniqnitas populi mei peccato Sodomorum. dicit: Scelera animæ planguntur, quæ in hypocriſim labitur, cuius maior eſt iniquitas peccato Sodomorum. Si autem quæratur, ratio quare hypocriſis ſit maior iniquitas quàm Sodomorũ, ad hoc dicitur ſecundum Hiero. ſuper illud Iſaiæ vbi ſupra: Populus iſtæ labiis me honorat, &c. In cõparatione duorum malorum, leuius eſt apertè peccare quàm ſimulare ſanctitatem. In tali enim ſimulatione cõcurrit duplex iniquitas, quarum vna eſt malitia interior, alia verò ſimulatio exterior.

Tertio quia eſt quoddã mendacij genus.

Tertio, quia hypocriſis ſecundũ ſe conſiderata eſt, quędam ſpecies mendacij, vt in 2. 2. q. ſupra allegata. Cõſtat autem, quòd mendacium, quãto magis elõgatur à veritate tãto eſt grauius.

Ariſt. in 5. Methaphy.

Vnde Philoſophus in Methaphyſica: Magis mentitur, qui aſſerit de nouem, quòd eſt centum, quàm qui dicit quòd eſt decem.

Mẽdacium Phariſaicũ.

Mendacium autem, quod in hypocriſi Phariſaica includitur in extremis diſtat à veritate. Ipſi enim cùm eſſent peſſimi & pleni vitiis, ſimulabant ſe non ſolùm eſſe iuſtos vel bonos, ſed etiam ſanctos, tanquam cæteros in bonitate & iuſtitia excedentes: vt patet de Phariſæo aſcendente in templum, qui de ſua iuſtitia ſe iactans confidebat, cæteros ſpernendo, Luc. 18. Lu. 18. b. 10 In tantũ enim ex ſuperbia iactantia cæteros ſpernebant huiuſmodi Phariſęi, quòd dedignabãtur, vt alij qualitercunque eos tangerent, de quibus Iſai. 65. qui dicunt: Re- Iſa. 65. a. 5. cede à me non appropinques mihi, quia immundus es, iſti fumus erũt in furore meo. Ex quo patet, quòd eorũ ſimulatio erat maximè mendoſa.

Quarto, quia hypocriſis Phariſaicã eſt maximè Chriſto oppoſita

Quarto, quia hoc vitium, ſcilicet hypocriſis Phariſaica, Chriſto maximè contrariabatur. Chriſtus enim, qui non ſolùm ſecundum diuinã naturam, ſed etiam ſecundũ humanam intrinſecus plenus gratia & veritate eſt, foris tamen in

ſimilitudine carnis peccati mundo apparuit, ſicut dicit Apoſtolus ad Philip. Phariſæi autē per totum oppoſitum, conabantur enim magnam innocentiam exteriusoſtendere vt oues, intus autem omni immunditia & rapacitate erãt pleni ſicut & lupi, de quibus Matth. 7. Veniũt ad vos in veſtimētis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quinto, quia hypocriſis Phariſaica non ſolùm contrariatur veritati in vniuerſali, ſed etiam particulariter contrariatur cuilibet ſpeciei veritatis, ſcilicet veritati doctrinæ, & veritati iuſtitiæ, & veritati vitæ. In iis enim tribus ſecũdum Hiero. veritas conſiſtit, quam quidem triplicem contrarietatem veritatis, in Phariſaica hypocriſi contentam Chriſtus execrabatur Matth. 23. vbi hypocriſim Phariſęorum multipliciter increpans, pręnuncians eis pœnam ęternę maledictionis, cũ dicit: Væ vobis Phariſęi, &c. ibidem explicat quomodo triplicē veritatem ſupradictam, quãtum in eis erat offuſcare conabãtur: quod patet primo de veritate doctrinæ, cùm dicit: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi, qui clauditis regnum cælorum, &c. ſcilicet cęleſtem beatitudinē, cuius introitus ipſe Chriſtus eſt. Vnde Ioãnis 10. Ego ſum oſtium per me, ſi quis introierit ſaluabitur. quòd quidem oſtium rectè aperitur per ſanam doctrinam ſcripturarum, ſecundum quam vera Chriſti cognitio habetur. Vnde Chriſtus diſcipulis, qui conabantur tēdere ad eius cognitionem aperuit ſenſus, vt intelligerent ſcripturas, & ſic eũ cognouerunt. Luc. 24. Phariſæi verò peruersè ſcripturas, quę de Chriſto dicuntur interpretando, vt patet in iis, quæ ſupra in prima parte huius tractatus dicta ſunt, regnum cęlorũ claudebant quo ad ſe & eorum ſequaces, de quo dicit: Vos non intratis, nec intro eũtes ſinitis intrare, &c. Et quia Phariſæi non ſolùm eos, qui de gente ſua erãt per falſam doctrinam corrumpebant, ſed etiã laborabant, vt gētiles ad ſuam falſam doctrinã peruerterent, ideo ſubdit: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi, qui circuitis mare & arida, vt faciatis vnum proſælitum, & cũ fuerit factus facitis eum filium Gehennę duplo quã vos. In quo oſtenditur, quòd corrumpere conabantur per ſuam falſam doctrinam, nō ſolùm Iſraelitas, ſed etiã vſq; ad alienigenas, & quia non ſolùm in iis, quæ ad cultum Dei pertinebant doctrinam veritatis nitebantur corrũpere: ideo ſubdit: Væ vobis duces cęci, qui dicitis, quicunque iurauerit per templum, nihil eſt, quicunq; autem iurauerit per aurum tēpli, debet. In quo loco Chriſtus oſtēdit, quòd circa obſeruationem iuramētorum, quæ ad Idolatriã pertinēt Phariſęi falsè interpretabantur ſcripturas ex cupiditate excæcati, præferentes ſanctitatem auri, quo templum ornabatur, ſanctitati tēpli, per quod aurum

Ad Philip.

Matth. 7. b. 16.

Quinto, quia hypocriſis Phariſaica non ſolùm contrariatur veritati in vniuerſali, ſed etiã in particulari.

Tribus veritatibus cõtrariatur hypocriſis. Hiero.

Matth. 23. b. 13.

Contrariatur doctrinæ.

Ioã. 10. b. 7.

Lucæ 24. d. 27.

Hypocriſis Iudæorum contra veritatem iuſtitiæ multiplicit.

aurum ſanctificabatur, prout cō muniter exponitur. Conſequenter ibidē Chriſtus increpat Pharisaicam hypocriſim circa veritatem iuſtitiæ: & primo in hoc quod illa quæ erant maioris neceſſitatis ad ſalutem conſequendam contemnebant, vt eſt miſericordia, vel iudicium, vel fides: illa quæ modicę vtilitatis ad ſalutem erant, vt eſt decimare mētam magna reputabant, ad quod ex duobus propriis ſuis vitiis mouebantur. Primo ex iactātia, vt ab omnibus crederentur eſſe ſancti, in quantū decimas de minimis rebus offerebant. Secūdo ex cupiditate, vt aliis exēplum præberent, quòd ſoluerent eis decimas de omnibus, nihil prætermittendo, & de hoc dicit: Væ vobis ſcribę & Phariſæi, qui decimatis mentam, &c. Idem oſtendit ſub alio exemplo dicens: Væ vobis duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes, &c. in quo oſtēdit, quòd illa quæ erant magni ponderis ſecundum mentem legis, ipſi pro nihilo reputabant, minima verò cum magna diligentia perquirebant, quod eſt contra veritatem iuſtitiæ, quæ vnicuiq; quod ſuū eſt reddit, ſecundum ęquitatem proportionis. Conſequenter oſtendit qualiter veritatem vitæ corrumpebant. Et primo in quantum de mūditia exteriori, ſcilicet veſtium & corporum, curabant, non autem de interiori munditia, ſcilicet mētis, quę potior eſt, & ad ſalutem neceſſaria,

Matth. 23. b. 13.

Hypocritæ veritatem vitæ corrumpebant.

de quo dicit: Vę vobis ſcribę & Phariſęi, qui mundatis, quod de foris eſt, &c. Phariſęę cęce mundaprius, quod intus eſt, vt fiat quod de foris eſt mundum. Cōn ſequēter hoc idem increpat ſub alio exemplo, dicens: Vę vobis Phariſęi hypocritę, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, &c. Quod quidem exemplū differt à pręcedenti, quia primum reſpicit res exteriores, ſecundum verò reſpicit propriam cōuerſationem, quam ab extra honeſtā habebant, vt cooperirēt malitiam interiorē, ſicut ſepulchra ab extra ſunt dealbata, ab intus verò plena oſſibus mortuorum. In vltimo verò exemplo increpat eos de corruptione veritatis vitę, in quantū ſe conabantur oſtēdere eſſe meliores, quā patres eorum. Vnde & ornabant & ędificabant ſepulchra prophetarū, qui fuerunt à ſuis prędeceſſoribus interfecti, dicētes: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorū non eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarū. ſed quia ipſi Phariſęi nō ſolùm erant ęquales in malitia patribus, in occidēdis Prophetis, ſed erant diſpoſiti ad maximum malum perperrandū, ſcilicet ad occidendum Chriſtū, qui eſt Dominus Prophetarum: idcirco eos maledicit prophetizando, dicens: Implete menſuram patrum veſtrorum. Phariſęi enim Chriſtū occidentes impleuerunt menſuram patrū ſuorum, eos in malitia pleniſſimè excedendo: in quo ſumma malitia

Summa malitia hypocriſis Phariſææ.

Phari-

Phariſaicę hypocriſis oſtēditur, in quantum iuſtiores patribus ſe oſtendebant, dicentes: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorū, &c. & tamen occultè Sanctū ſanctorum, & Regem Prophetarū occidere intēdebant. Ex quibus omnibus, diligenter conſideratis, ſatis habetur, quòd Phariſaica hypocriſis cætera vitia excedebat, in quantum ex ea ſequuta eſt occiſio Chriſti, quæ grauior eſt grauiſſimis peccatis. Vnde poſtquam dixit: Implete mēſuram patrum veſtrorum. ſtatim ſubdit: Serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehenę? quaſi dicat, ſic eſtis in malitia obſtinati per excæcationem mentis, quam per hypocriſim meruiſtis, vt autoritate Iſaiæ ſupradicta eſt oſtenſum, quòd nullo modo poteſtis fugere à iudicio gehennæ æternæ, nec etiam à pœna tēporali, ſcilicet à deſtructione tēpli tunc per Romanos futura, de qua in fine capituli ſubdit: Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.

CAPITVLVM VII.

In quo oſtenditur, quòd in cæcitate Phariſaica includitur negatio diuinę prouidentię magis culpabiliter, quàm in illis qui peccata ſua publicant ſicut Sodomitę, & in eodem oſtenditur, quòd ex huiuſmodi Phariſaica hypocriſi nefanda Deus elicuit magnum bonum, ſcilicet Gentium illuminationem, & vtrunq; fundatur in quadam autoritate Iſa. de qua hic agitur.

DISCIPVLVS.

Habeo quòd hypocriſis Phariſaica grauiſſimum peccatum eſt, prout tu doces, ſed aliquando per ſcrutinium ſcripturarū reperire poſſes, quòd grauius peccat ille, qui ſua peccata publicat, quàm ille qui occultat ea cęteris paribus. Vnde legitur quòd Propheta quoſdam increpabat, eo quod peccata ſua publicabant & non abſcondebant ea. Iſa. 3. Et peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerūt nec abſconderūt, vę animę eorū. quod non videtur omnino conſonare prędictis. *Arguit quòd peccatum publicās grauius peccat, quā occultè peccans.* Iſa. 3. b. 9

MAGISTER. Cū quis publicat peccata ſua non curans ea abſcōdere, hoc communiter contingit ex contemptu Dei & iudiciorum eius, ſpecialiter cū quis credit, quòd Deus non habet notitiā de iſtis inferioribus, iuxta illud Pſalmi: Viduā & aduenam interfecerūt, & dixerūt: Non videbit Deus. & hoc manifeſtè aggrauat peccatum. Sed ſi bene conſideras, hoc etiā includebatur in Phariſaica hypocriſi, ex hoc enim Phariſęi hypocritę occultabant peccata ſua hominibus tantū, quia credebāt, quòd Deus nō eſſet inſpector cordiū. Vnde in autoritate allegata Iſa. 29. Poſtquam Propheta prędixit culpam hypocritarū, dicens: Labiis me honorant, cor autem eorum longè eſt à me. ſimiliter & pœnam excæcationis eorum dicens: Peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus pru- *Quare quis peccata ſua publicat.* Pſal. 93. a. 6 Iſa. 29. d. 13.

In cæcitate Phariſaica includitur negatio diui na prouidẽtia.

prudentum eius abſcondetur. quæ quidem pœna correſpondet culpæ illius hypocriſis, vt ſupra dictũ eſt: ſtatim ibidem Propheta declarat, quòd huiuſmodi peccatum hypocritarum abſcondentiũ peccata procedebat ex hoc quod credebant, Deum non cognouiſſe abſcondita humanarum mentium: vnde immediatè ibidem ſubdit: Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera. et conſequenter de eis dicit: Et dicunt: quis videt nos, & quis nouit nos? Et attendendum, quòd negatio diuinæ notitiæ ſeu prouidentiæ, quæ includitur in iis qui peccata ſua ſimpliciter publicant, & ſi ſit valde grauis, non tamen tantæ grauitatis eſt ſicut negatio illa, quæ in hypocriſi præſertim Phariſaica includitur. In iſta enim peccata occultãtur ab hypocritis, vt per exteriorem iuſtitiam alios decipiãt, & ad errores inducant, nõ autem in alia. Ex quo patet, quod in Phariſaica hypocriſi includitur negatio diuinæ notitię de humanis, grauius quã in Sodomis, qui peccata ſua publicant: & ſuper hoc in hypocriſi Phariſaica adduntur alia nephanda, quæ ſupra tacta ſunt.

Quomodo grauius peccatum hypocriſis Phariſæorum, quã peccatũ Sodomitarũ.

DISCIPVLVS. Verba Iſaiæ in autoritate per te allegata, ſcilicet 29. cap. non videntur omnino ad inuicem conſonare. Dicitur enim ibidem: Et claudet oculos veſtros, Prophetas & principes veſtros, qui vident

Iſaiæ 29.

viſiones, operiet. quod tu exponis de cæcitate Phariſaica, quæ in pœnam ſuæ hypocriſis eſt eis inflicta, quod ſatis cõuenienter videtur eſſe dictum cum continuatione ad illud, quod ſtatim de eis ſequitur: Populus iſte labiis me honorat, &c. in quo declaratur eorum hypocriſis. Similiter & ſtatim ſubdit pœnam eorum, cùm dicit: Ideo addam, vt admirationẽ faciã populo huic miraculo grandi & ſtupendo, peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, &c. De quibus ſtatim declaratur vnum de principalibus eorum motiuis, cùm dicit: Væ qui profundi eſtis, &c. Et dicũt, quis videt nos & quis nouit nos? prout tu conuenienter expoſueras, de quo increpat eos Propheta, dicens: Peruerſa eſt cogitatio veſtra, &c. Sed hoc quod ſequitur in litera: Nonne adhuc in modico, & in breui conuertetur libanus in Carmel, & Carmel in ſaltũ reputabitur, & audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. non videtur bene cõſonare cũ hoc quod dictum eſt: Et claudet oculos veſtros, &c. Vnde peto, quòd iſtã prophetiam mihi declares, quæ videtur multum facere ad hypocriſim Phariſaicam declarãdam ſimul cum eorum pœna, quę fuit mentis excæcatio.

MAGISTER. Rectè iudicaſti in hoc quod Iſaias in autoritate allegata Phariſaicam hypocriſim, cũ ipſius pœna declarat,

rat:ſed ad illa verba, quæ vlterius ſequũtur, quorum petis declarationem, preſupponere debes, quia ſecũdum doctrinã Auguſtini: Deus adeo eſt bonus, quòd non permitteret mala fieri, niſi ex eis bona eliceret: permiſit enim primum angelũ peccare, vt inde ruinæ Angelorum reſtitutio per Chriſtum glorioſius fieret. Vnde in propoſito ex Phariſaica excæcatione, quã in pœnam ſui hypocriſis nefandæ incurrerunt, diuina bonitas elicuit illuminationem gentilium, qui hactenus erãt in iis, quę pertinẽt ad diuina ſurdi & cæci. Vnde Apoſtolus ad Rom. 11. Cæcitas ex parte cõtingit in Iſrael, donec plenitudo gẽtium intraret. de quo Actor. 13. Quia indignos nos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. quo prę ſuppoſito, ſenſus literæ, quẽ petis clarè habetur: nam poſtquã Propheta declarauit cæcitatem Phariſaicam, vt dictum eſt, ſtatim ſubiungit de illuminatione gentium, quæ ex prædicta cæcitate Phariſaica, ſtatim ſequuta eſt, dicnes: Nonne in modico, & in breui conuertetur Libanus in Carmel, &c. Carmel enim mõs ſterilis & ſiccus eſt, Libanus verò mons fructuoſus & aromaticus: per hoc figuratiuè intelligens, vt gens Iudaica, in qua cõmuniter conſueuerant fructus ſpirituales vigere, conuerteretur in Carmel, ſcilicet in ſiccitatem ſeu ſterilitatem, & è contra dè gentibus: & vt hanc figuram

Auguſt. Deus adeo bonus, vt nõ permitteret malum, niſi ex malis bona eliceret.

Ad Ro. 11. a. 5.

Acto. 13. g. 46.

Ex cæcitate Phariſaica illuminatio gentium ſequuta eſt.

Expoſitio prædictæ autoritatis de illuminatione gentium.

apertè nobis declararet, ſtatim ſubdit: Et audient in die illa ſurdi, id eſt gentiles, qui nunquam audierunt diuinũ verbum: Verba libri, ſcilicet legis diuinæ, & de tenebris & caligine oculi cęcorum videbunt, & eſt eadẽ ſententia, & quia ex iſta illuminatione gentium Apoſtoli, & diſcipuli Chriſti fuerũt valdè læti, idcirco ſubdit, & addent mites in Domino lætitiam. quod intelligitur de diſcipulis Chriſti, quos ipſe docuit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, Matth. 11. Et pauperes homines in ſancto Iſrael exultabũt, ſcilicet ipſi diſcipuli, quos ipſe docuit, Matt. 5. Beati pauperes ſpiritu. Alia autem ratio lætitiæ ſupradictæ, ſcilicet mitiũ & pauperum Chriſti, ſubdit, cùm dicit: Quoniã defecit, qui præualebat, conſumatus eſt illuſor, & ſuccẽſi ſunt omnes, qui vigilabant ſuper iniquitatẽ, &c. quæ omnia de cætu Phariſęorum & ſcribarum planè intelligũtur, prout communiter exponitur, qui in deſtructione Hieruſalem per Romanos occiſi ſunt, & diſperſi, & in captiuitatem, vſque in præſentem diem deducti.

Matth. 11. d. 19.

Matth. 5. a. 3.

CAPI-

CAPITVLVM VIII.

In quo oſtenditur, quòd Phariſæi tripliciter incurrerunt excæcationem mentis, ſicut & triplicem veritatem per ſuā nephandam hypocriſim corruperunt, quorum duo in hoc cap. explicantur: & ibidē declarantur verba Iſai. ad hoc pertinentia, ſcilicet cū dicit: Et peribit ſapientia à ſapientibus eius, &c. quòd propriè & multipliciter de Phariſæis, & eorum ſequacibus intelligendum eſt. Et ibidem declaratur, quòd hoc non eſt doctrina Chriſti dicentis de Phariſæis: Supra cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi, quidquid dixerint vobis facite.

DISCIPVLVS.

ADhuc volo, quòd mihi declares quædam verba Prophetę, in hac prophetia contēta, ſcilicet, vbi dicitur: Ideo ecce addam, vt admiratione faciā populo huic miraculo grandi & ſtupendo, & peribit ſapientia à ſapiētibus eius, & intellectus prudentū eius abſcondetur. Si enim hæc verba de Phariſaica cæcitate exponantur ſuperfluum videretur: iam enim de ipſis dixerat modicum ſupra: Et claudet oculos veſtros, Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones operiet. quod ſufficit ad oſtendendam cæcitatem ſuam ſupradictā: quęrendum ergo videtur, quid hîc additur ſuprà prædictā cęcitatē cū dicitur: Idcirco ego addā, &c. in quo videtur aliquid addere ſuper prædictā excæcationem.

MAGISTER. Si bene ſcrutatus fueris in hoc loco verba Prophetæ, reperies ipſa propriiſſimè adaptari Phariſaicę cæcitati, in quantū incurrerunt in pœnā ſui hypocriſis ſupradictā, vt dictum eſt. Ad cuius declarationem ſcire debes, quòd Phariſæi hypocritæ, ſicut triplicem veritatem corrumpebāt ſeu offuſcabant, vt ſupra 6. cap. ſic triplicem incurrerunt excęcationem mentis. Primo, ſcilicet circa cognitionem temporis aduentus Chriſti, & diuinitatē eius, & modum redēptionis eius, & huiuſmodi: de quibus Prophetæ fuerunt ſufficienter loquuti, & tamen ipſi tanquā clauſos mentis oculos habētes, hoc neſcierūt, de quo in 1. part. diſt. 1. & in multis ſequētibus largè dictum eſt. Et de hac excæcatione Propheta loquitur, cùm dicit: Et claudet oculos veſtros; &c. vſque ibi: Neſcio literas. de iſtis enim, & ſimilibus literati eorū quādoq; prætendunt ſe excuſari dicētes; quòd talia ſunt ſignata ſeu ſecreta, ſimplices verò excuſant ſe dicentes: Neſcio literas, prout ſupra dictum eſt. Secundo verò incurrerunt excæcationem circa obſeruationē legis Moſaicę, eſtimantes quòd lex Moſaica erat perpetuo duratura etiā quoad cærimonialia & iudicialia, quod falſum eſt, vt patet ſupra in 1. parte diſt. 8. Et de hoc dicit Propheta: Peribit ſapientia à ſapientibus eius. Ad quod ſciendū eſt, quòd huiuſmodi cærimonialia tempore durationis Moſaicę legis

Sicut triplicem veritatem corrumpebant Phariſæi, ita triplicem excæcationem.

Primò.

Secundò.

gis iudicabantur rationabiliter apud omnes, ſapiẽtialia eſſe. Vn
Deut.4.a.5 de Deut.4. poſtquam dixit Moyſes: Scitis quòd docuerim vos pręcepta atq; iuſtitias, ſicut pręcepit mihi Dominus, &c. ſubdit:
Poſt Chriſti mortem Iudæi ſapientiam perdiderunt. Obſeruabitis & implebitis opere, hæc enim eſt veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audiẽtes vniuerſa pręcepta hoc dicant: En populus ſapiens, & intelligens gens magna hęc. quæ quidem ſapientia manifeſtũ eſt, quòd periit ab eis poſt Chriſtũ. Nã ſicut per obſeruationem legalium tempore legis à cæteris nationibus iudicabantur ſapientes, in quantum per huiuſmodi obſeruationẽ regebantur à Deo tãquam populus peculiaris per miracula & reuelationes propheticas & huiuſmodi, vt patet in proceſſu vet. teſt. ſic poſt Chriſti aduentũ & diuulgationẽ Euãgelij ipſius, cùm huiuſmodi legalia fuerũt euacuata, ab omnibus iudicantur per eorũ obſeruationẽ inſipientes & ſtulti, tanquam laborãtes in iis, quæ nullius ſunt autoritatis ſeu vtilitatis, quod patet ad ſenſum, cũ hodie omnia illa vertũtur in deriſum apud intelligentes, & de hac ignorantia & cæcitate Propheta, dicit: Et peribit ſapientia à ſapiẽtibus, ſcilicet ſapientia ſupradicta, quę in legalium obſeruatione conſiſtebat. Item prędictum verbum:
Nefandum opus Talmudicum. Peribit ſapiẽtia à ſapiẽtibus. verificatur de eis ex hoc quod illud opus Talmudicũ eorũ cum magnis fatuitatibus & abſurditatibus permixtis compoſuerunt, vt largè habetur ſupra Iſa. Iſa.34.
34. & Zach.9. in additionibus, vide ibi: Zachar.9.
de quibus, ſcilicet ſcribis huiuſmodi mendaciſſimã doctrinam componẽtibus, intelligitur illud Hierem.8. Quomodo dicitis ſapientes ſumus, & lex Domini nobiſcũ eſt, verè mendacium *Vide Additiones in gloſſa.* Hiere.8.
operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum. vbi Prpphera volẽs reddere cauſam tantæ inſaniæ, ſubdit: Verbũ Domini proiecerunt, & ſapientia nulla in eis. quaſi dicat: Poſtquam verbum Domini, ſcilicet filium Dei proiecerunt, in tantũ caruerunt vera ſapiẽtia, quòd ad huiuſmodi nefandã doctrinã in ſcriptis ponendã modo prædicto proceſſerunt. Et quia illa, ſcilicet cõtenta in prædicto opere Talmudico nefandiſſimo, ſunt tantæ inſaniæ & fatuitatis, quòd merito quilibet ſenſatus admirari debet, quomodo talia ab hominibus auderentur tranſcribi: ideo de hoc propriè intelligitur illud in hac Prophetia Iſa. contentum, ſcilicet: Ideo ecce addam vt admiratione faciã populo huic miraculo grandi & ſtupendo, & peribit ſapientia à ſapientibus. quaſi dicat: Hæc perditio ſapientiæ ad tantam deueniet inſaniam, quòd in admirationes ſtupẽdas vertetur: quod manifeſtè patet aſpiciẽti prædictas additiones.

DISCIPVLVS. Verũ eſt, quòd in codicibus illis Talmudicis multa traduntur de Deo, quę ſi intelligantur ſicut ſonant, non

ſolùm

Multa abſurda & fatua Talmudiſta de Deo dicunt omnino incredibilia in lib. Baratoth, in lib. Hulin.

ſolū falſa ſed abſurdiſsima ſunt, vt cū dicitur in libro Baratoth, quòd Deus in qualibet nocte ſuper Hieruſalem & populum Iſrael flendo dicit: Væ mihi quia deſtruxi ciuitatem meam, & cōbuſsi templum meum, & in captiuitatem populum meum redegi. Similiter dicunt in libro qui dicitur Hulin, quòd Deus peccauit in faciendo quòd Luna eſſet minoris quantitatis quàm Sol: propter quòd peccatum expiādum, Deus miſit, vt in Iſraele fieret ſacrificium de vno hædo caprarum, vt peccatum Dei ſupradictum expiaretur. Quæ quidē & multa ſimilia in ſuis codicibus contenta, ipſi conantur à falſitate ſeu abſurditate excuſare ſic: dicunt enim quod iſta intelligi debent metaphoricè fuiſſe dicta, ſicut cùm Deo in ſcriptura attribuitur motùs, vt cùm dicitur Exo. 19. Deſcendit Deus ſuper montem Sinay. ſimiliter attribuitur Deo in ſcripturis ſacris, ira & pœnitudo, quę nullo modo competūt, perfectiſsimę inmutabilitati diuinę vt manifeſtum eſt: ſed iſta & ſimilia ſaluantur, exponendo ea methaphoricè fuiſſe dicta, ſcilicet quòd Deus ſe habet non in ſe, ſed in ſuis effectibus per modum deſcēdentis, ſeu irati, vel pœnitentis & huiuſmodi. Vnde & ſimili modo dicunt, quòd ſunt intelligenda verba Talmudica ſupradicta, & ſimilia cùm de Deo dicūt aliqua, quę nullo modo Deo competunt, ſcilicet metaphoricè, ſeu ſimilitudinariè, & non aliter, & iſto modo nituntur defendere multa, quæ in prædicto opere nephando Talmudico continentur. Precor igitur quod mihi oſtendas, quid circa hoc ſit tenendum.

Exo. 19. b. 11.

Iudeorum excuſatio à falſitate quā de Deo commentati ſunt.

MAGISTER. Si bene conſideras illa quæ de Deo in ſacris ſcripturis dicuntur, quæ licet imperfectionem important, tamē aliquid bonitatis ſeu perfectionis includunt: moueri enim nō licet perfectioni diuinæ, cuius eſſe purus actus eſt, nulla potentialitate admixta, quod licet Deo omnino non pertineat, importat tamē actum entis, quod eſt aliquid perfectionis, ſecundum quod Deo attribuitur: omnes enim perfectiones, quæ in creaturis ſunt, in Deo præexiſtunt, ſecluſa quacunque imperfectione, quæ in eis includitur, vt in 1. p. queſt. 4. art. 2. Ira, ſimiliter licet in creaturis eſt paſſio quædam, quæ Deo non competit; quia tamen quandoq; laudabilis eſt, vt cum mouetur à ratione recta, idcirco Deo attribuitur ſub ratione perfectionis, quacunque imperfectione amota. Sed miſerum eſſe quod intelligitur per illud dictum: Væ mihi. vel peccare, quæ non ſolùm non Deo, ſed nec beatis competit; nullo modo Deo eſt attribuendum, cùm nec etiam idolatræ ſuis diis falſis, talia audent attribuere: quę tamen fatuitas Talmudica Deo temerariè attribuitur, vt dictum eſt. Item differen-

Quæ de Deo in ſacris ſcripturis dicuntur ſemper aliquid bonitatis ſeu perfectionis includunt.

S. Th. 1. p. q. 4. art. 2.

Motus quomodo tribuitur Deo.

Ira quomodo Deo conueniat.

Miſerum eſſe vel peccare nullo modo Deo poteſt conuenire.

Differentia quæ debet eſſe inter Prophetas & Prophetarũ interpretes.

ferentia debet eſſe inter modũ tradendi Prophetarum, & inter modum tradendi eorũ, qui verba Prophetica exponunt. Prophetę enim quia quandoque de iis quæ ſupra hominem ſunt eis reuelata loquuntur, quandoq; verò vt homines more loquuntur humano, in dictis ſuis inueniuntur obſcuritates, vnde ſuper illud Pſalmi: Tenebroſa aqua in nubibus aëris. gloſ. obſcura doctrina in dictis Prophetarũ, expoſitores tamen qui dicta Prophetarum declarare debent, non obſcurè ſicut Prophetæ ſed apertè, ſic vt errores qui contingere poſſunt in expoſitione propheticarum loquutionum vitare ſtudeant, nõ autẽ vt in doctrina errores proponant.

Expoſitores Talmudici metaphoris in ſcripturis cõtentas debẽt exponere, & nõ vti metaphoris.

Vnde & Talmudici qui expoſitores ſacrarum ſcripturarum ſe dicunt, nõ metaphoricis loquutionibus vti debent, ſed metaphoras in ſcripturis ſacris contẽtas rectè habent exponere: cuius oppoſitum in ſupradictis & ſimilibus Talmudica inſania frequẽter inducit. Et attẽde quòd non ſolùm antiqui Talmudici in cognitione diuinorum ſepe errauerunt, ſed etiam eorum moderni magni Rabbini: inter quos

Rab. Moyſ. Ægyp.

præcipuus eſt Rab. Moyſ. Aegyptius, quem alterum Moyſen eſſe dicunt, & qui quaſi per viã Phariſaicam & expoſitionem ſacræ Scripturæ tendere videtur, cùm hoc tamen in multis errauit, quę ad cognitionem pertinent diuinorum, vt cum aſſerit omnia nomina, quę de Deo & creaturis dicuntur, eſſe merè æquiuoca. Ex quo ſequæretur quòd nullã de Deo haberemus verã notitiã. Similiter cũ alios errores in ſuis codicibus ponit periculoſos, de quibus ſupra aliquid eſt tactum. Itẽ quia humana perfectio pręcipuè conſiſtit in imitationẽ diuinę perfectionis, iuxta illud Leuit. 11. Sancti eſtote, quia ſanctus ſum ego Dominus Deꝰ veſter. Idcirco talia in ſcripturis attribuũtur Deo, in quorum imitatione quandoque homo meritoriè proficit: meretur itaque homo in odiendo impios, ſeu iraſcendo contra eos propter bonum iuſtitiæ, iuxta illud Pſalm. Nonne qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. & ſic iſta & ſimilia, in ſcripturis Deo attribuũtur, vt ea homines imitentur in bonum: ſed miſerum eſſe vel peccare ad quorũ imitationem nullo modo homines inducendi ſunt, nunquam Deo attribui debet.

Le.11.g.45

Pſal.

DISCIPVLVS. Licet verũ eſt, quòd Phariſæi Talmudici in credendis multa falſiſsima & abſurda introduxerũt, prout ſupra dictũ eſt, & in tuis additionibus, ſcilicet Iſai. 34. & Zach. 5. plenius tãmẽ cõtinentur in agẽdis. Videtur enim quòd Chriſtus eorũ doctrinã approbauit. Vnde Matth. 23. Super cathedrã Moyſi ſederũt ſcribę & Phariſæi quicquid dixerint vobis facite, &c. Ex quo patet, quod de

Arguit Chriſtum approbaſſe Phariſæorum doctrinam.

Iſai. 34. Zach. 5.

Mat. 23. a. 8

iis quæ

iis quæ agenda erãt, Phariſæi & Scribę non extortè, ſed rectè do cebant, licet ipſi opere non implerent.

Reſponſio ad Matth. autoritatē. MAGISTER. Verbũ Chriſti ſupradictum, intelligendũ eſt de doctrina Moſaicę legis, quam Phariſęi, nõ excedebãt nec corrũpebant per eorũ traditiones: non autem de lege Talmudicâ, quam fingunt eſſe ſecundam legem Moyſi datam. Vnde notanter Chriſtus dixit: Super cathedram Moyſi ſederunt Phariſæi. vt deſignaret quòd loquitur de doctrina in lege Moſayca verè contenta, non autẽ de doctrina falſa & ficta, ſcilicet Talmudica.

CAPITVLVM IX.

In quo declaratur tertius modus excæcationis Phariſaicæ, qui conſiſtit in hoc quod ſuas proprias inuentiones & aſſertiones ab eiſdem abſconduntur.

DISCIPVLVS.

Habeo duos modos excecationis Phariſaicæ, per te mihi oſtenſos, ſed quia dixiſti; quòd tribus modis incurrerant cęcitatẽ ſuę mẽtis, ideo peto vt mihi declares tertium modum.

Tertia Iudæorum excæcatio eſt, quia proprias inuentiones non intelligunt. MAGISTER. Tertio incurrunt mentis cæcitatem intantũ, quòd verba propria ſua & ſuos mentis conceptus non intelligẽtes, ſuæ proprię inuentiones ab eis abſconditæ ſunt. Eſt enim ſupra in prima parte in multis locis oſtenſum, quòd per dicta Doctorũ ſuorũ veritas catholica quandoque oſtenditur, quòd tamẽ ipſimet non intelligũt, ſed ſicut de Caipha. Ioan. 11 legitur, quòd neſciens prophetauit, de quo intelligitur prædictũ verbũ Iſai. ſcilicet: Intelligẽtia prudentiũ abſcõdetur. quaſi dicat: Prophetę non ſolùm pro phetias antiquas de Chriſto dictas, per cęcitatẽ mentis non intelligẽt, nec ſolũ ſapientiam eorum legalem perdẽt, ſed etiam quod ipſi met intelligũt abſcõdetur ab eis. Verbi gratia. Dicũt quòd Patriarchę & omnes ſancti ante aduentũ Meſsiæ non intrabant paradiſum, ſed erant in ei' ſuburbio, donec veniret fili' Phares ideſt Chriſtus filius Dauid, & hoc ꝓpter peccatũ Adę: & tamen cũ hoc nẽgant originale peccatũm fuiſſe, nec eſſe per Chriſtum ſeu Meſsiam expiandũ. Et inter multa quæ ipſi aſſeruerunt vera & ſalubria, quę tamen ipſimet non intellexerunt, vt benè agerent, præcipua ſunt illa quę ad terminũ aduẽtus Meſſiæ pertinẽt, circa hoc enim fuerũt multipliciter in opinionibus diuiſi. Quidã enim volẽtes claudere portã inquiſitionis huius termini per ſcripturas, aſſeruerũt, quòd terminus redẽptionis eorũ ab hac captiuitate eſt inſcrutabilis per ſc[r]ipturas, & quę runt rationẽ quare primis, ſcilicet in tranſmigratione Babylonica exiſtentibus, fuit reuelatus terminus ſuæ redẽptionis. Hierem. 29. Cùm impleti fuerint in Babylone, ſeptuaginta anni viſitabo vos. & tamen ſecundis, ſcilicet

Ioa. 11. f. 54.

Multa & variæ opiniones de aduētu Meſſia.

Hiere. 29. b. 10.

licet qui fuerunt ſeu ſunt in hac captiuitate non fuit reuelatus terminus ſuæ redemptionis: ad quod reſpondet, quòd ratio huius differentiæ eſt iſta: nam primis fuit reuelatum peccatum ſeu peccata pro quibus fuerunt in captiuitatem ducti, vt patet Reg. 4. & Paralip. 2. Et ideo illis fuit reuelatus terminus ſuæ captiuitatis, vt dictum eſt: ſed ſecundis, ſcilicet in hac captiuitate exiſtentibus, non eſt reuelatum peccatum, propter quod in hanc captiuitatem ſunt deducti: & ideo terminus ſuæ redemptionis eſt eis ſimiliter ignotus. Alij verò tam antiqui quàm moderni aſſignauerunt terminos diuerſos ad huiuſmodi aduentum, qui tamen termini omnes iam tranſierunt in præteritum, vt ſupra diſtinct. 3. cap. 4. plenè eſt oſtenſum. Quidam verò eorum aſſeruerunt, quòd omnes termini præterierant, & quòd non pendebat redemptio eorũ niſi in ſola pœnitẽtia. Attende igitur, quomodo ſecundũ tres opiniones ſupradictas, ipſorum propria intelligentia abſconditur ab illis. Nam ſi primam ſequãtur opinionem oportet eos cõcedere, quòd peccatum pro quo ſunt in hac captiuitate eſt eis ignotum, & hoc eſt verum, prout ſupra in præſenti diſtinct. oſtenſum eſt. Et conſequenter ſi hoc peccatũ ſibi innoteſceret, quod quidem peccatum eſt derelinquere Chriſtum verũ Deũ & hominem, & ſuas fatuitates ſequi, tunc manifeſtũ eſt quòd terminus captiuitatis eſſet eis notus, ſcilicet cũ ab illo peccato conuerterentur per agnitionẽ veri Chriſti ſeu Meſsiæ: per hãc enim conuerſionem ſtatim redemptionẽ adipiſcerentur. Si autem ſecundam opinionem ſequerentur oporteret eos concedere, quòd Chriſtus ſeu Meſſias iam venit, cum omnes termini per ſuos magiſtros aſſignati in præteritũ tranſierunt: non enim poſſunt ſcripturæ diuinę in quibus quilibet eorum ſecundum ſuam intelligentiam fundatur, à veritate deficere. Si autem tertiam ſequãtur opinionem, oporteret eos concedere, quòd nullus eorum eſt in vera pœnitẽtia: nã ſi aliquis eorum in vera pœnitẽtia eſſet, tunc ſaltem ipſę pœnitens eſſet redemptus per Meſſiam. Ex quibus manifeſtè habetur, quod illud quod ab ipſis met intelligitur circa tempus redemptionis, ſeu aduentus Meſſię, ab ipſis met abſconditur: & hoc eſt quod Propheta prędixit. Et intelligentia prudẽtium eius abſcondetur, non enim dixit, & intelligentia eorum peribit, ſicut dixerat de ſapientia, ſed dixit abſcõdetur, quaſi dicat quòd ipſi met non percipient ea quę per ipſos ſunt intellecta, ſed ab eis abſcondentur, vt dictum eſt: Nos autem quibus veritas propalata eſt intelligentiam ſupradictorum per eos inuentam, ſpecialiter eorum, quæ aliquid continent, veritatis habere poſſumus,

Marginalia: *4. Reg. 2. Paralip.* — *Infr. diſt. 3. c. 4.* — *Vera intelligentia aduentus Meſſiæ abſcondita fuit Iudæis & quare.* — *Corolarium notandum.* — *Iſai. 29. c. 14*

mus, & ad noſtram eruditionem proficere poſſunt, ſi ſacras ſcripturas ſcrutari conemur, & quędam verá hiſtorialia ad hoc pertinentia attente proſpiciamus.

CAPITVLVM. X.

In quo oſtenditur, quòd multa de inuentionibus ſeu aſſertionibus Phariſæorum, quas ipſi inuentores ſeu aſſerentes minime intelligunt, quandoquę nobis proficiunt ad eruditionem: & quod in terminis per eos aſſignatis ad ſuam redemptionem, aliqua emerſerunt, ad honorem fidei Catholicę pertinentia.

DISCIPVLVS.

HOC vltimum quod dicis, vlteriorem requirit declarationem: vnde peto quòd mihi amplius declares, quomodo intelligentia quorundam ſupradictorum erroneè opinantium ad noſtram proficiat eruditionem.

MAGISTER. Secundum Philoſophum in Metaphiſica: veri Philoſophi in cognitione veritatis profecerunt, ex opinionibus antiquorum etiam à veritate deuiantium, inquantũ in talibus erroribus aliquid veritatis continebatur, cuius ſimile in propoſito contingit. Ad quod ſciendum, quòd Phariſęi & eorũ ſequaces Chriſtum perniciosè abiiciendó tribus modis circa inquiſitionem termini ſuę redemptionis in ipſo proceſſu temporis ſe habent. Quidam enim eorum ſic ſunt in ſua excęcatione obdurati, quòd nec volunt inquirere de peccato, pro quo ſunt in hac diuturna captiuitate, hec etiam ipſius captiuitatis terminum per ſcripturas ſcrutari curant: & ideo dicunt, quòd vtrũque eſt eis ignotum: & ij aſſimilantur infirmo, qui in tantum incurrit ſuæ ſanationis deſperationem, quòd non curat de cognitione ſuæ infirmitatis, neque etiam de curatione. Et iſtis correſpondet primus modus errandi ſupradictus, qui inter alios peſsimus eſt, ſcilicet dicentium, quòd peccatum pro quo ſunt in hac captiuitate eſt ignotum, ſimiliter & terminus ſuæ redẽptionis: quorum vtrũque, licet ſit verum quantum ad eos qui vtrumque ignorant, non tamen quo ad nos qui vtrũque per ſcrutinium ſcripturarum cognoſcimus, vt ex ſupradictis in prima parte habetur. Hæc tamen ignorantia non excuſat eos, ſed potiùs accuſat, cũ ſit non ſolũm craſſa ſed etiam affectata. Sunt alij qui non curant de inquirendo circa peccatum, pro quo in hac captiuitate detenti ſunt: vel ſi curant, hoc attribuunt aliis peccatis antiquis, vt puta peccato vituli in deſerto fabricati, vel peccatis modernis, quæ non ſunt communia toti eorum vniuerſitati ſed ſingularia, quorum vtrumque eſt falſum vt ſupra oſtenſum eſt, cũ de tribus conditionibus huius peccati ageretur. Iſti tamen conantur ſcrutari terminum ſuę re-

Ariſt. in Metaphi.
Veri Philoſophi in cognitione veritatis profecerunt, ex opinionibus antiquorum etiam à veritate deuiãtium.
Phariſei tribus modis circa inquiſitionem termini ſuæ redemptionis ſe habent.
Primus modus.
Secundus modus.

demptionis per ſcripturas, & aſſignauerunt ſinguli ſingulos terminos iam prętericos: in quibus terminis vel in notabilioribus eorum ſecundum quoſdam fideles in antiqua ſacra pagina literatos, & à Iudaica cæcitate ad lumen fidei conuerſos, aliquod bonum magnũ ſpirituale ad laudẽ Dei & honorem Chriſtianæ fidei emicuit: quod ſic patet. Nam ſic in terminos aſſignatos per Iudæorũ Doctores, duo fuerunt præcipui, ſcilicet termi nus aſſignatus per Rab. Moyſ. Aegyptium, ſecundum quem redemptionem Iſraeliticam dixit eſſe futuram in anno certo, computando à creatione mundi: qui quidẽ terminus iam trãſiuit in pręteritũ per 218. annos, prout ſupra dictum fuit. Conſtat autem quòd in prædicto ter mino ab ipſo aſſignato vel ferè, claruerunt in Eccleſia Dei duo viri ſancti & religioſiſsimi, ſcilicet, beatus Dominicus & beatus Franciſcus: ex quibus & eorum ſequacibus in religione, doctrina fidei & morum Eccleſia vniuerſalis maximè refulget, vt eſt manifeſtum. Non igitur immerito ęſtimãdum eſt, quòd de tantis viris & ordinibus toto or be coruſcantibus, aliquod præno ſticum eſſet, per ſcrutinium ſcripturarum reperiendum. Vnde terminus quem Rabbi Moy. Aegyptius ſcrutatus eſt, non ad redemptionem Iudaicæ perfidiæ, ſeu pertinatiæ eſt referendus, ſed potius ad redemptionẽ populi Dei, ſcilicet Chriſtiani. Quis enim numerare poſſet, quot animę per miniſterium prędicationis & doctrinæ Prædicatorũ & Minorũ, tam in dictis quã in ſcriptis ſunt Deo cooperãte à dęmoniaca captiuitate redẽptę? certè nullus niſi ſolus Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum. Item poſt prædictũ Rabi Moyſ. Aegyptium fuit in Hiſpania alter Rabbi Moyſ. Gerundenſis: qui licet non tam magnę autoritatis fuit ſicut primus, nõ tamẽ mediocris autoritatis fuit, ſed inter eos magnus reputatur. Scripſit enim ſuper Pentatheucum, & ſuper aliquos alios libros Bibliæ, & ſuper ſuum Talmuth, multa quæ apud eos habentur, tãquam magiſtralia, qui in expoſitione Pentatheuci in parte prohemiali, cũ magna ſolennitate determinauit, quod terminus aduentus Meſſiæ futurus erat certiſsimè in anno 5118. à creatione mundi, ſecundum computationem Hebræorum. Quem quidẽ Rab. Moy. ſequutus eſt in huiuſmodi termini aſſignatione Rabb. Leui Begner, qui fuit de prouincia Prouinciæ in ſua expoſitione ſuper Danielem: iactans ſe ſuper hoc diuinã reuelationem habuiſſe, prout iſta latius dicta fuerunt ſupra, di ſtinct. 3. Quem quidem terminum omnes Iudæi ſpecialiter citra marini tanquam certiſsimũ, antequam trãſiſſet ſpectabant, ſed Deo diſponente cõtigit eis oppoſitũ. Pro quo ſcire debes, quòd

Duo termini aſsignati ſuæ liberationis.

Primus terminus, per Rab. Moyſ. Aegyp.

Diſt. 1. c. 4.

S. Franciſcus & S. Dominicus.

Laus prædicatorum & Franciſcanorum.

Secũdus terminus per Rab. Moyſ. Gerun.

Quinto milleſimo & centeſimo decimo octauo à creatione mundi liberatio Iudæorum.

Rab. Moyſ. ſequutus eſt in hac aſſignatione Rab. Leui Begner. qui fuit de prouincia Prouinciæ, in Danielem.

Iudæi in Hiſpania antiquo hoſte ſuadẽte, præficiebãtur in maiorib' officiis Regni.

quòd in Hiſpania ſpecialiter in regnis & dominiis ſereniſsimi domini Regis, Regis Caſtellæ & Legionis, à magnis temporibus, ſuadente antiquo hoſte, Iudæi magnos habebant ſtatus, intantum quòd fidelibus in multis præerant, & officia magna & publica exercebant inter Chriſtianos, & fidelib' in multis præficiebantur. Obtinebant enim in domibus Regum & etiam magnatum officia magna, per quæ omnes ſubditi etiã fideles eos in magna habebant reuerẽtia & timore: quod non in modicum ſcandalum ſeu periculum animarum cedebat fidelium ſimplicium: de facili enim tales cõſueuerunt ad errores eorum qui eis præſunt moueri. Infideles Iudæi etiam ex hoc occaſionem perſiſtendi in ſuis erroribus ſumebant dicentes, & in ſuis codicibus nõnullis eorum ſcribentes, quòd Prophetia Iacob Patriarchæ in qua dicitur: Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Geneſ. 49. verificabatur in hoc quod Iudæi in Hiſpania ſceptrũ dominij ſeu regiminis obtinebant modo ſupradicto. Sed ſcrutanti hiſtorias Hiſpaniæ notum eſt, quòd in termino ſupradicto, qui concurrit cum anno Domini, 1358. vel circiter, contigit quòd Rex Petrus in carcerem duxit illũ, qui inter Iudæos erat maximus & valdè magnus in domo Regia, quẽ etiam in carcere iuſsit interfici, & alios magnos eiuſdem generis cum eo, & ex-

Geneſ. 49. b. 10.

Petrus Rex cognomento crudelis primarios Iudæorum in Hiſpania interfecit. Non cognominat illum magnum.

tunc non fuit aliquis Iudæus, qui de domo regia ſicut hactenus præficeretur. Cõſequenter etiã Rex Henricus ſecundus, bonæ memoriæ frater eius, qui Regnum fratris habuit, multas cedes ſeu ſtrages antequã regnaſſet in Iudæis fecit, tam in vrbe Toletana, quàm in quibuſdam aliis villis & caſtris, in cõfinibus regni Caſtellæ exiſtentibus: & cum huiuſmodi rex Henricus ſecũdus regnauit, regno accepto à fratre ſuo Petro, ipſe inſtituit in curiis generalibus, quòd Iudæi portarent ſignum diſtinctionis in ſuis veſtibus, prout iura canonica volunt: quòd tamen nunquam fuit auditum in Hiſpania, ſed indiſtinctè cum fidelibus conuerſabantur, ex quo multæ enormiæ & diuinæ legis diſſormia ſequebantur. Conſequenter Rex Ioannes primus fœlicis recordationis filius prædicti Regis Henrici ſecundi inſtituit, quòd Iudæi nulla haberent officia publica, nec iuriſdictionem etiam inter ſeipſos in criminalibus exercerent: qua quidem iuriſdictione aliàs maximè abutebantur. Poſt quem, ſcilicet Regem Ioannẽ, regnauit Rex Henricus tertius ſanctæ memoriæ filius eius, in anno vndecimo ætatis ſuæ. In cuius regni principio, Deo vltionem ſanguinis Chriſti excitante, multitudo populorũ magna & valida contra eos ſurrexit, & quamplurimi fuerunt interfecti per totã Hiſpaniam: qui quidem tumultus incœpit

Henricus Rex ſecundus, multos Iudæos occidi fecit.

Hẽricus inſtituit quod Iudæi portarent ſignum diſtinctionis in ſuis veſtibus.

Ioannes primus Henrici filius inſtituit vt Iudæi officia publica ſeu iuriſdictionem non haberent.

Tempore Henrici tertij tumultus maximus populorum excitatus eſt contra Iudæos.

à ciuitate Hiſpalenſi: in cuius eccleſia metropolitana quidā Archidiaconus, in literatura ſimplex, & laudabilis vitæ, cœpit prædicare cōtra errores Iudęorum, & modos viuendi enormes, & cōtra ſinagogas eorum, nouiter contra ſacrarum Canonum tenores ædificatas, ex quo tumultus ſupradictus incœpit: & conſequenter, in breuiſſimo tempore per totam Hiſpaniam, & vſq; vltra Pirineos, & in inſulis Maioricarum & Sardiniæ, velociſsimè euolauit.

Multi Iudeorum ex hac vtrà nōne ad fidem ſunt cōuerſi.

Deus autē qui adeò bonus eſt, vt ex malis eliciat bona, ſic diſpoſuit, quòd hac vexatione currēte & etiam poſt ipſius ſedationem, nōnulli Iudęorum, ad cor ſuum reuerſi, dixerunt illud. Deut. 31. Verè quia nō eſt mecum Deus, inuenerunt me hæc mala. Et ſic, vexatione dāte intellectum auditui, ſcripturas ſcrutari cœperūt, & à Deo illuminati errorē ſuum cognouerunt, ſic quòd ad Deum conuerſi nomen Chriſti publicè & deuotè prædicantes, multorum corda filiorum ad patres, Deo dirigente, conuerterunt, quæ omnia in iis regionibus manifeſta ſunt.

Deut. 31.

Iſai.

Ioannes Hērici tertij filius cœpit regnare in cunabulis, et multa cōtra Iudaicā impietatem inſtituit.

Poſt prædictum verò Regem Henricū tertium ſanctę recordationis, ſucceſsit sereniſsimus Rex Ioannes filius eius, qui hodie regnat & in longæuis temporibus fœliciter regnauit. Iſte cœpit regnare in cunabulis, cùm eſſet in ſecundo anno ætatis ſuæ, & ſic fuit ſub tutoribus vſque ad tempus præfinitum à patre. In cuius tempore tam durante tutela, quàm poſt, cū iam regimen ſuorum regnorum accepit, multa fuerunt inſtituta contra Iudaicā impietatem, quę in ſuis curiis & regnis pro maiori parte obſeruabantur: ſub quo, diuino auxilio opitulāte fideliter ſpectatur, quòd infidelitas tam Iudaica, quàm Sarracenica ſupprimetur. Ex quibus ſatis patet, quòd in termino finaliter à peritis Iudęorum pro ſua redemptione aſſignato, incœpit vaſtatio perfidorum infidelium, & ſalus, vita & reſurrectio fidelium ad Chriſtū conuerſorum eſt exorta, quod eſt intentum.

Alius terminus liberationis Iudaeorum.

Et attende quòd inter duos prędictos terminos, qui per prędictos Rabbinos in ſuis libris aſſignati fuerunt, fuit terminus alius à duobus Iudęis in Hiſpania, qui prophetæ dicebantur, quorum vnus erat in ciuitate Abulenſi Prouinciæ Cōpoſtellanēſis, & alius, in villa quę dicitur Ayllon, Seguntinenſis diœceſis Tolletanenſis Prouinciæ.

Duo Iudæi in Hiſpania dicti Prophete terminum liberationis aſſignarunt.

Qui quidē duo tam magnalia loquębantur, & quandoque futura pręnoſticabant, & occulta reuelabant, & ſecundum morem eorum honeſtè viuebant, quòd ab omnibus Iudæis iſtius regionis reputabātur ſancti prophetæ: & iſti duo aſſignauerunt tempus ad videndum ſignum ſuæ redēptionis, in anno a creatione mundi 5045. ſecundum eorum computationem: qui quiquidem annus concurrit cum

anno

anno Domini. 1295. In quo quidem anno, in quarto menſe qui apud vos dicitur Chaum, vltima die ipſius menſis, in qua die prædixerunt quòd Iudæi debebant habere ſignum ſuæ redemtionis, à Deo miraculosè factũ. Ad quorum proclamationem omnes Iudæi fecerunt ſuas pœnitentias, in ieiuniis multis, cum ſatisfactionibus & eleemoſynis, quaſi ad Deum reuerſi, orãtes, vt ſibi prædictum ſignum ſuæ ſalutis oſtenderet. In quo anno menſe & die aſſignatis, intrauerunt ſinagogas ſuas ad orandum Deum, induti ſindonibus albis, lineis ſeu ſericeis, prout eſt moris apud eos in die expiationis; ſcilicet in die decima menſis ſépetimi. Et tũc, altiſsimo Deo cooperante, qui nullum tempus ſine bonitatis ſuæ teſtimonio relinquit, in ſindonibus ſupradictis apparuerũt cruces in omnibus, & vbicunque erant, etiam in illis ſindonibus qui ſeruabantur in ſuis apothecis: quo ſigno viſo, multi eorum fuerunt turbati, quorum quidam dicebant, quòd hoc fuerat factum diabolica arte: nimirum cùm prædeceſſores eorum de Chriſto maxima miracula faciente dicebant! In Beelzebut eiicit dæmonia. Matthæi. 9. Alij verò dubitabant, non audentes loqui, nec aliquid circa hoc iudicare. Alij vero crediderunt hoc ſignum fuiſſe veri Chriſti crucifigi, & diſpoſuerunt ſe ad eius fidem, cum Baptiſmo recipiendã.

Signa Crucis in ſindonibus Iudæorũ apparuerunt die illo quo ſperabant horã ſignum ſuæ liberationis.

Matt. 9. d. 34.

Iſti tamen fuerunt pauci, iuxta illud, Hiere. 3. Aſſumam vos vnũ de ciuitate, & duos de cognatione, &c. Saluator etiã de via quæ ducit ad paradiſum, dicit: Et pauci inueniunt eam. Matth. 7. quæ omnia large traduntur à Magiſtro Alphõſo Valliſoletanenſi, in quodam ſuo libro qui dicitur de Bellis Domini, c. 27. Qui ex prædictis multa vidit, & teſtimonium perhibuit: ego autẽ licet nõdum eſſem tempore iſtius ſigni natus, qui quidem terminus præceſsit natiuitatẽ meam, per 60. annos ferè. Teſtificor tamẽ coram Deo, qui hoc prędictũ ſignum modo prędicto cõtigiſſe, ſepe & ſepiſsimè audiui ab antiquioribus Iudęis nemine contra dicente in ipſo facto, niſi ſolùm in cauſa eius, quia quidã eorum hoc attribuebãt Magicę arti, quidam verò cauſam relinquebant ſub dubio. Ego autem quandoque mirabar, quomodo Domini illius temporis, pręſertim Eccleſiæ pręlati de hoc non fecerunt mẽtionem in ſuis hiſtoriis, de quo tamen rationabiliter debuiſſet imperpetuũ celebrari feſtũ ad honorem Crucis Chriſti. Sed reuera hãc admirationẽ tollit à me exceſſiuus Iudęorũ ſtatus, in illis tẽporibus de quo iam dictũ eſt. Tantum enim locum habebant, cũ regibus & principibus terrę, tàm in Eccleſiaſticis quã ſecularibus, quòd hoc potuerũt ſuis cauillationibus impedire. Ex quib⁹ omnibus rationabiliter pręſumendum eſt, quòd ſicut

Hiere. 3.

Matth. 7. b. 14.

Alphonſus Valliſoletanus in lib. de Bellis Domini. c. 27.

Teſtimoniũ autoritatis de prædicto ſigno.

In memoriã tanti miraculi, feſtum Crucis debuiſſet celebrari.

ſicut in prædictis terminis à ſuis magiſtris aſſignatis, redemptio per ipſos falsè ſpectata nõ peruenit, ſed potius aliqua cõtigerunt ad confirmationem ſeu honorem fidei catholicæ pertinentia, & per conſequens ad noſtrã redemptionem ſeu ſalutem. Sic preſumendum eſt contigiſſe in aliis terminis, de quibus fuit facta mentio ſupra per te 1. diſt. 3. licet illa ad noſtram notitiã non deueniſſent propter remotionem partium terræ Orientaliũ, atque Meridionalium, ab hac regione Hiſpaniæ, quæ occidua eſt & Septemtrionalis.

CAPITVLVM XI.

In quo oſtenditur, quòd aliqua veriſſima circa eorum redemptionem aſſeruerunt, quæ tamen ipſimet non intelligunt, & quòd hoc Prophetatum fuit per Iſaiam.

DISCIPVLVS.

Quærit de tertio modo aduentus Meſsiæ, ſcilicet de pænitentia.

Habeo ex per te dictis, quomodo ex primis duobus modis errandi Phariſæorum, circa cognitionem aduentus Chriſti aliquid nobis vtile elicitur: ſed de tertio modo, ſcilicet aſſerentium, quòd omnes termini aduẽtus Meſsiæ ſeu Chriſti præterierunt, & quòd non pendet redemptio niſi ex pœnitentia, vellem aliqualem declarationẽ: vt ſcirem quomodo ex hoc nobis aliquid vtile inſurgat.

MAGISTER. Iſte tertius modus dicendi eorum, veriſsimus eſt, nec indiget alia interpretatione, ſed ſicut ſonat propriam obtinet veritatem. Nam quòd omnes termini aduẽtus iam præceſſerunt, hoc omnino conſonat catholicæ veritati, per quã creditur, quòd cùm venit plenitudo tẽporis miſit Deus filium ſuum, &c. tunc enim plenitudo temporis venit, quando omnes termini per ſcripturas ſacras ad hoc aſſignati ſunt impleti. Si enim ſacras ſcrutatus fueris ſcripturas reperies, ad idem tempus aduentus Meſsiæ fuerunt termini diuerſis modis aſſignati. Aliqui enim termini aſſignati ſunt ex parte ablationis poteſtatis ſeu dignitatis principatus à populo Iudaico: & hoc modo Patriarcha aſſignauit huiuſmodi terminum dicens: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, &c. Geneſ. 49. Fuit etiam alius modus aſſignandi huiuſmodi terminum ex parte Monarchiarũ, quæ in orbe præceſſerunt aduẽtum Meſsiæ, & hoc modo Daniel huiuſmodi terminum declarauit, cùm dixit: In diebus Regum iſtorum ſuſcitabit Deus cæli Regnum, quod in æternum non corrumpetur. Daniel. 2. Fuit etiam alius terminus aſſignatus ex abſciſione ſeptuaginta hebdomadarum, Dani. 9. & ſic de aliis quæ ad huiuſmodi aſſignationẽ in ſacris ſcripturis poſſunt reperiri. Vnde notãter Apoſtolus dixit: Cùm autem venit plenitudo temporis. tunc enim plenitudo tẽporis venit, quando tempora diuerſimodè ad hoc

Termini aduentus Meſsiæ diuerſis modis fuerunt aſſignati.

Geneſ. 49. b. 10.

Danie. 2. g. 44.

Danie. 9. f. 14.

Ad Gal. 4. a. 4.

ad hoc aſſignata ſimul concurrerunt. Similiter & verba Phariſaica ſupradicta non aliud propriè ſonant, niſi quòd omnes termini præfiniti tranſierunt in præteritum, & quòd non pendet redemptio, niſi ex pœnitentia. Quæ quidem verba fideliſsima ſunt & vera: quæ vtinam intelligerent, vt benè agerent: ſed verus intellectus huiuſmodi verborum eſt eis aſconditus, vt ſupradictum eſt: ſpecialiter ex hoc quod peccatum pro quo in hac captiuitate exiſtunt eſt eis ignotum, quod expræſsè prænoſticatum eſt per Hiere. Tren. 2. vbi dicitur: Prophetæ tui, id eſt, expoſitores tui, viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebāt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Ex quo patet, quòd ſi huiuſmodi peccatum eſſet eis cognitum ad pœnitentiam prouocarentur, & ſic ſtatim adipiſcerentur redemptionem. Sed per tertium modum excæcationis, quam iuſtè incurrerunt, per quam propriè inuentiones ſuæ ſunt eis abſconditæ, iuxta illud: Et intellectus prudentium abſcondetur. ſanus intellectus propriè inuentionis eorum eſt abſconditus, vt dictum eſt.

Treno. 2. c. 16.

Corolarium notandum.

CAPITVLVM XII.

In quo oſtenditur, quòd cęcitas Phariſaica, de qua Iſaias prophetauit, compendioſè traditur in Euangelio.

DISCIPVLVS. Ex præmiſsis habeo triplicem excæcationem Phariſaicam, per Iſaiā, per ſupra prædicta pronoſticatam, cum illuminatione gētium, ſimul in eadem autoritate contentam: & vellē ſcire ſi fortè huiuſmodi cæcitas fuit à Chriſto ipſis Phariſęis denunciata.

MAGISTER. Si ſcrutatus fueris Euangelia Chriſti, clarè reperies quòd illud quod Prophetica tuba, ſcilicet Iſaias, de hac cecinit cæcitate, Euangelica dicta compendioſè expoſuerunt. Vnde Saluator in Phariſæorum præſentia dicit: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant, Ioānis. 9. In quibus verbis Chriſtus quatuor expreſsit circa huiuſmodi cæcitatem. Primum ſcilicet, quòd hoc intelligendum erat de Phariſæis. Vnde ibidem ſubditur: Et audierunt Phariſæi & dixerunt: Nunquid & nos cæci ſumus? Secundum quòd hanc cæcitatem ex iudicio diuino incurrerunt Phariſęi, vt iam dictum eſt, & de hoc prędixit: In iudicium ego in hunc mundum veni. Tertium eſt, vt illuminatio gentium cum prædicta concurreret cæcitate, de quo dicit: Vt qui non vident videant. Quartum, quòd huiuſmodi cęcitas Phariſaica non excuſat à peccato, ſed potius aggrauat. Vnde Phariſæis dicentibus: Nunquid & nos cęci ſumus?

Euangelia compendioſe Phariſaicam cæcitatem expoſuerunt.

Ioan. 9. c. 39.

Circa Ioannis verba quatuor Chriſtus expreſsit.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

mus? reſpondit: Si cęci eſſetis, peccatum non haberetis. non enim erant cæci per priuationem luminis naturalis rationis, ſed per luminis gratiæ ſubtractionem, quam vt ſupradictũ eſt meruerunt.

CAPITVLVM XIII.

In quo oſtenditur, quòd ex excęcatione Phariſaica nullũ prędicium generatur fidelibus de genere deſcendentibus Iſraelitico: nam in potiſsimis temporibus Eccleſię, ſcilicet in eius exordio & fine, in quibus Chriſtus fuit & erit pręſens in natura aſſumpta, de ſtirpe Iſraelitica deſcẽdentes principaliores fuerũt, & erunt: nam in fine mundi totum genus Iſraeliticum Chriſto firmiſsimè adhęrebit.

DISCIPVLVS.

Conſiderans hanc triplicem excæcationem iudicio diuino iuſtiſsimo Iudaicam plebem incurriſſe, vt ex vaticiniis Prophetarum & Euangelicis patet documentis. De qua triplici excæcatione videtur intelligendum illud. Deute. 28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac ſtupore mentis. vbi non de cæcitate corporali agitur, ſed mentali: nam ſtatim ſubdit: Et palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus. Si enim cæcitas, de qua loquębatur eſſet corporalis, ſuperfluè diceretur: Palpes in meridie ſicut cęcus: non inmerito mirandum videretur, nõ ſolùm quomodo aliquis eorum ſaluari poteſt vel potuit, ſed etiam ſi aliqui eorum ſaluantur, quomodo ab eis opprobrium ſeu macula tantæ excęcationis tolli poſſet. Et circa hoc ſcire vellẽ, ſi de hoc ſunt aliqua prophetica vaticinia ſpecialiter loquentia de ſua illuminatione & eleuatione poſt caſum.

Deute. 28. c. 28.

Quæris ſi aliquando à tali cæcitate ſanandi ſint Iudæi.

MAGISTER.

Iuxta doctrinam Saluatoris: Quod apud homines eſt impoſſibile, nõn eſt impoſsibile apud Deũ. Matt. 19. Et ideo præueniente gratia diuina, quâ homo ſe conuertit ad Deum, nõ eſt impoſſibile quòd homo illuminetur, & Deo adhęreat per gratiam gratificantem. Sed ad tollẽdam pœnitus tuam ſecundam admirationem, audi Apoſtolum ad Roma. 11. qui de hac materia altè loquitur & profundè, & circa hoc tradit veriſſima documenta, vt cum dicit de Iudæis: Nunquid ſic offenderunt vt caderent, ab ſit, &c. In quo docet quòd conuerſio eorum potius eſt intenta à Deo tanquam ad perfectionem humanæ ſalutis pertinentem, quã eorum caſus, & infra: Si enim amiſſio illorum recõciliatio eſt mundi, quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis, &c. In quo oſtendit, quòd ex quo amiſsio eorũ profuit in reconciliatione mundi, à fortiori conſiderare debemus, quòd aſſumptio eorum potior eſſet, & quaſi vita ex mortuis: & infra: Potens enim eſt Deus iterũ inſerere illos, &c.

Matth. 19. d. 6.

Rom. 11. b. 11.

Iudæorum conuerſio à Deo intenta potius quam corũ caſus.

Et vt Apoſtolus oſtendat, quòd huiuſmodi conuerſio eorũ non ſolùm reputanda eſt tanquam poſsibilis apud Deum: quia de multis poſſibilibus apud Deum quamplurima non procedunt ad actum, ſed quòd extimanda eſt de poſſibilibus, quæ ſpectanda erant ſeu ſunt ventura: idcirco ibidem dicit: Nunquid Dominus populum ſuum repulit? quaſi dicat: Nullo modo credẽdum eſt, quòd Deus populum ſuum repuliſſet antiquum, ſic vt eos pœnitus, nunquam eſſet reconciliaturus, quod probat ex hoc quod ſine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei: quæ quidem verba Apoſtoli, ſi diligenter perſpexeris cum aliis in hoc capitulo contentis, admiratio tua pœnit⁹ tolleretur: & de hoc vide ſupra in 1. parte diſtinct. 2. cap. vltimo. Et circa hoc attendere debes, quòd ſicut excæcatio Iudæis in credulitate Phariſaica in factis fuit Propheticè prænunciata, ſic eorum conuerſio ſalutifera in Prophetarum vaticiniis reperitur forè excellens & potentiſsima, intantum quòd opprobrium excæcationis in honorem conuerteretur, quo ad illuminatos.

Infra 1. p. diſt. 2. c. vlt.

Conuerſio futura Iudeorum per Prophetas pronũtiata.

DISCIPVLVS. De hoc vltimo quæſo vt me vlterius doceas.

MAGISTER. Ad huiuſmodi declarationem conſiderã dum eſt, quòd ſi diligenter ſcrutatus fueris ſcripturas reperies, quòd tam in exordio Eccleſiæ, quam in fine, quæ principaliores partes ſunt totius Eccleſiæ Chriſti durationis, & in quibus Chriſti præſentia in ſua Eccleſia potior conſideratur, in illis, ſcilicet duabus partibus, fideles Chriſti de genere Iſraelitico carnaliter deſcendentes, principales aſſiſtentes, ipſi Chriſto fuerunt ſeu erũt. In primo enim aduentu Apoſtoli, qui pro maiori parte Iſraelitici fuerunt inter cæteros à Chriſto fuerunt electi, ad fructum redemptionis in orbe producendum: iuxta illud Ioannis. 15. Ego vos elegi de mundo, vt eatis & fructum afferatis, &c. In ſecundo verò aduentu ſimiliter ipſi principaliores ſpectantur, iuxta illud: Cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos, &c. Matth. 19. Ex quibus tanta excellentia huic nationi Iſraelitica attribuẽda eſt, quòd opprobrium excæcationis ſupradictæ ſufficiẽter ab eis tollitur. Vndè Iſai. 39. vbi de cæcitate quam Phariſæi ex ſuis meritis incurrerant agitur, Propheta ibidem ſubdit: Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, nõ modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubeſcat, quia cum viderit filios ſuos ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt. In quibus verbis Propheta remouet opinionem falsè æſtimantiũ, quòd ex hoc quod Phariſæi & eorũ ſequaces, quæ maior pars Iudæo-

Principales aſiſtentes Chriſto de Iſraelitico genere deſcenderunt.

Ioa. 15. c. 16

Matt. 19. d. 26.

Opprobriũ excæcationis tollendũ

Iſai. 39. g. 22

Nota prẽclaram expoſitionem.

Iudæorum erat, ſecundum numerũ tantam incurrerant cæcitatem, quòd Chriſtũ eis promiſſum eiecerant, quòd hoc in confuſionem ipſius Iacob, à quo ſecundum carnem deſcenderant redundaret, quod tamen Propheta improbat dicens: Non modo confundetur Iacob, ſcilicet Patriarcha pater eorum, non habebit de hoc ratione cõfuſionis, ex hoc quòd Phariſæi peſsimi & ingrati, ab ipſo Iacob ſecundum carnem deſcẽderunt: nam cùm viderit filios ſuos, ſcilicet Apoſtolos, qui de ſua ſtirpe deſcenderunt, ſanctificantes nomen meum, & Deũ Iſrael prædicantes: ex quorum ſanctificatione & prædicatione errores ſpirituales fuerunt euacuati, & increduli legem didicerunt diuinam, de quo ſtatim ſubdit: Et ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſitatores diſcent legem. ex hoc non habet locum confuſio ſupradicta. Ex quo patet, quod dictum eſt, ſcilicet quod in exordio Eccleſiæ, principales fuerunt illi qui de ſtirpe Iacob deſcenderant: intantum quòd ex hoc tollitur confuſio Iacob & fidelium ab eo deſcendentium, licet ex eo Phariſæi vel Scribæ deſcenderunt. Item Iſai. 4. vbi agitur de tẽpore primi aduentus Chriſti, cùm dicitur: In die illa, ſcilicet incipiente tempore gratiæ quæ dies eſt, erit germen Domini, ſcillicet Chriſtus in magnificentia, &c. ſubdit: Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus vocabitur, &c. quod intelligitur de fidelibus Chriſti primitiuis, qui pauci & quaſi derelicti fuerunt, & conſequenter ſancti vocantur, qui omnes ferè de genere Iſraelitico fuerunt, vt eſt manifeſtum. In ſecundo verò aduentu Chriſti, qui propè finem mundi ſpectatur, ipſi qui in primo aduentu Chriſto principaliter aſtiterunt, in hoc ſecundo principaliter aſſiſtere debent, vt dictum eſt: De reliquis verò, ſcilicet Iudæis, qui illo tẽpore remanſerũt, communiter tenetur, quòd derelicta antichriſti falſitate, Chriſto firmiſſimè adhærebunt, intantũ quòd pro eius fide magnas perſequutiones vſque ad martyria paſſuri ſunt, & in fide Chriſti deuotiſsimè perſeueraturi: de quib⁹ intelligitur illud Apoſtoli ad Romanos, 11. Omnis Iſrael ſaluus fiet. prout Doctores ibidem exponunt, quod propriè & planè legitur Oſeę. 3. vbi ſic dicit: Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraſin. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuũ, & Dauid Regem ſuum. vbi in tranſlatione Chaldaica dicitur: Et obedient Meſsiæ filio Dauid Regi ſuo, & pauebũt ad Dominũ. in Hebræo habetur: Et fluẽt ad Dñm & ad bonũ eius in nouiſſimis diebus. Hæc Oſeas: Quæ quidem

Corolarium notandum. — *Iſai. 4.* — *De ſecundo Chriſti aduentu.* — *Qui in primo aduentu Chriſto principaliter aſtiterũt in ſecundo, principaliter ipſi aſſiſtere debẽt.* — Rom. 11. a. 6 — Oſeæ. 3. b. 4 — *Chaldaica tranſlatio.*

quidem autoritas Prophetica, propriè verificatur de ſtatu Iudæorum, qui eſt in præſenti diuturna, & abſque certo termino captiuitatis, quã propriè ſignat Propheta dicens: Dies multos. quaſi diceret: Per dies multos quorum finis non eſt nobis notus. In hac enim captiuitate manifeſtum eſt, quòd ſunt ſine Rege de genere eorum, & etiam ſine principe, quod tamen non fuit in Babylonica captiuitate, vbi Reges habuerunt & comites, quãtum ad honorificentiã, vt in 4. Reg. Sunt etiam in hac captiuitate ſine ſacrificio & altari, cùm careant templo ſecundum legem Moſaicam regulato: ſunt etiam in hac captiuitate ſine Ephod, ſcilicet veſte ſacerdotali & ſine Therafin, quod eſt quoddam idolatricum, quod ſecundum ritum idolatriæ ad futura cognoſcenda ordinatur. Labã enim dicebat, Gen. 31. de ſuo Therafin: Cur furatus es Deos meos? Per iſta enim Propheta ſignificare intendebat, quòd in hac captiuitate Iudæi nec colebant Deum verum nec idola, quod tamen alias non fecerat, ſed ſemper fuerũt cultores Dei vel idolorum. Quid autem de hoc contingeret in nouiſſimis diebus, ſcilicet circa finem mundi, oſtẽdit dicens, quòd poſtea, ſcilicet poſt multos dies, illos qui diuturnam ſignant captiuitatem, reuertentur filij Iſrael, ideſt conuertentur & quærent Dominum Deum ſuum, ſcilicet Deum Patrum ſuorum, qui Deus Iſrael communiter nominatur in ſcripturis: & quærent Dauid Regem ſuum, id eſt Meſsiam, & ſluent ad Dominum, ad Deũ recurrendo, ad modum impetus fluminis, & ad bonum eius ſcilicet ad bona ſpiritualia per Chriſtum promiſſa, & hoc in nouiſsimis diebus, ſcilicet in fine mundi, vt dictum eſt ex quo habes, quòd in nouiſsimis diebus ſcilicet in fine mundi, tota gens Iſraelitica conuerti debet ad fidem Chriſti, quod concordat cùm Apoſtolo vbi ſupra ad Romanos.

In captiuitate Babylonica Reges habuerunt Iudæi in hac verò ſine Regibus.

Ge. 31. d. 26

Iudæi ſemper fuerunt Dei cultores vel idolorũ.

Conuerſio Iudæorũ ad Chriſtũ in fine mundi.

DISCIPVLVS. Hæc autoritas Oſeæ exponitur ab Hebræis de Meſsia, per ipſos expectato, quem dicunt venturum eſſe in fine temporum.

Exorta expoſitio Oſeæ.

MAGISTER. Si bene conſideras, hoc quod dicit Propheta: Et quærent Dauid Regem ſuum, vbi ſecundum tranſlationem Chaldaicam habetur: Et obedient Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo, non poteſt verè ſeu propriè intelligi de Meſsia per ipſos ſpectato, de illo enim debuiſſent dicere: Et veniet Dauid Rex ſuus, quia in illo tempore, ſcilicet in nouiſsimis diebus ſecundum eos primo venturus eſt, ſed cùm dicit: Et quæret Dauid Regẽ ſuum: ſeu, Obediẽt Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo. manifeſtè oſtenditur, quòd ille Meſſias iam venerat, ſed filij Iſrael ipſum antea non quærebãt, nec ei obediebant: & ideo non inue-

Vera Oſeæ expoſitio.

inueniebant eum: ſed in nouiſsimis diebus quærent Deum & obedient vero Meſsiæ, qui iam erat in mundo, licet vſque nūc eum non quæſiuiſſent nec obediuiſſent.

CAPITVLVM XIIII.

In quo oſtenditur, quid de Iudęis in tēpore medio, qui intra primum aduentū Chriſti & ſecundum, ſecundum Scripturarum ſcrutinium ſentiendum eſt. Et ibidem huiuſmodi tractatus in laude diuina finitur.

DISCIPVLVS.

Querit de ſtatu Iudæorum tempore inter medio.

HAbeo ex iis quæ doces, quòd in duobus temporibus præcipuis, ſcilicet in tempore aduentus Chriſti, primo & ſecundo fideles, qui fuerunt & erunt de genere Iſraelitico, excellentiam habēt & habere debēt inter cæteros fideles communiter; ſed in tempore intermedio vellem ſcire, quid de eis per ſcripturarum ſcrutiniū ſentiendum ſit.

Tēpore inter medio pauci Iudæi conuertētur ad Chriſtū.

MAGISTER. De hoc tēpore intermedio quod valde maius eſt in extenſione durationis, licet minus in deuotionis intenſione: ille Propheta Euangelicus ſcilicet Iſaias prædixit, qualiter Iſraelitici deſcendentes à Iacob ſecundum carnem ſe debebāt habere, ſcilicet quòd pauciſsimi eorum per interualla tēporum & locorum diſtinctionē, erant ad ſtatum ſalutis colligendi: de iis enim intelligitur illud

Iſai.17.b.6.

Iſai.17. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oliuæ duarum, aut trium oliuarum in ſummitate rami. Poſtquam enim per eorum infidelitatem ſunt excuſſi, & ſeparati à radice oliuę, in qua fuerunt antiquitus radicati, adhuc erunt in eis relictę quaſi duę vel tres oliuę, ſcilicet pauci numero, qui in viriditate ſuę radicis, radicati relinquentur. Quod videmus impletum in iſto medio tempore, in quo aliqui pauciſsimi eorum in fide Chriſti ſunt radicati: quod non ſolum intelligendum eſt de ſimplicibus ſeu illiteratis eorum, ſed etiam de viris notabilibus, qui fœliciter Eccleſiarum gubernacula poſſederunt, & opuſcula fideliſsima in honorem fidei & Chriſtianæ religionis compoſuerunt: vnde notanter dixit Propheta: In ſummitate rami, quaſi diceret de illis paucis remanentibus nonnulli erūt in ſummitate rami, ideſt in apicibus magnis ſeu ſummis Eccleſiæ. Vnde ſecundū hiſtoriā Damaſij, prout Tholominus de Lucha narrat. Quidam Summus Pontifex de genere Iſraelitico nomine Euariſtus, in cathedra Petri ſedit. Anno Domini 112. & fuit ſeptimus à beato Petro, & per decem annos, ſeptem menſes & duodecim dies, vniuerſalem Eccleſiam laudabiliter rexit, & vitam ſuam glorioſo finiuit martyrio. Fuit etiam in Hiſpania tempore Gothorum, quidam de ſtirpe Iſraelitica nomine Iulianus Pomerij, qui tertius

Pauciſsimi Iudæi ſunt in Chriſto radicati.

Damaſi Hiſto.

Euariſtus Pontifex Iudæus.

Iulianus Pomerij Archiepiſcopus Toletanus Iudæus.

àbeato

à beato Ildefonſo cathedrā Toletanenſis Eccleſiæ & primatum Hiſpaniarum obtinuit: de cuius vita virtuoſa Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, in ſua compendioſa hiſtoria laudabilem fecit mentionem. Item Vincētius Valuacenſis in ſua hiſtoria narrat, quòd fuit in Hiſpania, quidā de hoc genere nomine Petrus Alphonſi, qui quendam dialogū ſolennem ędidit, ad fidei Catholicę declarationem, contra Phariſaicam perfidiam, qui quidem dialogus in iis reperitur partibus. Fuit etiam in hac regione tēpore Regis Alphonſi X. quidam magiſter Alphonſus Burgenſis magnus Biblicus Philoſophus & Methaphiſicus, qui in ſexageſimo anno ætatis ſuæ verè fidem Chriſti & ſacrum baptiſmum ſuſcepit. Et conſequēter cùm eſſet ſacriſta Eccleſiæ Valliſoletanenſis pulchra opuſcula ad confirmationem fidei, & confutationem Iudaicæ perfidiæ, in Hebraica lingua ædidit: quorum tranſlationes in vulgari in domo Prędicatorum Valliſoletanen. hodie reperiri poſſunt. Vnde præſumendum eſt, quòd in aliis mūdi partibus, vbi captiuitas Iſraelitica eſt diſperſa, ſimilia contigerūt: licet ad noſtram notitiam, propter eorum raritatem, & viarum prolixitatem nondum venit: quorum omnium conſideratione poteſt intelligi impletum fuiſſe illud propheticum: Aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & adducā vos in Sion, Hiere.3.

Rodericus Archiepiſcopus in ſua hiſtoria.

Alfonſus Burgenſis Iudæus conuerſus cōtra perfidiā Iudæorū ſcripſit.

Hiere.3.

DISCIPVLVS. Scrutinium noſtrum caſti eloquij hora eſt, vt interrūpat oratio, gratiarum actio & vox laudis: quoniam finem ſcrutandi finis libri ſpectare non poteſt, quia incomprehenſibilis eſt, quem cœpimus ſcrutari: & vt verbis vtar Hilarij, qui piè infinita proſequi tur, et ſi non ſe peruēturum nouit, tamen profectum gratulatur ineſtimabilem. Ideo fructū tam dulcis ſcrutinij, celſis laudibus proſequamur, apertè confitentes. Quia hæc eſt lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Illa ergo parua ſtilla ſermonum eius, quam ipſo ſtillante ſcrutando deguſtauimus, à proſequenda lectione in eius dilectionem ſponte nos rapiat. Vnde quem diligenter hactenus ſcrutati ſumus, ſcrutemur amando diligendo: ex quo in iis, quæ Chriſtianæ religionis ſunt penetrabilius, ſine carta & calamo procedemus: quia dilectio interdum intrat, vbi cognitio foris ſtat. Si alimenta quoque morituri corporis ædunt pauperes & ſaturantur, vt laudent Dominum, qui requirunt eum. Immenſa eloquiorum Dei, medullam æternæ vitæ, ſub cortice ſcrutātes, in voce exultationis & cōfeſſionis debent epulantes alacrius reſonare: quoniam quicquid in ea ſtudioſè

In gratiarū actionē tractatum fœliciſsimè abſoluit.

Hilarius.

Scrutanda in Deo.

ſcrutamur eſt veritas, quicquid præcipitur bonitas, quicquid promittit fœlicitas. Ipſe autem mediator Dei, & hominũ homo Chriſtus Ieſus veritas eſt ſine fallacia, bonitas ſine malitia, fœlicitas ſine miſeria. Cui honor & gloria in ſeculorũ ſecula. Amen.

Explicit opus planè diuinum D. D. Pauli

de Sancta Maria, Epiſcopi Burgeñ. ſummo ſtudio ac diligentia correctum, per Magiſtrum Chriſtophorum Sanctouiſium Auguſtinianum, ſuiſque expenſis typis mandatum.

F. CHRISTOPHORVS SANCTOTISIVS AVGVSTINIANVS, Sacræ Theologiæ Profeſſor, candido Lectori Salutem.

MIRACVLO tribuendum puto, epiſtolam hanc, ſeu potius libellum dixerim è manibus Iudæorum erutum, ad noſtras deueniſſe. Diu enim Sathanæ arte apud eos delituiſſe: ſi libri diſcurſum & eius ſupputationem conſiderare volumus, conſtat. Rabbi enim Samuel Iſraelita, anno milleſimo à tempore quo Titus & Veſpaſianus Hieroſolymorũ ciuitatem omnium inclitam vaſtauit, libellum hunc Rabbi Iſaac Synagogæ magiſtro, à Deo intimè tactus, veritatis addiſcẽdę auidiſſimus dicauit. At verò poſt ducentos & triginta annos à tempore præfato, in hominum notitiam, diuino fauente numine, peruenit. Vbi verò ducẽtis, & eo amplius annis latuerit. & ex quibus fuerit Archiuis extractus, quis ſcire poterit? Hoc mihi vnum validiſſimè perſuadeo, & certa fide credo, libellum hunc inter theſauros niuium,

Iob.38. *& grandinum, nempè inter Iudæorum ſcrinia & ſcripta, omni niue frigidiora, omniq; Spiritus ſancti calore deſtituta, interq; duriſſimam grandinem ipſorum cordium abſconditum delituiſſe. At verò Deus Opti. Max. Eccleſiæ ſuæ proſpiciens, ex Iudæorum promptuariis, multa in lucem ad noſtram maximam vtilitatem prodire fecit, quibus tempore hoſtis, temporeq; pugnæ & belli, ipſo videlicet tempore, quo Iudaica perfidia magis magiſq; contra Chriſti fidem inſurgere nitebatur, Chriſti fideles ex eorum Bibliothecis, tanquam ex eorum armamentariis, ſelecta colligerent arma, quibus ipſos debellarent, vincerent, & necarent, atque tanquam corpora iam mortua & fœtida ab Eccleſiæ arce omnino propellerent. Hinc fit, candide lector, vt inter varia Rabbinorum ſcripta, quæ ad noſtræ Chriſtianæ fidei robur, & amplitudinem non parum conducere videntur, libellus hic Rabbi Samuelis Iſraelitæ primas habeat, vt pote qui ſumma breuitate primaria noſtræ fidei myſteria ex Sacræ ſcripturæ limpidiſſimo fonte hauſerit, & nobis propinarit. Vbi luce ipſa meridiana clarius ipſis Iudæis oſtendit, omnes qui Meſsiæ aduentum pertinaciter expectãt, in ſumma cæcitate, cordiſq; duria nequiter perſiſtere. Idq; nõ modo validiſſimis ſcripturæ Sacrę argumentis conuincit, ſed etiam hoſtium noſtrorum, nempè Sarracenorum teſtimoniis comprobatum relinquit: & quod adhuc efficacius eſt, propria ipſorum experientia malorum, tanquam digito demonſtrat, longam ipſorum captiuitatem, quàm miſeri patiuntur, perpetuam omnino futuram, ob pluſquam ferinam crudelitatẽ, quam in verum Meſſiam ipſis à Deo miſſum cõmiſerunt. Quibus tandẽ argumẽtis efficaciſsimis cõmoti, omnes ſui generis, vna cũ ipſo tandẽ ad Chriſtũ percutientes pectora ſua conuerterentur, fatentes atq; publicè prædicãtes. Verè filius Dei erat iſte. Sed (proh dolor) miſerrimi omniũ homines Cymeriis, pluſquã tenebris inuoluti adhuc perpetuò in illa miſerrima cæcitate, abſque vllo pœnitentiæ ſigno infœlices manent. Et vt cæcitatẽ cęcitati tandẽ agglomera-*

rent, perfidi Iudęi, videntes ſeſe tot tantiſq; veritatis teſtimoniis, & Prophetarum & Rabbinorum, necnon etiam exterorum, atque longiſſima tantorum malorum experientia omnino conuinctos, tanquam frenetici, qui in medicum furore perciti inſurgunt: ita in hunc libellum ferina rabie commoti inſurgentes, poſtquam lacerare, aut Vulcano tradere (Deo ſic diſponente) auſi non fuerunt, in obſtruſiſſimis latebris, ne quando à fidelibus inuentus, per eius fortiſſima argumenta conuincerentur, abſconderunt. Deus, qui vti omnipotens, ita miſericors eſt, theſaurum hunc diutiùs deliteſcere noluit, ſed in Eccleſię ſuę vtilitatem, per pium ac religioſum virum fratrē Alfonſum bonihominis Hiſpanū, Dominicani inſtituti profeſſorem in lucem emitti voluit. Qui ex Arabico in Latinū ſermonē, anno ducenteſſimo trigeſimo nono, ſupra milleſimum trāſtulit. Et ne Sathanę malitia iterū nobis periret, ex vetuſtiſſima excuſione, cū bladis & tineis decertante, in lucem prodire feci, atque vnà cum D.D. Pauli Burgenſis Epiſcopi Scripturæ ſacrę ſcrutinio, cū eiuſdem planè ſit argumenti conumxi. Tu candide lector, diligenter lege, & laboris ſuſcepti, mihi crede, non pœnitebit. Vale & me iam ſenio confectum, tuis precibus, commendatum pio ſuſcipe animo. Ex noſtro Auguſtiniano muſeo vigeſima menſis Iulij

1591.

TRACTA-

TRACTATVLVS MVLTVM VTILIS AD CONVINCENDVM

Iudæos de errore ſuo, quem habent de Meſſia adhuc venturo, & obſeruantia legis Moſaicę.

Epiſtola prohæmialis.

REVERENDO in Chriſto patri fatri Hugoni, Magiſtro, ordinis Prędicatorũ digniſſimo, ac ſacrę paginę profeſſori, eius ſubditus F. Alfonſus bonihominis Hiſpanus, promiſſam obedientiã promptã in omnibus ſemper & deuotã. Cùm ego propter paruitatem meã, & inſufficientiã non ſim talis, quòd vobis poſſim, vel ſciã aliquid magnũ facere, vel ſaltem aſſiſtere tãto patri in laboribus & curis veſtris, quos pro vera quietę omniũ, & totius patrię ſuſtinetis: ad ſolatiũ veſtrum aliquale, quaſi ſubleuamen laboris libellũ hunc antiquiſſimum, qui nuper deuenit ad manus meas, & fuit in anteà tot temporibus occultatus, noua tranſlatione de Arabico in Latinũ per me interpretatũ, paruũ Enxeniolũ vobis mitto. Sciendũ, quòd inter Iudęos multũ gloriantur illi, qui Arabicarũ literarum obtinent peritiã. Tum quia illę literę ſunt in antiquorũ Philoſophorum vſu ſatis copioſę. Tum etiam, quia in eis, vt puto, paucis Iudęis paucioribus Chriſtianis notis ſcribunt cõfidentius ſecreta ſua, quę volũt aliis occultare. Qua de cauſa, vt eſtimo, Iudęus iſte, licet Cathecumenus, autor huius libri, nõ ipſum Hebręo ſermone, ſed in Arabico annotauit. Sed oportet) vt tardè vel citò omnia occulta reuelẽtur, iuxta ſententiã Saluatoris. Ego verò in trãſferendo ipſum autoritates Bibliæ ab ipſo Iudæo inductas, ſic ſcripſi in locis ſuis in Arabico & Latino, non prout in noſtra habẽtur trãſlatione ſecundũ beatum Hieronymum, ſed prout iſte Iudęus eas ſcripſit, quando cõpoſuit iſtud opus. Et hoc feci, ne aliquis mihi poſſit imponere, quòd in contextu aliquid prę ſumpſerim addere, diminuere, vel etiã immutare: & vt ſuper hoc eſſent omnes Arabici mihi teſtes. Et hoc dico, quòd Iudęus iſte noſtrã tranſlationẽ nõ ſequitur, vt videbitur in proceſſu. Me autẽ, vt credo oportuit ipſum exponere in Latino, prout ipſe loquitur in Arabico, eius modũ loquendi & ordinem, quantũ poſſibile eſt, ſeruãdo: aliter nõ interpres eius ſed corruptor libri ſui dici poſſem, vt etiã Iudęi, ſi viderunt iſtũ librum in vtraq; lingua conſcriptũ, tantum cõuincantur per eũ ſi viderent, quòd autoritates in Latino adhoc deſcriptæ in Arabico nõ diſcordarent. Et cũ ſolatio veſtro, Dñe mi & magiſter, hic eſt finis huius, quẽ intendo. Conſeruet vos ordini noſtro Dominus noſter Ieſus Chriſtus per multa tẽpora in ſua gratia & amore, Amen.

Hic liber ex Arabica in Latinã linguam tranſlatus.

Magni habentur inter Iudæos, qui Arabicæ linguæ peritiã habent.

Iudæus quare non Hebraicè, ſed Arabicè ſcripſit.

Excuſat ſe eo quod non vtatur vulgata verſione D. Hier. in autoritatibus citandis.

¶ Incipiunt capitula.

Capitulum primum. Quare Iudæi ſunt in ira Dei.

Capitulũ ſecundũ. Probat quòd pro quodam graui peccato, in quo ſunt, ſint in hac diſperſione: & arguitur cõtra eorum obſeruantiam legis.

Capitulum tertiũ. Quomodo quibus obſeruantia legis Iudæorũ non eſt acceptabilis Deo propter peccatũ in quo ſunt.

Capitulum quartum. Oſtẽdit, quòd Iudæi ſunt cæci.

Capitulum quintũ. Quod Iudæi decipiunt alios & ſeipſos.

Capitulum ſextum. Quòd ſit illud peccatũ, propter quod Iudæi ſunt in hac captiuitate.

Cap. ſeptimũ. Quòd iuſtus Ieſus Chriſtus, Deus iniuſtè venditus ſit.

Cap. octauũ. Quomodo poſt occiſionẽ facta eſt diſperſio Iudæorum ſecundum Danielem.

Cap. 9. Quod duo ſunt aduẽtus Chriſti.

Cap. 10. De primo aduentu Chriſti.

Cap. 11. De ſecundo aduentu Chriſti, quod tunc ſit cum potentia iudicaturus.

Capit. 12. De Chriſti aſcenſione.

Cap. 13. Adhuc fortius probat corporalem aſcenſionem Chriſti.

Capitulum 14. De cæcitate Iudæorum, quòd non credunt Chriſtum aduenisse nec intelligant.

Cap. 15. Quomodo cæcitas Iudæorũ, & incredulitas circa Chriſtũ fuit prænunciata per Prophetas.

Capitulum 16. Oſtendit reprobationem Iudæorum propter eorum perfidiã, & electionẽ gentiũ, propter eorũ fidem.

Cap. 17. De viuificatione gentium, & interfectione Iudæorum, prout etiam videbitur in cap. ſequenti.

Cap. 18. Quomodò gentes per fidem viuificat & Iudæos mundas obſeruantias nouæ legis.

Capitulum 19. De electione Apoſtolorum loco Prophetarum.

Capit. 20. De reprobatione ſacrificij Iudæorũ & electione ſacramenti Chriſtianorum.

Cap. 21. Quòd Deus refutauit ieiunia, ſabbatha & ſacrificia Iudæorũ & Chriſtianorum elegit.

Cap. 22. Probat obiectionem Synagogæ & electionem Eccleſiæ per verbũ Domini ad Rebeccam.

Cap. 23. Probat hoc idem per verba Malachiæ Prophetæ.

Capitulũ 24. Quòd cantus Chriſtianorum eſt Deo acceptus.

Cap. 25. Quòd Iudæi indebitè reprehendunt cantum Chriſtianorum.

Cap. 26. Probat apoſtaſiam Iudæorum à Deo.

Capitulum 27. Concludendo inducit aliqua dicta Sarracenorum de Ieſu & Maria matre eius.

Videtur addendum à tẽpore Tuti.

INcipit Epiſtola, quam miſit Rabbi Samuel Iſraelita, oriundus de ciuitate Regis Morochorum, ad Rabbi Iſaac magiſtrum Synagogę, quæ eſt in Subiulmeta in prædicto regno, in anno Domini milleſimo, ſed tranſlata de Arabico in Latinum; per fratrem Alfonſum boni hominis Hiſpanum, ordinis Prædicatorum: quam tranſlationem fecit Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo octauo, tempore Pontificatus domini Benedicti Papæ XII. Quæ epiſtola cuius ſit æditionis, & ad quid valeat, pro-

Anno milleſimo ſcripta fuit hæc epiſtola.

Trecentis & triginta octo annis hæc epiſtola latuit.

hœmium

hæmium ipſius Epiſtolæ, & narratio eius plenius declarabũt, cum titulo qui eſt talis.

EPISTOLA QVAM SCRIPSIT MAGISTER Samuel Iſraelita, oriundus de ciuitate Regis Marochiani, ad Rabbi Iſaac magiſtrum Synagogæ, quę eſt in Subiulmeta in regno prędicto.

Optima ſalutatio, qua pietatem indicat.

CONſeruet te Deus, o frater, & permanere te faciat vſquequo terminetur iſta noſtra captiuitas, & congregetur iſta noſtra diſperſio, & appropinquet ſpes noſtra, & ſignet Deus beneplácitũ ſuum ſuper vitam noſtram. Amen. Noui & expertus ſum, quòd plenitudo ſcientiæ noſtri temporis eſt in te, & tu es ſpes noſtræ certificationis in dubiis legis & Prophetarum cum tuis expoſitionibus glorioſis. Vnde ego particeps doctrinæ tuæ fieri deſiderans, tibi expono exitus cordis mei, ſuper illis quæ legis ſunt & prophetarum, ſuper quibus anxior cum timore. Quapropter recurro ad abundãtem ſcientiam tuam & ſapientiam, & mitto tibi libellum iſtum, ſperans per te, Deo volẽte, in veritate cõfirmari ac in dubiis declarari.

Scriptura ſacra ſic legẽda eſt cũ anxietate & timore.

Nota quantæ affectu eu pius doceri.

CAPITVLVM I.

Quare Iudęi ſunt in ira Dei.

Quare tamdiu in captiuitate maneant eo enim tempore mille anni erat iam completi.

DESIDERO, Domine mi, certificari per te ex teſtimoniis legis & Prophetarum & aliarum ſcripturarũ, quare nos Iudæi generaliter percuſſi ſumus à Deo in captiuitate iſta, in qua ſumus, quæ poteſt vocari propriè ira Dei perpetua, quoniam non habet finem. Nam modo ſunt mille anni completi & vltra, quòd per Titum fuimus captiuati. Nos ſcimus, quòd patres noſtri adorauerunt idola, occiderũt Prophetas, & legem Dei abiecerunt, & propter omnes iſtas tranſgreſſiones Deus nõ percuſſit eos captiuitate, niſi per 70. annos in Babylonia, & poſt tẽpus præfatũ placatus eſt eis, & reduxit eos, in terrã ſuam. Et ſecundũ ſcripturã ira Dei fuit tũc tẽporis validiſſima ſuper omnes iras, quas ante tẽpora illa cõmemorat ſcriptura: & tamen vt dictũ eſt pœna tantorum peccatorum non fuit, niſi 70. annis. Et nũc, Dñe mi, ira Dei, quę in prę-ſenti puñit nos, non habet terminũ, nec finis ei⁹ nobis ꝓmittur in Prophetis. Si voluerimus dicere, quòd iſta præſens ira in qua ſumus, ſit adhuc illa ira, propter quã fuit illa captiuitas 70. annorũ, quia tunc non cõpletè ſatiſfactũ eſt de peccatis prædictis per illos patres noſtros, nos facimus Deũ mendacẽ, quòd abſit, quòniã ipſe Deus verus & glorioſus illi captiuitati impoſuit præfatũ terminũ per Prophetas, ſcilicet 70. annos, vnde talis non eſt reſ-

Captiuitas Babylonica 70. tantũ annis durauit.

Ira Dei præſens alia ab ea quã Deus habuit, quãdo ducti ſunt in Babyloniam.

pōſio, ſed euaſio ſeu excuſatio, nec eſſet corā intelligētibus proponenda. Et ſi dixerimus, quòd Deus in illa tranſmigratione miſertus eſt vni parti generis noſtri & non alteri, & illos quorum miſertus eſt reduxit ad reedificandum templū, vt dicit propheta Nehemias, & quòd nos ſumus de illis, quorum nō eſt miſertus, tūc dicēt nobis Chriſtiani, quòd Deus miſertus eſt eorū, qui adorauerunt idola, & qui occiderūt Prophetas: ergo & nobis, quia nos non peccauimus. Item in patribus peccatoribus fuit pœna diuinę vltionis in certo termino: quare ergo noſtra pœna eſſet ſine termino, qui nō peccauimus? Itaq; longa eſt, & ſine termino pœna in qua ſumus: modo iam ſunt mille anni, nec in lege nec in Prophetis huius pœnæ terminū poſſumus inuenire. Quare, Dñe mi, cùm Deus punierit patres noſtros propter idolatriam & propter interfectionem Prophetarum, & pœna & culpa ſint notæ in ſcriptura, cùm Deus non punit bis idipſum, pro peccatis illis præteritis fuit pœna, ſcilicet captiuitas 70. annorum, & cùm Deus nō punit vniuerſaliter, niſi propter vniuerſale peccatum, oporteret quòd poſt illam captiuitatem nos peccauerimus omnes coram Deo, peccato maiori quàm fuerit idolatria primorum parentum, & quàm fuerit interfectio Prophetarū, ex quo Deus pro illis peccatis puniuit patres noſtros 70. annis & nō amplius: & nos puniuit iam ſunt mille anni & vltra, & punit & diſperſit nos per quatuor partes mundi. Tamen quicquid contingat Dei ſumus in omni euentu, quia nulla eſt excuſatio ſuper dicta. Reſponde.

Nehemias.

CAPITVLVM II.

Probat quod pro quodam graui peccato in quo ſunt, ſint in hac diſperſione. Et arguitur contra eorum obſeruantiam legis.

SVppoſito igitur, Dñe mi, quòd ſumus in peccato aliquo maximo, rogo nunc quòd certifices me, ſi poſtquam Deus diſperſit nos de Hieruſalem, & miſit in captiuitatem iſtā longiſſimam ſeu perpetuam propter illud peccatū, autoritate noſtra, & propria volūtate, ſine ſpeciali mandato Dei, cur nos in captiuitate iſta incœpimus obſeruare circunciſionem & ſabbathum & alias cærimonias, quas tenemus ſecūdum legem Moyſi? Nā nos cognoſcimus, quòd à tempore, quo Titus deſtruxit ciuitatē ſanctam, & templum combuſſit, & Bibliothecas, & nos in captiuitatem iſtā diſperſit, & ex tunc ceſſauit inter nos vigere ſacrificiū, oblationes & holocauſta, & De⁹ non promiſit nobis poſtea per Prophetam aliquē, nec per prophetiā, nec per reuelationē aliquam certam, quòd nos deberemus reddire aliquando in Hieruſalem in ſtatū priſtino, nec mandauit nobis, poſtea quòd obſeruaremus obſeruātias prædictas: vide-

A tempore, quo Titus deſtruxit ciuitatem ſanctā, tēplum & Bibliothecas combuſſit, ex tūc ceſſauerunt, ſacrificia nō fuerunt Prophetæ.

videtur ergo ſequi, quòd nos non à Deo ſed ab illis, qui erant in ira Dei obſeruãtias prædictas accepimus & tenemus: & videtur, quòd iuſtè dicent nobis aduerſarij noſtri: Sicut vos obſeruatis circuncisionẽ & ſabbathũ, & legitis in ſinagogis libros Moyſi & Prophetarum ſine mãdato Dei, quare nõ aſſumitis vobis ſimiliter ſacrificium, & nõ facitis vobis Sacerdotẽ & Regem & Principem, & vnctiones ſanctas & incenſum? & quare non ædificatis vobis altaria, & ſeruatis cærimonias, & omnia alia quę ſunt in lege cõtenta, ſicut ſabbathum & circuncisionem, & plura alia, quæ obſeruatis ſecundũ traditiones veſtras ſine mandato Dei propria volũtate? ex vtraq; parte curritis in offenſam Dei. Et ſi hæc prædicta facitis contra voluntatem Dei. Vel ſi dicitis, quia voluntas Dei eſt, quòd hæc ſeruetis & beneplacitum, quod tamen oſtendere non poteſtis, quare nõ obſeruatis ſupradicta alia, quorum multa facere poteſtis. Et ſi non permittunt vos facere Reges populi, ſub quibus iacetis, non permitterent tamen vos multa alia facere, ſicut permittũnt circunciſionem & libros, & ſinagogas, & alia quę ſeruatis. Et ad hæc, Dñe mi, non eſt nobis in promptu reſponſio ſufficiens vt videtur. Sumus tamen Dei in omni euentu.

Obiectio, quę poterat Iudæis fieri.

CAPITVLVM III.

Quomodo omnis obſeruantia legis Iudeorum non eſt acceptabilis Deo propter peccatum in quo ſunt.

INuenimus, Domine mi, Deũ loquẽtem per os Zachariæ, & dicẽtem 7. c. vbi loquitur de illa prima captiuitate breui. (Hęc verba nõ ſunt autoris ſed interpretis interpretando hanc autoritatem, ſecundum quod ſcripta eſt in Arabico, ſicut infra poſita eſt ſonat in Latino) Hęc dicit Dominus Deus Sacerdotibus & populo terræ: Quãdo ieiunaſtis & ploraſtis in 6. & 7. toto tempore 70. annorũ, intellexiſtis, quòd mihi ieiunaretis aut ad me ploraretis, ego tale ieiuniũ nolui à vobis. noſtra autem trãſlatio aliter ſe habet, ſed ego ſcribere propono, ſicut iacent in Arabico autoritates, quas Samuel iſte adducit, nõ ſicut ſunt in noſtra Biblia. Innuit Dominus, Domine mi, in prædictis verbis, quòd dũ nos Iudæi fuimus per 70. annos in dicta captiuitate, fuimus ſine lege, quia ieiunium non habuimus, nec habemus à lege, ſicut alias obſeruantias, & ſimiliter fuimus ſine circunciſione & ſine ſabbatho, & ſine dubio omnia hæc non valent dum ira Dei manet ſuper populum ſuum. Illa verò prima ira Dei fuit breuis, quia 70. annorũ: iſta quidem, in qua nunc ſumus eſt longa iam mille annorum & vltra, & non inuenitur ei terminus in Prophetis: &

Zach. 7. b.

Tempore captiuitatis Babilonicæ fuerunt Iudei ſine lege ſine circuncĩſione & ſine Sabbatho.

Hæc omnia peccatori euenit, quã do à diabolo captiuus tenetur ad ipſius uoluntatẽ, ut nec ieiunia accepiat, nec obſeruantias eius, donec à captiuitate egrediatur.

timeo, Domine mi, quòd ſicut Deus miſit in captiuitatem illam breuem patres noſtros ſine lege & ſine obſeruantiis, nec acceptauit ieiunia nec obſeruantias legis eorum, quouſq; fuit cõpletum tempus pœnæ ipſorũ, ſcilicet 70. annorũ: ſic in iſta captiuitate vltima non acceptat opera, quæ facimus ſecundum obſeruãtias legis. Quare cõſtat quòd nos ſumus in maiori peccato nunc quàm patres noſtri fuerint in Babylonia: vnde nos ſumus in maiori ira Dei quã illi eſſent, & per conſequens opera noſtra ſunt ei minus placita, & nos ſumus ei magis odioſi. Et patet, quòd illi propter mortem Prophetarũ, & quia idola coluerũt, fuerunt tantũ 70. annis in captiuitate, & nos propter magnum peccatum, & maximũ ſumus captiui iam ſunt mille anni & vltra.

Nota.

Et hęc captiuitas, Domine mi, ſi ne dubio eſt illa, quam Deus per os Danielis Prophetę vocat deſolationem, cũ dicit cap. 9. Vſq; ad conſumationem & finem perſeuerabit deſolatio, &c. Prima captiuitas vocatur tranſmigratio, quia poſt modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hieruſalem: ſed hæc vocatur deſolatio perpetua, in qua procerto Deus non miſerebitur noſtri, ſicut miſerebatur patrũ noſtrorũ in Babylonia: excepto quòd cõſolabatur eos per Prophetas, qui promittebant illis liberationem, & erant omnes ſimul, nobis autem nihil promittitur, & inſuper diſperſit nos per vniuerſa regna mundi: Attamẽ quicquid contingat Dei ſumus in omni euentu.

Dan. 9.

Prima captiuitas Iudæorum vocatur tranſmigratio Babylonica, quia cum honore fuerũt reducti, ſecunda vocatur à Daniele deſolatio.

CAPITVLVM IIII.

Oſtendit, quòd Iudæi ſunt cęci.

Domine mi, valde mirabile eſt mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationẽ de captiuitate iſta, & ſemper de hoc loquimur, & ſemper loquimur de reductione noſtra in Hieruſalem: & ideo ſumus cęci, vel deceptores ſimplicium. Nã conſtat, quòd poſt diſperſionem noſtram, quæ facta eſt per Titũ non apparuit in nobis Propheta, qui nobis promitteret reductionẽ, nec etiam poſt captiuitatem 70. annorum fuit Propheta, qui loqueretur de iſta captiuitate, quę non habet finem, niſi in fine mũdi, nec deliberationẽ habet, niſi per conſumationẽ ſeculi: quare Daniel illam vocat deſolationẽ ſine fine cap. 9. Vnde timeo, Domine mi, quòd cùm tanta captiuitas nõ poſſit manere ſuper totam gentem noſtram à Deo, niſi propter maximum peccatum in Deum, quod maius eſt quàm interfeciſſe Prophetas & adoraſſe idola, propter quę peccata patres noſtri fuerunt puniti, quòd ſicut Deus non miſeretur noſtri in vita cùm in eodẽ peccato perſeueremus, ſic etiã nec miſerebitur mortuis ex nobis. Attamen ſumus Dei in omni euentu qui euenerit.

Quare Iudæi ſecũda captiuitatis ſunt cæci.

Nullus Prophetarũ loquutus eſt de fine ſecundæ captiuitatis.

Nec dum cognoſcit Rab. Samu. Iſraelita peccatum propter quod in hac captiuitatẽ venerunt.

CAPI-

CAPITVLVM V.

Quòd Iudæi decipiunt alios & ſeipſos.

Quomodo Iudæi decipiant alios, & ſe ipſos.

DOmine mi. Videtur quòd decipiamus alios & nosipſos: quia in libris legum & Prophetarum habemus Deum promittentem noſtræ genti liberationem & congregationem de diſperſione multipliciter. Sed bene aduertēti omnes promiſſiones quas habuimus, vel fuerunt completę ante captiuitatē 70. annorū, & in ipſis 70. annis, vel promiſſiones fuerunt propter peccata illorū, quibus promiſſiones ſunt, totaliter impeditę, ſicut propono coram tē, Dn̄e mi. Exempli gratia. Iſta pauca dicuntur in Ezechiele: Si feceritis iuſtitias meas, & mādata mea ſeruaueritis, cōgregabo vos de quatuor partibus mundi, & leuabo vos, & adducam vos per mare, & reducam vos in domū ſanctam veſtrā. Ecce quòd id quod Dominus nobis promittit per Ezechielem in prædictis verbis, & aliis locis libri eiuſdē Prophetæ, iam cōpletum eſt pluries ante illam captiuitatem 70. annorum: & omnes promiſſiones Domini tales maiores & minores, quæ in diuerſis locis ſacrorum librorum continentur, completæ fuerunt antequam caderemus in iſtam vltimam captiuitatem, quæ nō habet finem: modo iā ſumus in milleſimo anno & vltra, nec in aliquo libro Prophetarū eius terminum inuenimus: neç vlla Dei promiſſio, vbi agit de liberatione & cōgregatione, intelligitur de iſta captiuitate perpetua, ſed de illis tribulationibus & diſperſionibus, ante dictos 70. annos, neq poſtea congregatio de diſperſione promiſſa eſt nobis. Vnde oportet quòd poſt iſtos 70. annos commiſerimus illud peccatum magnum, propter quod Deus ſine termino punit nos, in quo peccato ſumus & manemus omnes: aliter Deus miſericordiam ſuā non cōtinuiſſet in nobis ira tam longa. Nā videmus per ſcripturas, quòd omnia peccata, quę cōmiſerūt patres noſtri ante 70. annos prædictę captiuitatis punitā fuerunt, & de multis exēpla hæc pauca induco. Peccauerunt patres noſtri ante 70. annos, qui exiuerunt de Aegypto, & promiſſio eis facta in eis locum non habuit, ſed in peccatis ſuis in deſerto mortui ſunt. Peccauit ipſe Moyſes ad aquas contradictionis, & terram promiſſionis non meruit. Peccauit ipſe Aaron & portauit pœnam. Heli ſacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus exſpirauit, & poſteritas eius ſacerdotio priuata eſt: & tamen Deus promiſerat ſacerdotium in æternum. Sed huiuſmodi promiſſa intelliguntur ſemper, niſi propter peccata demereātur accipere, vt patet in regno Dauid, quòd carnalis poſteritas eius priuata eſt regno: ſicut etiam Deus verus & glorioſus promiſit Abrahæ & ſemini ſuo terram illam in æternum

Ezech.

Omnes Prophetarū promiſſiones impletæ fuerunt ante deſtructionem Hieruſalē per Titum.

Omnes Prophetarū promiſſiones de libertate factas, intelliguntur de libertate à Babylonica captiuitate, & non de ſecūda.

Omnia peccata cōmiſſa ante captiuitatis annos punita fuerunt.

Peccatum in deſerto punitum.

Peccatum Moyſi punitum.

Aaron peccatū etiam. Heli, peccatum punitum.

Promiſſiones Dei, quæ æternitatem dicunt, quomodo intelligantur.

æternum poſſidendã, & frequẽter perdiderũt eã propter peccata ſua, & frequenter reſtituit illis Dominus, vſque ad vltimã vicem quam perdiderunt, iam ſunt mille anni & vltra: & iã non eſt ſpes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodẽ peccato, propter quod terram noſtrã perdidimus. Et, Dñe mi, multũ mirabile eſt, cũ omnes concordemus, quòd oportet, quòd poſt captiuitatem 70. annorum in Babylonia peccauimus cõtra Deum maximo peccato, & tamẽ nullus eſt qui dicat, quod eſt id peccatum, propter quod incurrimus tanta mala: & ſi aliquis noſtrum cognoſcat noſtrã cauſam, & peccatũ, propter quod incurrimus tanta mala: nullus tamẽ id aperit proximo ſuo, nec ipſemet qui cognoſcit, in ſuam conuertit vtilitatem: ſed omnes iacemus proſtrati: & videmus manifeſtè, quòd in prędicta captiuitate 70. annorum erat Deus cũ patribus noſtris in Prophetis, id eſt Hieremia & aliis Prophetis, & dedit eis Salathiel ducem & principes & ſacerdotes, cum quibus exierunt de Babylone peracta pœnitentia, & placato Deo, ędificauerunt Hieruſalem & templum & alias ciuitates, & effudit Deus ſuper illos miſericordias ſuas copioſè. Et tamen in iſta captiuitate nullus Propheta nobiſcũ eſt, nec De⁹, vt apparet. Igitur, Domine inquirã & nõ ceſſabo quęrere, quod peccatum eſt id tantum, propter quod ſumus in hac captiuitate mille annis & vltra, nec habemus Prophetam, nec Regem, nec Sacerdotem, nec altare, nec ſacrificium, nec vnctionem, nec incenſum, nec purificationẽ: immo facti ſumus abominabiles toti mũdo, ſicut Deo, & contemptibiles: in ſolo corde tantum noſtro regnat ſuperbia, quia nos ipſos præferimus toti mundo. Et quod ſuper hoc ſentio pãdam tibi, Domine mi. Nec minus, quicquid eueniat nos Dei ſumus.

Nemo eſt qui dicat quid eſt maximum peccatum perpetratũ poſt captiuitatẽ Babylonicã.

In captiuitate Babylonica Deus erat cum illis in Prophetis, qui vnà cũ illis egreſſi ſunt de Babylone.

In quarta miſeria ſunt Iudæi in captiuitate ſecunda.

CAPITVLVM VI.

Quod ſit illud peccatum propter quod Iudæi ſunt in hac captiuitate.

NVnc ergo, Domine mi, pateo, quòd id peccatũ propter quod ſumus in hac deſolatione, & in captiuitate iſta, ſit illud peccatum, ſuper quo loquutus eſt Deus per Prophetam Amos 2. cùm dicit ſic: Super tribus ſceleribus Iuda conuertam, vel tranſferam Iſrael (Non ſunt verba autoris, ſed interpretis. Nota quòd vbi in Biblia noſtra eſt: Conuertã. hîc habet tranſferam, & eſt ad propoſitum eius magis:) & ſuper quarto nõ trãſferam eos, quoniã vendiderunt iuſtum pro argento. Et nos, Domine mi, ſecundum doctrinã noſtram docemus, quòd iſte iuſtus fuit Ioſeph filius Iacob, qui fuit vẽditus à fratribus ſuis in Aegypto, & ſic teneo ego: niſi quod ſermo diuinus ponit iſtud peccatum venditionis quartum in numero peccatorum ſeu ſcelerum Iſrael.

Amos 2. 4.

Nota literã & explicationem clariſſima, quæ docet peccatum pro quo ſint in hac ſecunda captiuitate.

Iudæi exponunt de Ioſeph vendito in Ægypto.

Iſrael. Ipſi etiam Chriſtiani, quibus ſanctorum librorum ſtudiū videtur eſſe traditū à Deo, reſpondent doctrinæ noſtræ prædictæ, & dicunt, quòd primum in quatuor ſceleribus Iſrael eſt venditio Ioſeph à fratribus ſuis: & ſecundum peccatum ſiue ſcelus aſſignant adorationem vituli in Oreb: & tertium ſcelus occiſionem Prophetarū, propter quod fuimus captiuati in Babylonia 70. annis: & dicunt quòd quartū ſcelus Iſrael fuit venditio iuſti, ſcilicet Ieſu, qui ad literam fuit venditus poſt trāſmigrationem præfatam 70. annorū. Et ſi nos, Domine, volumus tenere præfatam doctrinam noſtram, & reſpōdere Chriſtianis, oportet quòd nos aſſignemus in Iſrael ante vēditionem Ioſeph varia ſcelera præceſſiſſe, vt ipſa venditio Ioſeph ſit quartū ſcelus. Sed hoc nō poterimus ſuſtinere, quia teſtimonium libri Geneſis eſt contra nos, qui vēditionem Ioſeph ponit primum ſcelus filiorum Iſrael, & Propheta Amos ponit expreſsè quartum ſcelus venditionem iuſti, propter quod fuimus in captiuitate: de qua loquitur Deus comminans, quòd non reducet nos vltra in terram promiſſionis, cū dicit: Et ſuper quarto non trāſferam eos, quoniam vendiderunt iuſtum pro argento. Et manifeſtè apparet mihi, quòd nos ſuper illo peccato quarto venditionis iuſti, iuſtè ſumus puniti iam ſunt mille anni, & vltra, in quo tempore nil proficimus inter gentes, nec eſt ſpes proficiendi amplius.

Primum ex quatuor ſceleribus Iſrael eſt venditio Ioſeph.
Secundum adorationē vituli.
Tertium occiſio Prophetarum.
Quartum venditio Ieſu.
Ge. 37. f. 28
Amos. 2.

CAPITVLVM VII.

Quòd iuſtus Ieſus Chriſtianorum Deus iniuſtè venditus ſit.

EXpaueſco, Domine mi, & timeo, quòd iſte Ieſus quē colunt Chriſtiani, ſit ille iuſtus venditus pro argento ſecundum Amos Prophetā; & timeo, quòd de ipſo ſunt hæc quæ mihi occurrunt teſtimonia Prophetarum, & illa eadem in doctrina ſua valdè apertè applicant Chriſtiani. Iſa. Propheta 1. cap. dicit: Væ gēti peccatrici filiis ſceleratis, quoniam ipſi elongauerunt ſe à Deo & blaſphemauerunt ſanctū eius, & inclinati ſunt retrorſum. Item idem Propheta dicit: Quaſi ouis ad occiſionem ductus eſt, qui nō aperuit os ſuum. Item dicit: Vir habens dolorem, & ſciens infirmitatē. Item: Fuit deſpectus, & propter hoc non reputauimus eum, ipſe enim oblatus eſt, quia ipſe voluit. Itē: De anguſtia iudicij depoſitus eſt, generationē eius quis enarrabit? Itē: Propter culpam populi mei tranſfixi eū, & dabit iniuriatores pro ſepultura, & diuites pro morte ſua. Et timeo, Domine mi, quòd iniuriatores fuerunt patres noſtri, & diuites Pilatus, & Herodes, & Anna & Caiphas; ſicut dicit Propheta Dauid: Conſurrexerunt omnes Reges terræ, & maiores & contra Deum, & contra Chriſtū eius. Reges, ſcilicet prædicti, maiores, ſcilicet patres noſtri.

Ieſus eſt iuſtus, de quo Amos dixit quòd eſſet pro argento vendendus.
Iſa. 1. b. 4.
Iſa. 53. b. 7.
Ibid. a. 3.
Ibid.
Prophetia de Chriſto: Ibid.
Ibid.
Pſal. 2. a. 2.

Et timeo

Et timeo Domine, quòd iſte Ieſus ſit ille commutatus & venditus pro argēto, de quo loquitur Zacharias Propheta & Amos & alij Prophetæ. De quo etiam loquitur Iſa. Propheta cap. 53. De poſuit omnes iniquitates, & orabit pro infidelibus. Timeo ego, Domine mi, quòd iſte Ieſus ſit ille iuſtus, de quo dicit Dauid in Pſalmo 74. Delectati ſunt in animam iuſti, & ſanguinem innocētem condemnabunt, & propter hoc eiecit eos Deus & diſperdet illos Dominus Deus noſter. Et timeo, Domine mi, quòd iſte ſit ille iuſtus, de quo loquitur Hiere. cap. 9. cùm dicit: Homo eſt, & quis eſt qui intelligit eum? Item Hiere. 10. Species vultus noſtri Chriſtus Deus captus eſt pro peccatis noſtris, cui diximꝰ: In vmbra tua viuemus inter gētes. Timeo etiam, Domine mi, quòd iſte ſit ille iuſtus, de quo dixit Deus per os Zachariæ Prophetę, cap. 13. Dicetur enim in illa die: Quæ ſunt iſtæ plagę in palmis tuis. Et reſpondebit: Plagatus fui in medio domus meæ inter illos, qui dilexerunt me, & leuauit enſem paſtor meus ſupra me, Idē cap. 12. Aſpicient ad me die illa, & illum quem tranſfixerunt, & plangent ſuper illū quaſi plāctum vnigeniti. Timeo etiā, Domine mi, quòd iſte fuit iuſtus ille, de quo dicit Abacuch. 3. Cornua in manibus eius, ibi abſcōdita eſt fortitudo eius, &c. Et cōcordat Euangelium Chriſtianorum, vbi narratur mors Ieſu, & oſtendunt: Cùm autem veniſſent ad Ieſum inuenerunt eū mortuum, & miſit vnus ex eis lāceam ſuam & tranſfixit. Paueo, Domine mi, quòd iſte ſit iuſtus, de quo dicit Abacuch 13. Egreſſus es Domine ſaluare populum tuum cum Chriſto tuo.

Iſa 53. d. 12. — Pſal. 74. — Hiere. 9. & 16. — Zach. 13. — Zach. 12. — Ab: c. 3. — Abac. 3.

CAPITVLVM VIII.

Quomodo poſt occiſionem Chriſti facta eſt diſperſio Iudæorum ſecundum Danielem.

Expaueſco, Domine mi, ſuper iis, quis fuit iſte iuſtus ſine peccato, de quo loquitur Iſa. Propheta: Et quis ſit ille iuſtus venditus pro argento, propter quod dicit Dominus per Amos Prophetam vbi ſupra, quòd in teſtimonium quarti ſceleris non tranſferet eos in terram promiſſionis amplius. Videtur etiā, Domine mi, quòd completum eſt, quod ſcribitur Dan. 9. vbi dicit: Poſtquam cōſumatę fuerint 72. hebdomadæ occidetur Chriſtus, & tunc veniet populus cum principe venturo, & deſtruet ciuitatem & domum cōminuet, & condemnabūt eam, & auferetur ſacrificium, & conſumabitur deſtructio perpetua. Et nō eſt dubiū, Domine mi, quin deſtructio deſolationis perpetuæ ſit captiuitas iſta, in qua ſumus iam ſunt mille anni. Et apertè dicit Deus per Prophetam, quòd erit deſolatio perpetua poſt occiſionem Chriſti, ſicut eſt deſolatio noſtra poſtquam Ieſus fuit occiſus, nec comminatus eſt Deus nobis perpetuam

Exponit Prophetiam Dan. de 72. hebdomadibus. — Dan. 9. — *Poſtquā Ieſus fuit occiſus facta eſt Iudæorum deſolatio.*

petuam deſolationem, niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi voluerimus dicere, quòd ante mortem Ieſu fuimus in deſolatione. Ad hoc reſpondẽt nobis Chriſtiani, quòd ante mortem illam nõ fuit deſolatio, niſi 70. annis, & poſt hoc fuimus reducti in terrã promiſſionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certè, Dñe mi, ego non video euaſionẽ contra Prophetiã iſtam: quia de facto probatur nobis, quòd poſtquam à reedificatione fuerunt completę 72. hebdomadę ſupra annõ, qui ſunt anni 433. tunc fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſtea venit dux, ſcilicet Titus & populus Romanus, & fecerũt nobis ſecundũ Prophetiã iſtã, hodie ſunt mille anni & vltra: & nihilominus ſi in ira Dei ſumus, & tamen in ipſo ſperamus. Et ſi dicamus, quòd Chriſtus venturus eſt, & nondum venit, & rehabebimus terram promiſſionis & reedificabimus ciuitatẽ, & habebimus gratiam Dei & honorẽ in terra noſtra, & iſta deſolatio non erit perpetua. Reſpondebunt Chriſtiani, quòd adhuc ergo manet nobis occiſio Chriſti, & aduẽtus Titi & populi Romani, & deſolatio peior iſta, in qua iã fuimus per mille annos. Heu, Domine, non eſt excuſatio, nec euaſio cõſona. Sed tamen quicquid contingat Dei ſumus in omni caſu, ſi in eo ſperamus.

72. hebdomadæ, quæ faciũt 433. anni à Prophetia Danielis, impletæ ſunt, quãdo Chriſtus fuit occiſus.

Si Chriſtus nondum venit, ergo manet occiſio Chriſti, & alia peior deſolatio.

CAPITVLVM IX.

Quòd duo ſunt aduentus Chriſti.

Timeo, Dñe mi, quòd Chriſtus iam venit, & iã adimpleuit primũ aduẽtum ſuum: quia in ſcripturis noſtris inuenimus duplicẽ eius aduentum. Primus aduentus Chriſti deſcribitur in Prophetis in paupertate & humilitate. Secũdus in gloria & maieſtate. Et de vtroq; aduẽtu proponã illa, quę mihi occurrũt. De primo aduentu dicit Deus per os Zach. 9. Lętare filia Siõ, ecce præceptor tuus venit pauper, æquitans aſinum. Et in iſto aduẽtu deſcribit eum Iſaias deſpectũ, Daniel occiſum, Zacharias & Amos venditum: & tamen iam fuerunt completa, quę in libello deſcripſi & deſcribam, non reputauimus eum, id eſt non cognouimus eum, ſicut dixit Iſaias Propheta, ſed deſpeximus eũ, & pręualuimus cõtra eum. Sed gloria eius & maieſtas eius erit manifeſta in ſecundo eius aduentu, quã do ignis & flamma pręcedet eũ, & exardeſcet & inflammabit in circuitu inimicos eius. ſicut dicit Deus per os Prophetarũ Dauid & Iſaiæ. Et timeo, Domine mi, quòd Chriſtus non iudicabit aliter quàm cum igne ad mortẽ, quia nos interfecimus omnes Prophetas, qui annũciauerunt nobis de ipſo, prout Deus teſtificatur cõtra nos per os Helię Prophetæ 4. lib. Reg. Et ſic interfecimus illum iuſtum propter quẽ ſumus in ira Dei ſine fine. Attamen Dei ſumus.

Primũ Chriſti aduentũ iam preceſſiſſe & ſecũdũ expectare docet.

De primo aduentu. Zacha. 9.

Iſai. de primo aduentu deſcribit Meſſiã deſpectũ. Dan. occiſum. Zachar. & Amos venditum.

4. Reg.

CAPI-

CAPITVLVM X.

De primo aduentu Chriſti.

Iſa. 51. TImeo, Dñe mi, Deus deſcribit apertè duos aduentus Chriſti per os Iſa. Prophetæ 51. cap. cùm dicit: Conſurge, cõſurge, induere fortitudinem brachium Domini bis dicens, conſurge. propter eius duplicẽ aduentum, & ſingillatim clarè primum Chriſti deſcribit aduẽtum quantum ad paſſiónem & deiectionẽm cap. 50. & 53. per totũ: *Iſa. 50. & 53.* & ſpecialiter, cũ dicit: Vidimus eum, & non erat aſpectus & ſpecies, neque decor, &c. Primum eius aduentum ponit Iſa. 9. cùm *Iſa. 9.* dicit: Paruulus natus eſt nobis! Et ſtatim ſubiungit ſecundũ eius aduẽtum, cùm dicit: Et vocabitur fortiſſimus gigas, potens, ſuper thronum Dauid ſedebit, vt confirmet illum ab initio vſque in æternum. *De duplici Chriſti aduentu.* *Zach. 9.* Zacharias autẽ Propheta deſcribit eum pauperem & ſedẽtem ſuper aſinum, cap. 9. Et quid aliud eſt hoc, niſi quòd Propheta iſte deſcribit primum aduẽtum in humilitate, & Iſaias ſecundum in potẽtia & maieſtate. *Secũdus aduentus in maieſtate.* Sic etiam deſcribit eum Daniel cap. 7. circa medium, vbi dicit: *Dan. 7.* Conſiderabam vel aſpiciebam in viſione noctis: & ecce in nubibus cæli, quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquũ dierum peruenit: & in cõſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorẽ & regnũ: omnes populi, tribus ac linguæ adorabunt eũ & ſeruient ei. *Expoſitio Danielis.* Hebręus habet, tribus ac linguæ honorabunt eũ, & nõ deficiet poteſtas eius, quia nõ auferetur, & regnũ eius manebit in ęternũ. (Noſtra autẽ trãſlatio habet: Tribus ac linguę ſeruiẽt ei, poteſtas eius poteſtas ęterna, quæ non auferetur, & regnũ eius, quod nõ corrũpetur, aliàs, & nõ deficiet poteſtas eius, aliàs, poteſtas eius in ęternũ, & regnũ eius manebit in ęternũ, aliàs, nõ corrũpetur.) *Nõ ſunt verba autoris, ſed interpretis.* Et manifeſtũ eſt, Dñe mi, quòd in ſecũdo aduẽtu ſedebit Chriſtus ante antiquũ dierũ, qui eſt De⁹ ad iudicium, ſicut ſedit in primo aduentu ante patres noſtros Iudæos vt iudicaretur. *Sedebit Chriſtus ante antiquum dierum, hoc eſt ante Deũ patrẽ ad iudicandum.* Et iſtos duos aduẽtus Meſſię, id eſt Chriſti, innuit Propheta Dauid in Pſa. cũ dicit: Quia venit, quoniã venit iudicare terram. *Pſal.* Propter primũ eius aduẽtum, qui fuit ſimplex dicit: Quia venit. propter ſecundũ vèrò, quia erit cũ potẽtia dixit: Quoniã venit iudicare terrã. De ſecundo eius aduentu loquitur Zach. 14. cùm dicit: Imprimẽt veſtigia pedes ſuper mõtem oliuarum, &c. *Zachar. 14.* Et nos, Domine, non dicimus, quòd Deus in eſſentia ſua & natura habet pedes, nec carnẽ, nec iſta, quę corporis ſunt: ſed habere pedes cõuenit creaturæ corporeæ. Dicit etiam Dauid Propheta, quòd ſupra allegatũ eſt, loquendo de ſecũdo eius aduẽtu: *Pſal.* Ignis in cõſpectu eius exardeſcet & in circuitu eius inflammabit. Sed, Dñe, nõ dicimus, quòd Deus ſit circũſcript⁹, quòd aliquid poſſet eſſe in circuitu eius in quantũ Deus,

ſed

ſed autoritates ſimiles habent veritatem ad literam in illo iuſto, quem Prophetæ deſcribũt: nunc loquentes de eius humilitate, nunc de eius maieſtate: & de hoc loquitur Malachias. 3. cùm dicit: Ecce Dominus venit, & quis poterit ſtare ante aduentum eius? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & ſedebit & liquefaciet argentum & aurum. Ecce qualiter iuſtus ille qui fuit iudicatus veniet in ſecundo aduentu. Et attẽde, Domine mi, qualiter deſcribit eum, ibidem Propheta in eodem cap. 3. cùm dicit: Tũc ego veniam, & intrabo in iudicio ad eos, & ero teſtis verax ſuper adulteriis & malis, & periuriis, & ſuper illos qui defraudãt mercedem mercenarij, & qui ſpoliãt pupillos & viduas, & opprimũt peregrinum & pauperẽ. Et idem, Domine mi, deſcribit Ezechiel cũ dicit 34. Vbi loquitur de paſtoribus & ouibus, dicẽs: Ego ſeparabo ab eis, ſcilicet à iuſtis, tranſgreſſores & incredulos (hoc non habet tranſlatio noſtra, ſed in Arabico dicit ſic:) O Domine mi, ecce quòd in ſecundo aduentu ſeparabit incredulos de medio iuſtorum, ſicut etiam dicunt Malachias: & Ezechiel clarè & in primo aduentu nemo noſtrum cognouit eum, quia exiuerat limites humanæ naturę, ſicut dicit De⁹ per os Iſaiæ Prophetę. c. 53. Et inter iniquos cõputatus eſt, & propter hoc nõ reputauimus eum. & Hier. dicit c. 18. Ipſe eſt homo, & quis ſcit eum? & timeo, Domine mi, quòd patres noſtri in primo aduentu Meſsiæ defecerunt & errauerũt, & propter hoc ſumus in iſta captiuitate, quę non habet finem. Et tamen quicquid contingat Dei ſumus, & in ipſo ſperamus.

Malach. 3.

Ezech. 34.

Non ſunt verba autoris ſed interpretis.

Chriſtus nõ fuit cognit⁹ à Iudæis quia limites humana natura excedebat ipſi⁹ humilitas.

Iſai. 53.

Hiere. 18.

CAPITVLVM XI.

De ſecundo aduentu Chriſti, quod tunc ſit cum potentia iudicaturus.

DOmine mi, Paueo, ne iſte iuſtus iudex ſit ille qui iudicaturus eſt, cum potentia in aduentu ſecundo, & qui fuit Saluator in aduentu primo omnium qui crediderunt in eum, quoniã Propheta Dauid dicit de illo: Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, & in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Adhuc dicit Iſai. 12. Hauríetis aquas de piſcinis Saluatoris, quod dictũ ſecundum, videre meum, intelligo de Baptiſmo. Nã in primo aduentu ſaluauit per aquam, & in ſecũdo iudicabit per ignem. Et de iſto Saluatore dicitur, Domine mi, Iob. 19. Scio quòd Saluator meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea oculi mei videbũt Deum meum. Attẽde, Domine mi, quòd vocat iſtum Saluatorẽ Deum. Cõſtat autem quòd oculi carnis non videbunt Deum. Ecce habemus ſecũdum ſcripturas, quòd Saluator eſt iſte Deus iuſtus, de quo eſt ſermo: & ſolus poteſt dici verus iuſtus, quoniã

Cum potentia iudicaturus eſt Chriſtus.

Pſal.

Iſai. 12.

In primo aduẽtu Chriſtus ſaluauit per aqua Baptiſmi, in ſecundo vero iudicabit per ignem.

Iob. 19.

nullum peccatum fecit, ſecundū
quod de illo teſtificatur per os
Iſai. Prophetæ: Qui peccatum
non fecit, nec inuentus eſt do-
lus in ore eius. Nec de Moyſe
nec de aliquo Prophetarū dici-
tur, quod ſit Saluator iuſtus & ſi-
ne peccato, quia Moyſes pecca
uit, & omnes Prophetę peccaue
rūt, ſicut vos ſcitis, Domine mi.
Et idcirco nullus eorum voca-
tur iuſtus in ſcriptura, ſed illud
nomē iſti ſoli ſeruatur: & ſine du
bio non ſaluantur niſi ij, qui cre
dunt primum aduentū ſuum: &
illi qui non credunt non habent
cauſam aliquam, quod ſaluētur
in ſecundo aduentu eius, ſed di-
gni ſunt morte: quia digni erant
morte illi qui nō credebāt Moy
ſi, & non obediebant ei qui fuit
peccator: quanto magis digni
ſunt igne illi, qui non credunt, &
blaſphemant iſtū iuſtum & Do-
minum qui peccatum neſciuit
vnquam. Quicquid tamen eue-
niat Dei ſumus nos.

Iſai.
De nullo Propheta dici poteſt peccatum non fecit.
Qui Moyſi non credebant digni erāt morte, quanto magis qui Chriſto non credunt.

CAPITVLVM XII.

De Chriſti Aſcenſione.

De Chriſti Aſcenſione.

DOmine mi, nos inuenimus
in ſcripturis, quòd Chri-
ſtus exaltabitur de terra ad cæ-
lum: & ego timeo quòd illud ſit
completum in iſto, qui fuit inter
fectus à patribus noſtris: & de
iſta exaltatione dicit Dauid Pro
pheta in Pſalm. 23. O magnates
aperite portas principat⁹ veſtri,
& eleuamini portæ æternales,
& introbit princeps gloriæ. Et
attende, Domine, quòd reſpon-
dēt illi Angeli: Quis eſt iſte prin
ceps gloriæ. & ipſe reſpondet il
lis: Dominus virtutum fortis in
prælio. Et cōſtat, Dn̄e mi, quòd
iuſtus iſte Dn̄s virtutū nō habuit
prælıū, niſi in primo adūētu ſuo:
quia quando ſedebit ad iudican
dū, ignis in circuitu eius exardeſ
cet, & inflāmabit in circuitu ini-
micos eius, & cōflabit iuſtos per
ignem, quaſi argentum, & hoc
in vltimo eius aduentu. Nullus
autem præliabitur contra illum,
nec locus erit pugnę. Adhuc
de iuſti huius exaltatione dicit
Iſa. cap. 64. Quis eſt iſte qui ve-
nit de Edom, de terra rubēs ve-
ſtimentis eius de boſra, ſicut il-
le formoſus in ſtola. & reſpōdet
iis iuſtus iſte: Ego, qui loquor iu
ſtitiam, ſum expugnator ad ſal-
uationem. & dicunt ei Angeli:
O Domine, quare rubrum eſt
veſtimentum tuum, ſicut calcan
tis torcular? reſpondet dicens
illis: Torcular calcaui ſolus, &
non erat vir mecum. Vide, Do-
mine mi, quā propriè loquitur
Iſaias: & timeo quòd huius iuſti
reſponſio nō tangat niſi nos, cū
dicit: Calcaui eos in ira mea, do
nec aſperſus eſt ſanguinis eorū
ſuper indumenta mea, & inqui
nata ſunt omnia veſtimēta mea.
Sed dies vltionis in corde meo,
& annus retributionis meæ ve-
nit. Quantū ergo ſperare poſſu
mus in iuſto iſto, Dn̄e mi, vbi ſci
mus ipſum de nobis angelis fuiſ
ſe conqueſtum in cælo, & notifi
cauit eis, quòd ipſe calcauerit
torcular ſolus. Et quid aliud cal

Pſalm. 23.
In primo aduentu præliatus eſt Chriſtus.
Iſa. 64.
Iudæi calcati ira furoris Domini.

cauit

cauit in ira ſua niſi nos, qui poſt bellũ, quod habuit in primo aduẽtu ſuo, proſtrati ſumus ab eo & calcati, iam ſunt mille anni, & adhuc reſtat dies vltionis in vltimo eius aduentu, & annus retributionis in corde ſuo. Vtinam, Dñe mi, quando interfecimus, Iſaiam deleuiſſemus iſtam autoritatem prædictam de Prophetia ſua, quod nũquam legeretur ab aliquo. Et ecce quòd Dauid vocat bellum, cùm dicit: Dominus virtutũ fortis in bello, hoc Iſaias vocat torcular: Heu, Dñe mi, nos bibimus muſtum illud, de quo etiã dicit Iacob Patriarcha & Propheta, vt habetur in libro generationis creaturarũ, cap. 49. de Iuda: Lauit ſtolam in ſanguine, ſcilicet vuę, ſicut eſt factum in nobis in primo aduentu Meſſiæ: ſed quid faciemus in aduentu eius vltimo, quãdo ſtabũt homines coram homine iudicante, & in circuitu eius erit ignis paratus, ad deuorandum illos, contra quos tulerit ſententiam: tunc enim non erit tempus belli, neciã in torculari calcabitur, quia iam extũc non erit locus, nec tempus pœnitendi nec refugij, ſed iuſtitia, vt ſicut ipſe iudicatus fuit ſine peccato, quod inueniretur in eo, ſic ipſe iudicabit peccatores. Dicit enim Deus in Prophetia Salomonis, Prouerb. 11. Quando iuſtus recipiet iudicium, vbi erit impius & peccator? Vnde ſi iuſtus vix ſaluabitur, quid erit tunc de impio?

Quod Dauid vocat bellum. Iſaias vocat torcular.

Gene. 49.

Prouer. 11.

CAPITVLVM XIII.

Adhuc fortius probat corporalem Aſcẽſionem Chriſti.

Valde timeo, Domine mi, quòd hęc, quæ dicta ſunt teſtimonia Prophetarum de illo iuſto, quòd, ſcilicet fuit vẽditus pro argento, vt dicit Amos Propheta: quòd calcauit torcular, vt dixit Iſaias: quòd geſsit bellũ cum patribus noſtris, ſicut dicit Dauid: quòd captus fuerit in peccatis noſtris, ſicut dicit Hiere. quòd vulneratus fuerit in palmis ſuis, ſicut dixit Zachar. quòd ſuper eius veſtem miſſæ ſunt ſortes, ſicut dicit Dauid: quòd aſcendit in cælum ſicut dixit idem Propheta & alij: quòd non conueniat Deo in eſſentia, ſiue in natura diuina, ſecundum quã nec reſurgit, nec exaltatur, nec ſedet, nec deſcendit. Ex iis quæ dicta ſunt ſequitur neceſſariò, quòd iã venerit ille iuſtus, cuius naturæ corporeæ hęc prædicta & ſimilia poterunt conuenire. Si autem tibi videtur fortè durũ credere, Domine mi, quòd homo corporeus aſcendit in cælum, audi autoritates & exempla, quæ mihi occurrunt de ſcripturis noſtris. Et ſuper hoc dicit Dauid Propheta de illo: Aſcendit Deus in altum & ſaluabit captiuitatem, dedit dona hominibus. dicit etiam in Pſalmo 67. de aſcẽſione eius: Iubilate Deo & glorificate nomen eius, iter facite, qui aſcendit de partibus Occidẽtis, Dominus nomẽ illi.

Efficacius corporalem Chriſti Aſcenſionem probat.

Non durũ videri debet quòd homo corporeis aſcendat in calũ.

Pſal.

Pſalm. 67.

Adhuc, Domine mi, dixit Dauid de illo in Pſalmo, quē tu habes in corde: Iubilate Deo, qui aſcē-

Pſal.

dit ſuper cælum cæli ad Orientē. Et de iſto dixit Amos. cap. 9.

Amos. 9.

Dñs eſt qui ędificauit in excelſo ſedē ſuam. Et de ipſo dicit etiam Dauid in Pſalmo. 67. Aſcendit Deus in iubilo, & Dñs in voce

Pſal. 67.

tubę. De ipſo etiam dixit Aſer Propheta. c. 3. Vidi hominē deſcendentē de corde maris, & per uenit vſque ad cælum. (Et quia non habemus iſtā prophetiam, ommiſi multa ſcribere, quę allegat ſuper hoc, immo habemus eū, ſed ipſe tunc neſciuit, quod Aggęus in Latino vocaretur, Aſer in Arabico.) Dicit etiam Moyſes in Cantico: Leuabo ad cęlū manum meam. & Deut. 33. Dicit etiā Iſa. c. 21. Cōſurge cō ſurge brachiū Dñi. De iſto etiā ait Anna mater Samuelis 1. Regum. 2. cap. Dabit Dominus imperium Regi ſuo, & ſublimabit Chriſtum ſuum. Dauid etiam dixit: Aſcendit Dominus ſuper pēnas ventorum. Et heæ autoritates occurrunt mihi ad probandum exaltationē Chriſti corporalem vſq; ad cælum, & ſunt plures aliæ quas tu Dñe bene ſcis. Nunc etiam exempla aliqua adducā de lege noſtra, quia videtur etiam nobis multum incōueniens credere, quòd in corpore aſcēdit in cęlū, & hoc eſt propter conſiderationē: nam in lege & in Prophetis inuenimus, quòd Deus verus & glorioſus aſſumpſit de terra, & eleuauit plures

Aggeus in Latino, eſt Aſer in Arabico.

Non ſunt verba autoris ſed interpretis.

Deut. 33.

Iſai. 21.

1. Reg. 2.

Pſal. ...

Exēpla ex lege ad probandā Chriſti Aſcenſionem.

Aſcenſionis multorū in lege veteri.

ſanctos viros patres noſtros. Et ſi de iſtis nō dubitamus propter eorū ſanctitatē, & propter teſtimoniū ſcripturę, quare dubitamus de aſcenſione iſtius iuſti in corpore & anima? cui magis ſcriptura perhibet, quā illi teſtimonium ſanctitatis. Et quia durius bellū ſecundum Prophetas ſuſtinuit, & plures captiuationes mūdi, quàm aliquis de prędictis. Et prętere a, Dñe, ſine exēpli poſitione ſcis, quod Matuſalem & Enoch iuſti, & Helias Propheta fuerunt aſſumpti à Deo de mundo iſto in corporibus ſuis. De Moyſe etiā non eſt dubitandum quin ſit in cęlo in corpore & anima, vt dicitur Deut. 34. dixit Deꝰ ad Moyſen: Aſcende in mōtem noctē, & morere ibi. & aſcendit in montem, & mortuus eſt ibi. Et neſciuit homo ſepulchrum eius, vſq; in hodiernū diem. Et quid ſignificat, quòd ſepulchrū eius eſt ignotū in terra, cū ipſe fuit Propheta maior & ſanctior aliis, niſi quòd Deus reſucitauit eū, & aſſumpſit eum in corpore & anima, ſicut alios iuſtos aſſumpſit, & eleuauit ad locū vbi ſunt. Nec nos debemus mirari ſupra hoc, quòd aëris te leuis & ſubtilis poſſet portare corpora tam groſſa & pōderoſa: quia nos ſcimus quòd, aqua, quę eſt in raritate ſimilis aëri, quādo placuit potentię omnipotēti, portauit corpora filiorum Iſrael, in eorū exitu de Aegypto, & quando fuit acceptum ſacrificiū, ignis deſcēdit de cęlo, & eleuauit & portauit

Matuſalem & Enoch, & Helias, aſſūpti iuſti à Deo.

De Moyſe credit Rab. Salo. Iſraelita, quòd in corpore & anima aſſūptus ſit à Deo.

Non eſt mirandū quòd aer leuis, corpora groſſa poſſit portare.

Sacrificia pecorū fuerunt portata per aerē.

uit corpora pecorum & boum quę offerebãtur Deo. Moyſes verò & Helias prophetauerunt de illius iuſti eleuatione, ac alij Prophetę. Vnde cũ oportet nos eſſe credẽtes de eleuatione corporea dictorum ſanctorũ, cur ſumus increduli de eleuatione iſtius iuſti, & eum eleuatum eſſe in cęlum, de quo tot ſunt teſtimonia Prophetarum in ſcripturis, ſicut dictum eſt. Et poſſet induci, quia ſatis apparet, quòd Deus aſſumpſit prædictos ſanctos, de quibus nullus dubitat, vt ad fidẽ diſponantur corda hominũ, & vt de aſcenſione ſui iuſti etiã nõ dubitarent. Eſt autem & alia cauſa, quare de ipſo noſtri dubitant: quia aduentus eius primus fuit occultus, & modus inſolitus, ſicut dicit Iſai. Homo eſt, & quis cognoſcet eum? Idẽ Propheta etiam dicit: Virgo concipiet & pariet filiũ. Vbi aduertendũ eſt, quòd tacet de patre ſecũdum carnẽ, & propter hoc quod alibi dicit: Nõ reputauimus eũ, & Hiere. cap. 31. dicit: Signũ nouum creauit Deus ſuper terrã, mulier circũdabit, &c. Dicit etiã cap. 5. Propter hoc dabit eis Deus vſq; ad tẽpus in quo parturiẽs pariet. Et notandũ, quòd non facit Propheta mentionem de marito iſtius parturientis, cũ inquit natiuitatẽ iſtius iuſti, qui ſolùm natus eſt præter ſolitum modũ, curſumq; carnalem, qui eſt ex viro & fœmina, ſicut de illo prædictum eſt per os Iſai. c. 9. cùm dicit: Audite domus Iacob, Deus dabit vobis ſignum, virgo concipiet, &c. Omnes autem alij ſancti, qui dicti ſunt, nati ſunt de fœmina & viro carnaliter, concepti in peccato, & omnes fuerunt peccatores: & ipſe Moyſes ſanctior parẽtibus Prophetis peccauit, & confitetur per os ſuũ ſe peccaſſe: de iuſto autem iſto dicitur per Iſai. 53. c. Qui nunquam peccauit, nec inuentum eſt mendacium in ore eius: de aliis omnibus ſanctis dicit Deus per os Iob. c. 25. In omnibus ſanctis ſuis non eſt inuentus ſine prauitate. Et Hiere. Propheta dicit, cap. 17. Corda hominum praua.

Voluit Deus ſanctos aſſumere, vt corda hominũ diſponeret ad fidem aſcenſionis Christi.

Hiere. c. 31.

Iſai. 9.

Iſai. 53.

Iob. 25.

Hiere. 17.

CAPITVLVM XIIII.

De cęcitate Iudæorum, quod non credunt Chriſtum aduenisse, nec intelligunt.

TImeo, Domine mi, quòd ſit cõpletũ in nobis, quod dixit Dominus per Iſai. Prophetã: Cęcidit cęcitas ſuper Iſrael, quouſq; intrauit plenitudo gentium. & iterũ dicit cap. 6. Audiẽtes, audient & nõ intelligent: & vidẽtes videbunt, & nõ cognoſcent, quia corda iſtius gẽtis ſunt ingroſſata. Et adhuc eodẽ cap. Excęca cor populi hui⁹, & obtura aures eius, ne fortè addiſcant & conuertãtur ad me, & ſanem eos. Et dixit Iſaias: Vſquequo Dñe, & dixit: Quouſque ſunt ciuitates deſertæ, & maneat dom⁹ ſine habitatore. Dixit etiam Daniel cap. 12. Claude ſermones & inuolue prophetiam. Et Hiere. 17. Peccatum Iudę ſcriptum eſt ſtilo

Iudæorum cæcitas.

Iſai. c. 6.

Iſai. ibi.

Dan. 12.

Hiere. 17.

pōſio, ſed euaſio ſeu excuſatio, nec eſſet corā intelligētibus proponenda. Et ſi dixerimus, quòd Deus in illa tranſmigratione miſertus eſt vni parti generis noſtri & non alteri, & illos quorum miſertus eſt reduxit ad reedificandum templū, vt dicit propheta Nehemias, & quòd nos ſumus de illis, quorum nō eſt miſertus, tūc dicēt nobis Chriſtiani, quòd Deus miſertus eſt eorū, qui adorauerunt idola, & qui occiderūt Prophetas: ergo & nobis, quia nos non peccauimus. Item in patribus peccatoribus fuit pœna diuinæ vltionis in certo termino: quare ergo noſtra pœna eſſet ſine termino, qui nō peccauimus? Itaq; longa eſt, & ſine termino pœna in qua ſumus: modo iam ſunt mille anni, nec in lege nec in Prophetis huius pœnæ terminū poſſumus inuenire. Quare, Dñe mi, cùm Deus punierit patres noſtros propter idolatriam & propter interfectionem Prophetarum, & pœna & culpa ſint notæ in ſcriptura, cùm Deus nō puniat bis idipſum, pro peccatis illis præteritis fuit pœna, ſcilicet captiuitas 70. annorum, & cùm Deus nō punit vniuerſaliter, niſi propter vniuerſale peccatum, oporteret quòd poſt illam captiuitatem nos peccauerimus omnes coram Deo, peccato maiori quàm fuerit idolatria primorum parentum, & quàm fuerit interfectio Prophetarū, ex quo Deus pro illis peccatis puniuit patres noſtros 70. annis & nō amplius: & nos puniuit iam ſunt mille anni & vltra, & punit & diſperſit nos per quatuor partes mundi. Tamen quicquid contingat Dei ſumus in omni euentu, quia nulla eſt excuſatio ſuper dicta. Reſponde.

Nehemias.

CAPITVLVM II.

Probat quod pro quodam graui peccato in quo ſunt, ſint in hac diſperſione. Et arguitur contra eorum obſeruantiam legis.

SVppoſito igitur, Dñe mi, quòd ſumus in peccato aliquo maximo, rogo nunc quòd certifices me, ſi poſtquam Deus diſperſit nos de Hieruſalem, & miſit in captiuitatem iſtā longiſſimam ſeu perpetuam propter illud peccatū, autoritate noſtra, & propria volūtate, ſine ſpeciali mandato Dei, cur nos in captiuitate iſta incœpimus obſeruare circunciſionem & ſabbathum & alias cærimonias, quas tenemus ſecūdum legem Moyſi? Nā nos cognoſcimus, quòd à tempore, quo Titus deſtruxit ciuitatē ſanctam, & templum combuſſit, & Bibliothecas, & nos in captiuitatem iſtā diſperſit, & ex tunc ceſſauit inter nos vigere ſacrificiū, oblationes & holocauſta, & Deus non promiſit nobis poſtea per Prophetam aliquē, nec per prophetiā, nec per reuelationē aliquam certam, quòd nos deberemus reddire aliquando in Hieruſalem in ſtatū priſtino, nec mandauit nobis, poſtea quòd obſeruaremus obſeruātias prædictas: vide-

A tempore, quo Titus deſtruxit ciuitatem ſanctā, tēplum & Bibliothecas combuſſit, ex tūc ceſſauerunt ſacrificia, nō fuerunt Prophetæ.

Obiectio, quæ poterat Iudæis fieri.

videtur ergo ſequi, quòd nos non à Deo ſed ab illis, qui erant in ira Dei obſeruãtias prædictas accepimus & tenemus: & videtur, quòd juſtè dicent nobis aduerſarij noſtri: Sicut vos obſeruatis circunciſionẽ & ſabbathũ, & legitis in ſinagogis libros Moyſi & Prophetarum ſine mãdato Dei, quare nõ aſſumitis vobis ſimiliter ſacrificium, & nõ facitis vobis Sacerdotẽ & Regem & Principem, & vnctiones ſanctas & incenſum? & quare non ædificatis vobis altaria, & ſeruatis cærimonias, & omnia alia quę ſunt in lege cõtenta, ſicut ſabbathum & circuncisionem, & plura alia, quæ obſeruatis ſecundũ traditiones veſtras ſine mandato Dei propria volũtate? ex vtraq; parte curritis in offenſam Dei. Et ſi hæc prædicta facitis contra voluntatem Dei. Vel ſi dicitis, quia voluntas Dei eſt, quòd hæc ſeruetis & beneplacitum, quód tamen oſtendere non poteſtis, quare nõ obſeruatis ſupradicta alia, quorum multa facere poteſtis. Et ſi non permittunt vos facere Reges populi, ſub quibus iacetis, non permitterent tamen vos multa alia facere, ſicut permittunt circuncisionem & libros, & ſinagogas, & alia quę ſeruatis. Et ad hæc, Dñe mi, non eſt nobis in promptu reſponſio ſufficiens vt videtur. Sumus tamen Dei in omni euentu.

CAPITVLVM III.

Quomodo omnis obſeruantia legis Iudeorum non eſt acceptabilis Deo propter peccatum in quo ſunt.

INuenimus, Domine mi, Deũ loquẽtem per os Zachariæ, & dicẽtem 7. c. vbi loquitur de illa prima captiuitate breui. (Hęc verba nõ ſunt autoris ſed interpretis interpretando hanc autoritatem, ſecundum quod ſcripta eſt in Arabico, ſicut infra poſita eſt ſonat in Latino) Hęc dicit Dominus Deus Sacerdotibus & populo terræ: Quãdo ieiunaſtis & ploraſtis in 6. & 7. toto tempore 70. annorũ, intellexiſtis, quòd mihi ieiunaretis aut ad me ploraretis, ego tale ieiuniũ nolui à vobis. noſtra autem trãſlatio aliter ſe habet, ſed ego ſcribere propono, ſicut iacent in Arabico autoritates, quas Samuel iſte adducit, non ſicut ſunt in noſtra Biblia. Innuit Dominus, Domine mi, in prædictis verbis, quòd dũ nos Iudæi fuimus per 70. annos in dicta captiuitate, fuimus ſine lege, quia ieiunium non habuimus, nec habemus à lege, ſicut alias obſeruautias, & ſimiliter fuimus ſine circunciſione & ſine ſabbatho, & ſine dubio omnia hæc non valent dum ira Dei manet ſuper populum ſuum. Illa verò prima ira Dei fuit breuis, quia 70. annorũ: iſta quidem, in qua nunc ſumus eſt longa iam mille annorum & vltra, & non inuenitur ei terminus in Prophetis: &

Zach. 7. b.

Tempore captiuitatis Babilonicæ fuerunt Iudæi ſine lege ſine circunſione & ſine Sabbatho.

Hæc omnia peccatori euenit, quando à diabolo captiuus tenetur ad ipſius voluntatẽ, vt nec ieiunia accepit, nec obſeruantias eius, donec à captiuitate egrediatur.

timeo, Domine mi, quòd ſicut Deus miſit in captiuitatem illam breuem patres noſtros ſine lege & ſine obſeruantiis, nec acceptauit ieiunia nec obſeruantias legis eorum, quouſq; fuit cõpletum tempus pœnæ ipſorũ, ſcilicet 70. annorũ: ſic in iſta captiuitate vltima non acceptat opera, quæ facimus ſecundum obſeruãtias legis. Quare cõſtat quòd nos ſumus in maiori peccato nunc quàm patres noſtri fuerint in Babylonia: vnde nos ſumus in maiori ira Dei quã illi eſſent, & per conſequens opera noſtra ſunt ei minus placita, & nos ſumus ei magis odioſi. Et patet, quòd illi propter mortem Prophetarũ, & quia idola coluerũt, fuerunt tantũ 70. annis in captiuitate, & nos propter magnum peccatum, & maximũ ſumus captiui iam ſunt mille anni & vltra.

Nota.

Et hęc captiuitas, Domine mi, ſine dubio eſt illa, quam Deus per os Danielis Prophetę vocat deſolationem, cũ dicit cap. 9. Vſq; ad conſumationem & finem perſeuerabit deſolatio, &c. Prima captiuitas vocatur tranſmigratio, quia poſt modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hieruſalem: ſed hæc vocatur deſolatio perpetua, in qua procerto Deus non miſerebitur noſtri, ſicut miſerebatur patrũ noſtrorũ in Babylonia: excepto quòd cõſolabatur eos per Prophetas, qui promittebant illis liberationem, & erant omnes ſimul, nobis autem nihil promittitur, & inſuper diſperſit nos per vniuerſa regna mundi: Attamẽ quicquid contingat Dei ſumus in omni euentu.

Dan. 9.

Prima captiuitas Iudeorum vocatur tranſmigratio Babylonica, quia cum honore fuerũt reducti, ſecunda vocatur à Daniele deſolatio.

CAPITVLVM IIII.

Oſtendit, quòd Iudæi ſunt cęci.

Domine mi, valde mirabile eſt mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationẽ de captiuitate iſta, & ſemper de hoc loquimur, & ſemper loquimur de reductione noſtra in Hieruſalem: & ideo ſumus cęci, vel deceptores ſimplicium. Nã conſtat, quòd poſt diſperſionem noſtram, quæ facta eſt per Titũ non apparuit in nobis Propheta, qui nobis promitteret reductionẽ, nec etiam poſt captiuitatem 70. annorum fuit Propheta, qui loqueretur de iſta captiuitate, quę non habet finem, niſi in fine mundi, nec deliberationẽ habet, niſi per conſumationẽ ſeculi: quare Daniel illam vocat deſolationẽ ſine fine cap. 9. Vnde timeo, Domine mi, quòd cùm tanta captiuitas nõ poſſit manere ſuper totam gentem noſtram à Deo, niſi propter maximum peccatum in Deum, quod maius eſt quàm interfeciſſe Prophetas & adoraſſe idola, propter quę peccata patres nóſtri fuerunt puniti, quòd ſicut Deus non miſeretur noſtri in vita cùm in eodẽ peccato perſeueremus, ſic etiã nec miſerebitur mortuis ex nobis. Attamen ſumus Dei in omni euentu qui euenerit.

Quare Iudæi ſecũda captiuitatis ſunt cæci.

Nullus Prophetarũ loquutus eſt de fine ſecundæ captiuitatis.

Nec dum cognoſcit Rab. Samu. Iſraelita peccatum propter quod in hac captiuitatẽ venerunt.

CAPI-

CAPITVLVM V.

Quòd Iudæi decipiunt alios & ſeipſos.

Quomodo Iudæi decipiant alios, & ſe ipſos.

DOmine mi. Videtur quòd decipiamus alios & nos ipſos: quia in libris legum & Prophetarum habemus Deum promittentem noſtræ genti liberationem & congregationem de diſperſione multipliciter. Sed bene aduertẽti omnes promiſſiones quas habuimus, vel fuerunt completę ante captiuitatẽ 70. annorũ, & in ipſis 70. annis, vel promiſſiones fuerunt propter peccata illorũ, quibus promiſſiones ſunt, totaliter impeditę, ſicut propono coram tẽ, Dñe mi. Exempli gratia. Iſta pauca dicuntur in Ezechiele: Si feceritis iuſtitias meas, & mãdata mea ſeruaueritis, cõgregabo vos de quatuor partibus mundi, & leuabo vos, & adducam vos per mare, & reducam vos in domũ ſanctam veſtrã. Ecce quòd id quod Dominus nobis promittit per Ezechielem in prædictis verbis, & aliis locis libri eiuſdẽ Prophetæ, iam cõpletum eſt pluries ante illam captiuitatem 70. annorum: & omnes promiſſiones Domini tales maiores & minores, quæ in diuerſis locis ſacrorum librorum continentur, completæ fuerunt antequam caderemus in iſtam vltimam captiuitatem, quæ non habet finem: modo iã ſumus in milleſimo anno & vltra, nec in aliquo libro Prophetarũ eius terminum inuenimus: nec vlla Dei promiſſio, vbi agit de liberatione & cõgregatione, intelligitur de iſta captiuitate perpetua, ſed de illis tribulationibus & diſperſionibus, ante dictos 70. annos, nec poſtea congregatio de diſperſione promiſſa eſt nobis. Vnde oportet quòd poſt iſtos 70. annos commiſerimus illud peccatum magnum, propter quod Deus ſine termino punit nos, in quo peccato ſumus & manemus omnes; aliter Deus miſericordiam ſuã non cõtinuiſſet in nobis ira tam longa. Nã videmus per ſcripturas, quòd omnia peccata, quę cõmiſerũt patres noſtri ante 70. annos prædictę captiuitatis punitã fuerunt, & de multis exẽpla hæc pauca induco. Peccauerunt patres noſtri ante 70. annos, qui exiuerunt de Aegypto, & promiſſio eis facta in eis locum non habuit, ſed in peccatis ſuis in deſerto mortui ſunt. Peccauit ipſe Moyſes ad aquas contradictionis, & terram promiſſionis non meruit. Peccauit ipſe Aaron & portauit pœnam. Heli ſacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus expirauit, & poſteritas eius ſacerdotio priuata eſt: & tamen Deus promiſerat ſacerdotium in æternum. Sed huiuſmodi promiſſa intelliguntur ſemper, niſi propter peccata demereãtur accipere, vt patet in regno Dauid, quòd carnalis poſteritas eius priuata eſt regno: ſicut etiam Deus verus & glorioſus promiſit Abrahæ & ſemini ſuo terram illam in

æternum

Ezech.

Omnes Prophetarũ promiſſiones impleta fuerunt ante deſtructionem Hieruſalẽ per Titum.

Omnes Prophetarũ promiſſiones de libertate factas, intelliguntur de libertate à Babylonica captiuitate, & non de ſecũda.

Omnia peccata cõmiſſa ante captiuitatis annos punita fuerunt.

Peccatum in deſerto punitum.

Peccatum Moyſi punitum.

Aaron peccatũ, etiam Heli, peccatum punitum.

Promiſſiones Dei, quæ æternitatem dicunt, quomodo intelligantur.

æternum poſſidendã,& frequẽter perdiderũt eã propter peccata ſua, & frequenter reſtituit illis Dominus, vſque ad vltimã vicem quam perdiderunt, iam ſunt mille anni & vltra:& iã non eſt ſpes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodẽ peccato, propter quod terram noſtrã perdidimus. Et, Dñe mi, multũ mirabile eſt, cũ omnes concordemus, quòd oportet, quòd poſt captiuitatem 70. annorum in Babylonia peccauimus cõtra Deum maximo peccato, & tamẽ nullus eſt qui dicat, quod eſt id peccatum, propter quod incurrimus tanta mala: & ſi aliquis noſtrum cognoſcat noſtrã cauſam, & peccatũ, propter quod incurrimus tanta mala: nullus tamẽ id aperit proximo ſuo, nec ipſemet qui cognoſcit, in ſuam conuertit vtilitatem: ſed omnes iacemus proſtrati: & videmus manifeſtè, quòd in prędicta captiuitate 70. annorum erat Deus cũ patribus noſtris in Prophetis, id eſt Hieremia & aliis Prophetis, & dedit eis Salathiel ducem & principes & ſacerdotes, cum quibus exiuerunt de Babylone peracta pœnitentia, & placato Deo, ędificauerunt Hieruſalem & templum & alias ciuitates, & effudit Deus ſuper illos miſericordias ſuas copioſè. Et tamen in iſta captiuitate nullus Propheta nobiſcũ eſt, nec Deꝰ, vt apparet. Igitur, Domine inquirã & nõ ceſſabo quęrere, quod peccatum eſt id tantum, propter quod ſumus in hac

Nemo eſt qui dicat quid eſt maximum peccatum perpetratũ poſt captiuitatẽ Babylonicã.

In captiuitate Babylonica Deꝰ erat cum illis in Prophetis, qui vnà cũ illis egreſſi ſunt de Babylone.

captiuitate mille annis & vltra, nec habemus Prophetam, nec Regem, nec Sacerdotem, nec altare, nec ſacrificium, nec vnctionem, nec incenſum, nec purificationẽ: immo facti ſumus abominabiles toti mũdo, ſicut Deo, & contemptibiles: in ſolo corde tantum noſtro regnat ſuperbia, qua nos ipſos præferimus toti mundo. Et quod ſuper hoc ſentio pādam tibi, Domine mi. Nec minus, quicquid eueniat nos Dei ſumus.

In quarta miſeria ſunt Iudæi in captiuitate ſecunda.

CAPITVLVM VI.

Quod ſit illud peccatum propter quod Iudæi ſunt in hac captiuitate.

NVnc ergo, Domine mi, pateo, quòd id peccatũ propter quòd ſumus in hac deſolatione, & in captiuitate iſta, ſit illud peccatum, ſuper quo loquutus eſt Deus per Prophetam Amos 2. cùm dicit ſic: Super tribus ſceleribus Iuda conuertam, vel transferam Iſrael (Non ſunt verba autoris, ſed interpretis. Nota quòd vbi in Biblia noſtrã eſt: Conuertã. hîc habet transferam, & eſt ad propoſitum eius magis:) & ſuper quarto nõ trãſferam eos, quoniã vendiderunt iuſtum pro argento. Et nos, Domine mi, ſecundum doctrinã noſtram docemus, quòd iſte iuſtus fuit Ioſeph filius Iacob, qui fuit vẽditus à fratribus ſuis in Aegypto, & ſic teneo ego: niſi quod ſermo diuinus ponit iſtud peccatum venditionis quartum in numero peccatorum ſeu ſcelerum Iſrael.

Amos 2.

Nota literã & explicationem clariſſima, quæ docet peccatum pro quo ſint in hac ſecunda captiuitate.

Iudæi exponunt de Ioſeph vendito in Ægypto.

Iſrael. Ipſi etiam Chriſtiani, quibus ſanctorum librorum ſtudiũ videtur eſſe traditũ à Deo, reſpondent doctrinæ noſtræ prędictæ, & dicunt, quòd primum in quatuor ſceleribus Iſraël eſt vẽditio Ioſeph à fratribus ſuis: & ſecundum peccatum ſiue ſcelus aſſignant adorationem vituli in Oreb: & tertium ſcelus occiſionem Prophetarũ, propter quod fuimus captiuati in Babylonia 70. annis: & dicunt quòd quartũ ſcelus Iſrael fuit venditio iuſti, ſcilicet Ieſu, qui ad literam fuit venditus poſt trãſmigrationem præfatam 70. annorũ. Et ſi nos, Domine, volumus tenere pręfatam doctrinam noſtram, & reſpõdere Chriſtianis, oportet quòd nos aſſignemus in Iſrael ante vẽditionem Ioſeph varia ſcelera præceſſiſſe, vt ipſa venditio Ioſeph ſit quartũ ſcelus. Sed hoc nõ poterimus ſuſtinere, quia teſtimonium libri Geneſis eſt contra nos, qui vẽditionem Ioſeph ponit primum ſcelus filiorum Iſrael, & Propheta Amos ponit expreſſè quartum ſcelus venditionem iuſti, propter quod fuimus in captiuitate: de qua loquitur Deus comminans, quòd non reducet nos vltra in terram promiſſionis, cũ dicit: Et ſuper quarto non trãſferam eos, quoniam vendiderunt iuſtum pro argento. Et manifeſtè apparet mihi, quòd nos ſuper illo peccato quarto venditionis iuſti, iuſtę ſumus puniti iam ſunt mille anni, & vltra, in quo tempore nil profici-

Primum ex quatuor ſceleribus Iſrael eſt venditio Ioſeph.

Secundum adorationẽ vituli.

Tertium occiſio Prophetarum.

Quartum venditio Ieſu.

Ge. 37. f. a8

Amos. 2.

mus inter gentes, nec eſt ſpes proficiendi amplius.

CAPITVLVM VII.

Quòd iuſtus Ieſus Chriſtianorum Deus iniuſtè venditus ſit.

Expaueſco, Domine mi, & timeo, quòd iſte Ieſus quẽ colunt Chriſtiani, ſit ille iuſtus venditus pro argento ſecundum Amos Prophetã, & timeo, quòd de ipſo ſunt hęc quę mihi occurrunt teſtimonia Prophetarum, & illa eadem in doctrina ſua valdè apertè applicant Chriſtiani. Iſa. Propheta 1. cap. dicit: Væ gẽti peccatrici filiis ſceleratis, quoniam ipſi elongauerunt ſe à Deo & blaſphemauerunt ſanctũ eius, & inclinati ſunt retrorſum. Item idem Propheta dicit: Quaſi ouis ad occiſionem ducta eſt, qui nõ aperuit os ſuum. Item dicit: Vir habens dolorem, & ſciens infirmitatẽ. Item: Fuit deſpectus, & propter hoc non reputauimus eum, ipſe enim oblatus eſt, quia ipſe voluit. Itẽ: De anguſtia iudicij depoſitus eſt, generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Itẽ: Propter culpam populi mei tranſfixi eũ, & dabit iniuriatores pro ſepultura, & diuites pro morte ſua. Et timeo, Domine mi, quòd iniuriatores fuerunt patres noſtri, & diuites Pilatus, & Herodes, & Anna & Caiphas, ſicut dicit Propheta Dauid: Conſurrexerunt omnes Reges terræ, & maiores & contra Deum, & contra Chriſtũ eius. Reges, ſcilicet prędicti, maiores, ſcilicet patres noſtri.

Ieſus eſt iuſtus, de quo Amos dixit quòd eſſet pro argento vendendus.

Iſa. 1. b. 4.

Iſa. 53. b. 7.

Ibid. a. 3.

Ibid.

Prophetia de Chriſto.

Ibid.

Ibid.

Pſal. 2. a. 2.

Et timeo

Et timeo Domine, quòd iſte Ie-
ſus ſit ille commutatus & vendi-
tus pro argēto, de quo loquitur
Zacharias Propheta & Amos &
alij Prophetæ. De quo etiam lo-
Iſa 53. d. 12. quitur Iſa. Propheta cap. 53. De
ponet omnes iniquitates, & ora
bit pro infidelibus. Timeo ego,
Domine mi, quòd iſte Ieſus ſit
ille iuſtus, de quo dicit Dauid in
Pſal. 74. Pſalmo 74. Delectati ſunt in ani
mam iuſti, & ſanguinem innocē-
tem condemnabunt, & propter
hoc eiecit eos Deus & diſper-
det illos Dominus Deus noſter.
Et timeo, Domine mi, quòd iſte
ſit ille iuſtus, de quo loquitur
Hiere. 9. & 16. Hiere. cap. 9. cùm dicit: Homo
eſt, & quis eſt qui intelligit eum?
Item Hiere. 10. Species vultus
noſtri Chriſtus Deus captus eſt
pro peccatis noſtris, cui dixim⁹:
In vmbra tua viuemus inter gē-
tes. Timeo etiam, Domine mi,
quòd iſte ſit ille iuſtus, de quo di
Zach. 13. xit Deus per os Zachariæ Pro-
phetę, cap. 13. Dicetur enim in il-
la die: Quæ ſunt iſtæ plagę in pal-
mis tuis. Et reſpondebit: Plaga-
tus fui in medio domus meæ in-
ter illos, qui dilexerunt me, & le
uauit enſem paſtor meus ſupra
Zach. 12. me, Idē cap. 12. Aſpicient ad me
die illa, & illum quem tranſfixe-
runt, & plangent ſuper illū quaſi
plāctum vnigeniti. Timeo etiā,
Domine mi, quòd iſte fuit iuſtus
Abac. 3. ille, de quo dicit Abacuch. 3.
Cornua in manibus eius, ibi abſ-
cōdita eſt fortitudo eius, &c. Et
cōcordat Euangelium Chriſtia-
norum, vbi narratur mors Ie-
ſu, & oſtendunt: Cùm autem ve-
niſſent ad Ieſum inuenerunt eū
mortuum, & miſit vnus ex eis lā
ceam ſuam & tranſfixit. Paueo,
Domine mi, quòd iſte ſit iuſtus, Abac. 3.
de quo dicit Abacuch 13. Egreſ-
ſus es Domine ſaluare populum
tuum cum Chriſto tuo.

CAPITVLVM VIII.

Quomodo poſt occiſionem Chriſti facta eſt diſperſio Iudæorum ſecundum Danielem.

EXpaueſco, Domine mi, ſu- *Exponit Prophetiam Dan. de 72. hebdomadibus.*
per iis, quis fuit iſte iuſtus ſi-
ne peccato, de quo loquitur Iſa.
Propheta: Et quis ſit ille iuſtus
venditus pro argento, propter
quod dicit Dominus per Amos
Prophetam vbi ſupra, quòd in
teſtimonium quarti ſceleris non
trāſferet eos in terram promiſ-
ſionis amplius. Videtur etiā, Do
mine mi, quòd completum eſt,
quod ſcribitur Dan. 9. vbi dicit: Dan. 9.
Poſt quam cōſumatę fuerint 72.
hebdomadæ occidetur Chri-
ſtus, & tunc veniet populus cum
principe venturo, & deſtruet ci-
uitatem & domum cōminuet, &
condemnabūt eam, & auferetur
ſacrificium, & conſumabitur de-
ſtructio perpetua. Et nō eſt du-
biū, Domine mi, quin deſtructio
deſolationis perpetuæ ſit capti-
uitas iſta, in qua ſumus iam ſunt
mille anni. Et apertè dicit Deus
per Prophetam, quòd erit deſo-
latio perpetua poſt occiſionem *Poſtquā Ieſus fuit occiſus facta eſt Iudæorum deſolatio.*
Chriſti, ſicut eſt deſolatio noſtra
poſt quam Ieſus fuit occiſus, nec
comminatus eſt Deus nobis per

petuam deſolationem, niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi voluerimus dicere, quòd ante mortem Ieſu fuimus in deſolatione. Ad hoc reſpondẽt nobis Chriſtiani, quòd ante mortem illam nõ fuit deſolatio, niſi 70. annis, & poſt hoc fuimus reducti in terrã promiſſionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certè, Dñe mi, ego non video euaſionẽ contra Prophetiã iſtam: quia de facto probatur nobis, quòd poſtquam à reedificatione fuerunt completę 72. hebdomadę ſupra annõ, quę ſunt anni 433. tunc fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſtea venit dux, ſcilicet Titus & populus Romanus, & fecerũt nobis ſecundũ Prophetiã iſtã, hodie ſunt mille anni & vltra: & nihilominus ſi in ira Dei ſumus, & tamen in ipſo ſperamus. Et ſi dicamus, quòd Chriſtus venturus eſt, & nondum venit, & tc habebimus terram promiſſionis & reedificabimus ciuitatẽ, & habebimus gratiam Dei & honorẽ in terra noſtra, & iſta deſolatio non erit perpetua. Reſpondebunt Chriſtiani, quòd adhuc ergo manet nobis occiſio Chriſti, & aduẽtus Titi & populi Romani, & deſolatio peior iſta, in qua iã fuimus per mille annos. Heu, Domine, non eſt excuſatio, neq; euaſio cõſona. Sed tamen quicquid contingat Dei ſumus in omni caſu, ſi in eo ſperamus.

72. hebdomada, quæ faciũt 433. anni à Prophetia Danielis, impletæ ſunt, quãdo Chriſtus fuit occiſus.

Si Chriſtus nondum venit, ergo manet occiſio Chriſti, & alia peior deſolatio.

CAPITVLVM .IX.

Quòd duo ſunt aduentus Chriſti.

Timeo, Dñe mi, quòd Chriſtus iam venit, & iã adimpleuit primũ aduẽtum ſuum: quia in ſcripturis noſtris inuenimus duplicẽ eius aduentum. Primus aduentus Chriſti deſcribitur in Prophetis in paupertate & humilitate. Secũdus in gloria & maieſtate. Et de vtroq; aduẽtu proponã illa, quę mihi occurrũt. De primo aduentu dicit Deus per os Zach. 9. Lętare filia Siõ, ecce præceptor tuus venit pauper, æquitans aſinum. Et in iſto aduẽtu deſcribit eum Iſaias deſpectũ, Daniel occiſum, Zacharias & Amos venditum: & tamen iam fuerunt completa, quę in libello deſcripſi & deſcribam, non reputauimus eum, id eſt non cognouimus eum, ſicut dixit Iſaias Propheta, ſed deſpeximus eũ, & prę naluimus cõtra eum. Sed gloria eius & maieſtas eius erit manifeſta in ſecundo eius aduentu, quã do ignis & flamma pręcedet eũ, & exardeſcet & inflammabit in circuitu inimicos eius. ſicut dicit Deus per os Prophetarũ Dauid & Iſaiæ. Et timeo, Domine mi, quòd Chriſtus non iudicabit aliter quàm cum igne ad mortẽ, quia nos interfecimus omnes Prophetas, qui annũciauerunt nobis de ipſo, prout Deus teſtificatur cõtra nos per os Helię Prophetæ 4. lib. Reg. Et ſic interfecimus illum iuſtum propter quẽ ſumus in ira Dei ſine fine. Attamen Dei ſumus.

Primũ Chriſti aduentũ iam praceſſiſſe & ſecũdũ expectare docet.

De primo aduentu. Zacha. 9.

Iſai. de primo aduentu deſcribit Meſſiã deſpectũ. Dan. occiſum. Zachar. & Amos venditum.

4. Reg.

CAPITVLVM X.

De primo aduentu Chriſti.

Iſa. 51. TImeo, Dñe mi, Deus deſcribit apertè duos aduentus Chriſti per os Iſa. Prophetæ 51. cap. cùm dicit: Conſurge, cõſurge, induere fortitudinem brachium Domini bis dicens, conſurge. propter eius duplicẽ aduentum, & ſingillatim clarè primum Chriſti deſcribit aduẽtum quantum ad paſſionem & deiectionem cap. 50. & 53. per totũ; *Iſa. 50. & 53.* & ſpecialiter, cũ dicit: Vidimus eum, & non erat aſpectus & ſpecies, neque decor, &c. Primum eius aduentum ponit Iſa. 9. *Iſa. 9.* cùm dicit: Paruulus natus eſt nobis! Et ſtatim ſubiungit ſecundũ eius aduẽtum, *De duplici Chriſti aduentu.* cùm dicit: Et vocabitur fortiſſimus gigas, potens, ſuper thronum Dauid ſedebit, vt confirmet illum ab initio vſque in æternum. *Zach. 9.* Zacharias autẽ Propheta deſcribit eum pauperem & ſedẽtem ſuper aſinum, cap. 9. Et quid aliud eſt hoc, niſi quòd Propheta iſte deſcribit primum aduẽtum in humilitate, & Iſaias ſecundum in potẽtia & maieſtate. *Secũdus aduentus in maieſtate.* Sic etiam deſcribit eum Daniel cap. 7. *Dan. 7.* circa medium, vbi dicit: Conſiderabam vel aſpiciebam in viſione noctis: & ecce in nubibus cæli, quaſi filius hominis veniebat; & vſq; ad antiquũ dierum peruenit: & in cõſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorẽ & regnũ; omnes populi, tribus ac linguæ adorabunt eũ & ſeruient ei. *Expoſitio Danielis.* Hebræus habet, tribus ac linguæ honorabunt eũ, & nõ deficiet poteſtas eius, quia nõ auferetur, & regnũ eius manebit in æternũ. (Noſtra autẽ trãſlatio habet: *Nõ ſunt verba autoris, ſed interpretis.* Tribus ac linguæ ſeruiẽt ei, poteſtas eius poteſtas ęterna, quæ non auferetur, & regnũ eius, quod nõ corrũpetur, aliàs, & nõ deficiet poteſtas eius, aliàs, poteſtas eius in ęternũ, & regnũ eius manebit in ęternũ, aliàs, nõ corrũpetur.) Et manifeſtũ eſt, Dñe mi, quòd in ſecũdo aduẽtu ſedebit Chriſtus ante antiquũ dierũ, qui eſt Deꝰ, ad iudicium, ſicut ſedit in primo aduentu ante patres noſtros Iudæos vt iudicaretur. *Sedebit Chriſtus ante antiquum dierum, hoc eſt ante Deũ patrẽ ad iudicandum.* Et iſtos duos aduẽtus Meſſię, id eſt Chriſti, innuit Propheta Dauid in Pſa. cũ dicit: Quia venit, quoniã venit iudicare terram. *Pſal.* Propter primũ eius aduẽtum, qui fuit ſimplex dicit: Quia venit. propter ſecundũ verò, quia erit cũ potẽtia dixit: Quoniã venit iudicare terrã. De ſecundo eius aduentu loquitur Zach. 14. *Zachar. 14.* cùm dicit: Imprimẽt veſtigia pedes ſuper mõtem oliuarum, &c. Et nos, Domine, non dicimus, quòd Deus in eſſentia ſua & natura habet pedes, nec carnẽ, nec iſta, quę corporis ſunt: ſed habere pedes cõuenit creaturæ corporeæ. Dicit etiam Dauid Propheta, *Pſal.* quòd ſupra allegatũ eſt, loquendo de ſecũdo eius aduẽtu: Ignis in cõſpectu eius exardeſcet & in circuitu eius inflammabit. Sed, Dñe, nõ dicimus, quòd Deus ſit circũſcriptꝰ, quòd aliquid poſſet eſſe in circuitu eius in quantũ Deus,

ſed

ſed autoritates ſimiles habent veritatem ad literam in illo iuſto, quem Prophetæ deſcribũt: nunc loquentes de eius humilitate, nunc de eius maieſtate: &
Malach. 3. de hoc loquitur Malachias. 3. cùm dicit: Ecce Dominus venit, & quis poterit ſtare ante aduentum eius? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & ſedebit & liquefaciet argentum & aurum. Ecce qualiter iuſtus ille qui fuit iudicatus veniet in ſecundo aduentu. Et attẽde, Domine mi, qualiter deſcribit eum, ibidem Propheta in eodem cap. 3. cùm dicit: Tũc ego veniam, & intrabo in iudicio ad eos, & ero teſtis verax ſuper adulteriis & malis, & periuriis, & ſuper illos qui defraudãt mercedem mercenarij, & qui ſpoliãt pupillos & viduas, & opprimũt peregrinum & pauperẽ. Et idem, Domine mi, deſ-
Ezech. 34. cribit Ezechiel cũ dicit 34. Vbi loquitur de paſtoribus & ouibus, dicẽs: Ego ſeparabo ab eis, ſcilicet à iuſtis, tranſgreſſores & incredulos (hoc non habet tranſlatio noſtra, ſed in Arabico dicit ſic:) O Domine mi, ecce quòd in ſecundo aduentu ſeparabit incredulos de medio iuſtorum, ſicut etiam dicunt Malachias: & Ezechiel clarè & in primo aduentu nemo noſtrum cognouit eum, quia exiuerat limites humanæ naturę, ſicut dicit Deꝰ per os Iſaiæ Prophetę. c. 53. Et inter iniquos cõputatus eſt, & propter hoc nõ reputauimus
Hiere. 18. eum. & Hier. dicit c. 18. Ipſe eſt

Non ſunt verba autoris ſed interpretis.

Chriſtus nõ fuit cognitꝰ à Iudæis quia limites humana natura excedebat ipſiꝰ humilitas.

Iſai. 53.

homo, & quis ſcit eum? & timeo, Domine mi, quòd patres noſtri in primo aduentu Meſsiæ defecerunt & errauerũt, & propter hoc ſumus in iſta captiuitate, quę non habet finem. Et tamen quicquid contingat Dei ſumus, & in ipſo ſperamus.

CAPITVLVM XI.

De ſecundo aduentu Chriſti, quod tunc ſit cum potentia iudicaturus.

Domine mi, Paueo, ne iſte iuſtus iudex ſit ille qui iudicaturus eſt, cum potentia in aduentu ſecundo, & qui fuit Saluatór in aduentu primo omnium qui crediderunt in eum, quoniã Propheta Dauid dicit de illo: Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, & in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Adhuc dicit Iſai. 12. Hauríetis aquas de piſcinis Saluatoris, quod dictũ ſecundum, videre meum, intelligo de Baptiſmo. Nã in primo aduentu ſaluauit per aquam, & in ſecũdo iudicabit per ignem. Et de iſto Saluatore dicitur, Domine mi, Iob. 19. Scio quòd Saluator meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea oculi mei videbũt Deum meum. Attẽde, Domine mi, quòd vocat iſtum Saluatorẽ Deum. Cõſtat autem quòd oculi carnis non videbunt Deum. Ecce habemus ſecũdum ſcripturas, quòd Saluator eſt iſte Deus iuſtus, de quo eſt ſermo: & ſolus poteſt dici verus iuſtus, quoniã

Cum potentia iudicaturus eſt Chriſtus.

Pſal.

Iſai. 12.

In primo aduẽtu Chriſtus ſaluauit per aqua Baptiſmi, in ſecundo vero iudicabit per ignem.

Iob. 19.

nullum peccatum fecit, ſecundū quod de illo teſtificatur per os *Iſai.* Iſai. Prophetæ: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. *De nullo Propheta dici poteſt pec catum non fecit.* Nec de Moyſe nec de aliquo Prophetarū dicitur, quod ſit Saluator iuſtus & ſine peccato, quia Moyſes peccauit, & omnes Prophetę peccauerūt, ſicut vos ſcitis, Domine mi. Et idcirco nullus eorum vocatur iuſtus in ſcriptura, ſed illud nomē iſti ſoli ſeruatur: & ſine dubio non ſaluantur niſi ij, qui credunt primum aduentū ſuum: & illi qui non credunt non habent cauſam aliquam, quod ſaluētur in ſecundo aduentu eius, ſed digni ſunt morte: *Qui Moyſi non credebant digni erāt morte, quanto magis qui Chriſto non credunt.* quia digni erant morte illi qui nō credebāt Moyſi, & non obediebant ei qui fuit peccator: quanto magis digni ſunt igne illi, qui non credunt, & blaſphemant iſtū iuſtum & Dominum, qui peccatum neſciuit vnquam. Quicquid tamen eueniat Dei ſumus nos.

CAPITVLVM XII.

De Chriſti Aſcenſione.

De Chriſti Aſcenſione. Domine mi, nos inuenimus in ſcripturis, quòd Chriſtus exaltabitur de terra ad cælum: & ego timeo quòd illud ſit completum in iſto, qui fuit interfectus à patribus noſtris: & de iſta exaltatione dicit Dauid Propheta in Pſalm. 23. *Pſalm. 23.* O magnates aperite portas principat⁹ veſtri, & eleuamini portæ æternales, & introbit princeps gloriæ. Et attende, Domine, quòd reſpondēt illi Angeli: Quis eſt iſte princeps gloriæ. & ipſe reſpondet illis: Dominus virtutum fortis in prælio. Et cōſtat, Dñe mi, quòd iuſtus iſte Dñs virtutū nō habuit prælium, niſi in primo aduētu ſuo: *In primo aduentu præliatus eſt Chriſtus.* quia quando ſedebit ad iudicandū, ignis in circuitu eius exardeſcet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius, & cōflabit iuſtos per ignem, quaſi argentum, & hoc in vltimo eius aduentu. Nullus autem prœliabitur contra illum, nec locus erit pugnę. Adhuc de iuſti huius exaltatione dicit Iſa. cap. 64. *Iſa. 64.* Quis eſt iſte qui venit de Edom, de terra rubēs veſtimentis eius de boſra, ſicut ille formoſus in ſtola. & reſpōdet iis iuſtus iſte: Ego qui loquor iuſtitiam, ſum expugnator ad ſaluationem. & dicunt ei Angeli: O Domine, quare rubrum eſt veſtimentum tuum, ſicut calcantis torcular? reſpondet dicens illis: Torcular calcaui ſolus, & non erat vir mecum. Vide, Domine mi, quā propriè loquitur Iſaias: & timeo quòd huius iuſti reſponſio nō tangat niſi nos, cū dicit: Calcaui eos in ira mea, donec aſperſus eſt ſanguinis eorū ſuper indumenta mea, & inquinata ſunt omnia veſtimēta mea. Sed dies vltionis in corde meo, & annus retributionis meæ venit. Quantū ergo ſperare poſſumus in iuſto iſto, Dñe mi, vbi ſcimus ipſum de nobis angelis fuiſſe conqueſtum in cælo, & notificauit eis, quòd ipſe calcauerit torcular ſolus. *Iudæi calcati ira furoris Domini.* Et quid aliud calcauit

cauit

cauit in ira ſua niſi nos, qui poſt bellũ, quod habuit in primo aduẽtu ſuo, proſtrati ſumus ab eo & calcati, iam ſunt mille anni, & adhuc reſtat dies vltionis in vltimo eius aduentu, & annus retributionis in corde ſuo. Vtinam, Dñe mi, quando interfecimus, Iſaiam deleuiſſemus iſtam autoritatem prædictam de Prophetia ſua, quod nũquam legeretur ab aliquo. Et ecce quòd Dauid vocat bellum, cùm dicit: Dominus virtutũ fortis in bello, hoc Iſaias vocat torcular: Heu, Dñe mi, nos bibimus muſtum illud, de quo etiã dicit Iacob Patriarcha & Propheta, vt habetur in libro generationis creaturarũ, cap. 49. de Iuda: Lauit ſtolam in ſanguine, ſcilicet vuę, ſicut eſt factum in nobis in primo aduentu Meſsiæ: ſed quid faciemus in aduentu eius vltimo, quãdo ſtabũt homines coram homine iudicante, & in circuitu eius erit ignis paratus, ad deuorandum illos, contra quos tulerit ſententiam: tunc enim non erit tempus belli, neciã in torculari calcabitur, quia iam extũc non erit locus, nec tempus pœnitendi nec refugij, ſed iuſtitia, vt ſicut ipſe iudicatus fuit ſine peccato, quod inueniretur in eo, ſic ipſe iudicabit peccatores. Dicit enim Deus in Prophetia Salomonis, Prouerb. 11. Quando iuſtus recipiet iudicium, vbi erit impius & peccator? Vnde ſi iuſtus vix ſaluabitur, quid erit tunc de impio?

Quod Dauid vocat bellum. Iſaias vocat torcular.

Gene. 49.

Prouer. 11.

CAPITVLVM XIII.

Adhuc fortius probat corporalem Aſcẽſionem Chriſti.

Valde timeo, Domine mi, quòd hęc, quæ dicta ſunt te ſtimonia Prophetarum de illo iuſto, quòd, ſcilicet fuit vẽditus pro argento, vt dicit Amos Propheta: quòd calcauit torcular, vt dixit Iſaias: quòd geſsit bellũ cum patribus noſtris, ſicut dicit Dauid: quòd captus fuerit in peccatis noſtris, ſicut dicit Hiere. quòd vulneratus fuerit in palmis ſuis, ſicut dixit Zachar. quòd ſuper eius veſtem miſſæ ſunt ſortes, ſicut dicit Dauid: quòd aſcendit in cælum ſicut dixit idem Propheta & alij: quòd non conueniat Deo in eſſentia, ſiue in natura diuina, ſecundum quã nec reſurgit, nec exaltatur, nec ſedet, nec deſcendit. Ex iis quæ dicta ſunt ſequitur neceſſariò, quòd iã venerit ille iuſtus, cuius naturæ corporeæ hęc prædicta & ſimilia poterunt conuenire. Si autem tibi videtur fortè durũ credere, Domine mi, quòd homo corporeus aſcendit in cælum, audi autoritates & exempla, quæ mihi occurrunt de ſcripturis noſtris. Et ſuper hoc dicit Dauid Propheta de illo: Aſcendit Deus in altum & ſaluabit captiuitatem, dedit dona hominibus. dicit etiam in Pſalmo 67. de aſcẽſione eius: Iubilate Deo & glorificate nomen eius, iter facite, qui aſcendit de partibus Occidẽtis, Dominus nomẽ illi.

Efficacius corporalem Chriſti Aſcenſionem probat.

Non durũ videri debet quòd homo corporeis aſcendat in calũ.

Pſal.

Pſalm. 67.

Adhuc, Domine mi, dixit Dauid de illo in Pſalmo, quē tu habes in corde: Iubilate Deo, qui aſcē- *Pſal.* dit ſuper cælum cæli ad Orientē. Et de iſto dixit Amos. cap. 9. *Amos. 9.* Dñs eſt qui ędificauit in excelſo ſedē ſuam. Et de ipſo dicit etiam Dauid in Pſalmo. 67. *Pſal. 67.* Aſcendit Deus in iubilo, & Dñs in voce tubę. De ipſo etiam dixit Aſer Propheta. c. 3. Vidi hominē deſcendentē de corde maris, & per uenit vſque ad cælum. (Et quia non habemus iſtā prophetiam, ommiſi multa ſcribere, quę allegat ſuper hoc, immo habemus eū, ſed ipſe tunc neſciuit, quod Aggęus in Latino vocaretur, Aſer in Arabico.) Dicit etiam Moyſes in Cantico: Leuabo ad cęlū manum meam. & Deut. 33. *Deut. 33.* Dicit etiā Iſa. c. 21. Cōſurge cō *Iſai. 21.* ſurge brachiū Dñi. De iſto etiā ait Anna mater Samuelis 1. Regum. 2. cap. *1. Reg. 2.* Dabit Dominus imperium Regi ſuo, & ſublimabit Chriſtum ſuum. Dauid etiam dixit: *Pſalm.* Aſcendit Dominus ſuper pēnas ventorum. Et hææ autoritates occurrunt mihi ad probandum exaltationē Chriſti corporalem vſq; ad cælum, & ſunt plures aliæ quas tu Dñe bene ſcis.

Aggeus in Latino, eſt Aſer in Arabico.

Non ſunt verba autoris ſed interpretis.

Exēpla ex lege ad probandā Chriſti Aſcenſionem.

Nunc etiam exempla aliqua adducā de lege noſtra, quia videtùr etiam nobis multum incōueniens credere, quòd in corpore aſcēdit in cęlū, & hoc eſt propter conſiderationē: nam in lege & in Prophetis inuenimus, quòd Deus verus & glorioſus aſſumpſit de terra, & eleuauit plures ſanctos viros patres noſtros. Et ſi de iſtis nō dubitamus propter eorū ſanctitatē, & propter teſtimoniū ſcripturę, quare dubitamus de aſcenſione iſtius iuſti in corpore & anima? cui magis ſcriptura perhibet, quā illi teſtimonium ſanctitatis. Et quia durius bellū ſecundum Prophetas ſuſtinuit, & plures captiuationes mūdi, quàm aliquis de prędictis. Et pręterea, Dñe, ſine exēpli poſitione ſcis, quod Matuſalem & Enoch iuſti, & Helias Propheta fuerunt aſſumpti à Deo de mundo iſto in corporibus ſuis. De Moyſe etiā non eſt dubitandum quin ſit in cęlo in corpore & anima, vt dicitur Deut. 34. dixit Deus ad Moyſen: Aſcende in mōtem noćte, & morere ibi. & aſcendit in montem, & mortuus eſt ibi. Et neſciuit homo ſepulchrum eius, vſq; in hodiernū diem. Et quid ſignificat, quòd ſepulchrū eius eſt ignotū in terra, cū ipſe fuit Propheta maior & ſanctior aliis, niſi quòd Deus reſuſcitauit eū, & aſſumpſit eum in corpore & anima, ſicut alios iuſtos aſſumpſit, & eleuauit ad locū vbi ſunt.

Aſcenſionis multorū in lege veteri.

Matuſalem & Enoch, & Helias, aſſūpti ſunt à Deo.

De Moyſe credit Rab. Salo. Iſraelita, quòd in corpore & anima aſſūptus ſit à Deo.

Nec nos debemus mirari ſupra hoc, quòd aër iſte leuis & ſubtilis poſſet portare corpora tam groſſa & pōderoſa: quia nos ſcimus quòd aqua, quę eſt in raritate ſimilis aëri, quādo placuit potentię omnipotēti, portauit corpora filiorum Iſrael, in eorū exitu de Aegypto, & quando fuit acceptum ſacrificiū, ignis deſcēdit de cęlo, & eleuauit & portauit

Non eſt mirandū quòd aer leuis corpora groſſa poſsit portare.

Sacrificia pecorū fuerunt portata per aerē.

uitcorpora pecorum & boum quę offerebãtur Deo. Moyſes verò & Helias prophetauerunt de illius iuſti eleuatione, ac alij Prophetę. Vndè cũ oportet nos eſſe credẽtes de eleuatione corporea dictorum ſanctorũ, cur ſumus increduli de eleuatione iſti iuſti, & eum eleuatum eſſe in cęlum, de quo tot ſunt teſtimonia Prophetarum in ſcripturis, ſicut dictum eſt. Et poſſet induci; quia ſatis apparet, quòd Deus aſſumpſit prædictos ſanctos, de quibus nullus dubitat, vt ad fidẽ diſponantur corda hominũ, & vt de aſcenſione ſui iuſti etiã nõ dubitarent. Eſt autem & alia cauſa, quare de ipſo noſtri dubitant: quia aduentus eius primus fuit occultus, & modus inſolitus, ſicut dicit Iſai. Homo eſt, & quis cognoſcet eum? Idẽ Propheta etiam dicit: Virgo concipiet & pariet filiũ. Vbi aduertendũ eſt, quòd tacet de patre ſecũdum carnẽ, & propter hoc quod alibi dicit: Nõ reputauimus eũ, & Hiere. cap. 31. dicit: Signũ nouum creauit Deus ſuper terrã, mulier circũdabit, &c. Dicit etiã cap. 5. Propter hoc dabit eis Deus vſq; ad tẽpus in quo parturiẽs pariet. Et notandũ, quòd non facit Propheta mentionem de marito iſtius parturientis, cũ inquit natiuitatẽ iſtius iuſti, qui ſolùm natus eſt præter ſolitum modũ, curſumq; carnalem, qui eſt ex viro & fœmina, ſicut de illo prædictum eſt per os Iſai. c. 9. cùm dicit: Audite domus Iacob, Deus dabit vobis ſignum, virgo concipiet, &c. Omnes autem alij ſancti, qui dicti ſunt, nati ſunt de fœmina & viro carnaliter, concepti in peccato, & omnes fuerunt peccatores: & ipſe Moyſes ſanctior parẽtibus Prophetis peccauit, & confitetur per os ſuũ ſe peccaſſe: de iuſto autem iſto dicitur per Iſai. 53. c. Qui nunquam peccauit, nec inuentum eſt mendacium in ore eius: de aliis omnibus ſanctis dicit Deus per os Iob. c. 25. In omnibus ſanctis ſuis non eſt inuentus ſine prauitate. Et Hiere. Propheta dicit, cap. 17. Corda hominum praua.

Voluit Deus ſanctos aſſumere, vt corda hominũ diſponeret ad fidem aſcenſionis Christi.

Hiere. c. 31.

Iſai. 9.

Iſai. 53.

Iob. 25.

Hie. 17.

CAPITVLVM XIIII.

De cęcitate Iudæorum, quod non credunt Chriſtum aduenisſe, nec intelligunt.

TImeo, Domine mi, quòd ſit cõpletũ in nobis, quod dixit Dominus per Iſai. Prophetã: Cęcidit cęcitas ſuper Iſrael, quouſq; intrauit plenitudo gentium. & iterũ dicit cap. 6. Audiẽtes, audient & nõ intelligent: & vidẽtes videbunt, & nõ cognoſcent, quia corda iſtius gẽtis ſunt ingroſſata. Et adhuc eodẽ cap. Excęca cor populi hui⁹, & obtura aures eius, ne fortè addiſcant & conuertãtur ad me, & ſanem eos. Et dixit Iſaias: Vſquequo Dñe, & dixit: Quouſque ſunt ciuitates deſertæ, & maneat dom⁹ ſine habitatore. Dixit etiam Daniel cap. 12. Claude ſermones & inuolue prophetiam. Et Hiere. 17. Peccatum Iudę ſcriptum

Iudæorum cæcitas.

Iſai. c. 6.

Iſai. ibi.

Dan. 12.

Hiere. 17.

eſt ſtilo ferreo in lapide adamãtino, & extenſum ſuper latitudinem cordis eorum. Iſai. 1. Et Iſai. c. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe Dñi ſui, populus autem meus non intellexit. Idem. 8. & iterum 8. Miluus & hirundo & ciconia ſciunt tempus aduẽtus ſui, populus autem meus non cognouit me. Et hęc omnia, Dñe mi, dicta ſunt propter nos, quia nõ cognouimus aduẽtum iſtius iuſti Domini. Et de nobis dixit Iſai. 43. Dñs per Iſai. cap. 43. Elongate foras gentem cęcam, & non habentẽ oculos: & ſurdam, & non habentem aures: ecce omnes congregati ſunt. & quid voluit dicere Propheta per hæc verba: niſi quòd Deus nos repulit, quia non cognouimus tempus iſtius iuſti citius, & congregauit ad ſe in fide gentes loco noſtri. *Gentium vocatio.* Super quo admirat⁹ Dauid dixit in Pſal. 77. Pſal. 77. Hęc eſt mutatio dexterę Excelſi: Nos tamẽ Dei ſumus in caſu iſto noſtro, & in captiuitate iſta, quæ non habet finem, in qua ſumus iam ſunt mille anni, & hoc tamen nõ accidit ita malè patrib⁹ noſtris qui adorauerunt idola, & occiderunt Prophetas, & trangreſſi fuerunt legem ex toto corde ſuo.

CAPITVLVM XV.

Quomodo cęcitas Iudęorum & incredulitas circa Chriſtum fuit prænunciata per Prophetas.

Cæcitas Iudæorum per Prophetas prædicta. Timeo, Domine mi, propter hoc, quòd quia non credidimus in iſto iuſto: idcirco accidit nobis & cõpletũ eſt illud, quod dixit Deus per os Iſai. c. 19. Iſai. c. 19. Erit Prophetia tanquam verba libri clauſi, qui dabitur lectori, & dicetur: Iſte liber clauſus eſt, neſciò quid eſt in eo: & tunc dabit neſcienti literas, & dicet, non ſum lector ego. *Clauſura libri eſt cordiũ Iudæorum clauſura.* Et quæ clauſura libri maior eſt, Domine, quã clauſura qua clauſit De⁹ corda noſtra: iam ſunt mille anni & vltra, nec poſſumus cognoſcere per Prophetiã nobis traditã à Prophetis ſuper aduentum iſtius iuſti, propter quod alibi dixit Deus per Prophetã: Deſolabitur Hieruſalem, & corruet domus ſancta, dixit etiam cap. 1. Iſai. 1. Terra noſtra deſerta, ciuitates noſtrę ſuc cenſæ igne, & remanebit Siõ ſicut tugurium in vinea diſsipata. hoc eſt, Domine mi, & iam ſunt mille anni & vltra: dixit etiã Iſai. Iſai. 25. cap. 25. Domine Deus exaltabo nomen tuum, quia poſuiſti ciuitatem in tumultum, & domum in confuſionem, vt non ſit vſq; in æternum. Et 30. cap. dixit: Iſai. 30. Cõteret populos contritione vaſis fragilis, in quo non remanet pars ad portandum carbonem ignis, nec hauriendam guttam aquæ. Completum eſt etiã Dñe mi, quod dixit Daniel, cap. 9. Dan. 9. Poſtquam fuit occiſus Chriſtus, remanebit deſolatio perpetua. in qua deſolatione ſumus, iam ſunt mille anni & vltra. Dixit etiã Iſai. 24. cap. Iſai. 24. Relicta eſt in vrbe ſolitudo, & ſibilabit terra eorum ſibilo vſq; in ſempiternum. Dixit etiam Hier. c. 16. Hier. c. 16. Argentum

gentum reprobũ vocare illos, quia Dominus proiecit eos. Dixit etiam Iſai.c.50. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flãmis, quas ſuccendiſtis vobis. in quibus flammis nos ſumus iam mille anni ſunt. Et dixit etiã Amos. 5.cap. Domus Iſrael cadet, & nõ eſt qui erigat eam. Et videtur mihi, Domine mi, quòd Deus induxit ſuper nos ruinã iſtam poſt aduẽtum iuſti huius, poſtquam Propheta nullus ſurrexit in nobis, nec ſurget, ſicut Prophetatũ eſt nobis, quia nos manemus in incredulitate, nõ recipientes fidem illius, ſed negantes. Dixit etiã Oſeas 1. cap. Cùm accubuit mulier ſuper terrã & peperit, dixit Deus, voca nomen eius ſine miſericordia, quia non miſerebor populo huic. Et ſi Deꝰ proiecit nos & nõ miſeretur noſtri, vt experti ſumus iam ſunt mille anni & vltra, quæ vtilitas eſt, nos habere legem, circuncisionem & Sabbathum: dixit Iſai 53. cap. Educ foras populum cæcum, ſicut eduxit nos de terra noſtra, Deus verus & glorioſus, iã ſunt mille & vltra anni: dixit etiam idem. 26. cap. Vetus error abiit. Et quid eſt antiquum niſi lex noſtra, quæ receſsit à nobis, Domine mi, cum Rege, cũ ſacrificio, cum incenſo & cum altaribus? & quid peius nobis poterit euenire? & quid eſt quod nos expectamus? nonne videmus quòd diſperſit nos, per quatuor partes mũdi in diſperſionẽ, ſicut dixerũt nobis Moyſes, Hieremias & Iſaias, & alij Prophetæ? Et tamen nos Dei ſumus, & ad ipſum recurrimus in omni euentu.

Iſai.c.50. — *Amos.5.* — *Oſeæ.1.* — *Iſai 53.* — *Iſai.26.* — *Lex, Rex, Sacrificiũ, altare & omnia vetera iã ceſſauit.*

CAPITVLVM XVI.

Oſtendit reprobationem Iudæorum propter eorum perfidiam, & electionẽ gentium propter eorum fidem.

TImeo, Dñe mi, cũ nos dicimus inter nos: Ego & tu etiã ſumus filij Iacob & Iſrael, quia iã completũ eſt illud quod dicit Deus per os Iſa.c.65. Interficiet te Deus, ô Iſrael, & vocauit ſeruos nomine alieno. paret quòd de illis ſeruis ſimus, quibus debet imponi illud nomẽ, ſecundum quod Moyſes dixit, Deut.28. Erunt gentes in capite, & populus incredulus in cauda, ſicut nos ſumus, iam ſunt mille anni & vltra. De illis etiam dixit Hier.12.c. Replebitur terra fide Dei, & redundabit ſicut aqua maris. & de illis dixit Salomõ.3.Reg.8. Domine Deus, cũ venerit alienigena ad domũ ſanctam tuã, & inuocauerit nomen tuum benedictum, exaudi eum Dñe Deus meus, vt diſcat vniuerſa terra nomen tuum timere ſicut populus Iſrael. In quo ergo gloriabimur Domine mi, & quare contemnimus gentes? ex quo Salomon Propheta fecit eas participes in timore Dei, & in domo ſancta nobiſcum, & forte nos indignos eiecit Deus de iſta domo, & dedit eam iſtis, & de illis etiã dixit Moyſes. Hęc dicit Dñs Deus: Replebitur terra tota gloria Domini. & de ipſis dixit Dauid in Pſalm.21. Præueniunt

Gentium cõuerſio per Prophetas prænunciata. — *Iſai.65.* — *Iudæorum reprobatio propter eorum perfidiã, & gentium vocatio* — *Deut.28.* — *Hiere.12.* — *3.Reg.8.* — *Pſal.21.*

nient & conuertentur ad Domi
num vniuerſi fines terrę & mil-
lę generationes: de ipſis etiam
Iſa.60. dixit Iſai.cap.60. O domus Da-
uid ſancta, venit lumen tuum, &
gloria Dñi ſuper te orta eſt, &c.
Et ambulabunt gẽtes in lumine
tuo, & reges in ſplendore ortus
tui. Leua in circuitu oculos tuos
& vide: omnes iſti congregati
ſunt, venerunt tibi: & filij extra-
nei ędificabunt muros, & princi
pes eorũ ſeruiẽt tibi. Et qui ſunt
iſti filij extranei, Dñe mi, qui ve
nerunt ad domũ Dei, niſi gẽtes
quę ſeruiebant idolis, qui erant
extranei à Deo, & ipſi principes
& Reges eorum, de quibus di-
xit Deus, quòd ambulabũt in lu
mine domus ſanctæ, & nos eri-
mus in tenebris extra illam, & ſu
mus iã ſunt mille anni. Dixit ad-
huc idẽ Propheta de illis c.65.
Iſai.65. Ecce gentẽ, quã neſciebas, vo
cabis: & nationes quę te non co
gnouerunt ad te venient. Et ſi-
cut de facto videm⁹ hodie, ſunt
mille anni & vltra, quia Chriſtus
miſſus ſecundũ legem nobis da-
tã venit: & gentes quę legẽ non
nouerãt venerunt ad eũ: & ipſe
dedit eis legem nouã puram &
Iſai.c.54. ſanctam. Adhuc. 45. cap. cõcor
Non habet hoc tranſlatio noſtra. dauerunt & reges eorum cõgre
gati ſunt in fide Dei. Et timeo,
Dñe mi, de illis fuiſſe dictum eo
dem cap. Cõgregamini omnes
& venite gẽtes, quæ ſaluatę eſtis
per Deum ex gentibus. & de po
pulo dixit Iſai.65. Quæſierunt
me, & nõ interrogabant: & inue-
nerunt me, qui nõ quęrebãt me.
& de ipſis etiam dicit Hiere.c.3. Hiere.c.3.
Congregabuntur omnes in no-
mine Domini in domo ſancta, &
non ambulabũt in prauitate cor
dium. De ipſis idẽ Propheta di-
xit cap.16. Ad te veniẽt omnes Hiere.16.
gentes ab extremis finibus ter-
ræ & dicent: Non hęreditãuerũt
patres noſtri niſi mendacium &
iniquitatẽ. Et de ipſis dixit So-
phonias cap.3. Datum eſt genti- Sopho.3.
bus vt loquerentur ſimul in no-
mine Domini, & ſeruient ei hu-
mero vno, omnis homo de loco
ſuo, & omnes inſulæ gentiũ. Et
de illis dixit Zacharias.2.c. Læ- Zacha.2.
tare domus Sion, quia ego ve-
niam ad te & habitabo in medio
tui in illa die, & appropinqua-
bunt Deo gentes in multitudi-
ne ſua. Dicit idẽ Propheta.8. Idem.c.8.
cap. Hæc dicit Dominus Deus
exercituum: Veniẽt gẽtes mul-
tæ de locis multis, & dicet vir ad
vicinum ſuum, Vadamus & quę-
ramus Dominum Deum in bo-
no. Et iſta, Dñe mi, cõpleta ſunt
nũc, & complentur in oculis no
ſtris de plano: vides populos &
linguas legere libros legis &
Prophetarum omnium & pſal-
terium, dimiſsis idolis ſuis: nul-
lus ex eis credit per manũ Moy
ſi, nec Aaron, nec alicuius Pro-
phetarum noſtrorũ, nec aliquid
remanet de fide ab idolis, ab il-
lo tempore quo crediderunt iu
ſtò illi, de quo dicit Abacuch
cap.3. Egreſſus es Domine ad
ſalutem populi tui, ad ſa-
lutem cum Chri-
ſto tuo.

CAPI-

CAPITVLVM XVII.

De viuificatione gentium & interfectione Iudæorum, prout etiam videbitur in cap. ſequenti.

Gentes viuificat Deus per fidē, & Iudæos in incredulitate mortificat Iſai.65.

Timeo, Domine mi, quòd Deus victor & glorioſus viuificat illas gentes per fidem, & interficit nos in incredulitate noſtra, ſicut ipſe dicit per os Iſai. Prophetæ. 65. cap. Pro eo quod vocaui, & non reſpondiſtis, hæc dicit Dominus Deꝰ: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibēt & vos ſitietis: ecce ſerui mei gaudebunt in exultatione cordis, & vos concutiemini præ amaritudine cordis: & interficiet te Deus o Iſrael, & vocabit ſeruos ſuos nomine alio, in quo benedixit illis, qui eſt benedictus ſuper terram, Amen. Et nos videmus receptores iſtius nominis benedictos à Deo ſuper faciem terræ, & nos diſperſit, ſcilicet in captiuitate per quatuor partes mundi hodie ſunt mille anni: & apparent expreſsè in nobis veſtigia iræ Dei, non ad caſtigationem ſed ad deſtructionē, & illa eſt interfectio quā Deus cōminatus eſt, quòd interficiet Iſrael, & illę gentes viuę, quas vocat ſeruos, recipiēt nomē quod Deus promiſit, ſed nō ante mortē noſtri nominis primi, ſecundū ordinē verborum Dei per Iſaiā: & fames & ſites quas patiemur, nō eſt panis aut aquę, ſed cordiū & animarū ſterilitas & fames verbi Dei, ſicut Prophetæ declarāt per os Amos cap. 8. Et tu, Domine, ſcis hoc plenius quā ego. Veruntamen Dei ſumus in omnibus quæ accidunt nobis.

Ira Dei contra Iudæos non ad caſtigationē, ſed ad deſtructionem.

Amos 8.

CAPITVLVM XVIII.

Quomodo gentes per fidem viuificatę habent mundas obſeruantias nouę legis.

Gentes iuſtificatæ obſeruantias mūdas, nouæ legis habent.

Timeo Domine mi, quòd gētes quæ iuſtificatę ſunt, iam ſunt mille anni poſtquā fuit mortuus Ieſus in Hieruſalē: quia nihil boni habuerunt, antequam crediderunt in Deo, & in Chriſto, & in Apoſtolis: quoniā ipſi fortè erant illi piſces & illę beſtiæ, de quibus loquitur Abacuch Propheta, quæ non habēt ducem: & ipſę gentes purificatæ, per fidem habēt ieiunia ſua, & obſeruantias ſuas legis nouæ, & habent cuncta illa quæ ad mūditiam pertinent, in lege antiqua contenta Iudæorum. Vides quòd in omni lingua, & in omni loco in Oriente & in Occidente gentes ſunt cōfitentes in nomine Dñi, & non credunt in eū per Moyſen nec per aliquē Prophetarū, quamuis ſunt ſtudioſi in lege & in libris omnium Prophetarū: ſed Deus vocauit eos per diſcipulos iuſti, qui egreſſus eſt cū Deo ad ſalutē eorum: ſicut ipſe Deꝰ benedictus & glorioſus, prędixit per os Abacuch Prophetę, & iſti diſcipuli eiꝰ fuerūt filij noſtri de filiis Iſrael, qui alio nomine vocantur Apoſtoli. Valdè timeo, Domine mi, quòd iſti ſunt illi, de quibus dixit Deus per os Dauid in Pſalmo:

Abacuch.

In omni loco, & in omni gente fideles crediderunt per Apoſtolos Chriſti.

Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in extremis finibus extenſa verba eorũ. Et verba Prophetæ expreſsè demõſtrant nobis, quòd de iſtis loquitur & nõ de nobis, cum dicit: Nõ erit lingua neque ſermo, qui nõ audiāt voces eorum: & hoc non poteſt eſſe de lingua noſtra Hebræa, quę enim gentes obediūt pręceptis Moyſi & Aaron? quinimo ipſi interfecerunt gentes & fugauerūt eas à ſe: hę autem gentes ſciunt hodie Moyſem & Prophetas, & cognoſcunt Deum, & ſeruant legē nouam ſicut Apoſtoli docuerūt eos. Attamē Dei ſumus.

Apoſtolorũ doctrina vniuerſum orbem impleuit.

CAPITVLVM. XIX.

De electione Apoſtolorum loco Prophetarum.

Zacha. 13. Timeo, Domine mi, quòd illud quod Zacharias Propheta dixit cap. 13. Percutiā paſtorem & diſpergētur oues gregis. fuit completum quādo nos percuſsimus paſtorem iſtorum puerorum & ſanctorū Apoſtolorum: extunc nos oues diſperſi ſumus per vniuerſum orbem, & iſti filij noſtri, ſcilicet Apoſtoli, ſurrexerunt loco Prophetarū, quod apparet ex hoc quod Deꝰ poſt illos nõ miſit nobis Prophetam, nec notificauit aliquid per viſionem. Timeo, Domine mi, quòd iſti pueri ſint Apoſtoli de quibus dixit Deus per os Ioelis

Apoſtoli loco Prophetarum fuerunt electi.

Ioel. c. 3. Prophetę, c. 3. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & pueri veſtri viſiones videbunt. Certiſsimè, Dñe mi, ſenes ſunt Prophetę noſtri, qui ſomniauerunt fidē gentiū, quā conſequuti ſunt illi pueri, ſcilicet Apoſtoli, & viderunt, & de iſtis pueris dixit Dauid Propheta: Venite filij, audite me, timorē Domini docebo vos. Iſ l.
& Deus nõ nominat filios in plurali, ſed ſolū nominat eos Iſrael primogenitum in vſu loquendi cõmuni, & in alio Pſalmo nominat iſtos pueros filios, cùm dicit: Filij tui ſicut plantæ nouellę. Pſalm.
De Iſrael Domine mi, dixit Deꝰ per os Iſai. cap. 5. Vinea Dei, exercituum fuit domus Iſrael, expectauit quòd veniret cum vua, & venit cum ſpinis, propter hoc ego adducam, qui deſtruet illam in conculcationem. Iſai. 5.
& de illis prædictis filiis Dei, qui vocantur Apoſtoli, dixit Deus per os Iſa. 13. cap. non modo erubeſcet Iacob, nec liquæfiet facies eius: ſed tunc quando videbit de filiis ſuis illos quos creauerunt manus meæ ſanctificatos ante oculos ſuos. Et ſi eſſent, Domine mi, filij iſti ſanctificati coram nobis, ſecundum viam legis noſtræ, non diceretur de nobis, quòd eſſemus in erubeſcentia propterea, & diſſoluerentur facies noſtrę, immo haberemus gloriā & reſplēderent facies noſtræ, ſed confuſio facierum Iacob, & deſolatio eſt iſta quòd iſti filij quos Deus creauit manu ſua, ſcilicet Apoſtoli ſunt ſanctificati corā nobis, & nõ ſecundū legē noſtrā: propterea Deꝰ dat intelligere quòd lex noſtra nõ eſt lex ipſorum. Dixit etiam Iſai. 13.

Apoſtoli ſanctificati nõ ſecundū legē Iudæorum, ergo nõ eſt lex eorū Iudaica, ſed gratiæ.

Hiere.25. etiam Deus per os Hiere.ca.25. In illa die non dicent patres noſtri, comederunt vuam acerbã, & dentes filiorum obſtupeſcũt, ſicut infidelitas Iudæorum non nocuit, fidei Apoſtolorum nec nocebit, & propter hoc ſcribitur: Viuo ego dicit Dominus, ſi erit vltra prouerbium iſtud in Iſrael. quia nunquam aliquis de Apoſtolis poſtquã receperunt fidem, rediit ad fidem noſtram: quare non ſentiũt acerbitatem infidelitatis noſtræ: ſicut dentes noſtri obſtupeſcunt de peccato patrum noſtrorum. Adhuc de iſtis filiis, Domine mi, qui ſunt Apoſtoli, dixit Deus per os Iſai. Prophetę: A quo transmigrabo niſi à populo meo? filij autem qui erũt infideles, Deus erit Saluator eorum in omnibus anguſtiis eorum, & vultus eius cuſtodiet eos in charitate eius, & in clemẽtia redemit eos, & propitius erit eis in lõgitudine dierũ. Veriſsimũ eſt, Dñe mi, quòd iſti filij, de quib^9 loquimur, ſemper mãſerunt firmi, nec Deus transmigrauit ab eis, ab illo tempore quo redemit rex ille iuſtus, magiſter eorum, ſed trãſmigrauit à nobis & fuit ſemper cum eis: & de iſtis etiam filiis qui ſunt Apoſtoli, dixit ſapiens Ieſus filius Sirach, in libro ſuo, cap.3. Audite filij chariſsimi, & operamini in ſalutẽ: quia honorat Deus patrẽ in filiis. & qualiter intelligi debeat honor ille, declarat Deus per os Malachiæ cap.3. Mittet Deus Heliam, qui cõuertat corda patrum noſtrorum ad filios. O Domine, ſi Deus debuiſſet conuertere corda filiorum, ſcilicet Apoſtolorũ, ad patres cùm hoc debeat intelligi de fide, tũc iſti filij, ſcilicet Apoſtoli fuiſſent nobiſcũ in captiuitate iſta, quæ non habet finem, ſicut & patres noſtri & nos ſumus. Sed ex quo Deus ordinauit quòd debeant corda patrum ad filios conuerti, quid eſt quod expectamus, Dñe mi? & quid pręſtolamur? Et ſi voluerimus dicere, quòd alij filij debent eſſe pręter Apoſtolos, de quibus intelligãtur pręedicta, illi erunt in captiuitate ſicut & nos, ex quo viã illius iuſti non ſunt ſequuti, quem Apoſtoli firmiter ſequuti ſunt, & docuerũt ſequendã: & propter hoc habẽt honorẽ patrum, in hoc quod patres dicuntur ad illos conuerti. Cùm ergo, Domine mi, filij noſtri, venerũt antequã nos ad fidem Dei, ſi corda noſtra conuertãtur ad filios, corda eorum conuerterẽtur ad nos, & ſicut dicit Deus altiſsimus: Erunt populus vnus, animus vnus in Deo glorioſo & victorioſo. quia non debemus intelligere illam conuerſionem niſi de infidelitate ad fidem & doctrinam illius iuſti, qui eſt magiſter ſalutis eorum qui credunt in eo: & ſecundũ quod dixit Dauid de eo: Ipſe eſt cuius Sacerdotium erit ſecundum ordinem Melchiſedech in ęternũ, quo obtulit ſacrificium panis & vini, & fuit Melchiſedech Sacerdos Dei altiſsimi ante Aarõ. Et

Margin notes: *Iudæorum dentes obſtupeſcunt ob peccata maiorum.* — Iſai. — Eccle.c.4. — Malach.3. — Pſalm.109.

Longè differt Chriſti ſacerdotiū à Sacerdotio Aaron.

Et attende,Domine mi,quanta ſit differentia inter ſacrificium Aaron & iuſti iſtius Domini, Dixit Dominus Domino meo, tu es Sacerdos in æternum.non ad tempus ſicut Aarō,qui mortuus fuit,120.annorū. Item ſacrificiū Aaron fuerunt carnes,&ſacrificium illius iuſti Domini,fuit panis & vinum, ſecūdum ordinem Melchiſedech. In quibus verbis Dominus per Prophetam oſtendit manifeſtè, quoniam ſacrificium Aaron finiretur, quando inciperet illud ſacrificium in æternum,& ordinatio ſacrificādi,ſed Aaron finiretur quando inciperet ſacrificium in pane & vino æternaliter duraturū. Sed de hoc,Domine mi, adhuc habeo loqui:ſpecialiter dicam aliqua pauca de iſtis filiis Dei quæ mihi occurrunt, de quibus dixit Deus per os Ieſu Prophetæ filij Bethoni cap.1. Erit locus in quo dicetur: Vos eſtis filij Dei viui, & iſte locus , Domine mi, abſque dubio eſt Eccleſia, quia Propheta denominat locum: in hoc quod dicit erit locus , quia Synagoga quæ eſt locus primus iā erat,& Synagoga vocat Deus per os Moyſi & Aaron, & omniū Prophetarū primogenitum meū: ſed in plurali & quaſi quēlibet in ſpeciali, iſtos ſecūdo genitos vocat Propheta filios Dei. De iſtis filiis dicit etiam Deus per os Prophetæ Moyſi. Deu.32.Sanguinem filiorū vlciſcetur, & lauabitur terra populi ſui. & nos Domine occidimus

Aaron mortuꝰ fuit ætate 120. annorum.

Aaron carnes ſacrificauit, Chriſtus verò panem & vinum, & ſub illis ſpeciebus ſeipſum.

Non habemus iſtā prophetiam. Eccleſia locus Dei prius eſt.

Synagogam vocat primo genitum in ſingulari, ſed in plurali filios Dei fideles vocat

Deut.32.

prophetas,&nō fecit vindictam de eis,niſi per 70.annos, ſed occidimus Apoſtolos & iuſtum magiſtrum eorū,& fecit Deus vindictā de filiis,iam ſunt mille anni & vltra,& per mortem ipſorū lauit Deus terram populi ſui:& nō dixit terram filiorum Iſrael. De ipſis etiā filiis dixit Dauid in Pſalmo.135. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij fideles. Comparat enim Propheta iſtos filios fideles ſagittis emiſsis de manu potentis:quia Deus omnipotens miſit eos ad duodecim partes mundi,per quatuor mundi climata fideles , hos filios cū doctrina legis,pſalterij & prophetarū.Moyſen autē & Aaron nō miſit extra domum ſanctam ad docendum:quia non ad Indiam,Romam,nec ad alia loca extra terram ſanctam miſit eos annunciare doctrinam legis & Prophetarum:ſed iſti fideles filij ſic proiecti,vel miſsi per vniuerſum mundū,ſurrexerunt coram Deo loco noſtri, poſtquam Deus occidit Iſrael & nomē noſtrum,quod benè innuit Dauid in Pſalmo,cùm dicit: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos filios Reges & principes,& per iſtos innouata eſt lex prima ſecundū ordinē Melchiſedech, qui ſacrificiū Dei inſtituit in pane & vino, ex quibus cōmunicauit Abrahā amicꝰ Dei prout extat in lege ſcriptū, apud nos. Quoniā Deꝰ per miniſteriū iſtorū mutauit ſacrificiū noſtrū , ſicut mutauit nomē noſtrū,&ſicut

mutauit

Per Apoſtolorum mortē lauit Deꝰ terram populi ſui.

Pſal.135.

Apoſtolos miſit Dominus per vniuerſū orbē, Moyſen & Aaron non miſit ad docendum extra domum ſanctam.

Pſalm.

Per Apoſtolorum miniſterium mutauit Deus legem & ſacrificium. mutauit legem carnalem noſtrã in legẽ ſpiritualem. Et ſi Deus dixiſſet noſtro Moiſi, ſicut dixit per os Dauid Meſſiæ ſiue Chriſto. Tu venies ſacerdos in æternum ſecundum legem Moyſi & Aaron, ſtaret illa lex, ſed dixit: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. *Melchiſedech cõmunicauit non de ſacrificio carnis, ſed de ſacrificio panis & vini.* Et amicus Dei cõmunicauit de ſacrificio panis & vini, & non de ſacrificio carnium. Ad hoc benè ſonat verbum Moyſi cùm dixit: Comedetis vetuſtiſsima veterum, per quod intelligit ſacrificium Melchiſedec. Et iterum, & nouis ſuperuenientibus, id eſt nouæ legis ſacrificio publicato, vetera, ſcilicet veſtra ſacrificia proicietis. Nos tamẽ Dei ſumus in omni euentu.

CAPITVLVM. XX.

De reprobatione ſacrificij Iudæorũ, & electione ſacramenti Chriſtianorũ.

Deus abiecit vetera ſacrificia & acceptauit noua. Timeo, Dñe mi, quòd Deus eiecit nos à ſe, & ſacrificiũ noſtrum, & acceptauit ſacrificiũ gentiũ, ſicut dixit per os Malac. *Malach. 1.* cap. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus: neque accipiam ſacrificium veſtrũ: quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius magnum eſt nomen meum in gentibus, quæ offerunt in nomine meo ſacrificium *Sacrificium gentium eſt mundum.* mundũ. ergo apud Deum ſacrificiũ gentium eſt mundius quã ſacrificiũ noſtrũ. Et inſuper, quia *Iudæi omni ſacrificio priuati manent.* Deus priuauit nos omni ſacrificio mũdo, & alio docens Chriſtianos vt ipſi vitarẽt nos, ne cõtaminarentur, ſicut nos vitauimus gentes omni tẽpore, quo ſacrificium noſtrum fuit mundum apud Deũm & acceptum legis. Etiã tu, Domine, mi noſti, quid dicit Deus in Pſalmo. 80. de noſtro ſacrificio, cùm ait per os Dauid Prophetæ: Nunquid vidiſtis vos, quòd ego comedi carnes taurorum, & hircorum ſanguinem biberem. per quod manifeſtat Deus quòd ipſe condẽnat carnium ſacrificium. Et vnde eſt nobis Domine mi, quòd nos deteſtamur in gẽtibus ſacrificium panis & vini, quod ſtatuit Deus, & in illo reprobat ſacrificium carnium: cum Salomõ deſcribat illud Aaron dicens: Iſte, ſcilicet Aaron extendit manus ſuas ſuper altare, & obtulit ſanguinem vuę & incenſum Deo viuo, & obtulit ſacrificium noſtrũ de granis terræ, ſicut Melchiſedech obtulit pro Abraham. Deus etiam teſtificatur per os Ieſu Prophetæ, c. 19. quòd nos obtulimus ſacrificium de panibus, cùm dixit: Non offeratis mihi ſacrificium panis: quoniam panes veſtri triſtitiæ ſunt, & quicunq; comedit ex eis contaminabitur. Vnde nos offerebamus aliquando ſacrificiũ panis; ſed nullum eſt acceptum ſacrificium Deo de manibus noſtris. *Iudæi ſacrificiũ panis aliquando offerebant.* Et de noſtro ſacrificio carnis dixit Ieſus Propheta filius Bethoni, capit. 9. Deus magis diligit pietatem & miſericordiam quã ſacrificiũ carniũ. Declarat Deus ſacrificium gentiũ per Moyſen. Leuit.

Pſal. 49. *Eccleſ. 50.*

Leui.23. Leuit.23. Offeretis Deo ſacrificium de leuatis de aëra, & de expræſsione vuæ, & benedicat vobis Deus, & cunctis operibus manuum veſtrarũ. Scimus etiam nos, Domine mi, quòd Deus mãdauit in principio poni ante archam fœderis Domini panes & non carnes.

In principio mandauit Deus ponere ante arcam fœderis, panes & non carnes.

Exod.29. In Exo. etiam cap. 29. dixit Moyſi: Offeras hircos, & cum illis panes azimos, qui panes azimi ſunt ſacrificium gẽtium. Etiã, Domine mi, cũ Deus de hoc in libro Leuit. cap. 21. Prę-

Leui.21. cepit Aaron per Moyſen dicẽs: Homo de ſemine Aaron Sacerdotis, qui habet maculam, non offerat ſacrificium de panibus nec aliud quodcunque ſacrificium. Vide, Domine mi, per quòd præponitur ſacrificium panis. Dicit etiam Deus per Moyſen. 3. Regum. 3. Offeretis Deo ſacrificium de omnibus habitationibus veſtris, panes duos de primitiis frugum & cum panibus arietes ſeptem: & primo ponit, Domine mi panes & poſtea carnes. In alio loco legitur, quẽ tu ſcis, Domine, Dixit Ieſus charus & glorioſus filiis Iſrael, quãdo intraueritis terrã habitationis veſtræ, quam daturus eſt vobis Dominus Deus in hæreditatẽ, offeretis Deo panes in ſacrificium, & ſacrificium totum, & adhuc taurum cum farina puriſsima & pane. ergo Deus pręcepit fieri ſacrificium de pane, & ex farina puriſsima & acceptabit illud, & tale ſacrificium eſt hodie gentium, ſcilicet panis ex farina puriſsima. De ſacrificio etiam panis fit mentio. 1. Re-

1.Reg.21. gum. 21. cùm Dauid venit ad Abimelech principem ſacerdotum in Silo, & petiuit ab eo panes, qui reſpõdit: Non ſunt hîc panes niſi panis oblatus, quẽ nõ cõuenit comedere pueris tuis, quia ſanctus eſt. Hæc dicta ſint de ſacrificio panis, & plura dici poſſent, quæ tu, Domine mi noſti: ſed quia gentes ponunt in ſacrificio ſuo aquam, non debet nobis inconueniens videri, quia etiam in ſcripturis ſanctis inuenimus, de hoc exemplum, ſcilicet quòd Deo fiebat ſacrificium de aqua, & fuit Deo acceptũ. Inuenimus etiam 2. Re-

Quare ponimus etiã aquam in ſacrificio.

2.Reg.23. gum 23. Quod duo iuuenes hauſerunt aquam de ciſterna, quæ erat ante portam Bethleem, & Propheta Dauid obtulit illam Deo in ſacrificium: ergo non eſt contra ſcripturam, ſi gentes hodie ponant aquam in ſacrificio, quod faciunt Deo: Nos etiam legimus, vt dictũ eſt, quòd Aaron fecit Deo ſacrificiũ de pane & vino, & Dauid de aqua, & iſta tria ſunt ſimul in vno ſacrificio mũdo quantum natura patitur, & quantum intellectus noſter excogitare poteſt, & non ſicut carnes taurorum pinguium.

Aqua allatã ex ciſterna Betlẽe noluit bibere ſed libare eam Domino.

Tria ſunt in ſacrificio non mundo panis vinũ & aqua.

3.Reg.18. Helias noſter vt narratnr Regum 3. Infudit aquam ſuper ſacrificium carnium, & Deus miſit ignem de cælo, & acceptauit ſacrificium cum aqua perfu-

3.Reg.19. ſum magis. Angelus in figura cõmunicauit etiã Heliam in pane

ſubcine-

ſubcinericio & aqua, quãdo Helias ambulauit in fortitudine cibi ſuper illud quod natura nõ poteſt concedere, quadraginta diebus vſque ad montem Dei. Hoc etiam ſacrificium vini cum aqua mixtum, pulcherrimum & aptum deſcribit Salomon Propheta in libro Prouerb. 11. cùm

Prouer. 11.

dicit: Sapientia altiſsima, communicauit ſacrificium ſuum, & parauit menſam: tunc miſit ſeruos dicẽs: Qui eſt paruulus, veniat ad me, inſipientes comedent panem meum, & bibent vinum meum temperatum aqua. Quid, Domine mi, mẽſa, parata ſapientia Altiſsimi, niſi altare? Quid, Domine, panis & vinum mixtum, niſi ſacrificium de pane & vino & de aqua, quod fit in altari? qui ſunt inſipientes vocati per ſeruos ſapientiæ, niſi gẽtes, quæ ignorabant Deum, vocatę per Apoſtolos? Et notabiliter dicit: Panem ſuum & vinũ ſuum. per id enim innuit, hoc ſacrificium eſſe gratum Deo, & quòd ad iſtud conuiuium tam ſublime & tam ſpirituale, non vocauit patres noſtros, qui erant ſapientes in lege, qui erant occupati in ſacrificio legis, quod etiam carnale ſacrificium nõ dimiſit nobis, ſed priuauit nos illo iam ſunt mille anni completi, quod nobis accidit propter illũ iuſtum in quem peccauimus. Attamen Dei ſumus.

Altare eſt menſa Dei parata cum pane, vino, & aqua.

Inſipientes quos vocat ad conniuiũ ſunt gentes per Apoſtolos vocatæ.

CAPITVLVM XXI.

Quod Deus refutauit ieiunia Sabbata, & ſacrificia Judæorum, & Chriſtianorum elegit.

VAlde timeo, Domine mi ab illo verbo, quod Deus fortis & glorioſus dixit per os Malachiæ. 1. vbi ſic tangit de ſacrificio gentium: A bortu ſolis vſq; ad occaſum gentes offerent ſacrificium nomini meo mũdum. vbi aduerto, quòd ſacrificium noſtrum non fuit acceptum niſi in vno loco ſolo, ſcilicet in domo ſancta preciſe: quo etiam loco & ſacrificio priuauit nos De⁹, ſcilicet terra promiſsionis, & vbiq; diſperſit nos terrarum iã ſunt mille anni. Vnde venit ſuper nos, & completum eſt, quod Deus dixit de nobis per ſimilitudinẽ loquens, per os, Iſa. 22. vbi ait: Completa eſt vindemia, & nõ eſt de cętero collectio. Vnde venit ſuper nos, & cõpletũ eſt, quod Deus dixit per os Malach. Prophetę vbi ſic ait: Non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificium non accipiam à vobis. Venit etiam, & iam completum eſt, quod De⁹ dixit per os Iſa. 1. Cùm ait Sabbatha veſtra & feſtiuitates veſtras, & ſacrificium veſtrum non recipiam, quia omnes vos eſtis in ira mea. Venit etiam, & completum eſt ſuper nos, quod dixit in eodem capitulo Iſa. cum loquitur per eũ Deus & ait: Quid mihi multitudo victimarum veſtrarum, quid multiplicaſtis mihi ſacrificium de arietibus & carnibus hirco-

Malach. 1.

Ieiunia Sabbatha & ſacrificia Iudæorum refutat Deus: & Chriſtianorum ſacrificia elegit.

Loco & ſacrificio ſunt priuati Iudæi.

Iſai. 22.

Iſai. 1.

Iſai. ibi.

hircorum: ego autem contemſi ſanguinem vitulorum & arietum carnes & hircorum, cũ pręſentaueritis ea corã me, & quis recipiet ea à vobis: nõ deturpẽtis lapides meos ſanctos fruſtra, non offeretis vltra ſacrificium: quoniam incenſum veſtrum & Sabbatha veſtra & ſolennitates veſtras nõ recipiã à vobis, quia odiuit illa anima mea: ſi eleuatis manus veſtras ad me, auertã vultum meum à vobis, & ſi multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiã: quoniam manus veſtrę plenę ſunt ſanguine, & omne ſacrificium veſtrum ſicut cadauer fœtidum, & egreſſus atrij portę exterioris: & ille qui mihi iugulauerit taurum, ſicut qui decollauerit hominem: & ille qui obtulerit in ſacrificiũ hircum, ſicut qui obtulit carnem, & qui obtulit vinum, ſicut qui offert ſanguinem porci. Sed abominatio de ſacrificiis apud Deũ nihil aliud ſignificat, niſi mutationem ſacrificij noſtri carnalis & groſsi; in ſacrificiũ iſtius iuſti Domini ſpirituale & ſubtile, qui inſtituit offerre panẽ loco carnium, & aquã mundam loco pinguedinis carnium, & vinum purum loco ſanguinis, & homo offertur ſpiritualiter & acceptabiliter Deo, non ſicut animalia decollata, per nos quæ per Prophetam comparatur cadaueri putrido. Nos attamen Dei ſumus & ad ipſum redibimus, in omnibus quæ euenerint nobis. Et quia nõ credimus Dñe, hęc quę loquutus eſt nobis Deus per Prophetam iſtum, qui deſcribit tã euidenter de ſacrificiis noſtris; dixit etiã Deus per Hiere. 7. Inuitate proximos veſtros ad ſacrificia; & comedite cum eis carnes ſacrificiorum veſtrorum: quia in die quà eduxi patres veſtros de Aegypto, nõ pręcepi eis verbũ de ſacrificiis, ſed dixi: Audite vocem meam & ero vobis Deus, & vos mihi populus: ſi ambulaueritis in omnibus quæ pręcipio vobis, bene erit vobis: & non audierunt nec poſuerũt aurem ſuam ad dictũ meum: & tu, Domine mi, es qui hoc noſti. Attamen Dei ſumus in omnib⁹ quæ euenerint nobis.

Abominatio de ſacrificij ſignificat ſacrificij mutationem.

Quomodo Deus mutauit ſacrificia, nam panẽ loco carnis, & aquã loco pinguedinis carnium, & vinũ loco ſanguinis inſtituit.

Hie. 7.

CAPITVLVM. XXII.

Probat abiectionem ſinagogę & electionem Eccleſię, per verbum Domini ad Rebeccam.

TImeo, Domine mi, quòd de Synagoga & Eccleſia intelligatur verbũ illud, quod ſcribitur, 25. cap. 1. libri legis, cùm dicit Dominus De⁹ Rebeccę vxori Iſaac. Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi veniẽt de vtero tuo, & gens gentem ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Domine mi, ſola Rebecca fuit mater Iudęorum & Gentilium. Populus maior & primogenitus fuit Synagoga, quæ maior fuit honore & ſcientia Dei dotata. Populus ſecundo genitus & minor apud Deum, fuerunt gentes in infidelitat[illegible] manentes & in ignorantia ſua [illegible]i tamen. Domine mi, Deus occidit Iſrael prout

Gen. 25.

Figura explicans Synagogę reprobationẽ.

Rebecca Iudeorum & gentium mater.

proutdeſcribit Iſayas:& tunc tota ſubuerſa eſt ſinagoga,quę fuerat maior,& ſeruiuit gentibus, quæ fuerat minor:vt compleretur verbum, quod Deus dixit Rebeccæ:Gens gentem ſuperabit. Etiam de Eccleſia dixit Deus per os Dauid Pſalmo 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato,diſtinctis coloribus adornata. Exponitur, Domine mi,quòd eccleſia Gentiliū, quæ vocatur regina, diuerſitate linguarum omnium,quæ ſeruiunt ei eſt, adornata quaſi colorum diſtinctione. Nam omnes linguę in Eccleſia concordant in vera expoſitione legis & Pſalterij &libri omnium Prophetarum. Synagoga verò non habuit, niſi vnam linguam, ad ornatum ſuum quaſi vno colore, ſcilicet Hebræa.

Pſa.44.

Omnes linguæ concordant in expoſitione legis, Synagoga nō habuit niſi vnā linguam.

CAPITVLVM XXIII.

Probat hoc idem per verba Malachiæ Prophetę.

Timeo etiam,Domine mi,de verbis inductis ſuperiꝰ, frequenter per Malachiā Prophetam:dixit Deus Synagogę, cùm ait: Non eſt mihi voluntas in ſacrificiis veſtris:quia ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnū eſt nomen meum inter gentes, quę offerūt nomini meo ſacrificium mundum. ſicut de natura ſua mūda ſunt aqua, vinum,&farina pura, de quibus factum eſt ſacrificium,& non indiget mūdatione &lotione: ſed Synagoga indiget lauare carnes ſacrificiorum, & purgare ventres animalium, quę in ſacrificio ſacrificabantur, & lauare locum de ſanguine & pinguedine ſacrificiorum,aliter eſſet horror tractare. In ſacrificio autem panis & vini & aquæ non apparet aliquid indecens, nihil turpe etiam corporaliter ſumptum. Eſtimo, Domine mi,quòd de iſto ſacrificio, dixit Deus per Salomonem Prou.15. Melior eſt bucella panis cū charitate, quàm vitulus ſaginatus cū inimicitia. Buccella amoris,Domine mi,pura eſt manſuetudo ſuper manſuetudinem,& remiſſio mutua offenſarū,& vitulus odij ſaginatus eſt oculus pro oculo, & occulta interfectio inimicorū. Ergo,Domine mi,ſacrificiū Synagogæ eſt vitulus pinguis cum inimicitia,& ſacrificiū Eccleſiæ, buccella eſt panis cū charitate, de qua dixit Deus: Melior eſt buccella,&c. Pulchræ etiā deſcribit Deus Eccleſiam aſſimilando ceruis per os Salomonis Prouerb.5. vbi ait: Cerua Deo chariſſima in himnuló ſuo,cuius vbera inebrient te omni tempore, & amor illius delectet te in æternū. Synagoga enim dici poſſet cerua aliquo modo, ſed non eſt nobis poſſibile exponere verbum iſtud reſpectu illo, præſertim,quia nō habet himnulū vnū, ſed himnulos multos. Himnuli eius fuerūt Moyſes & Aarō, Daniel, Iſaias, Hieremias, & cæteri ſimiles. Et Eccleſia eſt Deo dilecta cerua in himnulo ſuo vno, de

Malach.1.

Sacrificiū mūdum vā aqua,vinum & farina munda ſunt à natura, ex quibus ſacrificium fit.

Horror ſacrificiorum vet.leg.

Prouerb.15.

Bucella pura eſt manſuetudo ſuper manſuetudinem.

Vitulus odij eſt oculum pro oculo, &c.

Eccleſia ſacrificiū Buccella panis cùm charitate.

Prouerb.5.

Cerua chariſsima in himnulo eſt Eccleſia in Chriſto.

quo & qua ſcribitur: Cerua chariſſima Deo in himnulo ſuo, nō habēte parē in nobilitate & gratia. Tūc addit, Dñe mi, & dicit: Inebriēt te vbera eius omni tempore, delectare in amore illius in æternum. In quibus verbis deſcribit Deus ſacrificium Eccleſię omni tempore duraturū, in ęternum. Similat autem Deus illam, matri lactanti filios, & in hoc quod dixit: Inebriabo te. denotat materiā ſacramenti ſpiritualiter quantum ad vinum, & vbera denotāt in reliquis partibus ſacramenti eſſe delectabile nutrimentum, & ſufficiens ſacramētum, quo ſacrificio iam fruitur & delectatur Eccleſia iam mille anni ſunt, à quo tempore priuauit Synagogā ſacrificio. Himnulus autem ille, in quo Eccleſia eſt tā grata Deo, eſt Chriſtus Domin⁹ & vbera eius dant vinum perpetuum: de quo peruenit gaudiū ſempiternum, & nō dicit: Quòd dabit carnes & pinguedinē vel ſanguinem, quæ faciunt ſacrificium laborioſum. Sacrificiū Synagogæ, quo Deus priuauit nos iā ſunt mille anni: Nos autē Dei ſumus, Domine mi. Fuit autē Synagoga ſicut mulier, quę habuit alium virum, ſupple Deū, & perdidit illum & domū ſanctam. Et iſta Eccleſia fuit cerua in deſerto ſine marito, ſed Deus vicem illius ſupplet. Vnde ipſe fortis & glorioſus dicit per Iſa. 63. Puellę ſequeſtratæ meliores ſunt, quā illæ quæ habent virum. Item ille Propheta cap. 63. Ego faciam, dicit Dñs Deus, in deſerto viā & flumina ad potum populo meo electo, & tu Iacob non obedies, & tu Iſrael nō audies. Sicut nos, Domine mi, ſumus extra obedientiam, nec habemus aures, nec oculos, quapropter hæc captiuitas noſtra iam, vſque ad cōplementum mille annorum peruenit. Timeo, Domine mi, de lege noſtra, quæ furoris irā habet in prōptu, & dicit oculū pro oculo, &c. Sed cerua illa himnulum habens vnicum dixit in Euangelio ſuo glorioſo Matth. 5. Qui te percuſſerit in vnam maxillā, ſtatuæ illi alteram. Loquitur Dauid in Pſalmo 31. Quam magna, & quam multa dulcedo tua, Domine, quam abſcondiſti timētibus te, & compleuiſti eam ſperantibus in te. Et eſt clarum, Domine mi, quòd populus Synagogæ timui pœnas legis, ſcilicet oculum pro oculo, quia erat in promptu exequutio. Sed populus Eccleſiæ ſperans eſt in dulcedine Dei, qui percuſſi in faciem non repercutiunt, quapropter parauit illis Deus, ſcilicet gentibus, magnam multitudinem dulcedinis ſuę, quam abſcondit à Iudæis. Attamen. &c.

Pulchra expoſitio. — *Synagoga qualis fuerit.* — Iſa. 63. — Matth. 5. — Pſal. 31. — *Synagoga pœnas legis, quia erat in prōptu exequutio timebat.*

CAPITVLVM XXIIII.

Quòd cantus Chriſtianorum eſt Deo acceptus.

PAueo, Domine mi, quòd loquatur Deus de nobis per os Iſa. cap. 28. cùm ait: Erunt Prophetæ apud nos, ſint ſicut verba libri Iſa. 28.

libri ſignati, quem non aperit le-
ctor, nec ignorans literas. De fi-
liis autẽ ſupradictis, quos Deus
totiens deſcripſit, vt allegatum
eſt, cùm pluries loquitur De⁹ in
Iudæi non ſunt muſici, de quibus Deus loquitur, Chriſtiani autẽ cãtant Pſalteriũ & Prophetas in Eccleſiis ſuis. eodem capitu. cùm dicit: Mani-
feſtabunt ſanctum Iacob, & euã-
gelizabunt Deum Iſrael, & acci-
pient ignorantes ſciẽtiam, & mu-
ſici ſcient leges. Aperte vide-
mus, Dñe mi, quòd iã ſunt mille
anni quòd ignorantes & muſici
ſciunt, & docẽt legem noſtram.
& qui ſunt ignorantes, niſi genti-
les, & qui ſunt muſici cantantes
Pſalterium noſtrum & Prophe-
tias in Eccleſiis ſuis, niſi Chriſtia-
ni? De quibus muſicis, ſiue can-
toribus, dicit Deus per os Dauid
Pſal. 75. in Pſalmo 75. Cantate Domino
canticum nouum, qui a mirabilia
fecit. Et quid eſt canticum illud
nouum, Domine mi, niſi teſtamẽ-
tum nouũ, & antiquum, niſi lex
antiqua? Et de iſtis etiã muſicis,
dicit Deus per Dauid Prophetã
Pſal. 95. Pſalmo 95. Cãtate Domino om-
nis terra Pſalmum dicite nomini
eius. Et in eodem: Cantabunt ti-
bi & pſallent nomini tuo vniuer-
ſæ familiæ gentium. & notanter
dicit: Vniuerſę familię gentium.
& nõ Iſrael ſingulariter. De iſtis
etiam muſicis, dicit Deus per os
Pſal. 88. Dauid Pſal. 88. Beatus populus,
qui ſcit cantilenam, in lumine
vultus tui ambulabunt. De illis
etiam, Domine mi, ſcribitur in
Ibidem. Pſalmo 88. Cantabunt tibi gen-
tes in domo Dei mei canticum.
in loco iſto ponit cantilenam ãn-
tonomaſiæ: etiam ſunt mille an-
ni, quòd nos Iudæi non cantaui-
mus in domo ſancta. De iſtis can-
toribus dicit Dauid: Cantabunt
canticum in domo Dei in æter-
num. De nobis dicit in Pſal. 139. Pſal. 139.
Quomodo cantabunt canticum
Dei in terra aliena. Et qualiter
poteſt eſſe, Domine mi, quòd
ſperamus terram habere & no-
men, cùm Deus dixit per Amos Amos 5.
Prophetã cap. 5. Cęcidit Iſrael,
& non reſurget, virgo Iſrael pro-
ſtrata eſt, & non eleuabitur. Idẽ
Propheta cap. 9. Et veniet tribu- Idem 9.
latio, & non ſaluabitur, qui effu-
gerit ex eis: & ſi abſconderint ſe
in monte Carmeli, inde pręcipi-
tabit eõs manus mea: etiã ſi deſ-
cenderint in profundum maris,
illuc mittam ſerpentes & morde-
bunt eos: & ſi abierint in captiui-
tatem coram inimicis ſuis, ibi mã-
dabo gladium & occidet eos, &
ponam oculum ſuper eos in ma-
lum & non in bonum, quod fecit
nobis Deus iam ſunt mille anni
completi, quòd canticum & Pſal-
mum cantauimus, ex quo ſic eſt.
Attamen. &c.

CAPITVLVM XXV.

Quòd Iudęi indebitè reprehendunt cantum Chriſtianorum.

Domine mi, dixit Deus de *Filij muſici Dei ſunt Chriſtiani, ex gentibus collecti.*
nobis: Ponã oculum meũ
ſuper eos in malum & non in bo-
nũ. ſicut manifeſtè videmus ſunt
mille anni: dixit verò de iſtis fi-
liis muſicatoribus per os Dauid:
Omnes gentes plaudite mani- Pſal. 46.
bus, & cantate Deo in voce lau-
dis.

dis. & alibi dicit: Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia: introite in conſpectum eius. dicas totũ iubilate. Et Pſalmo 66. Cantate Domino omnis terra, & annũciate de die in diẽ. Paueo, Dñe mi, ex quo Deus dixit per os Hiere. cap. 9. Docete filios veſtros & filias veſtras fletum & planctum, quoniam mors ingreſſa eſt per portas veſtras, ex quo Deus dixit de iis filiis muſicis, ſiue muſicatoribus per os Dauid Pſalmo 148. Reges terrę & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini. Et Pſalmo 48. In ſacrificio cantus honorabit me. ac ſi aperte diceret, nõ in ſacrificio carnium hircorum, ſicut erat ſacrificium noſtrum. Etiam, Domine mi, ſi negemus verba Creatoris veri, quæ dixit per os Iſa. Prophetę cap. 48. muſici, ſeu muſicatores addiſcẽtes ſcripturas cũ totum Pſalterium Dauid, ſic muſicali arte notatũ per ſonum acutum & grauẽ. His omnibus cõſideratis videtur mihi, quòd nos erramus in hoc quod nos de ſuæ laudis ſacrificio iudicamus, quòd in Eccleſia Dei exhibent cantando, pręſertim cùm in lege Dei de hoc inueniam præcepta & exẽpla Dauid, qui ètiam dicit: Laudate eũ in cithara & organo, laudate eũ in cimbalis magnis laudibus, & omnis ſpiritus laudet Dominum Ieſum Chriſtum. hoc ſcribit Pſalmo 150. Exemplum etiam in 2. Reg. cap. 6. vbi legitur, quòd Dauid diſcooperto capite ſaltans pſallebat cum cithara ante arcam Domini, quem temeraria vxor ſua Michol auſa eſt redarguere: cui ipſe ait: O fatua nõne videbit me Dominus deſpectum pſallentem? filij autem Iſrael ſonabant buccinam dum tranſducebant arcam. Sed qui ſumus, Dñe mi obſecro, nos irridentes ſolẽnitates ipſorum muſicorum, niſi Michol fatua: & qui ſunt iſti canentes, niſi Chriſtiani ſaltantes & exultãtes Deo in humilitate ſicut Dauid, præſertim cũ dicit Dauid: Omnis ſpiritus laudet Dominum. ſi dixiſſet omnis Iſraelita præciſè, tunc poſſemus aliis inſultare. Et ſic Deus fortis, & glorioſus dicit per os Iſa. Prophetę c. 40. quòd gentes ſunt in conſpectu eius, quaſi nihil: ſed hoc eſt intelligẽdum de gentibus iſtis, qui fuerunt antequam haberent notitiam Dei per aduentũ iuſti, quia tunc fuerunt pagani & idolatræ: ideo intelligi nõ poteſt beneillud niſi de gentibus, quæ inuenerunt Dominum, quæ offerunt omni die ſacrificium mundum in oriente & in occidente, ſicut dicit per os Malach. Prophetæ, vt iam ſuperius eſt allegatũ: & certè, Domine mi, nos erramus. Attamen, &c.

Pſal. 99. Pſal. 66. Hiere. 9. Pſal. 148. Pſal. 48. Iſa. 48.

Iudæi errãt Chriſtianos reprehẽdentes, eo quod ſacrificium laudis in Eccleſia exhibent cantantes.

Pſal. 150. 2. Reg. 6.

Iudæi muſicam Chriſtianorum irridentes.

Michelis fatuæ perſonam agunt.

Iſa. 40.

CAPITVLVM XXVI.

In quo probat apoſtaſiã Iudęorũ à Deo.

Iudæi apoſtatarunt à Deo in primo aduentu Chriſti.

PAueo, Dñe mi, quòd nos apoſtatauimus à Deo in primo

mo aduẽtu iſtius iuſti, de quo induximus autoritates prædictas, & cui expreſsè cõueniunt omnia, quę ſcripta ſunt apud nos in libris legis & Prophetarũ: propter quam apoſtaſiã, ſicut Deus protendit lõgitudinem dierum & captiuitatem iſtam nobis intulit: & ſi expectamus ſaluatorem aliũ ab illo iuſto, non prodeſt nobis, ſed argumentum nobis euidens eſt captiuitas, illa quæ fuit in Babylonia 70. annis, & quantum ad tẽmpus quia breue: quãtum ad gratiã, quia Daniel Propheta fuit captus nobiſcum, qui erat amicus Dei, & per quẽ cõſolabatur nos de liberatione propinqua: non etiam omnes tribus fuerunt in ipſa captiuitate, ſed hęc captiuitas iam peruenit ad complemẽtum mille annorum, nec eſt Daniel nobiſcum, & omnes tribus nulla excepta ſunt in diſperſione elõgatæ à domo ſancta. Ex quo ſignum eſt euidens, quòd pro peccato generali, quod eſt in nobis omnib⁹, quod peccatum cũ perſeuerat in nobis, perſeuerabit ira ſuper gentẽ noſtram ſine ſpe, & tamẽ ſpectamus aliquem aliũ: quę expectatio non prodeſt nobis. Et ſi voluerimus dicere, quòd hęc captiuitas non eſt generalis, & quòd in aliqua parte mundi nos habemus Regem & principem, cito poterimus ſecundum legem noſtram argui de mendacio & conuinci. Nam ſi nos Iudęi in aliqua parte mundi Regem & principẽ haberemus, hoc eſſet de vna ſola tribu, ſcilicet Iuda, ſed Deus diffiniuit cõtra Iudam, quòd nõ eſſet ſuper Iuda rex ex illa in ęternum. Vnde dixit Hiere. Propheta cap. 17. Peccatũ Iudę ſcriptũ eſt ſtillo ferreo in lapide adamantino inſiliẽs ſuper corda eorum: & id quod eſt ſcriptum ſtilo ferreo in lapide adamantino, qualiter deleri expectamus? nõ delebitur in ęternum, pręſertim cùm Deus fortis & glorioſus loquutus eſt per os Iſa. Prophetę cap. 3. Dominator Dominus auferet à Hieruſalem & Iuda iũdicẽ, Prophetam & Principẽ. De nobis etiam dicit Propheta filius Boceri cap. 3. libri ſui. Erunt filij Iſrael ſine principe & ſine lege. Nos ſcimus, Domine mi, quòd ab initio mũdi fuerũt aliqui magni & ſancti corã Deo, & in principio fuerunt longæ vitę, ſicut Matuſalem & Enoch & cęteri, & nullũ illorũ extendit Deus vitã vltra mille annos, & nos inuenimus inter nos, quòd Meſſias ſiue Chriſtus promiſſus nobis, fuit natus in Babylonia tempore captiuitatis illius, quę fuit 70. annorum, ſed hoc tempus noſtrum habet in ætate 1500. annos, quam fabulam & non prophetiã nulla ratione poſſumus defendere: hoc tamẽ dicimus & aſſerimus in Synagogis noſtris, vbi nullus comiſcetur nobis extraneus. Sed audias doctrinam Chriſtianorum publicam ſuper Pſa. 88. Fundatã: Ad Sion, dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe qui eſt fundauit eã. In ver-

Efficax argumentum cæcitatis Iudæorũ, aliũ Meſsiam expectantium eſt eorũ longa captiuitas.

Differentia primæ & ſecundæ captiuitatis.

Iudæi non poſſunt Regem ſuæ nationis habere, quia non potuiſſet eſſe de tribu Iuda.

Hier. 17.

Iſa. 3.

Oſeas 3.

Eſt fabula de Meſsia nato in Babylonia tempore captiuitatis.

Pſal. 86.

Nomine ciuitatis nominat Mariam, & dicit, quòd homo natus eſt in ea, dicit in ea, vt intelligamus, quòd Mariæ filius nũquam fuit in lũbis alicuius hominis.

bis iſtis nominat Mariam dominam nomine ciuitatis, & dicit: Quòd homo natus eſt in ea, & non dicit: Talis Iſraelita, vel talis. vt intelligas quòd filius Mariæ non fuit vnquam in lũbis alicuius hominis. Et in 2. lib. Reg. capit. 2. hoc manifeſtè declarat, cùm Deus dicit ad Dauid: Quando cõpleueris dies tuos, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo progeniem tuam poſt te, quę egredietur de vtero tuo: & ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Sed nunquã fuit poſſibile, Domine mi, quòd aliquis egrederetur de vtero patris ſui: ſed hoc expreſsè ponit ad demõſtrandum, quòd Chriſtus nõ foret concipiendus in muliere per ſemen deciſum de lumbis viri, ſicut cęteri homines, tam à Dauid quàm ab aliis deſcendendo.

2. Reg. 2.

De virginitate Beatæ Virginis ex Pſal. 109.

Dicit etiam Deus per os Dauid in Pſalmo. Ex vtero ante luciferũ genui te. ac ſi Deus fortis & glorioſus diceret de Chriſto ſuo, quòd de voluntate ſua, quæ eſt Spiritus ſanctus genuit eum, & non de ſemine ducendo, cùm ponit ex vtero, quia Chriſtus natus eſt ex vtero ſine virili ſemine præter curſum ſolitum naturæ: & hæc eſt vera doctrina Chriſtianorum, quæ non intrat in capitibus noſtris: propter hoc euenit nobis illud, quod euenit nobis. Deſcribit etiam per eũdem modum Chriſtum naſciturum Dauid Propheta, cùm dicit in Pſalmo 88. Iurauit Dominus Dauid veritatem: De fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuam. Attamen Dei ſumus.

Pſal. 88.

CAPITVLVM XXVII.

Concludendo inducit aliqua dicta Sarracenorum de Ieſu & Maria matre eius.

Sarracenorum teſtimonia de Ieſu & Maria.

Certe, Domine mi, licet nobis non opponant Chriſtiani dicta Sarracenorũ, præcipuè quæ traduntur in Alcorano, & in expoſitionibus eius, ſcientes quòd nos nõ reciperemus, ſicut nec ipſi recipiunt: tamen ad fatigationem noſtram, & ad fortificationem credentium eſſet, ſi nobis opponerentur illa, quæ dicuntur à Sarracenis de Ieſu, & de beata Maria matre eius matre. Omnes enim Sarraceni dicunt, quòd ipſe fuit ille Meſſias, quẽ Prophetę prædixerunt eſſe venturum, & præponunt illum Mahometo eorũ Deo quantum ad genealogiam: fatentur enim quòd parentes Mahometi fuerunt idolatræ, & praui, & de ſemine Agar Ancillæ. Et dicunt, quòd Meſſias fuit filius Iſaac, & Prophetarum & iuſtorum, ex recta linea, vſque ad beatam Mariam virginem matrem eius. De Maria verò dicitur ſic in Alcorano de familia Adamar, dixit Angelus Gabriel ad Mariam: O Maria Deus te elegit & dotauit gratia, & prælegit ſuper omnes mulieres omnium ſeculorum, & poſuit te quaſi nouum medium, diuidẽs inter homines terrenos, & Angelos Dei in paradiſo deliciarum.

Ieſum præferunt Sarraceni ſuo Mahometo.

Sarraceni fatẽtur Mahomat ex Idolatris patribus deſcẽdiſſe.

De Chriſto verò fatentur, quòd fuit filius Iſaac & Prophetarũ & iuſtorũ vſq; ad Mariã.

Vide præclarum teſtimonium de Maria ex Alcorano.

Teſtimoniū quod Sarraceni ferunt de miraculis Christi. tiarum. Dicunt etiã omnes Sarraceni, quòd Chriſtus ſiue Meſſias habuit à Deo poteſtatem faciendi miracula, ſanãdi omnem languorem, & infirmitatem, & eiiciendi dæmonia, & ſuſcitandi mortuos, & ſciuit omnia ſecreta cordium: & credunt omnia miracula Ieſum feciſſe, quæ Euangelium commemorat: & hoc expreſsè teſtificatur Alcoranus, *Alcoranus in 3. ca. Domar.* vbi dicitur in cap. prædicto Domar, quòd Meſſias ſciuit, & ſcit omnia, & etiam ſecreta cordiū. Vnde verba Mahometi ſciuit Eiſe, id eſt Ieſus omnem librũ, & omnem ſapientiam, & etiam totam legẽ Moiſi, & quod omnes comedebant & bibebant in domibus ſuis, & quid reponebãt in theſauris ſuis. *Teſtimoniū ipſorum de vita ipſius Concubinas eſſe cauſe peccati, & inobedientiæ fatētur etiã Sarraceni.* Dicunt etiam de Chriſto ſiue Meſſia, quòd dum fuit in hoc mundo, cõtempſit diuitias, & abiecit carnales delectationes, nec habuit concubinas, quæ ſunt occaſio peccati & cauſa inobediẽtiæ. Item dicitur *Verbū Euãgelicum in Alcorano.* in Alcorano illud verbum Euangelicum: Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos. Et hęc omnia, licet ſint autoritates aperte dicentium contra, ſunt tamen conformes iis, quæ Prophetę dixerunt de Meſſia in primo aduẽtu ſuo, vt patet in prædictis. *Eiſe vocatur Ieſus in Alcorano, & fatentur quòd Ieſus eſt verbum Dei.* Dicũt etiã in Alcorano quod Eiſe, id eſt Ieſus Chriſtus, eſt verbum Dei, & omne verbũ Dei eſt Ieſus Chriſtus apud Sarracenos, quaſi nomẽ proprium: ita quòd nullus alius homo vocatur hòc nomine niſi Ieſus, quem vocant Eiſe. Vnde dixit Deus ad Eiſe: Ego ſum ſufficientia tua: ego leuabo te vſque ad me, & purificabo te ab infidelibus. Conſidera ergo Domine, quòd gẽs Iudæorum propter captiuitatem quã paſſi ſunt mille annis, ſunt enim pauciſſimi Iudæi in comparatione aliarum nationum. Nam Sarraceni multiplicati ſunt & creſcunt quotidie, fides autem Chriſti impleuit totum mundum, nos *Iudæi ſunt pauciſsimi in comparatione aliarū nationum.* vero vbiq; diſperſi ſumus à Deo noſtro, & vbiq; ſumus pauciſſimi, ſicut Ruben cùm dixit: Non *Gen. 49.* creſcas, &c. nos autem nõ creſcimus & illi creſcunt, quibus ſumus inimici ſuper omnes gẽtes, & nil proficimus: teſtimonium multorũ ſtat ſemper contra nos, ſcilicet Chriſtianorum & Sarracenorum. Alcoranus eorum & *Alcoranum Iudæi contemnunt.* Euangelium Chriſti, quibus nolumus obedire, tamen meo iudicio Alcoranus nihil valet, cũ manifeſtè contineat contra doctrinam noſtrã, ſicut ipſe noſti: & ſicut expoſitores eius, apparet euidenter, quòd ignorauerunt teſtimonium. Sed quid dicemus de Euangelio Chriſtianorum ſuppoſito, quòd Chriſtus ſiue Meſſias iam venerit? nihil *Euãgelium verò cum nihil contra Prophetas contineat, imo potius promiſsionū impletio tenētur Iudæi recipere.* enim continet contra Prophetas & legem noſtram, ſed eſt manifeſtatio omnium Prophetarũ, & promiſſionis impletio, quæ in lege continentur, ſumendo ſpiritualiter, prout continet doctrina Chriſtianorũ. Nihilominus, Domine mi, ſuper iis dubiis ad te recurro, maximè ſuper pri-

mis noſtris, quæ habui à Prophetis: quia de Alcorani teſtimonio ſcio, quòd quaſi nihil reputabis, tu maximè, qui Arabicum ſcis. Perfectè enim noſti, quia ipſe Mahometus, qui dixit ſe Prophetam, nec ventura prædixit, & qui dixit ſe nuncium Dei, contra Deum, & eius ſcripturam docuit, vt corruptus homo pœnitus & ignorans.

Mahometus mēdax.

Burgis, apud Philippum Iuntam.
1591.

INDEX LOCORVM

Scripturæ, qui in hoc opere declarantur.

Geneſis, Caput Primum.

IN principio creauit Deus,&c. Pag.333
Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas.330
Apparuit arida.315
Cap.3.Sumat de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum.403.
Cap.5. Genuit filios & filias.129
Cap.12. Circuncideris carnem præputij veſtri.280
Cap.14. At verò Melchiſedech Rex Salem.434
Cap.15.Credidit Abraham Deo.280
Ibis ad patres tuos.210
Quomodo poſſum ſcire, quòd poſſeſſurus ſum eam?202.
Tu ibis ad patres tuos?210
Domine quid dabis mihi,& ego vadam.443
Cap.17. Vtinam Iſmaël viuat coram te.140
Cap.22.Et vocauit nomen loci illius Dominus vidебit.349
Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.380
Cap.26. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.116
Cap.31. Die noctuq; vrgebar & gelu.47
Cur furatus es Deos meos?531
Cap.36.Fera peſsima deuorauit eum.30
Cap.49.Donec veniat qui mittendus eſt.106
Alia tranſlatio,Sylo.131.& 132.
Non auferetur ſceptrum de Iuda. 48. & 116. & 131.& 132.526
Iacob benedictiones filiis dabat.73.
Congregamini filij Iacob, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in nouiſsimis diebus. 1,3
Non creſcas.571

Exodus.

CAp.1.Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael. 109. & 110.
Cap.3.Hoc eſt nomen meum in æternum.348
Cap.4.Et fecit ſigna corã populo, & credidit populus.411.
Dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi.304
Cap.8.Digitus Dei eſt hic.21
Cap.12.Cùm dixerint filij veſtri, quæ eſt iſta religio.224
Eadem lex erit indigenæ & colono. 120
Hæc eſt religio Phaſe.120
Cap.15.Dextera Domini cõfregit inimicum. 463
Cap 17.Ædificauitq; Moiſes altare, & vocauit nomen eius 349
Cap.19.Deſcendit Moyſes de monte.451
Cap.20.Deus reddit iniquitatem patrum in filios vſque in quartam generationem.499
Memento diem Sabbathi ſanctifices. 283
Cap.32.Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro vitæ.443

Leuiticus.

CAp.21. Ne contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium.458
Cap.23. Hæ ſunt feriæ Domini quas vocabitis ſanctas.142.& 249.& 250.
Cap.25 Numerabis quoque ſeptem hebdomadas annorum.142

Numerus.

CAp.5.Det te Dominus in maledictionem & exemplum in populo.123.
Cap.6. Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te, 294.& 295
Loquere ad filios Iſrael, vir ſiue mulier.458
Cap.8.Vt orent pro eis, ſcilicet Leuitæ, ne ſit in populo plaga.52
Cap.12. Quando aſcendi in montem vt acciperem tabulas lapideas.454
Cap.18.Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſrael.448
In terra eorum nihil poſsidebis.119
Cap.36.Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua.17

Deuteronomium.

CAp.4.Et nũc Iſrael præcepta & iudicia quæ ego doceo te 243
Scitis quod docuerim vos.253.& 516
Cap.6.Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo.20. & 250
Cap.8.Prophetam ſuſcitabo.248
Cap.10.Dominus eſt poſſeſsio eius.7
Eo tempore ſeparabit Dominus tribum Leui. 446.
Cap.11.Filij eſtis Domini Dei veſtri.304
Cap.12.Gaudebitis cum Domino Deo veſtro, vos & filij & filiæ veſtræ.449.
Cap.14.Decimam partem ſeparabitis de cunctis fructibus 448.
Cap.15.Indigens & mendicus non erit inter vos. 450
Cap.17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium perſpexeris.130.& 136
De medio fratrum tuorum pones ſuper te Regem.137
c.23.Ammonites & Moabites etiam poſt decimã genera-

genera-

generationem non intrabunt Eccleſiam Domini.119
c.26.Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum.498.
c.27.Maledictus qui non permanſerit in omnibus operibus legis.20.
Docebunt iudicia tua Iacob,& legem tuam Iſrael.450 & 452.
c.28.Fœnerabis gentibus multis,&c,450
Percutiat te Dominus amentia & cæcitate.528.
c.29.Hæc autem verba quæ mandaui.245.
c.30.Reducet Dominus Deus tuus, &c.159.
c.31.Et abſcondam faciem meam ab eis.157
Verè quia non eſt Deus mecum,inuenerũt me hæc mala.492.& 493.
c.32.Noui, recenteſq; venerunt.80
Pars autem Domini populus eius.110.
Deum qui te genuit dereliquiſti.304.
Vtinam ſaperent atque intelligerent. 492.& 493.

Ioſue.

CAp.7. Fili da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere,&c.430.

Iudicum.

CAp.6.Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & vocauit eum Adonai pax.349
c.15.Accepit trecentas vulpes Samſon, & ad caudas eorum faces ligauit,&c.79.

1. Regum.

CAp.1.Et aducam eum,& apparebit ante faciem,&c.250
c.7. Tullerunt arcam Domini, in Cariathiarim. 132
c.9.De aſinis quas nudius tertius perdidiſti ne ſollicitus ſis.141.
c.15.Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas,& non potius vt obediatur voce Domini?429.

2. Regum.

CAp.1.Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.304.
c.2.Quando compleueris dies tuos.570
c.19.Decem partibus ego maior ſum,apud Regẽ magis quàm tu. 127

3. Regum.

CAp.19.Ego relictus ſum ſolus,& quęrunt animam meam.128.
c.21.Nonne vidiſti Acab humiliatum coram me. 457.

4. Regum.

CAp.4.Filij prophetarum ſedebāt coram eo. 109.
c.15.Regnauit Phaſee filius Romeliæ.113.
c.16.Aſcendit Raſim Rex Syriæ 114
c.18.Aſcendit Salmanaſar Rex Aſſyriorum in Samariam.113.

Paralipomenon.1.

CAp.29. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.423

Paralipomenon.2.

CApit.17. Habentes librum legis Domini. 52.

Eſdræ 1

CAp.1 Quis eſt in vobis de vniuerſo populo, & aſcendet in Hieruſalem,118
c.2 Et habitauerunt Sacerdotes & Leuitæ 153

Iob.

CAp.2.Benedic Deo & morere.24.
Pereat dies in qua natus ſum, nox in qua dictum eſt,conceptus eſt homo 478.& 480.
c.3 Viro cuius abſcondita eſt via,481.
c.4 Recordare obſecro, quis vnquam innocens periit,aut quando recti deleti ſunt 482.
c.8.Viæ hominum qui obliuiſcũtur Deum & ſpes hypocritæ peribit 482.
Nunquid vireſcere poteſt ſtirps abſq; humore. 482.
c.9.Vnum eſt quod loquutus ſum,innocentem & impium,&c.471. 472.& 473
c.13 Si occiderit me in ipſo ſperabo, veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam. 473.
c.14.Quis poteſt facere mundum de immundo, conceptum ſemine 22.
Lignum habet ſpem ſi præciſſum fuerit,rurſum vireſcit 475.
c.15.Congregatio hypocriſis,ſterilis,483.
c.19.Quis mihi tribuat,vt ſcribãtur ſermones mei, & exarentur.475.
c.20.Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram.483
c.21.Et tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos.472.& 473
c.22.Qui dicunt Deo,recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus.504
Nonne propter malitiam tuam & infinitas iniquitates tuas abſtuliſti pignus fratrum tuorũ, 482.
c.26 Ecce ex parte prædicta ſunt viarum eius, & cum vix paruam ſcintillam,491.
c.27.Abſit à me,vt vos iuſtos iudicem,484

Quæ

Quæ eſt ſpes hypocritæ 28
Neſcit homo pretium eius, abſconditus eſt ab oculis omnium viuentium.485
c.31. Nonne ipſe conſiderat vias meas,& cunctos greſſus meos dinumerat 471
c.33. Spiritus Dei fecit me,& ſpiraculum Omnipotentis viuificauit me,329
Vt reuocet animas eorum à corruptione,487
Omnia quæ operatur Deus,tribus vicibus, per ſingulos.488.& 489.
c.34. Pater mi,probetur Iob vſq; in finẽ.488.
c.38. Quis eſt iſte inuoluens ſentẽtias ſermonibus imperitis 471.& 487
c.40. Nunquid irritum facies iudicium meum,& condemnabis, vt iuſtificeris.477.
c.41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ 109
c.42. Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos,&c.466.
Non eſtis loquuti rectum coram me,ſicut ſeruus meus Iob.473.

Pſalmus.

2 Filius meus es tu, ego hodie genui te 303.
Aſtiterunt Reges terræ,& principes cõuenerunt in vnum aduerſus Dominum.340.& 545
5. Iuſti autem hæreditabunt terram.158.
11. Præualui aduerſus eum.fol.75.
18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.258.
22. Et calix meus inebrians.407.
23. Quis aſcendet in montem Domini.159.
Innocens manibus & mundo corde.110.
24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.185.& 186
30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine,quam abſcondiſti,&c.415.
32. Verbo Domini cæli firmati ſunt,&c.317.& 318
39. Multiplicati ſunt ſuper numerum.19.
Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fœcis. 19.& 75.
40. Quando morietur & peribit nomen eius.223
43. Non in gladio poſſederunt terram, neq; brachium ſuum ſaluauit eos.462.
44 Eructauit cor meum verbum bonum.341. 342.& 343.
49. Audi populus meus,& loquar.421.& 428.& 432.
50. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem. 439.& 440.
54. Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ.75.
57. Sicut aſpidis ſurdæ,&c.27.
58. Ne occidas eos,ne quando obliuiſcantur populi mei.477.
66. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus.296.
68. Infixus ſum in limo profundi.23
71. Erit nomen eius in ſecula ante ſolem,&c.306 & 307.& 310.
Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis.139.
Et Pſalmi expoſitio.434.
73. Iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius.499.
74. Delectati ſunt in animam iuſti,&c. 546.
76. Cogitaui dies antiquos.19
Hæc mutatio dexteræ Excelſi.27
Voce mea ad Dominum clamaui.462.
77. Immiſſiones per Angelos malos, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ.82.83.& 84.
83. Concupiuit anima mea in atria Domini.159.
84. Veritas de terra orta eſt.502
86. Nunquid Sion dicet homo,& homo natus eſt in ea?569
88. Ipſe inuocabit me,pater meus es tu.305.
Iurauit Dominus Dauid veritatem.570.
93. Viduam & aduenam interfecerunt, & dixerunt,non videbit Dominus.512.
Non repellet Dominus plebem ſuam & hæreditatem,&c.126.
97. Quoniam venit iudicare terram.548.
103. Emitte ſpiritum tuum & creabũtur.330
105. Effuderunt ſanguinem innocentem.195.
106. Confiteantur Domino miſericordiæ eius & mirabilia eius.430
109. Iurauit Dominus & nõ pœnitebit eum. 434.
Ex vtero ante luciferum genui te.570.
110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 436.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum.436.
117. Confitemini Domino quoniam bonus.430.
118. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. 101. & 103.
Ideo ſcrutata eſt anima mea,ibidem.
121. Hieruſalẽ quæ ædificatur vt ciuitas.153
129. Apud Dñm miſericordia & copioſa.165
131. De fructu ventris tui.116.& 380.
136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.84.
138. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam.329.
Nonne qui oderunt te Domine oderam.518.
141. Quando veniam & apparebo.75.
Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, ibid.
147. Annuncians verbum ſuum Iacob.253.
150. Omnis ſpiritus laudet Dominum.166.

Prouerbia.

c.2. Si quæſieris eam tanquam pecuniam. 301
c.6. Fili mi,ſi ſpopõderis pro amico tuo.47.
c.8. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.334.
c.9. Venite & comedite panem meum & bibite vinum, quod miſcui vobis.435.
c.16. Melior eſt patiens viro forti,& qui dominatur

tur anima ſua.170.& 171.& 460.

c.22. Gloria Dei eſt celare verbum, gloria Regũ inueſtigare ſermonem.413

c.30. Verba congregantis filij vomentis. 314. & 315.

Eccleſiaſtes.

c.1. QVid amplius habet homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole.310.

Ego Eccleſiaſtes fui Rex in Hieruſalẽ.314.

c.7. Noli eſſe iuſtus multum.459.

c.9. Vniuerſa æquè veniunt iuſto & impio. 402.

Canticum Canticorum.

c.2. SVb vmbra illius quem deſiderabam ſedi, & fructus 416.

c.4. Turris Dauid cum propugnaculis mille clypei.3.

c.5. Bibite amici & inebriamini chariſsimi. 407.

c.6. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.t.

Liber Sapientiæ.

c.2. EXcæcauit illos malitia eorum. 505

c.7. Quam ſine fictione didici.6t

c.11. Cor Regis in manu Domini.14.

Eccleſiaſticus.

c.3. OMnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerant in æternum.256

c.19. Eſt qui nequiter ſe humiliet, & interiora eius plena ſunt dolo.457

c.44. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt. 77.

Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.ibid.

Eſaias.

c.1. NIſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen. 116.

Si enim iuſtitia redimetur. 190.

Et blaſphemauerunt ſanctum eius.545.

c.2. Erit in nouiſſimis diebus præparatus.219. & 220.

c.3. Dominator Dominus auferet à Hieruſalem & Iuda, Iudicem, Prophetam & Principẽ. 569.

c.4. In die illa erit germen Domini in magnificentia. 105.

Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion. 530.

c.5. Et vos qui dereliquiſtis Dominum, & obliti eſtis nomen ſanctum meũ, qui ponitis fortunæ menſam.124.

c.6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. 295.

Plena eſt omnis terra gloria eius.502.

Excæca cor populi huius & aures eius aggraua.503.& 504.

c.7. Ecce Virgo concipiet.88.& 89.

Aſcendit Raſim Rex Syriæ.114.

c.8. Dñm exercituum ipſum ſanctificate.113.

Et erit vobis in ſanctificationem, ibid.

c.9. Paruulus natus eſt nobis.344.345.346.347. & 548.

c.11. Et egredietur virga de radice Ieſſe.106 & 115.

Et habitabit lupus cum agno.169.

c.13. Propè eſt vt veniat tempus eius.118.

Et erit Babylon illa glorioſa in Regnis inclyta in ſuperbia Chaldæorum.134.

c.14. Miſerebitur enim Dominus Iacob & eriget adhuc de Iſrael.518.

c.17. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſio oliuæ. 49.

c.22. Dabo clauem Dauid.229.

c.27. Qui egrediuntur impetu Iacob.116.

c.28. Qui credit non feſtinet.362.

c.29. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis.507.

Et erit vobis viſio ſicut verba libri ſignati. ibidem.

Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & me glorificat labiis ſuis.ibidem

Peribit ſapientia à ſapientibus eius. 512

Væ qui profundi eſtis corde, ibid.

Claudet oculos veſtros, Prophetas & Principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. ibid.

Ideo addam vt admirationem faciã populo miraculo grandi & ſtupendo, &c. Peruerſa eſt cogitatio veſtra, & ſtatim nonne adhuc in modico, &c.513.514.515.& 516.

Et intelligentia prudentium eius abſcondetur.520.

c.39. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domũ Iacob.529.

c.41. Primus ad Sion dicet, ecce adſum, & Hieruſalem Euangeliſtam dabo. 121.

Donec ponam in terra iudicium.253.

c.42. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum, electus meus.121.

Calamum quaſſatum non conteret 175

c.43. Frater tuus primus peccauit.202. & 203.

Interpretes tui præuaricati ſunt.204.

c.44. Effundam Spiritum meũ ſuper ſemen tuũ, 110.

c.45. In Domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael.105.& 107.

Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna, 116

Verè tu es Deus abſcõditus, Deus Iſrael ſaluator, 413. & 414

Aperiatur terra & germinet Saluatorem, 502.

c.48. Audite hæc domus Iacob.110

Et nunc Deus miſſit me, & ſpiritus eius.319 320.321.323.vſq; 327.
c.51. Conſurge,conſurge,induere fortitudinem. 548.
c.52. Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis.172.
Ecce intelliget ſeruus meus.125.
c.53. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.179.& 180.
Verbum meū, quod procedit de ore meo. 32.
Diſciplina pacis noſtræ.198
Poſuit iniquitates omnium noſtrum. 546
Vidimus eum,&non erat aſpectus.548
c.54. Vniuerſos filios tuos doctos à Deo.223
c.56. Et filios aduenæ,qui adhærebunt Dño. 119
c.60. Populus tuus,omnes iuſti.157
c.65. Educam de Iacob ſemen.115.& 122.
Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum.122.& 125
Quomodo ſi inueniatur granum in botro, & dicatur.124
Iniquitates veſtras & iniquitates patrum veſtrorum.124
Interficiet te Dominus.123
Et vos,qui reliquiſtis Dñm,&obliti eſtis nomen.124
Recede à me,non appropinques mihi. 509
c.66. Aſſumam ex eis Sacerdotes & Leuitas. 119

Hieremias.

c.2. QVid vultis mecum iudicio contendere. 502
c.3. Conuertimini filij reuertentes. 107
In illo tempore vocabitur Hieruſalem.159
Vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui inhiabat 506
Aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione.525
Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtillo ferreo in lapide adamantino,inſiliēs ſuper corda eorum.569
c.7. Non ſum loquutus patribus veſtris,& nō præcepi eis.424
Non audierunt me,neq; inclinauerūt aurem ſuam.502
Templum Domini,templum Domini, templum Domini eſt.503
c.17. Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.465.& 466
c.20. Maledicta dies in qua natus ſum.478
c.22. Terra,terra,audi verbum Domini. 503
c.23. Ecce dies venient,dicit Dominus,& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum.347.vſq; 350
Hoc eſt nomen,quod vocabunt eum , Dñs iuſtus noſter.139
Verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petras.32
c.25. Ecce ego mittam, & aſſumā vniuerſas cognationes Aquilonis.133
c.29. Cū cœperint impleri in Babylonia 70. anni 143
c.31. Ecce dies venient.245
Confirmabō ſuper domum Iſrael.2•
c.33. In illa die ſaluabitur Iuda.106

Threnorum.

c.2. PRophetæ tui viderunt tibi falſa. 527
c.3. Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti.30
c.4. Maior eſt iniquitas Populi peccato Sodomorum.509

Ezechiel.

c.2. ET congregabuntur gentes multæ in die illa.106
c.3. Ecce dedi frontem tuam, validiorem frontibus eorum. 47
Ego ſeparabo ab eis tranſgreſſores, ibidem. & 549
Ecce,dicit Dominus Deus,qui audit audiat, & qui quieſcit quieſcat.367
c.8. Filius non portabit iniquitatem patris. 214
c.13. Et congregabo vos de populis. 152
Sicut vulpes in deſerto ſunt Prophetæ tui. 146
c.15. Quid fiet de ligno vitis.23
c.18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. 459
c.20. A,a,a,Domine Deus,161.
c.39. Hæc,dicit Dominus Deus, nunc reducam captiuitatem.151
c.45. Hęc,dicit Dominus Deus, in primo menſe. 162
c.48. Per circuitum decem & octomillia, & nomen ciuitatis.160.161.& 162
Nomen ciuitatis ex illa die Dominus, ibid. & 349

Daniel.

c.1. PRopoſuit Daniel in corde ſuo,ne pollueretur de menſa Regis.455
c.2. Et ecce quaſi ſtatua vna grandis. 219.& 220
In diebus Regnorum iſtorū ſuſcitauit Deus cæli Regnum.526
Videbas ita,donec abſciſſus eſt lapis de mōte ſine manibus: & percuſſit ſtatuam.226
c.7. Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt.130
Videbā in viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant. 223.& 548
Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortū eſt de medio eorū.239.& 240

Aſpiciē

Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierum ſedit.353.
Millia millium miniſtrabant ei.396
c.9. Septuaginta hebdomadæ abreuiatæ ſunt. 1. 139.140 & 141. & deinde ad finem capitis.
Ego Daniel intellexi in libris numerũ annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Hieremiam.144
Ab exordio precum tuarum.139
Et poſſui faciem meam ad Dominum Deum meum.455.456.& 457
Poſtquam conſumatæ fuerint ſeptuaginta hebdomadæ.546
c.12. Vade Daniel quia clauſi ſignatiq; ſunt.150

Oſeas.

c.1. VOca nomen eius non populus meus. 112
c.2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ.108.
Sponſabo te in iuſtitia & iudicio 191.
c.3. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine Principe.135.530 531.& 569.& infra.
Et fluent ad Dominum. 531
c.9. Propter malitiam operum ſuorum de domo mea expellam eos.116

Ioel.

c.2. COnuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio.459

Amos.

c.2. ET ego aſcendere feci eos de terra Ægypti 459
Super tribus ſceleribus Iuda,& ſuper quatuor non conuertam.544

Ionas.

c.3. VIdit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala.156

Micheas.

c.2. COngregatione congregabo Iacob totũ 107.& 116
c.6. Quid dignum offeram Domino.429

Abacuc.

c.3. COrnua in manibus eius ibi abſcondita eſt.546.
Egreſſus Domine ſaluare populum tuum. 546

Sophonias.

c.1. SCrutabor Hieruſalem in lucernis.101
c.3. Tunc reddam populis labium vnum.223

Zacharias.

c.2. LAuda & lætare filia Sion, quia ecce venio.119.
c.8. Et erit ſicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo vos & eritis benedictio.129
c.9. Ecce Rex tuus venit ſedens ſuper aſinam.130 136.& 547.
Tu autem in ſanguine teſtamenti.130
Ibi erit Deus Rex ſuper omnem terram. 223
c.12. Aſpicient in eum quem confixerunt.546.
c.13 Quid ſunt plagæ iſtæ? His plagatus ſum.546
c.14. Et ſtabant pedes eius in die illa ſuper montes Oliuarum 548

Malachias.

c.1. NOn eſt mihi voluntas.254
Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnũ eſt nomen meum.420
c.3. Purgare venit filios Leui.7.
Et quis poterit ſtare ante aduentum eius?549.
c.4. Ecce ego mitto Angelum meum.254.

Matthæus.

c.1. DE qua natus eſt Ieſus.9
Liber generationis Ieſu Chriſti.380
c.2. Occidit omnes pueros qui erant in Bethlem. 137
c.5. Non veni ſoluere legem.120
c.11. Ecce qui mollibus veſtiuntur.72
c.15. Magna eſt fides tua.22
Non ſum miſſus niſi ad oues.120
c.19. Si vis ad vitam ingredi.258.& 263
c.22. In duobus præceptis.258
c.23. Circuitis mare & aridam, vt faciatis vnũ proſelytum.23
Væ vobis Phariſæi,& Scribæ,qui clauditis Regnum cælorum.510.
Væ vobis Scribæ & Phariſæi qui circuitis mare & aridã,&c. Iterum vę vobis duces cæci, &c. Væ vobis qui decimatis,qui vobis duces cęci excolentes culicem.511.
Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui mundatis quod de foris eſt. Væ vobis Scribę & Phariſæi,qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis. & infra. Implete menſuram patrum.511
Super cathedram Moiſi ſederunt.519
c.28. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.436

Lucas.

c. 1. Elizabeth cognata tua.9
Quoniam virum non cognoſco.374
Beatam me dicent omnes generationes.384.
c.11.Vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat.82
c.12.Attendite à fermento Phariſæorum,quod eſt hypocriſis.509
c.15. Gaudium eſt in cælis.30
c.23.Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum.22.

Joannes.

c.1. IN propria venit,& ſui non receperunt.22.
c.5. Scrutamini ſcripturas,in quibus putatis vitam æternam habere.101.& 105.
c.6.Qui manducat hunc panem,viuet in æternũ. 406.
c.9.Si cæci eſſetis,non haberetis peccatum. 504.
In iudicium ego in hunc mundum veni. 527.
c.10.Ego ſum oſtium,per me ſi quis introierit,ſaluabitur.510
c.11.Prophetauit,neſciens quid diceret.102
c.17.Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum,& quem miſiſti.101
c.20.Beati qui non viderunt,& crediderunt. 411. & 413.

Acta Apoſtolorum.

c.4. NEmo egens erat inter illos.67
c.9. Multo magis conualeſcebat.10.
Saule,Saule,quid me perſequeris?11.
Cæciderunt quaſi ſcamæ.19.& 21.
Quoniam Ieſus eſt Filius Dei.24
c.13.Quia indignos vos iudicaſtis,128.
c.17.Quotidie ſcrutantes ſcripturas,ſi hæc ita ſe haberent.101.

Epiſtola ad Romanos.

c.1. QVi cùm cognouiſſent Deum , non ſicut Deum glorificauerunt.83
c.6.Conſepulti enim eſtis cum illo.57
c.9.Non eſt in poteſtate figuli de eadem maſſa.12
Non eſt volentis neque currentis.20
c.10. Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. 127. & 129.
c.11. Contra naturam inſertus eſt in bonam oliuam.23
Nunquid Deus repulit plebem.127.& 128.
Si enim amiſsio eorum reconciliatio eſt mundi.128
Nunquid ſic offenderunt,vt caderẽt?abſit.528
Si enim amiſsio illorum.ibid.
Potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.ibi. & 529.

c.11.Omnis Iſrael ſaluus fiet.530
c.15. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis.128

1. Ad Corinthios.

c.4. PEr Euangelium ipſe vos genui.26
c.11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic. 432
c.15.Gratia Dei ſum id quod ſum.26.

2. *Ad Corinthios.*

c.1. PAter miſericordiarum,& Deus totius conſolationis.75
c.3.Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus.21.

Ad Galatas.

c.1. PRoficiebã in Iudaiſmo ſupra omnes coætaneos meos.19
c.2. Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc reædifico. 28.
Contuli cum illis Euangelium.28
c.4.Sub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus.49
Cùm autem venit plenitudo temporis.526

Ad Epheſios.

c.2. DEus qui diues eſt in miſericordia.19
c.5. Eratis enim aliquando tenebræ.31
c.6.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.81
Sumentes ſcutum fidei,& galeam ſalutis aſſumite.82

Ad Philippenſes.

c.1. CVpio diſſolui,& eſſe cum Chriſto.75.
c.3. Ad brabium ſupernæ vocationis.23

Ad Colloſſenſes.

c.3. EXpoliantes veterem hominem. 10 & 27.
Qui ſecundum Deum creatus eſt.21

1.Ad Theſſalonicenſes.

c.2. Vt impleant peccata ſua ſemper.84

1.Ad Timotheum.

c.2.Mediator Dei & hominum.22.

2.Ad Timotheum.

c.1. VOcauit nos vocatione ſancta ſua.21
c.2. Et reſipiſcant à laqueis diaboli.23.

Ad

Ad Titum.

c.3. Per lauacrum regenerationis.57

Ad Hebræos.

c.6. Quam ſicut anchoram habemus.22.
c.11. Sancti per fidem viceruntregna.461

1.Petri.

c.2. Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.19.
c.5. Parati reddere rationem eius,quæ in eo eſt fides 33.
Non dominantes in clerum, ſed forma facti gregis.34

2.Petri.

c.2. Canis reuerſus ad vomitum.24.

INDEX

INDEX RERVM MEMO-
rabilium, quæ in hoc toto opere tractantur.

A.

ABundantia bonorum temporaliũ Dei obliuionem, Idolorumque cultum parit.167

Abraham (cui futuræ beatitudinis promiſſio facta) Patriarcharum primus & perfectior. 202

Abrahę facta eſt repromiſſio ſeminis benedicti per holocauſtum & ſanguinis effuſionem.192

Abraham non legimus improbatũ de aliquo peccato, minus de infidelitate vel dubitatione.202

Abraham non quæſiuit dubitãdo de promiſſione ſibi facta, quòd terram promiſſionis poſſideret. 202

Abraham primus fidei pater, & multarum gentiũ dictus.ibid.

Abrahæ quando reuelatæ ſunt ſpecies animalium ſacrificandorum in templo.202

Abrahæ tantum expreſsè promiſſa pax poſt mortem, cæteris implicitè.211

Abraham Patriarcharum primus non tempore, ſed ſeparatione à cœtu infidelium ſignaculo fidei receptione, ſcilicet circuncidionis, promiſſioniſq; venturi Meſſiæ, & ſeparationis ſepulturæ ab infidelibus. 211

Abrahæ fidem & opera imitantes, verè & ſimpliciter Iſraelitæ: deſcendentes ab eo ſecundum carnem, nomine tantum.211

Abraham non eſt iuſtificatus per circuncidionem, quæ iã iuſtificato inſignũ fœderis eſt data.280

Accidentia pertinentia ad naturæ diſpoſitionem traducuntur in filios, ſi natura genitoris fortis ſit.216

Actus naturalis rectitudine carens ad finem debitum, peccatum eſt, licet non ſit voluntariũ.215

Actualia peccata perſonalia non tranſeunt à parẽtibus in filios.216

Adæ peccato omnes contaminati ſumus.202

Adæ peccatum delẽdum per effuſionem aquæ & ſpiritus.205

Admiratio, cauſa dulcedinis.415

Admiratio erga Euchariſtię ſacramentum, de quibus eſſe debet.416

Admiratio coniunctam habet ſpem, conſequendi cognitionem eius, quod ſcire deſiderat.416

Adoptio filiorum quid.204

Adorans ſculptile latria, quòd ipſe non fecit, vnius præcepti tranſgreſſor eſt.271

Adoratio creaturæ non omnis prohibita, ſed quæ ſoli Deo debetur, nimirum latriæ.271

Adorationem latriæ per externa ſigna oportet explicare.271

Aduentus Meſſiæ varij termini aſſignati à Iudæis. 522.& 526

Aduentus Meſſiæ generalis duplex. 130. 175. 547. & 548

Aduentus primus, in forma humili.175.& 547

Aduentus primi præcipuus effectus & tempus. 175

Aduentus ſecundus & effectus illius. 176.& 547

Aduentus ſecundi tempus Prophetis non reuelatum.176

Aduentui primo tribuuntur criminum remiſſiones, quæ tunc erant implendæ: non tumultus vel armorum ſtrepitus.176

Aduentus Meſſiæ vera intelligentia abſcondita Iudæis. 520

Aduẽtus Meſſiæ variæ Iudæorum opiniones. 519

Alexandrum Magnum ſeruũ ſeruorum ſuorum, dixit Diogenes: quòd ambitioni & auaritiæ ſeruiret, quibus Diogenes ac patiens quiſq; dominatur.171

Alfonſus de ſancta Maria ſancti Ioannis Vrtecæ cœnobium fecit, multiſque ditauit bonis.66

Aliud eſt dicere ſeruate & cuſtodite legem Moſſis, aliud mementote legis Moſſis.283

Alma, lingua punica idem quod virgo.89

Angeli in figura humana aparent, vt deſignetur eorum intelligentia, alati, vt promptitudo celeritaſq; in exequendis Dei iuſſis.270

De Angelorum miſſione ad annuncianda externa triplex opinio.195

Anima in ſcriptura, quandoq; hominem integrũ, quandoq; mortuum ſignificat 499

Animam traduci in prolem error.214

Animæ defectus in corpus, & corporis redundant in animam, vt ex fatuis fatui generentur.214

Animæ Prophetarum non fuere in Syna monte Deo legem Moiſſi dante neque Prophetię ſpiritum tunc accepere, quo ſuo quiſque tempore vteretur, vt falsò teſtantur Hebræi.321

Animus eodem mouetur motu in repræſentantẽ & repræſentatum.273

Antichriſtus apud Danielem vocatur quaſi homo, rationem vide.240

Antechriſtus vnà cum quarta beſtia interiturus. 241

Apparitio Iſaiæ facta c.6. Dei in ſolio ſedentis, in effigie hominis fuit facta.502

Aquilæ tranſlationis excellentia.133

Archiepiſcopus Burgenſis zelum Apoſtolicũ circa ſuam Eccleſiam habet.6

Argumenta de ſumpta ex Thalmudicis ſcriptoribus contra Iudæos efficacia.162

Argumenta ex ſcriptura contra Iudęos, tantum in literali ſenſu vim habent.162

Arma aduerſariorũ prævidere oportet, & fortiora contra eos parare. 1

Aſcenſio Chriſti in cælum probatur ſcripturæ teſtimoniis.551 & 552
Athaiſtæ multi Geneuæ in Eccleſia Italica.96

B.

BAbylonici paruuli quomodo allidendi ad petram.84
Babylonia longo tempore fuit deſtructa, neq; in ea capita tranſmigrationis manere poterant, vt Iudæi mentiuntur.134
Baldach amicus Iob in bonis temporalibus conſtituit virtutum præmia.483
Baptiſmus D.Pauli Burgenſis.24
Baptizatur D.Ioanna vxor D.Pauli.29
Beatitudo vltimum à creatura rationali deſiderabile.233
Beatitudo ſpiritualis in terrenorum contemptu, cæleſtiumq; amore, & pro Chriſti nomine morte & perſequutione ferenda conſiſtit.233
Beatitudo cæleſtis quibus nominibus vocetur in ſcriptura.159
Beati in gloria conformabunt voluntatem ſuam diuinæ non ſolùm materialiter ſed etiam formaliter.284

C.

CAluinus Iudæorum patronus.85
Caluinus ex ſymbolo Athanaſij ſubſtulit Alia eſt perſona patris.85
Caluinus Nizenum ſymbolum negat, quòd de Trinitate tractet.86
Caluinus voluit hęreſes omnes in Alcorani fidem tranſformarentur.97
Caluiniſtarum ſententia ad hæreſes omnes extinguendas, vt omnes dicant animam ſimul cum corpore interire, proh nefas.97
Canonici regulares in cœnobio ſancti Ioannis de Vrteca habitare ſolebant.64
Canticorum liber ab Hebræis exponitur de Synagoga, ſed veriùs de Eccleſia Dei.343
Captiuitas Iudæorum trãſmigratio vocatur, quia cum honore fuere reducti, ſecunda, in qua modo ſunt vocatur a Daniele deſſolatio.542
Captiuitatem præſentem Iudæi pati credunt, non ob Chriſti mortem, ſed vel ob peccatum adorationis vituli, vel ob peccata in primo templo à ſuis commiſſa 498
Captiuitas, quam nunc patiuntur Iudæi per orbẽ diſperſi, vt longior ita maior, acerbiorq; Babylonica.498
In captiuitate Babylonica multi Prophetæ fuere, quidam & ipſi captiui cum populo, alij prope finem captiuitatis.499
In captiuitate, quã nunc patiuntur, Prophetę nulli, quod ſignum eſt reprobationis eorum.499
In captiuitate nouiſſima abſq; Rege, Sacerdote, altari, ſacrificio, vnctione, incẽſo & purificatione ſunt Iudæi, facti Deo & orbi abominabiles.544
De captiuitatis ſecundę fine nullus prophetarum loquutus eſt.542
In captiuitatis Babylonicæ reditu, nonnulli remãſere.153
Cardinalis Seripandus ſacri Concilij Tridentini Legatus, ſcrutinium D.Pauli Burgenſis in lucẽ prodire mandauit.2
Caro humana oblata ex mandato Dei gratũ Deo ſacrificium, contra verò Dei mandatum vel in Idolorum cultum, nefarium 195
Carthaginenſes quare vocati D.Pauli filij.18
Catharina Ioannis ſecundi Regis mater verita priuari filio ſuo, fores ciuitatis Segouienſis occludi fecit.38
Cæcitas tertia Iudęorum, proprias inuentiones nõ intelligere.519.553.& 554
Cæremoniarum veteris legis cultus Chriſti morte ceſſauit.124
Chaldęi iuſtorum oppreſſores, Nembroth primus eorum.238
Charolſthadius nullum præter ſabbathum feſtũ agnoſcit 93
Cherubin duo erant in ſancta ſanctorum, humanã habentes formam.269.& 270
Chriſtus non modò populum Iudaicum verùm gentilem ſaluare venit.106
Chriſtum perſonarum acceptatorẽ nõ fuiſſe, probatur Hebræorum teſtimoniis.106
Chriſtum verum Meſſiam probat Iudęorum diſperſio ipſius occaſione.112
Chriſtus ſolum ſecundum carnalem generationẽ à patribus deſcendit, ſecundum ſpiritalẽ à Deo.117
Chriſti myſteria non quærenda ſuperficialiter.101
Chriſtus dignitate antecellit Patriarchas, quin & Angelos etiam ſecundum Hebræos.125
Chriſti aduentus duplex, ad ſaluandum & iudicãdum.130
Chriſtus paſſus 42.annis ante deſtructionem tẽpli.136
Chriſtus fidelibus in ſanctificationem, incredulis in offenſionis & ſcandali petram.124
Chriſti paſſio ad ſalutem hominum ex ſuppoſitione neceſſaria, non abſolutè & ſimpliciter.184
Chriſtus non vicit vniuerſum vi armorum (cuius victoria ſpiritalis) vt Dauid inimicos ſuos.168
In Chriſti paſſione relucet Dei iuſtitia & miſericordia 189
Chriſtus præ cæteris Phariſæorum criminibus hypocriſim eorũ arguit, quæ ex omnibus grauiſſimum peccatum fuit.507
Chriſti patientis charitas maior odio omniũ Deũ offendentium.189
Chriſtus non ſolùm ſufficienter, verùm ſuperabũdanter ſatiſfecit.189

Chriſtus ſimpliciter dicitur Redéptor, quòd eius dignitatem & excellentiam exaltat.191
Chriſtus vt homo non diceretur Redéptor, ſi ſola miſericordia & voluntate, citra paſſionem & mortem redemiſſet hominem.191
Chriſti paſſio niſi operata fuiſſet redemptionem, non diceretur Redemptor vt homo, ſicut neq; Moiſes populi, cuius miniſter fuit.192
Chriſti paſſio vt Iudæorum inferentium, maleficium potius quàm ſacrificium.194
Chriſtus ſanguine eduxit vinctos, cuius effuſio ſacrificium.196
Chriſti paſſio, obedientiæ, humilitatis, aliarumq; virtutum eximium exemplum.198
Chriſtus factus eſt ſeruus & paſſus pro peccatis populi ibidem.
Chriſti paſſio & mors ſubſtulit originis peccatum, quoad culpam impedientem beatitudinis conſequutionem: non quoad pœnas, ad quas damnati fuimus.213
Chriſti paſsio non abſtulit clauſuram paradiſi terreſtris, ſed cæleſtis.214
Chriſtus lapis abſq; manibus, ideſt humana potentia comminuit ſtatuam, ſcilicet idolatriã. 220
Chriſtus adûbratus in lapide abſq; manibus abſciſſo, ob conceptionem & natiuitatem in carne, non ex virili ſemine.224
Chriſtus ſeruabit circunciſionis præceptum, vt reliqua, neque enim venit ſoluere legem.281
Chriſtus non ſolùm dedit præcepta verùm conſilia.326
Chriſtum in Prophetis promiſſum, futurum Deũ & hominẽ verum, probatur ſcripturæ teſtimoniis.340
Chriſtus vt Deus nihil poſtulat à Deo 340
Chriſtus habuit eſſe filius Dauid, & Abraham ſecundum naturalem generationem.380
Chriſti ab Abraham & Dauid naturalis propagatio ſufficiẽter traditur, quoad fideles in primis Euangelij Matthæi verbis.380
Chriſtum ſecundum famam publicam (ſecundũ quam filius putabatur Ioſeph) conueniens fuit crederetur à Dauid deſcendere, idq; in Euãgelio traderetur.381
Chriſtus prius cognitus fuit vt Saluator, etiam ab electis, quàm vt Deus & homo.381
Chriſtus prius cognitus vt filius Ioſeph, quàm agnoſceretur eſſe ſine patre in terris.381
Chriſtus & ab æmulis, & à diſcipulis ſimplicibus, cognatiſq; Ioſeph filius reputatus, donec virginitatis Mariæ myſterium reſeratum eſt.381
Chriſtũ ſub ratione Meſſiæ, & filij Dauid agnoſci à principio expediuit, abſq; diuinitatis & virginitatis maternæ reuelatione.382
Chriſtum vocaſſe Virginem Mariam matrem nuſquam legimus.383
Chriſtũ in corpore glorioſo apparuiſſe matri ſuæ, Reſurrectionis die dicere, nihil prohibet, quãuis Euangeliſtæ id ſubticuerint.391
Chriſtus inſtituens ſacrificium altaris, excellenter impleuit legem, quoad triplicem ſacrificiorum cauſam.426
Chriſtus legem impleuit, ſupplẽdo quod legi deerat.427
Chriſti geſta variè vaticinata, quædã apertè quædam ſub ænigmatibus.433.& 434
Chriſtiani cùm ſint filij Iſraël ſecundum ſpiritum, quare Chriſtiani non Iſraelitæ vocantur.122
Chriſtianis nomen Iſrael manet in iuramentũ execrationis & maledictionis.123
Chriſtiani in primitiua Eccleſia diſcipuli Chriſti, nunc verò Chriſtiani vocantur, vide cauſam.123.& 125
Cibos diuerſos diſpoſuit Deus optimus homini, pro temporum diuerſitate & ſtatus congruitate.400.& 401
Circunciſio Abrahæ data, in ſignum fœderis, non iuſtificationis.280
Circunciſio in lege computatur inter cęremonialia.281
Circunciſio ſpiritualis perſeuerat ſub Euangelio corporalis loco.281
Circunciſio prima ſui diuiſione in corporalem diuiditur & ſpiritualem, vtraq; multiplex.281
Vt circunciſio ſpiritalis corporali præſtat, ſic incircunciſio ſpiritalis, corporali incircunciſione lõgè deterior.292
Circunciſio corporalis aduentu Euangelij ceſſauit.282
Circunciſionem reuocant ſectarij.95
Cognitio Dei, quæ per fidei auditum habetur, maioris meriti eſt, & perfectior longè, quàm quæ per ſpeculationem.467
Colloquium Patriarchæ Pauli ad Deiparam Virginem parum ante mortem.75
Colloquium eiuſdem ad Chriſtum.ibid.
Colloquium eiuſdem ad beatum Thomam. ibidem.
Confeſſio aduerſarij in iudicio & diſputatione Logica, pro ſufficienti probatione habetur. 143
Congregatio vox æquiuoca in ſcriptura.158
Communicatio idiomatum Dei & hominis oſtenditur ſcripturæ teſtimoniis.365
Concionatores verbi Dei quæ debeant obſeruare.31
Concionatores diſcant à Daniele, orationem, ieiunium, & pœnitentiæ opera prædicationi præmittere, vt ille propheţiæ 70. hebdomadarum præmiſſit.139
Contrarietatem oblatam in ſcriptura vt tollas, ſcrutandæ ſunt vocum ſignificationes vniuocè, an æquiuocè merè, an à conſilio ſint. 108
Contritio vera D.Pauli.23
Conſilia ſub lege non ſunt expreſsè data duplici ratione.445

Conſilia danda erant, quibus maior dabatur gratia, adimplenda ea.446
Cornua decem quartæ apud Danielem beſtiæ, varia & diuerſa regna ab exordio Regni Romanorum adusq; mundi finem, ſimul vel ſucceſſiuè futura & Mahometi regnum ſignificabant.240
Cornu paruulum, Antichriſtus intelligitur de genere Iudæorum & humili tribu Dan.240
Cornu paruulum futurum circa iudicij diem & mundi finem.ibidem
Creatio mundi à ſolo Deo facta, nullo interceden te adiutorio ſeu miniſtro extrinſeco, vnum eſt ex fidei fundamentis.317
In creatione prima rerum prius fit mentio motus quàm temporis.331
Credere vera ſupernaturalia diuina autoritate, ſeu inſpiratione, nullis miris viſis, maioris meriti eſt, quam credere ſignis ſenſibilibus miraculosè factis.413
Credenda de neceſſitate ſalutis, in lege Moſis nõ ſunt expreſsè tradita, ſed implicitè & figuratiuè, ſic conſilia Euangelica implicitè tantũ ſunt illis tradita.446
Crucis ſignum in ſyndonibus Iudæorũ apparuit, quo die ſperabant ſignum redemptionis ſuæ à captiuitate, in qua exulant, regnante Ioanne tertio in Hiſpania.525
Culpæ culpis puniuntur.84
Cultus verus Dei in corde conſiſtit.507

D.

Daniel oratione, ieiunio, ac peccatorum confeſſione, & pœnitentiæ operibus obtinuit à Deo reuelationem aduentus Meſſiæ, quem prophetauit.139
Dauidis Georgij ſecta, Chriſtum veniſſe cum Iudæis negat.87
Dauid Georgius quanta de ſe iactet.ibidem.
Dauidis Georgij oſſa Baſileæ combuſta.ibid.
A Dauid & deinceps domus Regia domus Dauid dicta.114
Decimæ primo anno cedebant in Leuitarum vſum, ſecundo aſſignabantur decimantibus, vt eas vel earum pretium commederent in Hieruſalem, tertio pauperibus, qui ordo ſeruabatur tribus ſequentibus annis cuiuſlibet hebdomadæ, ſcilicet quarto anno Leuitis, quinto decimantibus, ſexto pauperibus cedebant. 448
De decimarum ſolutione in lege variæ Hebræorum opiniones.447
Decimæ primi & quarti anni Leuitis cædentes, non erant ſingulariter aſſignatæ, vt quilibet Leuita haberet ſibi certam portionem, quemadmodum ſub Euangelio clerici habent portiones ſignatas in diuerſis locis vel in eodé certam taxam. 449
In decimantis optione erat ſoluere decimas, cui maluiſſet Leuitæ.449
Deus plus ſolet dare ex abundantia pietatis, quàm ab eo petatur.140.& 141
Deo, miſerũ, eſſe vel peccare, nullo modo poteſt conuenire.517
De Deo, quæ in concreto dicuntur, in abſtracto verificantur.139
Dei vnitatem negans, vt hæreticus ab infidelium conſortio repellendus.286
Dei vnitatem ratione naturali cognouere Philoſophi.286
Deus cũ loquitur in prima, vel de Deo, alius in ſecunda vel tertia perſona, verbo numeri ſingularis loquutiones huiuſmodi eius vnitaté inuũt. 285
In Deo non eſt realis diſtinctio: perſonarũ diſtinctione excepta.298
Deus cum ſit ſuper omnia, quæ de eo dicuntur non ſunt intelligenda iuxta modum creaturarum infimarum, ſcilicet corporalium, ſed ſecũdum ſimilitudinem creaturarum intellectualium, in quibus etiam ſimilitudo accepta deficit à repræſentatione perfecta diuinorum. 301
De Deo loquimur humano more verbis & aduerbiis ſignificantibus tempus. 305
Deum philoſophi non norunt verè nominare. 315
Deus clypeus ſperantibus in ſe contra tela hæreticorum, & tyrannorum perſequutionem.316
Deus ipſe, qui dedit legem Moyſi in Sina, miſſus eſt à Deo, & ſpiritu eius per incarnationem. 326
Dei ſolius eſſe vbiq; per eſſentiam, præſentiam & potentiam. 328
De Deo aſcenſus & deſcenſus metaphoricè dicũtur. 330
Deus & homo generant hominem, ille vt prima & remota, hic vt proxima cauſa. 192
De Deo multa dicuntur in ſcriptura, quæ ſine motu fieri non poſſunt.330
Denominatio in naturalibus & ſupernaturalibus fit à digniori.125
Deſertio bonorum temporalium ad eos pertinet, qui Deo eiuſq; obſequiis mancipantur. 449
A deſtructione primi templi, ad ſecundi deſtructionem fluxere anni 490. ſeptuaginta quidé, quibus durauit deſtructio facta à Nabuchodonoſor 420. reliqui à principio ædificationis templi ad eiuſdem per Romanos vſq; deſtructionem.145
Differentia, quæ debet eſſe inter Prophetas & Prophetarum interpretes, quoad modum tradédi doctrinam.518
Ad dignitates Iſraeliticas non omnes recipiebantur. 118.& 119
Dilectionis Dei & proximi præcepta duo ex parte obiectorum, vnum ex fine.258
Ad di-

Ad dilectionis præceptum referuntur decalogi præcepta, ſeu concluſiones per principia communia. 258
Dilectio Dei explicita & perfecta, tradita Deuteronomij. 6. capite, omnium præceptorum diuinorum cuſtodiam complectitur. 260
Diligentia prudentiæ iungenda. 43
Dies primus deſcenſus Mannæ in deſerto nō fuit prima hebdomadæ dies, quæ Hebraicè vna ſabbathorum dicitur. 279
Dies nouiſſimi dies Meſſiæ ſecundum Hebræos. 133
Diſciplina pacis noſtræ doctrina Chriſti, per quā pacem ſpiritualem conſequimur. 189
Diuitiæ, religiones corrumpere ſolent. 65
Diuina præſcientia & diſpoſitio quaſſari non poteſt. 184
De diuinis bene loquitur, qui Deum habet in ſe, quoad intellectum & affectum. 305
Doctrina Thalmudica nódum fuerat redacta ad volumina Chriſti tempore. 102
Doctrina Chriſti omnibus populis communis. 169
Dominicis diebus piſcibus veſcuntur proteſtantes aliquot, in odium catholicorum. 92
Domus duæ, de quibus Iſaias duo ſtatus præcipui, regalis videlicet & ſacerdotalis. 115
Domus Iuda & domus Iſrael vna domus, Dauid, tametſi Reges Iſrael ſucceſſiuè fuerint, multi. 114
Dominicanam religionem ardenter amauit D. Paulus 54
Donatio magni Conſtantini in fauorem Eccleſiæ aduc ſub iudicibus eſſe perhibetur. 234
Duabus menſuris, quas Hebræi Midoch vocant, ſcilicet iuſtitiæ Heloim, & miſericordiæ Adonai nuncupatis, mundum gubernat Deus. 185
Dulcedo ſpiritalis intelligitur quodammodo ad ſimilitudinem dulcedinis corporalis. 415
Dulcedo ſpiritalis in Euchariſtia guſtatur in ſuo fonte. 415
Duo ablata tribui Iudæ titulus Regius, & Sanhedrin diuerſis temporibus, licet non valde ab inuicem remotis. 137

E

EVangelici Iudaizantes quid de Chriſti diuinitate ſentiunt. 86
Euangelici iſti verum ſcripturæ ſenſum corrumpere nituntur. 88
Euangelici iſti cum Iudæis ſabbatizant. 91
Ex Euangeliſtis prodiere Atheiſtæ. 96
Eccleſiæ cuncti eleganter diſpoſitan Concilio Tridentino. 1
Eccleſia non auro, aut gemmis ditatur, ſed præclaris patrum doctrinis. 3
Eccleſia turris Dauid, fortium armatura, ſanctorum patrum doctrinæ ſunt. 3
Eccleſia Burgenſis D. Paulo, offertur, quam recuſat accipere. 44
Eccleſiam ſancti Pauli ciuitatis Burgenſis liberaliſſima eleemoſyna conſtruxit Dominus Paulus. 54
Eccleſia ſuper duas, pietatis videlicet & doctrinæ, columnas fulcienda eſt. 60
Eccleſiæ excellentia in ſtructura. 62
Eccleſia quot malis referta. 80
Eccleſiæ regnum à cæteris regnis longe differt 228
Eccleſiæ & Chriſti regnum cur dicuntur cælorū & Dei regnum. 228
Eccleſiæ poteſtas videtur deduci ex Iſaia cap. 22. 229
Eccleſia à Chriſti paſſione per 400. circiter annos grauiter afflicta. 231
Eccleſia quamuis afflicta, non tamen deſiit eſſe perfecta. 232
Eccleſiæ proprium cùm perſequutionem patitur florere, cùm opprimitur creſcere, cùm contemnitur proficere, cùm læditur vincere, cùm arguitur intelligere, ſtare cùm ſuperari videtur. 332
Eccleſia habuit ſuum eſſe perfectum à Chriſti paſſione per ſolam Pontificalem poteſtatem 230
Eccleſia ab Apoſtolorum tempore ad Silueſtrum vſque nimium ditata bonis ſpiritualibus. 233
Eccleſia floruit frequentibus triumphalibus martyribus à beato Petro ad Silueſtrum vſque Papam. 233
Eccleſia, ſi ſic nunc expediret dominiis, poteſtatibus & poſſeſsionibus ſecularibus, vt erat Apoſtolorum tempore, non eſſet minoris dignitatis & perfectionis imbecilior quamuis viribus ad coërcendos rebelles, quod maximè neceſſarium. 234
Eccleſia ſucceſſit ſynagogæ, quia fidei eadem veterum patrum & Apoſtolorum. 343
Eccleſia Regina, quia Chriſto Regi coniuncta ſpōſa ſponſo. 343
Eleemoſynarum diſtributio populi gratiam paſtori conciliat 53
Eleemoſynis impertiendis liberaliſsimus D. Paulus. 53
Epiſcopis quanta ſint dona à Deo commiſſa ad populi gubernationem. 33
Epiſcoporum ſpeculum D. Paulus. 47
Epiſcopi ſtudium in Eccleſia ditanda eſſe debet. 66
Epiſcopi Dominum Paulum Epiſcopum imitentur. ibidem.
Epiſcopalis officij vera ratio. 34
Epiſcopatum Eccleſiæ Burgenſis D. Alphonſus de Carthagena patre ſuperſtite D. Paulo eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, accepit. 72

Epitaphium ſepulturæ D. Mariæ matris D. Pauli. 46

Epiſtolas gratulatorias Dominus Paulus ad vxorem mittebat de illius conuerſione deſiderata.30

Æternitas tota ſimul.305

Æternitas coexiſtit temporum differentiis.310

Euariſtus Pontifex, Hebræi (nomine Iudas) filius, patria Bethlehemitica.50

Euchariſtia debitè ſumpta, venialia purgat.405

Euchariſtia non remittit mortalia, rationem vide. 406

Euchariſtia dignè ſumpta, quidquid corporalis cibus corpori, idipſum & animæ confert. 405

Euchariſtia dignè ſumpta, excellit cibos omnes corporeos, quòd ſumentibus vitam æternã præſtat.407

Euchariſtia dignè ſumpta, effectus ſpiritales ſimiles effectibus corporeis, Mannę reſpondentibus in ſumente operatur.408

Euchariſtia miraculorum occultorum, quæ ad meritum fidelium augendum fiunt maximum 411

Erga Euchariſtiæ ſacramentum, quandoq; fiunt mira viſibilia, licet raro, ob cauſas Dei filio notas.412

Euchariſtiæ finis, duplex, proximus & remotus. ibidem.

Euchariſtiæ ſacramentum qua ratione ſacrificiũ, qua verò viaticum.420

Euchariſtiæ ſacrificium vbique terrarum offertur Deo, vetera non niſi in templo Hieroſolymitano, vel ad hoſtium tabernaculi.420

Euchariſtia propriè laudis ſacrificium.428.431.& 433

In Euchariſtiæ ſacrificio quæ conſideranda. 430

Euchariſtiam in mortali offerens Deum inhonorat.432

Euchariſtiæ ſacrificium figuratur in Melchiſedech.434

Euchariſtiæ ſacrum myſterium reuelauit Melchiſedech Abrahæ, de bello reuertenti, iuxta Hebræorum ſententiam.435

Euchariſtia varia nomina ſortitur. 436.& 437

Euchariſtia quos effectus operatur in anima.406 & 407

Exortatio Domini Pauli ad vxorem poſt conuerſionem.30

Excæcat Deus hominem, ſubtrahendo gratiam ab illo, quæ intellectum illuminat, & affectum mollificat, qua ſubſtracta, homo remanet excæcatus in intellectu, & obduratus in affectu, ex propria ipſius hominis malitia.304

Excæcatio vt pœna tribuitur Deo, vt culpa tranſgreſſoribus.305

Excæcatio Iudæorum magnum miraculum, & pœna hypocriſis eorum.307

Ezechielis viſio c.40. de cæleſti Hieruſalem, intelligitur etiam de Eccleſia ſanctorum, in hac vita commorantium.160

Ezechiel inter reliquos Prophetas pluribus vtitur parabolis. ibidem.

Ezechiel per modum præcepti ponit aliqua, quæ tamen ſumenda ſunt per modum conſilij. 162

Ezechielis viſio rotarum & animalium inter Hebræos tanti erat, vt non liceret eam in publico exponere.351

Eandem quidam referunt ad mundi præcipuas monarchias, falſo tamen.351

In eadem viſione per hominis ſimilitudinem, ſuper ſeraphini throni ſimilitudinem poſitam, intellige Deum vniuerſæ creaturæ præſidentem. 351.& 352

F.

FAciem ſuam Deus abſcondit malis, nunquam autem bonis.154

Facies Dei, ipſius gratia, quam nunquam abſcondit fidelibus ſuis ibidem.

Faciens ſculptile intentione, vt adoretur latria, & ſic adorans illud, duplex tranſgreditur præceptum.271

Faciens illud, non vt adoretur latriæ cultu, neque adorans illud, nullum tranſgreditur præceptũ. 271

Fœcunditas & ſterilitas terræ ſub lege ex meritis pendebat populi vel demeritis, non ſic ſub Euãgelio.402

D. Ferdinandus à Couarrubias Regem ſanctium coronat, anno 1284.25.

Dominus Ferdinandus infans tertiam clauem teſtamenti Regis Henrici ſibi & Reginæ ſeruabat.37

D. Ferdinandus infans, Aragoniæ Rex declaratur.42

D. Ferdinãdus Aragoniæ Rex inſtat apud D. Paulum, vt Eccleſiam Burgenſem fidei ſuæ commiſſam accipiat.44

Fides & charitas vera, & maxima ſpiritualia bona nimium floruere in primitiua Eccleſia. 233

Fides fundamentum virtutum Theologicarum, ſicut humilitas reliquarum.378

Fides Virginis, vt reliquæ virtutes ipſius ſummam. 389

Fide vera fit homo dignus exaudiri à Deo. 377

Fides diſcipulorum ante Domini in cælum aſcenſionem modica, ſpeſq; debilis.389

Fide vera, quæ primæ nititur veritati, firmius certiúſque hæret cognitis per eam fidelis, quam cognitis per ſenſum, vel per naturalem intellectum.416

Filiatio quot modis in ſcriptura accipiatur. 109

Filij Iſrael duplices ſecundum carnem, & ſecundum imitationem.109.& 110
Filij Iſrael, qui nominantur ſecundum Hebræos. 118
Filij Prophetarum, qui in prophetia ſuccedunt. ibidem.
Filij Iſrael,nomine,non re, qui non faciunt opera filij.ibi.
Filius non punitur ſpiritali pœna pro peccato parentis,niſi participet illud origine,vel imitatione. 214
Filij veri,qui de ſubſtantia Patris ſecundum ſimilitudinem ſunt geniti. 303
Filij multipliciter dicuntur in ſcriptura. ibidem.
Aliqui dicuntur filij eorum, à quibus non ſunt geniti naturaliter,alij è contra geniti dicuntur ab aliquo,eius non ſunt filij. ibidem.
Filij Dei multi dicuntur in numero plurali,in ſingulari ſolus verus Dei filius.304
Filius,vt in paternis bonis ſuccedit, bifariam dicitur.379
Filius naturalis plerunq; patri in moribus ſimilis. ibidem.
Filius putatibus ſuccedit parenti, nec dum in bonis fortunæ,verum in nobilitate.379
Finis optimi rationem habet.165
Forma ſubſtantialis proportionatur materiæ. 173
Fortitudo D.Pauli commendatur.47
Fortitudo eiuſdem contra Iudæos.ibid.
Fortitudo animæ eo melior corporis fortitudine, quo ipſa eſt corpore melior.171
Fortitudo Chriſti,abſcondita fuit in paſſione eius 345
Fructus Redemptionis operatæ per Chriſtum in Euchariſtiæ ſacramento, ſpiritualiter ſumpto, ſentitur.416
Fruſtra fiunt per plura,quæ poſſunt fieri per pauciora,in naturalibus & diuinis, verum & quo ſenſu.185
Fundamentum virtutum virginalium duplex. 378

G.

GAudium vniuerſale, ex promotione Domini Pauli ad Eccleſiam Burgenſem.45
Generatio in diuinis intelligitur ſecundum emanationem intelligibilem verbi , intelligibiles à dicente.301
Generatio in Deo non niſi æterna.303
Gentes ad fidem & Chriſti cognitionem adducēdas.106.555.& 556
Genuflexiones,tam latriam, quàm duliam adorationem innuunt 272
Gladius verſatilis terreſtris,paradiſi ingreſſum impediens,non numeratur in bonis ſpiritualibus. 213
Gloriæ vanæ ſectatores,alios contemnunt.490
Gratia,quæ ſe in martyribus oſtendebat,abundātior fuit in primitiua Eccleſia.154
Gratitudo religioſorum cœnobij ſancti Pauli Burgenſis erga D.Paulum.61
Gubernatio nulla recta, amore, timoreq; diuino ſublato.41
Gubernatores Regni Caſtellæ & Legionis, quatuor ſui loco inſtituit D. Ferdinandus Aragoniæ Rex.42
Dominus Gundiſaluus Domini Pauli primus filius Epiſcopus Placentinus , deinde Seguntinus.17

H.

HEbdomada in ſcriptura dierum vel annorū, Iubilei vero figmentum, ſcripturæ diſſonum,& vſui communiter loquentium.142
Hebdomada vltima Danielis Chriſtus paſſus eſt. 144 & 547
De hebdomadarum Danielis quantitate & initio. 141
Hebdomadæ Danielis annorum ſunt.142
Hebdomadæ Danielis,ab exordio ſermonis cœperunt,& quid per exitum ſermonis intelligatur.143
Hebdomadæ Danielis cœpere à deſtructione primi templi,terminanturq; in deſtructione ſecundi.145
In qualibet hebdomada annorū erat vnus annus ſabbathi terræ,nimirum ſeptimus.448
Hebræi partem genealogiæ relatæ à Matthæo, accipiunt vſque ad Zorobabel , non vltra. 380
Hebræi aſſerunt ſanctos eſſe, in ſuburbio paradiſi vſque ad aduentum filij Phares, id eſt Meſſiæ.210
Henricus Rex tertius,viros inſignes ad dignitates promouit.33
Henricus Rex tertius,in dignoſcendis viris præſtātiſſimis inſignis.ibid.& 35
Henrici Regis tertij tempore viri præſtantiſſimi fuere in ſuo Regno.35
In huius Regis Regni initio cædes magna facta eſt in Iudæos per vniuerſam Hiſpaniam, & vltra Pyrineos.514
Henricus Rex tertius comitia Regni Toleti celebrat.ibidem.
Henricus Rex Regni & animæ ſuæ negotia cum D.Paulo contulit.ibidem.
Henrici Regis mors comendatione dignisſima. ibidem.
Hæreticorum nonaginta dogmata diuerſa in Germania.79
Hæretici quantam cladem inferant orbi. 79
Hæreticos Sampſonis vulpibus figuratos. ibidem.
Hæretici omnes ſub Euangelij larua decipere nituntur.100

Hæretici omnes ſua dogmata Euangelium eſſe dicunt. 100.
Hæreticorum voces non ſunt audiendæ.81
Hæretici in caſtris Iudæorum deſcendunt, & armis eorum contra catholicos ſe defendunt.1
Hæretici in Iudaiſmum, Mahometiſmum & Atheiſmum prolabuntur iuſto Dei iudicio. 82
Hæretici Phariſæorum more falſis interpretationibus legem corrumpunt.89
Hæretici imagines non ferunt.92
Hæreticorum multi matrimonium ſecundum leges Moſſaicas in affinitatibus cum Iudæis celebrant.93
Hæretici multi ex monachis ſe maritos fecerunt. 93
Hæreticorum inſatiabilis libido. 94
Hæretici Mahometis peiores.96
Hæretici Iudæorum fratres.97
Hæretici vel à Iudæorum ſtirpe progeniti, vel maiores eorum Iudæorum ſectam profitentur. ibidem.
Hæreticorum capita primaria multa à Iudæorum ſtirpe deſcendunt.98
Aduerſus hæreticos omnes latebræ quærendæ. 99
Hæreticorum morbus quomodo curandus, ibid.
Hæreticos vocant Iudæi Nazareni diſcipulos. 181
Hæreſes ad ſuam originem reuocare, refutare eſt.99
Herodes interfecit omnes Rabbinos collegij Sanhedrim.136
Herodes infantes omnes ab imatu & infra occidit, & etiam Sanhedrim, diuerſis tamen temporibus.137
Hieruſalem inferior dirigitur ad ſuperiorem.159
Hieruſalem æquiuocè à conſilio accipitur in ſcriptura.159
Holocauſtum inter ſacrificia Moſſaica primũ obtinet locum.482
Homo ſibi ſimile generat in ſpecie, non ſecũdum indiuiduum.216
Homines non compeluntur modò ad idolorum cultum, ſicubi colunt illa, vt Chaldæorũ & Romanorum temporibus. 221
Homini contra ſe dicenti, creditur in forenſi iudicio, non tamen pro ſe dicenti. 232
Homo debet pati culpam in ſe iniuſtè referri, quã quod in Deo puteturesſe iniuſtitia.477
Hominem condere & viuificare ſolius Dei eſt. 329
Honores mundi impediunt Dei veram cognitionem.167
Honor exhibitio reuerentiæ eſt, in ſignum virtutis.433
De honore parentum præceptum ſeruauit Chriſtus, non ſolum erga matrem, quæ vera & ſancta parens erat, verum erga Ioſeph, qui ſama tã tum.383
Humilitas eximia virtus, per quam Dei gratia homini conceditur.198
Humilitas à Philoſophis nunquam numeratur inter virtutes morales, neque intellectuales, ab ſcriptura verò & ſanctis vt magna & virtutum fundamentum commendatur.372
Humilitas vera tædium habet, cum proprias commendationes audit.375.& 377
Humilitas virginis cur potius exprimitur quã aliæ eius virtutes.375
Humilitas ſola quamlibet magna abſq; alia virtute non eſt commendanda.377
Humilitas Virginis non manet in gloria, quoad hunc actum ſe vileſcere, ſed quoad hunc imis adhærere.385
Humilem eſſe in abiectione, non eſt magnum, rara virtus humilitas commendata, vel honorata. 373
Hypocriſis ſimulata bonitas, ſecundum Gregoriũ, duplex iniquitas.457
Hypocriſis Iudæorum cauſa excæcationis eorũ. 508
Hypocriſis directè opponitur virtuti veritatis. 508
Hypocriſis ſimpliciter conſiderata, vt ſimulationem dicit, non eſt ita grauis vt homicidium, & aliquando eſt venialis. Phariſæorum tamen hypocriſis grauiſsimum fuit, vide cauſam. 508. & 509
Hypocriſis corruptrix omnium morum.509
Hypocriſis Phariſæorum triplici veritati oppoſita.510

I.

Iconomachi, veteres & noui valde crudeles & impij.92
Iconomachi noui in catholicos crudeliſſimi. ibidem.
Idolatria Moſis & prophetarum tempore nõ potuit extirpari, non ſolum à gentibus, verũ neq; à Dei populo. 219
Idolatriæ repulſam ab orbe per deſtructionem ſtatuæ deſignatam, ſignificauit lapidis incrementum in montem, ab Eſaia & Michea Prophetis longe antea decantatum. 226
Idolatria cœpit in mundo, à tempore Enos, iuxta Hebræorum ſententiam.423
Ante Idolatriam fuit in mundo ſacrificiorũ Deo oblatorum vſus. ibi.
Ieiunantes veſpertino tempore deuotius orant, quod in Daniele oſtenſum fuit.139
Ieiunauit bis Moiſes 40. diebus & 40. noctibus. 454
Ieiunio adepti ſunt tres pueri ſcientiam & diſciplinam in omni libro, & ſapientiam Daniel præter hoc, viſionem quoque intelligentiam.455

INDEX.

Per ieiunium Daniel Meſſiæ aduentum accepit. ibidem.

Ieiunio & oratione obtinuere Niniuitæ ſententiæ contra ſe à Iona promulgatæ reuocationẽ. 455

Ieiunium, vt virtutis actus, per rationẽ ordinatur ad aliquod honeſtum. 456

Ieiunium virtuoſum ad tria principaliter ſumitur, ſcilicet mentis eleuationem, carnis compreſſionem, Deoq; pro peccatis ſatiſfactionem. 456

Primum Moiſis ieiunium, triumq; puerorũ & Danielis ad primam ſpeciem pertinet, ſecundum Moſaicum ad tertiam: Niniuitarum verò ad ſecundam & tertiam ſpeciem. ibid.

Ieiunia & indumenta ſaccinea, & id generis alia quandoq; etiam in non veris pœnitentibus commendantur à Deo. 456. & 457

Ignorantia aggrauãs peccatum duplex, alia cùm peccator vult ignorare, quæ agere tenetur, vel omittere, vt liberius peccet, alia cũ quis ex malitia paſſionis, errat in electione agendorum. 504. & 505

Illiricus Heruſtus cũ Caluino & aliis negat Chriſtum aliam perſonam à patre. 86

Illiricus damnatur ab Vvitenbergenſi Academia. ibidem.

Imagines facere, non eſt prohibitum, ſed tantum cultus latriæ earum. 269

Imagines inter Chriſtianos ad hoc potiſſimũ ſiũt, vt ſimplicibus ad memoriam reuocent ſanctorum geſta virtuoſa, quibus excitentur ad Dei laudem & ſanctorum imitationem. 271

Imago quæuis dupliciter conſideratur, in eſſe rei, & in eſſe repræſentationis, primo modo non, ſed ſecundo adoratur. 279

Imolatio agni Paſchalis victima dicitur. 424

Imperium Chriſti, apud Iſaiam. 9. capit. fuit legis iugum. 345

Incarnationis & Trinitatis myſterium in quo differunt. 364

Incarnationis myſterium primo capite Ezechielis contentum, in eo quod dicit, quaſi ſimilitudo hominis erat ſuper thronum politum ſuper animalia & rotas. 367

Inquiſitor primus in Hiſpania fuit Ioannes à Turrecrematã, poſtea Cardinalis. 98

Inquiſitores Hiſpaniæ origines Iudæorum inquirunt, literis ſacris edocti. 98

Iob commendatur à Deo de ſapientia & intelligentia. 467

Iob petitio quærentis à Deo cauſam flagellorum, quæ patiebatur, iuſtus & innocens, irrationalis erat. 491

Opinio aſſerentium librum Iob à Moyſe conſcriptum eſt vero ſimilis. 490

Iob triplici cauſa non reſpondit, Helui, licet reſpõderet aliis tribus. 487. & 488

Iob acrius condemnatur ab Helui, quàm ab aliis tribus amicis. 487

Iob amici potuerũt cognoſcere iuſtitiam illius ex multis. 486

Iob tres amici ſuo quiſq; modo à reliquis longè diuerſo iuſtitiam ipſius impugnabant. 482.

Iob verum iuſtorum præmium, veramq; reproborum punitionem, in futura, non in præſenti vita poſſuit. 471

Iob non credidit quempiam iniuſtum, quòd in hac vita tribuletur, neque id verum ſecundum fidem. ibid.

Iob firmiter credit, diuinam prouidentiam vniuerſos humanos actus complecti, ibidem.

Iob, de quo reprehendatur a Deo. 477

Iob, conceptioni & natiuitati ſuo maledicens, non repugnauit perfectioni ſuæ. 478

Iob ſecundum rationem ſuperiorem, plagas ſuas cum gratiarum actione, ſuſcepit. 479

Ordo tentationis Iob per omnia ſimilis tentationi Adæ, niſi quod Iob vxorem obiurgauit, non Adamus. 475

Iob aduerſarij de ſecta Saducæorum fuere. 470

D. Ioannæ vxoris D. Pauli ad fidem conuerſio. 29

D. Ioanna vxor D. Pauli ab ipſo cathechizata. 29

Ioannes ſecundus regnare cœpit anno 1407. ætatis ſuæ 22. 37

Ioannis ſecundi educatio ad Reginam matrem, & ad Ferdinandum infantem, & ad D. Paulum pertinet. 38

Ioannes prius Iudæos à publicis officiis exulauit, iuriſdictionemq; in criminalibus exercere, etiã inter ipſos Iudæos, vetuit. 523

Ioãnes de Velaſco, & Didacus Lopez à Stunnica à cura Regis Ioannis habenda, prætio ſemouẽtur. 38

S. Ioannis Vrtecæ cœnobij hiſtoria, tam de fundatione, quàm de reparatione per D. Paulum facta, & legatum quod ipſis patribus reliquit. 64

Iudæorum potentia in Hiſpania. 48

Iudæorum potentiam abominatur D. Paulus. ibi.

Iudæorum peſsima interpretatio, ad locum Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda. ibidem.

Iudæi ſuo halitu Hiſpaniam inficiebant. 50

Iudęi ſegregati à Chriſtianis in Hiſpania, ibi. & 97

Iudæorum primarios in Hiſpania interfecit Rex Petrus, cognomento crudelis. 524.

Iudæi, in Hiſpania, antiquo ſuadente hoſte, maioribus pręficiebantur honoribus & officiis, in ipſis quoq; Regum domibus. 523.

Iudæi ab Hiſpania relegati. 50. & 98

Iudæorum nomen, quomodo execrabile. 128.

Iudæi mendaces. 135.

Iudęorũ regimen comiſſum 70. ſenioribus 136.

Iudæi, Prophetias de Meſſia ex torte exponunt. 143.

Iudæi per vias obliquas veritates fugiunt. 145.

Iudæis malis clauſa eſt incarnationis Chriſti cognitio, bonis minimè. 150.

Iudæi congregandi per Meſſiam.151.
Iudæorum congregatio duplex, corporalis & ſpiritualis,ibi.
Iudæorum corporalis congregàtio, quomodo & quando facta, ibid. ſpiritualis verò per Meſſiam.152.
Iudæi Romanis, Machabæorum tempore confœderati,quod fœdus Daniel diuiſum regnum vocat ſcilicet quòd cultibus, ritibuſq; diuinis differrent.227.
Iudæi,pro maiore parte, non crediderunt myſterium paſſionis,neq; hodie credunt.268.
Iudæi moderni,cõfundunt quantum poſſunt, ſcripturas ſacras,de Chriſto loquentes.545.
Iudæis ignotum peccatum, pro quo diutinã hanc captiuitatem,patiuntur à deſtructione ſecundi templi.501.
Iudæi perfidi præſentes, præteriti & futuri, à deſtructione ſecundi templi,ad finem vſq; ſeculi, probant & laudant peccata in Chriſtum à maioribus eorum commiſſa.501.
Iudæi à vera intelligentia ſcripturarũ,in locis pertinentibus ad Chriſti cognitionem dupliciter declinant.507
Iudicium criminale, non licebat ferre Iudæis,extra terram promiſſionis.135
Iulianus Pomerij,genere Iudęus,tandem Archiepiſcopus Toletanus.531
Iuſtitia exercita abſq; iniquitate,perficit Dei opera.188
Iuſtitia diuina relucet in eo,quod nõ ſolùm ſatiſfactionem æquiualentem,ſed ſuperabundantẽ accepit de peccato.190
Iuſtitia originalis traducta fuiſſet in poſteros, Adã nõ peccante,vt traducitur illius priuatio,in quo deordinamur à fine vltimo.216
Iuſtitia ſempiterna,vocatur à Daniele,Meſsias, & Sanctus ſanctorum.140
Iſaac qua ratione dicitur ſanctificatus ex vtero. 209
Iſaias prophetans redemptionem Babylonicam per Cyrum,ſubito tranſiit ad redemptionẽ futuram per Chriſtum.324
Iſrael,Iacob & Iuda,quinq; modis accipiuntur, in ſcriptura.115
Iſrael interdum refertur, ad carnalem propagationem,interdum ad myſticam per aſſimilationẽ operis.110
Iſraelis domus eſt.114
Iſraelitæ Chriſti fidem amplectentes, dignitates etiam Eccleſiaſticas accipere poſſunt. 126. & 129
Iſraelitici ſecundum carnem, deſcendentes ab Iſrael,non omnes per Chriſtum ſaluãdi ſed pauci.107

L.

LAtria ſoli Deo debita. 271
Latria principaliter conſiſtit in corde.272
Latria mentalis apud omnes eadem, externa diuerſa,pro ratione temporum & regionum. 272
Laudes cœnobij S.Pauli ciuitatis Burgenſis.55
Leonum imagines erant intra Sancta ſanctorum, vt ſumus ſacerdos Regni Iudæ, quod in Iſrael præcipuum erat,recordaretur.207
Leonis figura erat, in vexillis tribus Iudæ.270
Leuitica tribus,legitimo iure, Deum incarnatum poſſidet 8
Leuitica ex gente Deus ſacerdotium inſtituere voluit,ibidem.
Leuiticę tribus viri ex quauis alia tribu vxores ducere poterant.17
Leuitæ,à cætera populi turba,ſeparati erant,vt miniſterio templi,& ſtudio diuinorum eſſent intenti.52
Leuitæ tenebantur ſeruire in templo vel tabernaculo à vigeſſimo quinto anno vſq; ad quinquageſimum.251
Leuitæ ſanctificati fuere primogenitorum loco. 275
Leuitæ in ſcriptura inter pauperes computabantur,quòd egerent 449
Lex Meſſiæ,in humilitate & manſuetudine, nõ in timore,ſicut lex Moyſis data.123
Legis veteris & nouæ collatio, D. Paulum ad fidẽ ſtimulabat.20.& 21
Legis Moſaicæ condiciones,ibi.
De legum differentia quæſtio S. Thomæ contulit,D.Paulo ad fidei conuerſionem. 21
Leges quas aduerſus Iudæos Ioannes Rex ſecundus tulit,D.Pauli ordinatione fecit.49
Legis diuinæ meditatio, vnica D.Pauli delectatio. 52
Leges Moyſis iudiciales ſeruandas cum Iudæis, hæreticorum multi docent.94
Lex noua alio modo erat danda quàm vetus.245
Lex noua,fœdus nouum,& pactum ſecundũ. 245.
Lex Meſſiæ alia à lege Moyſis, quæ vana dicitur collata nouæ,quòd per eã homines, ſuum finẽ non conſequebantur. 245
Lex tota,quoad præmium,& meritum,pendet ex duobus pręceptis,dilectionis Dei & proximi.253
Leges quas Deus inſtituit mutare poteſt, abſque ſui mutatione. 266
Legi Moyſis nemo de populo poterat aliquid addere aut demere,niſi Propheta Dei autoritate. 162.& 167
Lex noua obligat ad ſemper,vt naturæ lex.259
Lex Moyſis obligauit vſq; ad nouam legem, ad quam diſponebat,in quam ordinabatur, ſicut imperfectum ad perfectum. 255.& 262
Legem impleuit Chriſtus tribus modis, qui apparent in inſtitutione ſacramẽti Eucharistiæ.421
Lex noua,multis nominibus Moſſaicam excellit. ibidem.
Lex Moſſis,quoad aliqua,obligat tempore gratię. 258
Lex Moſſis, & contenta in libris canonicis veteris teſtamẽti,vtilia nobis, etiam poſt datam nouã,

& ad

& ad noſtram doctrinam ſcripta 256
Legiſlatio tribuitur Filio,quia ad ſapiétiam pertinet,quę cómunis,licet tribus perſonis, Filio tamen appropiatur.328
Loca ſacra olim colebantur & reuerebantur, pedum diſcalciatione,modò ſecus.272
Locus Eſaiæ 53.propter tria nequit referri ad populum Iudaicū,licet variè attritū, vulneratū́q; in hac captiuitate,in qua exulat.180
Locus Deutero.18.duorum Prophetarum ſuſcitādorum meminit,quorum primus futura annūciaret,non tamen daret legem,ſecundus vtrūq; præſtaret. 248
Limbum patrum Hebræi ſuburbium paradiſi vocant.210
Limbus, dictus Abrahæ ſinus, quia ſibi pax poſt mortem fuit annunciata, in qua requieſcerent fideles.212
Liuore Chriſti ſanati ſumus,non tantum effectiuè & meritoriè,verum doctrinaliter.198
Lucubrationes ſuper ſcripturā Eccleſiæ propriæ donauit D.Paulus.61
Lutherus quomodo ex ſemita erroris, quā ſemel fuit ingreſſus,viam diuinę iræ aperuit.82
Lutherus diaboli magiſterio vſus.83
Lutherus ex ſcriptura deleuit quęcunq; ſuis dogmatibus contraria.90
Lutherus in epiſtolam D. Iacobi impiè debacchatur.ibidem.
Lutherus 1500.errores,in bibliis ſparſit. 91
Lutherus diem Dominicum Paſchæ immutare cupit.ibidem.

M.

Machabæi de tribu Leui Sacerdotes erant. 135.& ſecundum lineam maternam de tribu Iuda.136.
Machometani cum Euangelicis in quibus conueniant.95
Malachias Prophetarum vltimus initio ſecundi tépli floruit,à quo vſque ad Chriſtum fluxere anni 400.& plures.283
Manna durauit in tabernaculo,vſque ad primam templi deſtructionem.400.
Manna quotidie dabatur populo,nó ſemel in multos,vel dies,vel menſes,vel annos.401.
Manna expediebat in cibum populo rudi & incrędulo,vt in fide conualeſceret.402.
Manſuetudo maior vel tanta atque Chriſti Domini non legitur,198 a
Maria Deipara ex Leui & Iudæ tribu originem traxit, 9.&.17.
Maria virgo Paulo de ſancta Maria miraculosè apparuit,10.
Maria virgo,licet virtutes omnes haberet, de humilitate gloriatur,373.
Mariæ virginis virtutes heroicę & quaſi diuinę,de quibus Ariſtoteles 7.Ethicorum,373
Maria meruit eſſe mater Dei de congruo,389
Maria virgo non eguit certiorari de reſurrectione Filij per Angelos, propter eximiam fidem ſuam,357
Maria D.Pauli mater quando baptiſmate abluta, 13.ex qua ſtirpe,ibidem.
Matrimonium inter D.Paulum & vxorem diſſolutum,28.
Matrimoniū diſſolui poſſe leuibus de cauſis,Caluinus docet,94.
Matrimonium diſſoluunt Hęretici cum Iudæis, propter adulterium,ibidem.
Meſſias futurus erat ſcandalum Iſrael,tam in maioribus,quàm in minoribus,113.
Meſſiæ officium cuique pro ratione meritorum referre præmium,ibidem.
Meſſias Deus & homo,114.
Meſſias futurus ex Abrahę ſemine de tribu Iuda, & de fructu Dauid,116.
Meſſias prius ad Sion venit, non credentibus verò Iudæis, ad gentes,121
Meſſiæ primus aduentus in forma humili, ſecundus ad iudiciū in maieſtate,130.& 131
Meſſiam veniſſe ante Machabæorum tempora, male probare nituntur quidam,135
Meſſiæ aduētus deſignatus,per 70.Hebdomadas Danielis,138.& 140.
Meſſias & iuſtus & iuſtitia,per excellentiam, 139.
Meſſias an nomine iuſtitiæ ſempiternę intelligatur,in quo ſenſu Daniel de eo Prophetauit,139
Meſſiam an voluit Daniel in ſua oratione petere 140.
Meſſias iuſtitia ſempiterna,& Sanctus ſanctorum etiam ſecundum Thalmudiſtas,140.
Meſſiæ tempus præteriſſe,148.& 149.
Meſsiam vēturum,anno à creatione mundi, 5118. contendit Rabbi Moiſes Gerundenſis, cui adſtipulantur Rabbinorum multi,149.
Meſsias redempturus erat populum à peccato,patiendo crudelias, acerbamq; mortē,178. &183.
Meſsias,Patriarchis,Prophetis & Saluatoribus cūctis excelſior,172.
Meſſias nō erat futurus perſonarū acceptor.106
Meſsiæ tempore è gentibus aſſumēdi ad ſacerdotium,119.
Meſſias ante venit in mundum, quàm ſceptrum auferretur de Iuda,ante etiam gētes aggregatę ſunt ei per paſsionem,quàm ſcriba de filiis eius auferretur,ideſt Sanhedrim.138.
Meſsias ſecundum Doctores Hebræos vocandus erat nomine diuino proprio,349.& 350.
Meſſias multis nominibus diuerſa ratione,nominatur ab Hebræis,350.
Midda & Midoch,relata ad res corporeas, menſuram ſignificant,relata ad ſpiritalia, proprietatē, 297.&298.
Miracula viſibilia frequentia fiebant in datione, & ſumptione Mannæ,apud Hebræos, & quæ ratio.401.
Miracula diuina,quoad eorum fines proximos in duplici differentia,411.

Miracula publica ſeu viſibilia non fiunt circa Euchariſtiæ Sacramentum, vt olim circa arcam teſtamenti, & quæ ratio, 412.
Miracula oculta & abſcondita, vt plurimum facta ſunt in nouo teſtamento, 411.
Miracula partus virginei & Dominicæ Reſurrectionis fide ſola agnoſcuntur, quorum occultatio, fidelium meritum vel efficit, vel auget, 411
Miſſam ſolennem Deiparæ Virginis ſingulis diebus Sabbathi in propria Eccleſia offerendam, D. Paulus fundauit. 56. alias fundantiones vide. 58.
Miſericordia magna Dei relucet in eo, qui ob nulla mundi aduerſa à rectitudine & cordis iuſtitia, ac verę fidei confeſſione recedit 155.
Miſericordia & iuſtitia Dei quomodo inueniantur in creatione Adæ, præceptoque eidem dato, ac expulſione è paradiſo, 187.
Miſericordia diuina relucet in hoc quod hominũ peccata Chriſti ſatiſfactione relaxauit, cuius liuore non proprio ſanati ſumus, iuſtitia verò, quòd peccata non reliquit inulta, propter quæ attritus fuit, 190.
Miſericordia humana ſola ſine ſacrificio Deo accepta non è contra, 194.
Mitti ad annuncianda externa, neque Angelis neque homini repugnat, vt mitti ad redemptionẽ vniuerſalem vel particularem per gratiam, 396
Mors Chriſti, conuenientior modus fuit ad redẽptionem, quàm ſi ex ſola miſericordia vel voluntate populum liberaſſet, 185.
Mors Chriſti ex parte crucifigentium grauiſsimũ peccatum, ex parte patientis ſumma charitate & obedientia, ſumè meritoria, 189.
Mors Chriſti diſperſionis populi Iudaici cauſa. 112.
Moſſem & Mathuſalem credit Rabbi Salomon aſſumptos cum corpore, 552.
Moiſes Prophetarũ pręcipuus, legis datione, Dei cognitione, mirorum operatione, 172.
Motus primi mobilis primus & pręcipuus, à quo omnes regulantur, ceu à prima motuum menſura, 330.
Motus naturaliter eſt prior tempore, 331.
Mulieres interdum recẽſentur in genealogiis, 379
Mundum duraturum 6000, annorum, quidam dicunt, 147.

N.

NAbuchodonoſor fecit ſibi diuinos honores impendi, quod à nemine ante ipſum factũ legimus, propterea merito ab ipſo, tamquã à capite idolatrarum figuratio cœpit. 238.
Natura humana in Chriſto, licet ſit quid recẽns ſuppoſitum eiuſdem naturæ, non eſt recẽs, ſed æternum, quare neque dicimus Deum recentem, 364.
Natura initium ſumit à perfectis, ſic gratia quæ ipſam perficit, 372.
Nazareorum inſtitutionem, inter beneficia populo à Deo collata, referebat populus antiquus, neque minorẽ gratiam accepit populus Chriſtianus in inſtitutione regularium, 459.
Neophiti, nouiterque ad fidem conuerſi, ſummariè ſunt de articulis erudiendi, neque debent ad difficilia & ardua feſtinare, 361.
Nobilitatẽ ſummam inter Iſraelitas Leuitica tribus habebat, 8.
Nobilitatem duplicem Prophetæ in Chriſto declarauerunt, 8.
Nobilitas vera quæ. 16.
Nobilitatem duplicem habuit D. Paulus. ibi.
Nomina quædam merè æquiuoca, quædam acõmodata, 109.
Nomen viuit per bonam famam, moritur per malam, 123.
Nomina Hebraica, durationem ſignificantia, alia temporalem, alia ſignificant perpetuam, Sella Necali perpetuam, Helam pertinentem rei cui coniungitur, ſcilicet nunc perpetuam, nunc tẽporalem, 251.
Nomen Iſrael manet apud Chriſtianos in iuramẽtum execratorium & maledictionis, 123.
Nomen quodlibet pueri apud Iſaiam. c. 9. ſignificat aliquid peculiare in eo, 345.
Nomen Tetragramaton, infinitatem diuinæ eſſentiæ abſque reſpectu ad creaturam vel effectum aliquem ſignificans, tanti fuit apud Hebræos, vt niſi ſacerdotibus & ſacrificij tempore, & intra templum nominare non liceret, 347.
Nominis eiuſdem ſolennitatem indiuiduitatem, & incõmunicabilitatem docet Rabbi Moiſes, lib. de Directione. c. 61. & 62. 348.
Nomen Dei Tetragrãmaton communicatur, non ſecundum naturam humanam, ſed ſecundum ſuppoſitum, 364.
Nominati fuere multi propriis nominibus, antequam naſcerentur, inter quos & Meſſias, 309. & 345.

O.

OBedientia Chriſti nulla maior, vel ei ſimilis, 198.
Obedientia Religioſorum Euangelicorum, per abdicationem propriæ voluntatis etiam iuxta legem Moiſis laudabilis. 452.
Obedientia præfertur victimis & holocauſtis, 452
Oblatio ſacrificiorum de iure naturali eſt, 421
Odor mirus ex corpore Patriarchæ Pauli efflauit, dum ſepeliretur, 77.
Opera ſeruilia ſunt, quibus vnus homo ſeruit alteri corporaliter, 279.
Opera Trinitatis ad extra indiuiſa, 328.
Opera ad potentiam pertinentia appropriantur Patri, pertinentia ad ſapientiam Filio, quę verò ad bonitatem Spiritui ſancto, 328
Opera virtutum redemptionis Chriſti fructus, ſincera & ſancta delectatione reficiunt, 439
Oratio Danielis exaudita à Domino, ob ieiunium & corporis afflictiones, 455.

Oratio Iudæorum,quam quotidie in Synagogis faciunt,ſcilicet omnes Hæretici ſubito pereant, 181.
Orant quotidie Iudæi in Synagogis pro euerſione Romani Imperij, maximè verò Eccleſiæ Chriſti & diſcipulorum,181.
Orabat ſummus Sacerdos ingreſſus Sanctaſanctorum ſub hac forma: Nõ auferetur ſceptrum de Iuda.quaſi duas res petens, ſcilicet Meſſiæ aduentum,& Regni Iudæ perſeuerantiã,270.
Orãtibus plura & maiora interdũ concedit Deus (qui & ſupplicum merita excedit & orantium vota)quàm ipſi petere audent,140.
Ordinationes factas circa templum ſancti Pauli Ciuitatis Burgenſis,62.
Ordinem ſancti Dominici intimo proſequebatur amore D.Paulus,63.
Originem D.Paulum duxiſſe à dominis de Lara, & Vizcaya, opinantur multi,63.
Ornamentorum quatuor tecas D.Paulus Eccleſię Burgenſis donauit,59.

P.

PAter traducit in filium per generationem,quę ad naturam ſpeciei pertinent, vt oculatus oculatum generat,niſi deficiat natura,216.
Pater non traducit in filium quæ ad perſonam patris pertinent,neque enim Grammaticus generat Grammaticum,216.
Patri tribuitur rerum productio de non eſſe ad eſſe per creationem,330.
Patri tribuitur creatio vt cauſę efficienti, Filio vt exemplari,Spirituí ſancto per modũ amoris,331
Paternitas & innaternitas, quam excellentiam importent.383.
Patrum pietas quantum ad filiorũ educationem conducat,77.
Patres antiqui ſtatim à morte deſcendebant in infernum.209.
Patres Abrahæ idolatræ,209.
Patriarchæ & Prophetæ poſt mortem non deſcẽdebant in locum damnatorum, neque aſcendebant ad beatorum locum,ſed erant in loco pœnali vt damnati,abſque gehennali pœna,ſecurique de viſione diuina,210.& 211.
Patriarchæ cæterique iuſti poſt mortem caruere Dei viſione, tanquam prophani ex Adæ peccato,204.
Patriarchæ & Prophetæ non fuere immundi ob culpã originalem,bene tamen prophani, ideſt Dei viſione in hac vita priuati,206.
Patriarchæ & Prophetæ vſque ad Chriſti mortẽ in ſuburbiis fuere Paradiſi,209.
Paſſio Chriſti celebrata fuit vltima Danielis Hebdomada,144.
Paſſio Chriſti fidei luce carentibus vix credibilis, 188.
Paſſio Chriſti maioris meriti quàm exigebat offenſę cõpenſatio, ob charitatis magnitudinẽ,ex qua paſſus eſt,& vitę dignitatẽ quã obtulit,189
Paſſio Chriſti, quatenus Deo reconciliauit hominem, ſacrificium eſt,dicitur etiam ſanguis teſtamenti,& Chriſtus ipſe Sacerdos.197.
Paſsio Chriſti,vt ſuſcepta in ipſius carne,ſatiſfactoria eſt,per cuius ſanguinem liberamur à ſeruitute peccati,197.
D.Paulus de ſancta Maria ad exemplum B. Pauli conuerſus,7.
D.Paulus ex tribu Leui originem duxit,7.
D. Paulus duplici ratione de ſua gloriatur originẽ.8.
D.Paulus duplicia bona,naturæ ſcilicet& gratiæ, obtinuit.9.
D.Paulus quare Paulus vocatus,ibidem.
D.Paulus ante baptiſmum quis fuerit,ibidem.
Diuus Paulus D. Paulum conuertit.10.
D. Paulus Diui Pauli imitator,ibidem.
D.Paulus, cognomen accepit de ſancta Maria, quòd ex ſtirpe Virginis originem traxerit.eodẽ & 11.
D.Paulus in lege apprimè inſtitutus.16.
De D.Paulo vaticinium à ſuis factum. eodem.
D.Paulus moribus compoſitis fuit,ibid.
D.Paulus Rabbinus inſignis,ibidem.
D.Paulus matrimonio iunctus cum D. Ioanna, & quo tempore,17.
D.Paulus quinque proles habuit, 17.
D.Pauli mirabilis conuerſio ad fidem,19.
D.Paulus quadragenarius ad fidem conuerſus.19
D.Paulus diuina gratia fuit excitatus & pręuentus,19.& 20.
D.Paulus quando ſtudioſius ſcripturas ſacras relegebat,20.
D.Paulus ad fidem conuerſus ex cognitione diuinarum promiſsionum,ibid.
D.Paulus B. Thomã ſummo in honore habuit,21
D.Paulus in honorem B.Thomæ ſacellum in eccleſiæ primaria Burgenſi extruxit ad ſuam ſepulturam,21.
D.Paulus erga Ordinem Dominicanum ſingulariter affectus,ibidem.
D.Paulus potentiſsimè à Deo illuminatur internè.ibid.& 22.
D.Paulum quis baptizauit.25.
D.Paulus ſtẽmata miniſtri baptizãtis ſuſcepit ibi.
D.Pauli, filij Patrem ſequebantur ad baptiſmum, ibidem.
D. Paulus poſt ſuam cõuerſionem alios ad fidem atrahere nitebatur,26.
D.Paulus fratres ſuos ad fidem conuertit,ibi.
D.Paulus poſt conuerſionem quis fuerit, 27.
D.Pauli vxoris duritia ante cõuerſionẽ ad fidẽ,27
D.Paulum ad maiora præparabat Deus,28.
D.Paulus ad vniuerſitatẽ Pariſienſem ſe contulit, vbi gradus omnes accepit,28.& 29.
D.Paulus aduerſus Iudæos fidem prædicabat,31.
D.Paulus magnis donis à Deo cumulatus, ibid.
D.Paulus ſuis concionibus multos conuertit ad Deum,ibidem.

Paulus,

Paulus multa millia Iudæorum conuertit ad Chriſtum,32.
Paulus in magno pretio à Pontifice habitus, ibid.
Paulus ſua omnia expendit in ſtudiis & prædicatione,ibidem.
Paulus Archidiaconus Treuinenſis factus, & Hiſpalenſis Canonicus,ibidem.
Paulus ab Henrico tertio magni habitus,33.
Paulus Carthaginenſis Epiſcopus factus, ibid.
Paulus grauiter ferebat Epiſcopale onus,ibidem.
Paſtoris veri & perfecti officij ratio,ibidem.
Paulus in Epiſcopali functione Apoſtolicus fuit, 34.
Paulus qualem viſitationem in Epiſcopatu fecerit,ibidem.
Pauli conſilio teſtamentum inſtituit Rex Henricus,35.
Paulo commiſſa Regis Ioannis inſtitutio,ibidem.
Paulus primarius Regni Cancellarius fuit,ibid.
Paulus teſtamenti Regis tertiam clauem accepit, ſecundam Petrus Xuarez de ſancta Maria,37.
Paulum in Regis educationem, ſolum admiſſere Regina ac infans Ferdinandus,39.
Paulus eccleſię Carthaginenſi varia dona conceſſit,ibidem.
Paulus diœceſim viſitans,munera confert,40.
Paulus,in aggregandis virtutibus non diuitiis ſtudioſus,ibidem.
Paulus eccleſiam Collegialem ſanctę Mariæ ciuitatis Murciæ ditiſſimo retabulo exornauit,ibi.
Paulus Legatus à latere per vniuerſam Hiſpaniam,40.
Paulus Regem Ioannem optimè inſtituit,ibid.
Paulus Regnorum Caſtellæ & Legionis gubernator,42.
Paulus de morte potius quàm de dignitatibus cogitabat.43.
Paulus in ſancti Pauli cœnobium Burgis capellã ad ſepeliendum parare iubet,ibidem.
Pauli ingreſſus ſolennis in eccleſiã Burgenſem.45
Pauli prudentia,47.
Pauli ſapientia mirabilis,51.
Paulus de Cœna Domini & ſuper primum Matthæi caput ſcripſit,ibidem.
Pauli ſcripta quanti ſint habenda,ibidem.
Paulus quantis honoribus claruit,52.
Paulus Poſtillas ad ſacram Bibliam compoſuit, anno 1429.ætatis ſuæ 70. ibidem.
Paulus in propria eccleſia Burgenſi capellam extruxit quam D.Thomæ dicauit.55.
Paulus in propria eccleſia multas memorias fieri ordinauit.56.
Paulus pietate & doctrina inſtituebat eccleſiã.60
Paulus erga pauperes liberalis, propterea Deus tot ac tanta conceſſit ei bona.61.
Paulus quare non fuit ſepultus in medio eccleſię ſancti Pauli,63.
Paulus multa bona patribus ſancti Ioannis de Vrteca ordinis ſancti Hieronymi conceſſit,65.
Pauli laudes non vulgares,ibidem.
Paulus curiæ ſuę Notarios ſuis expenſis alebat.67
Pauli teſtamentum pietate ac deuotione refertũ, ibidem.
Pauli officia.69.
Paulus exiguam reliquit hæreditatem filio Petro de Carthagena,ibidem.
Paulus poſt Epiſcopatus renunciationem, Patriarcha Achilegienſis factus,72
Paulus Patriarcha in foſſa ſancti Clementis obiit, anno.1435.& 29.menſis Auguſti. 76.
Pauli Codicilij compendium.73.
Paulus pridie ante mortem duobus filiis Epiſcopis in Baſilienſe Concilio agentibus literas ſcripſit,73.
Paupertas voluntaria commendatur in Euangelio, non ſub lege.439
Paupertati primitiuæ Eccleſiæ paupertas Leuitarum ſimilis.450
Paupertas pertinet ad eos qui ſingulariter deputãtur ad diuinum cultum.446.
Peccatori quanta mala eueniant.542.
Peccatum & cauſam & pœnã peccati oſtendit,85.
Peccata non ſolùm contemporaneorum Chriſti improperat Iſai.c.65.verùm antiquorum.124.
Peccatum Adæ ex parte obiecti infinitum,quatenus infinitam meruit quodámodo pœnam.187
Peccata duo eorumque pœnę tranſiere in poſteros,alterum origine,alterum imitatione, quorum meminit Iſaias.204.
Peccatum commune naturę,id eſt Adę peccatum, impediuit ſanctorum ingreſſum in paradiſum non ſola ſingulorum peccata.212.
Peccatum originale,non perſonæ,ſed naturę peccatum eſt.215.
Peccatum originale,cùm non ſit in volũtate prolis,non eſt increpabile, habet enim peccati rationem,quia auertit à recto fine.215
Peccata primorum parentum, primo excepto, nõ traducuntur in filios per originem.216.
Peccatum Moiſis & Aaron,ad aquas cõtradictionis non fuit ita graue,vt præuaricatio dici debeat.203.
Peccatum conſentientium & approbantiũ Chriſti mortem commiſſam,grauiſſimũ, & grauiſſima quoque pœna debita illi.496.
Peccatum crucifigentium Chriſtum grauiſſimum, grauiſſima quoque ei pœna reſpondet in hac & in alia vita.496.
Peccata omnia à Iudęis commiſſa ante captiuitatem Babylonicam punita fuere. 547.
Peccatum,pro quo nouiſſimam hanc captiuitatẽ patiuntur Iudęi, omnes fatentur commiſſum poſt captiuitatem Babylonicam,& nemo illorum aſſignat illud.54 5.
Peccatum hypocriſis quomodo commenſuratur peccato excæcationis.508.
Peccata ſua, qui prędicant Deum,eiuſque iudicia contemnunt.512.

Peccatum

Peccatum hypocriſis Phariſæorum in quo ſenſu fuerit grauius peccato Sodomorum.513
Pœna occidentium Chriſtum,& in occiſione ipſius conſentientium,in Eccleſiæ vtilitatem protrahitur longa per ſecula.497
Pœna ſine culpa non datur.203
Pœna quo diuturnior eò grauior,breuitas ad leuitatem pertinet.496.
Penalia à Deo definita, propter Adę peccatum tranſiere in poſteros, vt rei euidentia indicat, ipſum quoque peccatum.203.
Phariſęi Thalmudicę doctrinę innentores, propriè dicuntur interpretes pręuaricatores.204.
Phariſæi errore ſeducti,abſtinentias & ieiunia irrident.454.
Phariſęos hypocriſi,ſua triplicem veritatem corrumpere,propter quod triplici cæcitate puniti ſunt.513.
Phariſęorum ingenium,gloriari de parentum nobilitate.489.
Phariſęi præuaricati ſunt in Deum,præ aliis legem tranſgredièces falſa interpretatione,quam etiã ad poſteros tranſmiſſere.204.
Phariſæi interpretes dicti,quia neque legem dedere,neque ſuam doctrinam vt Prophetæ, ſed vt expoſitores.ibidem.
Phariſæi exquirebant Chriſtum in ſcriptura, non vt agnoſcerent,ſed vt repellerent. 103.
Perfectior forma perfectiori materię debita. 373.
Perfectiori Redemptori perfectior victoria debita.ibidem.
Perfecti temporalium copia bonorum non auertuntur à Dei cognitione & amore.169.
Perfectio ſpiritalis charitas Dei & proximi.442.
Perfectionis via temporaliũ dimiſſio.442.& 444.
Perfectum aliud ſimpliciter,aliud nõ ſimpliciter. 255.
Perpetua dicuntur,quæ complent terminum ſibi præfixum.252.
Perſequutio prima aduerſus Chriſtianos facta,circiter quadraginta annos durauit.154.
Poligamiam docuere Bernardinus Ochinus & Buzerus.93.
Populi fidelis cum Deo deſponſatio,quæ vera redemptio & reconciliatio eſt,iuſtitiæ ſimul & miſericordiæ opus eſt.191.
Populus Hebręorum pronus ad credendum multitudinem Deorum, corporeitatemq; in Deo. 367.
Populus Hebręorum quamdiu legem ſeruauit, in proſperitate fuit.493.
Præceptum dilectionis non ponitur expręſſum in Decalogo per modum præcepti , ſed ſupponitur , vt per ſe notũ per naturam vel fidem.260.
Pręceptum dilectionis Dei expreſſum. Deuteronomij.6.dilectionis proximi.Leuit.19. 260.
Præcepta hominem ad Deum ordinantia, ex pręcepto dilectionis Dei pendent.259.
Præceptorum aliorum obſeruatio, abſque obſeruatione præcepti dilectionis Dei,nullius meriti. 259.
Præceptum dilectionis Dei omnium præceptorum diuinorum cuſtodiam includit, non vice verſa 260.
Præcepta legis Moſſaicę,613.affirmatiua.248.negatiua.365. 263.
Præcepta prędicta Dauid,Pſal.33. Reduxit ad vndecim,Eſaias,c.33.ad ſex,Micheas,c.6. ad tria, Abacuc ad vnum.261.
Præcepta legis Moſis non omnia eodem modo data,ſed quædam ſolennius, ſcilicet Decalogi, qua ratione & ipſa pręſtant dignitate cæteris. 264.
Præcepta Decalogi omnino indiſpẽſabilia, & perpetuo duratura.264.
Præcepta naturalia quibus modis cognoſcantur. 265.
Præcepta cæremonialia determinant moralia, quoad Deum de ſacrificiorum ritu & ſacerdotum de abſtinentia ciborum & veſtium,& fimbriis faciendis, per angulos palliorum,& ſimilia.269.
Pręcepta iudicialia determinant moralia,in pertinentibus ad ordinationem hominũ ad inuicẽ, in iis quę non obligent , ex ſola ratione , ſed ex humana inſtitutione.265.
Pręmium pœnamq́ue bonorum & malorum multi errore ſeducti poſſuere tantũ in hac vita.470
Primus liber in duas partes diuiditur,prior in forma Dialogi , poſterior in didaſcalica procedit 104.
Primus exitus ſermonis Dei, de quo Angelus ad Danielem de reductione captiuitatis Babylonicæ,factus fuit ad Hieremiam.144.
Primum præceptum filiis Iſrael datum fuit de immolatione agni Paſchalis,qua nocte exiere de Ægypto.424.
Principatus Eccleſię penes Pontificem reſidens ligandi animas atque ſoluendi, poteſtas eſt diſtans à poteſtatibus cæterorũ regnorum , vt res ſpiritualis à corporea.228.
Prophanum interdũ idem quod contaminatum, interdum idem quod non ſanctum, licet non ſit in mundum.206.
Prophetia & interpretatio diſtinguntur,203.
Prophetia in ſecundo templo iam deficiebat.162.
Prophetę tempore primi templi accerrimè, frequenterq́ue increpabant populum ob luxuriæ peccatum.506.
Prophetis familiaris eſt tranſitus ab vna materia, ad aliam ſibi ſimilem, maximè ſi vna ſit figura alterins.323.
Prophetę loquuntur de futuro in pręterito.436
Prohibitio de non faciendo ſimulacra ordinabatur,ad prohibitionem,Non adorabis,neque coles,&c.269.
Promiſsiones ſunt de maximis bonis.165.
Promiſsiones omnes Prophetarũ impletę fuerunt ante

ante deſtructionem Hieruſalem per Titum. 543.
Promiſſiones omnes Prophetarum intelliguntur de libertate à captiuitate Babylonica, non de ſecunda. 543.
Promiſsiones veteris teſtamenti de bonis temporalibus, noui autem de bonis ſpiritualibus. 441.
Prouidentia diuina circa res humanas à quolibet fideli credenda, tanquam præſuppoſitum ad omnia quæ per fidem traduntur. 470.
Prouidentię abyſſum Philoſophi non intellexere, patribus tamen reuelatus eſt. 467.

Q.

QVid quid aduenit rei poſt ſuum eſſe perfectum, accidentale. 230.
Quod legis apud Danielem, quartam beſtiam habere cornua decem, numerũ determinatũ pro indeterminato ponit. 239.

R.

RAbbini in triplici differentia. 146.
Rabbi Moiſes Gerundenſis, magnæ autoritatis apud Iudæos. 149.
Rabbi Salomonis autoritas collata ad autoritatẽ Chaldaicæ tranſlationis Thalmudicorumque doctorum longe habetur in ſcholis Iudæorum. 180.
Rabbi Samuel, primaria noſtræ fidei capita in epiſtola ſua poſuit. 535.
Rabbi Samuel quare non Hebraicè ſed Arabicè ſcripſit. 536.
Rabbi Salomonis expoſitio referẽtis locũ Iſaię 53. ad populum Iudæorum in captiuitate hodierna exiſtentem, eiuſque languores, ignominias, ac deſpectus refellitur. 179. & 180.
Rabbi Salomon hodiernam Iudæorum captiuitatem adorationi vituli adſcribit, alij ad varia ſingulorum peccata, alij ad peccatum eis ignotũ & nondum reuelatum. 181.
Rabbi Moiſes Ægyptius in ſenſu parabolico interpretatur locum Iſaiæ. c. 11. de Lupo, agnoq; ſimul commorandis. 169.
Rabbini Hebræorum fatentur aliqua fuiſſe ante mundi creationem, inter quos referunt Meſſię nomen. 310.
Rabbi Moiſſes & Phariſæi falsè damnant dicta Iob in diſputatione cum ſociis. 467.
Rabbi Moiſſes cum Ariſtotele negat diuinã prouidentiam circa inferiora indiuidua. 471.
Redemptio quomodo ſit per Chriſtum facta, cùm Iſraelitæ à ſeruitute non ſint redempti, neq; Chriſti fideles à perſequutionibus mundi. 164.
Redemptio duplex corporalis & ſpiritualis, ibi.
Redemptionis à captiuitate, in qua nunc exulãt Iudæi, per orbẽ diſperſi, termini varij à Iudæis aſignati. 520. 521 & 523.
Redemptio Chriſti à ſeruitute peccati fuit. 164.
Redemptio ſpiritualis dignior corporali. ibidem.
Redemptio Meſsiæ perfectior cæteris redemptionibus. 173.
Redemptio perpetua perfectior temporali. 174.
Redemptor perpetuus redemptionem perfectam acquiſiuit ſuis. 174.
Redemptio expectata à Meſsia validior & diuturnior cæteris, ibidem.
Redemptionis myſterium non poteſt nobis innoteſcere niſi per ſcripturam. 177.
Redemptionis modus per Chriſtum valde à ratione naturali remotus. 177.
Redemptio à peccatis magna & copioſa, de qua Pſalm. 129. 165.
Redemptionem Adę & generis humani, non decuit fieri per ſolam miſericordiam & Dei volũtatem ſecluſa iuſtitia. 186. & 197.
Redemptor omnium Deus vt prima cauſa, Chriſtus vt proxima. 192.
Redemptionem fieri per paſsionẽ & Chriſti mortem, quam gratis conuenientior fuit, tum ex parte Dei, tum ex parte Chriſti, tum ex parte hominis redempti. 198.
Redẽptio vera in vltima beatitudine conſiſtit. 213
Redemptio promiſſa Prophetis per Chriſtum ſpiritualis. 213.
Redemptio Babylonica per Cyrum Regem, & generis humani à culpa per Chriſtũ, in quibuſdam cõueniunt, in multis quoq; differunt. 324.
Redemptio Babylonica naturali curſu facta, abſque mirorum operatione, Chriſti verò miraculis intercedentibus. 324.
Refectio corporalis & ſpiritualis penes quid differant. 404.
Ad refectionem corpoream triplex vis neceſſaria, attractiua, retentiua, nutritiua, ſeu digeſtiua, totidemq; ad ſpiritualem. 403. & 404.
Regnum Chriſti & Eccleſię, comminuit quatuor orbis regna, nõ quoad poteſtatem eorum quæ deſierat, ſed quoad idolorum cultum. 220.
Regnum Chriſti ab vniuerſo vel maiori & principaliori eius parte idolatriam expulit. 219.
Regna mundi ante Chriſti Aduentum, licet inter ſe diuerſa & aduerſa, in hoc conuenere, vt debitum Deo cultum impenderẽt creaturis. 220.
Regnum Chriſti licet in ſe vnum, dupliciter loquimur de eo, iuxta duplicem ipſius aduẽtum. 223.
Regnum Romanorum & Chriſti vel Eccleſiæ, lõgè differunt. 234.
Regna quatuor, de quibus Danielis. 7. in hoc conuenere, quòd affixere iuſtos & fideles cum ferocitate. 278.
Regia domus eadem à tempore Dauid, & citra. 114.
Regius titulus, ab vniuerſo Iudæorum genere, ablatus in Herode alienigena, circa tẽpora Natiuitatis Chriſti. 136.
Religioni ac religioſis ordinis ſancti Hieronymi, D. Paulus conceſſit cœnobium ſancti Ioannis de Vrteca. 65

Religion

INDEX.

Religionis ſanctæ Mariæ de Freſdelual, maiores conuentum ſancti Ioannis de Vrteca in priſtinum religionis ſtatum reſtituere.65.

Repręſentationes rerum vt plurimum delectabiles.418.

Repręſentationes duæ ſunt in Eucharistiæ Sacramento, valde animũ noſtrum delectantes.418.

Res eadem ob varios effectus, diuerſa quoque ſortitur nomina.197.

Reſurrectio Chriſti nõ omnibus manifeſtata, ſed teſtibus à Deo præordinatis.392.

Reſurrectio Chriſti primo mulieribus reuelata. 394.

De reſurrectione Chriſti non eguit certiorari per Angelos Virgo ſanctiſsima.389.

Reſtituere ablatum de iure naturæ eſt, duplum verò & quadruplum de iure poſitiuo iudiciali, non morali.266.

Rex Ioannes ſecũdus, in arte muſicę peritiſſimus tàm in voce quàm in inſtrumentis.41.

Rex Ioannes ſecundus, in Latino ſermone verſatus, & condendis carminibus elegans.41.

Rex Philippus niſi dignos virtute, ſcientiaque inſignes ad dignitates Eccleſiaſticas non promouet.52.

Rex Pſalm.44. anthonomaticè ſumitur.341.

Reges in hiſtoriis antiquis verſati eſſe debent,41.

Reges licet multi fuerint in Iuda, omnes tamen domus vna.114.

S.

SAbbatho ſuccedit dies Dominicus, ad vacandum Deo.233.

Sabbathum primum in deſerto celebratum ſeptimus dies fuit à deſcenſu Mannę, quæ nõ deſcendit prima Sabbathi.277.

Sabbathum primum fuit dies illa quam ſanctificauit, in qua primo ceſſauit Deꝰ ab operibus, quæ neque mutari poteſt, neque amota fuiſſe.276.

Sabbatha ſequentia non fuere à Deo propriè ſanctificata, ſed tantum in ſignum prioris à Deo ſanctificati.276.

Sabbathum primum deſerti non reſpondit primo à Deo ſanctificato.279.

Ad ſeruandum de ſabbatho præceptum, ſufficit ſeruare ſeptimum diem poſt ſex dies laborum. 277.

Sabbathum terræ & remiſsionis non reſpondebát primo mundi, à Deo ſanctificato. ibidem.

Sabbathi ſanctitas cęremonialis quoad determinationem certi diei amota fuit, vt reliqua cęremonialia.276.

Sab batho excepto nihil aliud ſanctificauit Deus eorum, quę fecit ſex diebus, quamuis cuncta benedixit.275.

Sacræ Scripturę prauus intellectus venenum. 81.

Sacræ Scripturæ Canones, vt Iudæi illos habent ab Eccleſia diuerſos, ſic Euangelici horum tẽporum.88.

Sacrificare Deo de iure naturæ eſt,266.

Sacrificare Deo certo loco, modo & circunſtantiis non eſt iuris naturæ, ſed poſitiui, cæremoniale, non morale.266

Sacrificiorum veterum ratio à Rabbi Moſſe Ægyptio reddita, ſcilicet ne Hebræi laberentur in idolatriam, quam ſolam reputat adęquatam, reſellitur.421.422.& 423.

Sacrificium offerre pręterquam Deo, in lege ſub anathemate prohibebatur.423.

Sacrificia veteris legis ſimplicem habebant cauſam. 425. Prima & principalis locum habuit ante legem, ſub lege, & poſt legem. Secunda literalis tempore quo idolatria per orbem vigebat: tertia figuralis, ſcilicet Chriſti ſacrificium, quæ à mundi exordio ad Chriſti paſsionem vſque, locum habuit, figurata per prædicta ſacrificia.226.

Sacrificia ceſſarunt à tempore quo Titus Hieroſolymam deſtruxit.540.

Sacrificia vetera grata Deo ex parte offerentium, ſi eſſent rectè diſpoſiti, nõ ex parte oblatorum 228.

Sacrificium tria genera erant in lege, holocauſtũ pro peccato, & pacificorũ, & hoc duplex.429

In ſacrificio altaris excellenter impleuit Chriſtus legem ſacrificiorum, ſecũdum tres cauſas.426. & 433.

Sacerdotes & Leuitæ tempore Meſſiæ, è gentibus erant ſumendi.119.

Salomon cur dictus filius congregantis, cur filius vomentis.314

Salomon ſe virorum ſtultiſsimum cur vocet. 314.

Salus à Meſsia quęſita, perpetua: quęſita ab aliis tẽporanea.175.

Salus noſtra in pace ſpirituali ſita.178.

Sanhedrim Collegium ſeniorum fuit in tempore Dauid, & in captiuitate Babylonica, atq; etiam Machabęorum tempore.136.

Sanguis ſacrificiorum effuſus Chriſti paſſionem figurabat.192.

Sanguinis effuſione & ſacrificiorum oblatione olim ſancti placabant Deum, & ab eo magnas gratias impetrabant, populumque plaga ab hoſtibus inferenda liberabant.192.& 193.

Sanguinis aſperſionis ſicut imperfectum, perfectũ Chriſti paſsionem & ſanguinis eius effuſionẽ figurabant.193.

Sanguis Chriſti ſanguis teſtamenti, quo nouum firmatum, vt vetus per aſperſionem ſanguinis holocauſtorum.196.

Sancti qu[illegible]ione dicantur profani.206.

Sancti per iuſtitiæ opera mũdabantur à peccato, quoad perſonam propriam, non quoad reatũ totius naturæ.212.

Sanctificata à Deo reddi aliquando profana, & in eorum ſanctitate ſuccedere alia, non eſt inconueniens.275.

Sanctorum ſcientia de diuinis perfectior eſt quã humana, propter multa.315.

Sapien-

Sapientia Dei,qua cuncta ſunt condita, Deus eſt. 353.
Sapientia,quæ erat in Deo ante mundi conſtitutionem,neque creata,neque facta,ſed cōcepta à Deo,cum ipſo cuncta componens.333.
Sceptrum de tribu Iuda non dum ablatum, nitun tur probare Iudæi multis.134.
Sceptrum de Iuda quando ablatum.136.
Scriptura ſacra ſub corporalium figura conſueuit tradere ſpiritualium notitiam.156.
Scriptura diuina Dei voluntatem nobis manifeſtat.184.
Scriptura docet quę ex ſola Dei voluntate proueniunt, ſupra omne debitum creaturæ. 184
Scriptura in ſenſu literali, quomodo ſcrutanda. 102
Scripturas quomodo mali ſcrutantur.103.
Scripturæ teſtimonia & Rabbinorum ſententiæ, quæ indicare videntur, Iſraeliticum populum tantum ſaluandum.105.& 107.
Scripturę ſacrę nihil addendum quod verbis Domini contrarietur.316.317.
Scripta in veteri teſtamento in quadruplici ſunt differentia, hiſtorialia, prophetica, ſapientialis, legalia,quæ etiam cultoribus Euangelij magnā conferunt vtilitatem.217.& 218.
Ex ſcripturis ſacris non ſolùm quærendus Chriſtus, verum ex locis Hebræorum autenticis. 101
Scrutinium ſcripturæ D.Pauli armamentum ſecu rum contra Euangelicos Iudaizantes.2.
Seculum interdum denotat durationem perpetuam, interdum temporalem.250
Senſus verborum Euangelij:Non ſum miſſus niſi ad oues.120.
Senſus literalis ſcripturæ, ex ſignificatis primariè per voces accipitur.102.
Sermo Dei ignitus,id eſt purus ab omni falſitate, 316.
Silo Hebraicæ ponitur loco illius Prophetiæ Iacob,Gen.49.Qui mittendus eſt.131
Silo interpretatur Miſſus.132.
Silo obſcura dictio, variaque illius expoſitio. 133.
Signa externa adorationis latrię non eadem apud omnes,neque vbique aut ſemper, ſed pro ratione temporum & regionum diuerſa.272.
Signa externa,quę ad placitum ſignificant,frequē ter variantur.ibidem.
Sola Chriſti paſsio ſubſtulit reatum naturæ, non fides neque iuſtitia alterius ſancti.212.
Solicitudo D.Pauli in gubernatione Eccleſiæ.47.
Sorores D.Pauli virgines fuere.15.
Spes amorem generat.23.
Spiritus ſanctus probatur eſſe Deus.328.& 329. teſtimoniis quoque Thalmudicorum, ibidem.
Spiritus ſanctus vbique.328.
Spiritui ſancto tribuitur viuificatio ſecundum motum primi mobilis.330.
Spiritualis refectio Euchariſtię aſſimilatur corporali refectioni. 403.
Statua quadrupartita Danielis.c.2. Chaldæorum, Græcorum,Romanorum & Medorum,regna figurabat.220.
Statua communiter deſignat idolatriam.220.
Statua Danielis tota ſimul corruit ictu lapidis, ſic idolatria preteritorum & preſentium, ad euulgationem Euangelij tota corruit.223.

T.

TAnnaim fuere tantę autoritatis apud Iudęos vt proximum poſt Prophetas locum tenerent 146.
Thalmudica autoritas tanti apud Iudęos, quanti Eccleſia apud Catholicos.145.
Ex Thalmud,efficax argumentum ſumitur contra Iudęos.102.
Thalmudici ſcriptores quandoque prophetabant neſcientes.102.
Thalmudici fatentur Meſsię legem excellentiorē Moſaica.246.
Thalmudici de Meſsia interpretantur locū Iſaię. c.53.referentes verba: Exaltabitur, eleuabitur, & ſublimis erit ad Abraham Moiſem & angelos, quos multis antecelluit.172.179.& 182.
Thalmudici credunt Chaldaicam tranſlationem, ab Aggeo,Zacharia, & Malachia Prophetis traditam.179.
Thalmudici dicunt,angelos non fuiſſe creatos prima die,ne putarentur fuiſſe Dei cooperatores.317.
Thalmudici multa abſurda & fatua de Deo dicunt omnino incredibilia.517.
Non ſolùm veteres Thalmudici verùm moderni Rabbini, ſępius errauere in diuinorum cognitione.518
Templum à diuerſis variè ornatum.158.
Templi ſpiritalis ſignificatio.ibidem.
Templi ædificium quod Ezechiel corporaliter depingit,ad Spiritualem intelligentiam ducit.162
Tempus durationis legis Moſſaicæ dicebatur ſeculum per ſe.& ſeculum prius,id eſt Helam prius, reſpectu ſeculi Meſsiæ.255.
Tentatio Dei qualiter intelligenda.400.
Tentationis ordo idem nunc in hominibus, qui olim in primis parentibus.479.
Terra in ſcriptura æquiuocè dicitur,pro ſenſibili & ſpiritali.157.
Terra ſine additione etiam pro ſpirituali capitur. 158.
Teſtamentum Regis Henrici Reginę defertur in arca ferrea,quatuor clauibus munita.37.
Teſtamenti Regis Henrici clauſula.38.
Teſtamenti Regis Henrici qui executores.39.
Teſtamenti dubiorum Regis Henrici interpres D.Paulus. ibidem.
Teſtamenti D.Pauli legatum,in fauorem ſtructurę Eccleſiæ ſancti Pauli ciuitatis Burgenſis.ibi.
Teſtimonium Ioannis Tritemij de D.Paulo. 71.
Teſtimonia,ſcripturę teſtantia Moſſis legem perpetuō

petuo duraturam,intelliguntur de perpetuitate periodica vel limitata.551.
Titulus Regius ſiue ſceptrum Iuda ſublatum fuit in occiſione innocẽtum, tunc eni n vniuerſum genus Regium fuit extinctum.138.
Tranſlatio Chaldaica,quæ inter Hebrços parem textui habet autoritatẽ,interpretatur,Pſal. 44. de Chriſto Meſſia vero Deo & homine.342.
Tranſlatio prędicta ex ore Heliæ & Ioſuæ Rabbinorum, qui multis annis templi deſtructionem præceſſere ordinata.346.
Tribus Leui & Iuda apud Hebręos,pre cęteris florebant.8.
Tribus decem precisi,non modo à regno,verùm à cultu diuino.153.
Tria debent concurrere in peccato,pro quo Iudęi diutinam pręſentem captiuitatẽ patiuntur,quę in Chriſti occiſione reperiuntur.490.
Trinitarij Hæretici noſtri temporis Iudaizant. 84
Trinitarij ex Lutheri dogmatibus fundamentum ſui erroris accepere.ibidem.
Trinitarij ſunt Zuuinglius & Caluinus , & Symmiſtę.ibidem.
Contra Trinitarios peculiarem librũ edidit Hoſius.85.
Trinitatis vox Caluino exoſa , quòd Ciceronem non ſapiat.ibidem.
Trinitatis effigiem cerberum inferni Hæretici vocant.ibidem.
Trinitatis myſterium in vnitate eſſentię,in ſcriptura expreſſum.293.
Trina diuini nominatio in ſcriptura , tria diuina ſuppoſita demonſtrat 254.
Trinitatis myſterium in vnitate eſſentiæ explicatur,&probatur tripli ſcripturę teſtimonio,primum ſumptum ex lege,ſecundum ex Prophetis,tertium ex Agiographis,quę partes ſunt integrantes vetus teſtamentum.295.& 296.
Trinitatis myſterium probatur teſtimoniis Thalmudicorum.297.
Trinitatis myſterium non repugnat rationi naturali.300.
Trinitatis myſterium ſummum omnium, quę in ſcriptura traduntur.301.
Trinitatis myſterium colligitur ex Pſalm.32.& ex verbis Iſaię c.48. ſcilicet, Et nunc Deus miſit me & Spiritus eius.319.
Trinitatis myſterium ita oſtendit Iſaias,vt non ſolum perſonarum diſtinctionem, verùm earum ordinem indicet.322.
Trinitatis perfecta mentio, in prima rerum conditione facta.366.
Triſtitia interdum delectationis cauſa,idq; dupliciter.417.
Tyrannis ſi ſemel cœpit,finem habere neſcit,niſi ei reſiſtatur.233.
Tyrannidem Nembroth continuauerunt Aſſyrij vſque ad Nabuchodonoſor.237.
Tyrãnidem Nemaroth & Nabuchodonoſor(qui feritate ſuperauere reliquos à mundi exordio,ad Medorum & Perſarum vſque tempora) ſignificauit leæna alata,qua [illegible]ſt in rerum natura,ad innuendam eorum ferocitatem, ſingularem & monſtruoſam.238.
Tyrannorũ aliorum qui tantum ferocierunt ſcriptura non meminit,credũtur tamen fuiſſe.239

V.

Vanum eſt,quod finem non aſſequitur.246
Verba ſeu pronomina primæ perſonę, ſępè ponuntur pro tertia.463.
Verborum ſignificationes ad contrarietatem tollendam oportet inquirere in ſacris eloquiis.108
Verbum(Interpretes tui Iſaię 43.) innuit eos pecaſſe in interpretatione diuinę legis.203.
Veritas debet figuram excedere.194.
Veritatem & eius figuram non eſt opus eiuſdem ſpeciei vel generis eſſe.194.
Veritas concluſionum in ſpeculatiuis ex veritate principiorum ſic in practicis ratio, particularium agendorum,ex ratione ſummorum principiorum.259.
Veritas triplex,doctrinæ,iuſtitię,vitę.510.
Veritati triplici hypocriſis Phariſaica contraria. ibidem.
Victoria Meſsiæ,bonorum affluentia & libertas Prophetis promiſſa , ſpiritualiter intelligenda. 173.213.& 460.
Victoria duplex,alia corporalis, alia ſpiritualis,& hæc melior & dignior.460.
Victoria antiquorum ſub lege corporalis,quæ vt minus digna pertinebat ad eos.460.& 461.
Victoria ſpiritualis dignior & melior, pertinet ad ſanctos noui teſtamenti.460.
Vtraque victoria fidelibus conceſſa in teſtimoniũ fidei.460.
Victoria antiquorum ſub lege relata ad victoriã ſanctorum noui teſtamenti, perinde eſt , ac ſi ſingularia mundi regna conferas ad mundum ipſum.461.& 462.
Vigilantia D.Pauli erga oues ſibi commiſſas.47.
Viſitandi eccleſias optima ratio.34.
Viſio ſtatuę apud Danielem ad primum Meſsiæ aduentum refertur,in quo idolatria fidei promulgatione fuit repulſa.223.
Viſiones ædificationum traditæ ab Ezechiele metaphoricè intelligendę,vt literalis ſenſus ſit,nõ qui per literã ſignificatur, ſed qui per res quas literæ ſignificant.162.
Ex viſis mouetur animus.271.
Viſio beatifica ſuccedit fidei,appręhẽſio ſpei fruitio charitati.387.
Viſus,auditu cęteriſque ſenſibus certior.497.
Virginitas in veteri teſtamento non legitur commendari, vide cauſam.451.
Virginitas ſola Marię cum maternitate & humilitate exprimuntur in nouo teſtamento, cæteris eius virtutibus pretermiſsis.375
Virginis virtutes conſiderandę ſunt heroicę.347.

Virginis facta ſubticentur, propter eximiam eius humilitatem.375.
Virgo beatiſsima fidelibus & infidelibus prædicatur ſancta.384.
Virgo glorioſa in cælum aſſumpta, non ignorat quæ pro illius honore geruntur in terra, neque talia ſibi diſplicent.354.
Virgo beata immediate à Deo habuit notitiam Reſurrectionis filij.392.
Virgo benedicta ob excellentiam ſuę dignitatis, non debuit mitti ad annunciandum filij Reſurrectionem.395.
Ad Virginem ſacram promptior eſſe debet fidelium deuotio, quàm ad alios ſanctos præter Chriſtum.397.
Virtutum aliæ Politicę pertinentes ad hominem, quatenus ſe rectè habet in rebus humanis gerẽdis, alię exemplares pertinentes ad Deum, in quo rerum omniũ perfectiones præexiſtũt, alię purgatorię pertinentes ad eos, qui politicas trãſcendentes in diuinarum ſimilitudinem virtutũ tendere conantur alię purgati animi pertinentes ad eos, qui diuinã ſimilitudinẽ in virtutibus quodãmodo ſequũtur quantũ vita hæc patitur à Philoſophis heroicę dictę, ideſt diuinę.347.
Virtutes morales ex parte manent in gloria, ſcilicet quo ad id quod eſt formale ex parte non.385.
Vltio Iudæorum propter Eccleſiæ vtilitatem protrahitur ne ſubito pereant.497.
Vnio verbi non eſt facta in natura.363.
Vnione verbi cum natura humana ſuppoſita quę de Deo dicuntur poſſunt de homine illo dici, cuius natura aſſumpta eſt in vnitatem ſuppoſiti.364.
Voto paupertatis offerimus Deo ſacrificium de bonis externis, continẽtia de proprio corpore, obedientia de bono animę.453.
Votum cõtinentię pręſtat paupertatis voto, vtriq; verò obedientiæ votũ, vt corporis bona, pręſtãt bonis fortunę, vtriſq; verò bona animę.453
Vſuras noui ſectarij cum Iudęis exercent.94.
Vxor D. Pauli duriſsima fuit ante ſuam conuerſionem.24.

FINIS TABVLAE.

BVRGIS.

Apud Phillippum Iuntam.

1591.

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-1

LEGATORIA A. PANDIM